habebant deſcriptas legum formas pro-
7 ferẽdi † ſunt Lacedemonij, qui non cõ-
mittebant leges inſcriptis, ſed in mori-
bus, quibus per ſæpè gliſcentibus perni-
ciosè admodum errabant, neceſſarium
eſt habere leges ſcriptas, quia non poſ-
ſet politia fœliciter conſeruari, niſi eſ-
ſent iura ſcripta, quia homo eſt fragilis,
8 & † poteſt falli, & propter corruptam
protoplaſti Adæ lapſu naturam, omnis
homo mendax, ideò cõmittenda sũt in
ſcriptis iura vt ſecundum Ariſtot. Ethic.
5. non homo imperet, ſed ratio. Exem-
9 plũ addidit Deus † in veteri teſtamento,
nam cùm vellet vt ſupra dictum eſt hę-
breos rectiſſimè inter ſe conſentire, cer-
tas leges tulit, vt ex præſcripto res iudi-
carent; qua de re Moyſes gloriatur corã
toto populo. Deutero. 4. Inſuper tam ma
giſtratuum, quam ſubditorum intereſt,
10 † vt habeant iura ſcripta, vt illi ſciant
quid imperandum, iſti quatenus obtem
perandum ſit, vbi ſciant magiſtratum
iuſd. legem ſibi imperare, & quamuis
11 princeps † ſit legibus ſolutus, legibus ta-
men

Digitized by Google

men viuere vult, & debet l. princeps, & ſeq. ff. de legi. & l. digna vox C. eo. quia
12 Monarchia eſt principatus † vnius adminiſtrantis Reipub. ad vtilitatem communem, quæ politia cùm degeneret, & ad propriam vtilitatem tendit, nihilque adminiſtrans quærit, quam ſuis affectibus deſeruire, tunc cõuertitur in tyrannidem, non tam regni, quã regis, & principis vitio, & vt dixit Cicero, tales alioquin Deus orbi dedit, vt interim re ipſa agnoſcerentur boni principes; quid enim animaduertiſſent Romani, & quid poſteritas recordaretur octauium Auguſtum fuiſſe optimum moderatorem, niſi Neronem quoque peſſimum experti fuiſſent? vnicuique Dominus dat le-
13 gẽ, & primo Regibus. † Pſ. 2. & nũc reges intelligite, erudimini. qui iudicatis terrã, ſeruite Domino in timore, & exultate ei cũ tremore, ſecũdo prælatis, paſcite eum qui in vobis eſt gregem non quaſi dominãtes in clero, ſed forma facti gre-
14 gis ex animo prima Petr. 5. & † prelatos vt partes audiant, præcipuè alloquitur Nicodemus in Sanctum Lucam dicẽs; nũquid lex noſtra iudicat quemquam niſi prius audierit ab eo quid faciat? non enim eſt damnandus reus, priuſquam audiatur, vt pulchrè ait feſtus in actibus Apoſtolorum his verbis: non eſt Romanis cõſuetudo damnare aliquem, hominem, priuſquam is, qui accuſatur partes habeat accuſatoris, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei obijciuntur; audiat prelatus, & quilibet ſuperior verba Melchiadi, Papæ. 2. q. 1. Neminem condemnetis ante verum, & iuſtum iudicium. nullum iudicetis ſuſpitionis arbitrio, ſed primũ probate, & poſteà charitatiuam proferte, ſententiam. Ecce non dicit ſententiam
15 † pecuniariam, neq; fulminatoriam, vel præcipitanter latam non ſibi vſurpet iuriſdictionem alienam contra inhibitionem ſacræ paginæ, quæ dicit, tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? qui non hæc ſeruat, ſeu partem non audit, tamquã alter iudex Cãbijſes decreto dignus eſt vt viuus decorticatus: iudicetur, vel ſaltem eius locum accipiat alter. Hinc prelati non debent ignorare terminos iuris, & diſcant quòd tenentur ſeruare leges, & iura ac ordines iudiciales, & nõ via facti, ac præcipitanter ſuper uerbo cuiuſcunque, vel forte ſuſpecti teſtis laxare ſententiam excommunicationis, niſi prius maturato negotio, & benè intellecta parte, illaq; ue aſſignata ad defenſiones, quæ ſunt de iure naturę quia, & ſi quis incidiſſet in excommunicationem, vel pœnam, ipſo facto debet citari,
16 † & audiri; alias excommunicatio eſt nulla, & in hoc nemo diſcrepat, & eſt magis communis doctorum opinio vt firmat Clarus. §. fin. Prat. Crim. quæſt. 31. verſic. item ade & ita ſeruat etiam ſummus Pontifex in actu practico, ſeruando canonicas monitiones trinas antequam quemquam declaret excommunicatus, nec mirum ſi nullitas huiuſmodi ſenrẽ-
17 tiæ † vſque ad triginta annos poteſt proponi, & allegari Maran. part. 6. & demũ ſertur ſent. nu. 154. & ſi ſit ſententia Epiſcopi poteſt illius nullitas deduci coram
18 eius Vicario, † & è contra. Maran. p. 6. & quandoque appellatur. num. 383. & duob. ſeqq.

Non debet tamen, quia taliter ſeu iniuſtè nouit ſe excommunicatum contemnere excommunicationem quæ, etiam iniuſta eſt timenda, ſed quando
19 eſt nulla, † tunc non eſt timenda, neque ſeruanda; & nullam pœnam inducit. vt latè diſtinguit Tabien. in verb. excommunicatio. 1. ſub num. 18. & in verb. excommunicatio 2. ſub nu. 10. & idem ſub num. 3. ſignanter docet quatuor requiri
20 vt ſententia hominis iuſtè fiat † primo vt præcedat trina monitio. Secundò quod cauſa ſit rationabilis. Tertiò quod ſit manifeſta. Quartò quòd fiat in ſcriptis & ſine his ſententia eſt iniuſta, & lator
21 † incurrerit has pœnas. Primò priuatur ab ingreſſu Eccleſiæ. Secundò poteſt puniri aliter ſuperioris arbitrio. Tertiò tenetur

netur excõmunicato ad intereſſe. Quarto tenetur actione iniuriarum. Quintò tenetur pœna ſacrilegij.

Nec debet ſe excuſare Prælatus vbi præcipitanter non ſeruata forma legis ſententiam excommunicationis protulerit, media relatione teſtis vnius etiam iurati, quia iudicium omne criminale, debet ſubſiſtere ſuper illa turri triangulari, accuſatore videlicet iudice, & reo, & accuſator non poteſt fungi officio teſtis, & quamuis accuſatori iurato vigore alicuius ſtatuti ſit credendum; licitum ta-
22 men † eſt contrarium probare, & appellare. & per Oſaſcum dec. 61. nu. 8. Clar. prat. Crim. quæſt. 66. de ſtat. pen. quia poteſt eſſe, quod accuſator, vel ille vnicus teſtis, qui auditur a prælato, loco accuſatoris, ſit ſuſpectus infamis, vel inimicus, ob ideque abſtinẽdum eſt à præcipitatione ſententię, & pars, trina monitione eſt citanda, & audienda, aliàs abuteretur ſuperior, eius honore ad ſui damnationẽ, & ſub ouina vel paſtorali pelle lateret vulpina, & pauperem vt pecunijs, vt alterum veſtiat, & alterum expoliet, ſub metu pœnæ, & formidine excommunicationis, non licet nec extorquere pecunias minusque fulminare nullo iuris ordine ſeruato excommunicationes, ſed benignius ambulare, & potius pœnitentias in pœnere ſalutares, & charitatiuas, non autem pecuniarias, ne de paſtore fiat lupus vt obtineret prælegatam ſententiam Melchiadis Papæ.

Debem vlterius prælati, & ſuperiores
23 iudices † excutere manus ſuas a muneribus, ne incidant in execrationem Eſai. principes tui infideles ſocij furari omnes diligunt, munera, ſequuntur, retributiones pupillo non iudicant, cauſa vidua nõ ingreditur ad illos; & Iſidorus in libro de ſummo bono firmat quod pau-
24 perdum non habet † quod offerat, non ſolum audiri contemnitur, ſed etiam cõtra iuſtitiam opprimitur: ideo exclamat idem Eſaias Vch qui iuſtificatis impium pro muneribus. Hincque diſcat ſuperior non iudicare ſuo marte præcipitanter quia vt ex Sancto Ambroſio ſuper Pſal. Beati immaculati. bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſti-
25 cę volũtatis, ſed iuxta leges † & iura pronunciat. omnis. ait Sanctus Gregorius libro moralium qui iudicat, ſtatera in manu geſtat, & in vtroque penſo iuſtitiã, & miſericordiam portat; ſed per iuſtitiã reddit peccatis ſententiã, per miſericordiam peccati tempore pœnam. vnde laudatur Auguſtus ſumma æquitate nec minori lenitate ius dixiſſe, iudex enim terrenus iudici cœleſtis debet eſſe ſimilis de quo celeſtis dicitur per Abacuc. Cum iratus fueris miſericordię recordaberis.

Iudex enim male intentionis non habet aures quas Alexander magnus, vnã
26 † pro accuſatore, alteram pro reo; credit omni verbo, & damnat antequam audiat reum nec vult, & neſcit vt ait Cicero rei perſonam genus dignitatem de-
27 cusque † ſuſtinere, pronunciat ad nummi cupiditatem nec recordatur quod Tito Manlio Romano legitur, qui cum eſſet iudex inter Macedones accuſatores, & filium accuſatum, ſic pronunciauit cum probatum ſit Titanum filium meum pecuniam accepiſſe, ipſum repudio, & prole mea indignum iudico, violanda non eſt auro iuſtitia, ſed miniſterio ſeueritatis, quies noſtra eſt adiuuanda, & vt ex Ciceron. in primo offi. ita probanda eſt mãſuetudo atque clementia, vt adhibeatur cauſæ ſeueritas.

Non eſt omnium iudicare. ſed eorum qui ſunt prudẽtes vt ex quinto S. Hipero. in Eſaiam, & prudentes debent eſſe
23 † ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ Matth. 10. vbi Ioann. Chriſoſtom. Homil. 34. docet quod ſerpentes prudentiam dominus imitari hortatur quia ſicut ſerpens totum ſe ipſum tradit nec curat ſi corpus inciditur, donec caput ſuum integrum ſeruet; ita nos non debemus curare pecuniam, nec corpus, vt fidẽ. quæ eſt caput, & radix, ſeruemus

Colum-

Columbæ verò ſimplicitatem debemus imitari, ideſt mãſuetudinem ac moderationem viuendi eaſque ſuperemus. eli-
29 gite ergo vobis Pontificem † qui ſciat compati infirmitatibus, ad imitationem Chriſti; ſubditis etiam dominus dat legẽ,
30 † qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. ſerui obedite dominis veſtris, nõ tantum bonis, & modeſtis ſed etiam diſcolis. Rom. 13. iudicibus dat legem ſcriptam, videte quid agatis, non enim hominis ſed Dei exercetis officium, iudicate pupillũ, ſubuenite oppreſſo defendite viduam Eph. 5. Diuitibus dat legem, præcipuè non ſperate in incerto diuitiarum, ſed facile tribuere, & theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum. 1. Timoth. 6. omnibus viris, & fœminis dat legem, quecunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite. 1. Cor. 7. nec mirum quia, & ipſe Deus Dei filius ſal-
31 uator ſubditus † erat illis legibus ad Galat. 4. miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, & Luc. 23. Pilatus adiudicauit eum cruci, & ſic ſubiectus fuit legi iudiciali, fuit pariter ſubiectus legi imperiali, quia ſoluit tributum Matth. 17. vade ad mare mitte hamum, & piſcem aperto ore eius inuenies, ſtaterem illum ſumens, ſolue pro te, & me: legi humane ſe ſubiecit nã & ego homo Sap. 7. ſum ſimilis vobis ex genere terreno, & primam vocem ſimilem omnibus emiſſi plorans tandem ſe ſubmiſit legi diuinæ, quia fuit cruci affixus. Nos legem habemus, & ſecundũ legem debet mori; princeps ergo pariter legibus ſe alligatum profiteatur, quia lex quæ omnium regina eſt mortalium, & immortalium vt inquit Plutarchus erit princeps principi, & princeps quæ digna ſunt principi cogitabat. Eſa. 32. &
32 qualis eſt princeps † tales ſunt ſubditorum mores: non enim licet a capite mẽbra diſcedere, prout nec decet principẽ
33 labium † mẽdax. Prouerb. 16. nullus eſt cui magis conueniat obſeruantia fidei in verbo datæ quã principi qui ſubditos non debet opprimere, nec illos habere vti ſeruos glebæ, prout ex Vegetio de re militari. Nullus eſt cui magis conueniat
34 ſapientia quã principi † qui debet prodeſſe, & non nocere ſubiectis: ideo Pla-
35 to fœlicem cenſuit Remp. † in qua philoſophi regnarent, aut regna philoſopharentur, & Seneca dixit ſeculum eſſe aureum cum ſapientes regnarẽt quia regale eſt opus, vt ex Cic. de dignitate ſapere, & dij vdicare, gaudeamus nos quia nobis Dux eſt ſapientiſſimi animi, & corporis
36 decentiſſimi, † quia decor corporis confert ad fœlicitatem, & virtuti addit forma ſuffragium. & cum poſitio aſpectus, & corporis æqualitatem indicat, mentis ſociam habet, & magnanimitatem in dando, iuxta illud quod memorat Seneca in l. benefic. de Alexand. magno qui magnam donans ciuitatem poſcenti nummum, & profitenti ſe talem donum non mereri reſpondit, non quæro quid te accipere oporteat, ſed quid me dare: hinc ſcriptum eſt in prouerbijs quod donum hominis dilatat viam eius, & ante principes ſpatium oris facit.

DVBITATIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Principes non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt ſeſe dicere imperatores in eodem territorijs, & exercere poteſtatem imperialem.*
2 *Princeps ex cauſa poteſt vẽ alterius auferre, & dare alteri.*
3 *Princeps vel prælatus debet miſcere ſeueritatẽ cum lenitate, & vbi excedat modum poteſt ab eo appellari.*
4 *Prælatus excedens modum tenetur petere veniam à ſubditis, & eis facere veniam.*
5 *Principis conſtitutio ligat poſt duos menſes.*
6 *Signatura ſola perficit gratiam, & ſcripturæ non eſt de eſſentia gratiæ.*
Collatio facta nutu tenet.
7 *Papa ante coronationem, eſt verus Papa.*
8 *Ignorantia legum eſt lata culpa.*
Lex an ſit ſemper certa.
9 *Leges debent intelligi proprie, & quare lex*
ſuffert

ſuffert lupanaria,& dantur ibid.multa in propoſito regularum legalium.

10 *Lex ciuilis an ſeruanda in foro conſcientiæ.*

11 *Lex qualiter fingat,& quando.*

12 *Legem ſpernens non debet eius priuilegio gaudere.*

TEtigimus ſuprà, omnẽ populi Rom. auctoritatem eſſe tranſlatam in Imperatorem,ergò ſolus ipſe Cęſar haberet auctoritatem legis condendæ; ſed intellige cum grano ſalis, quia Principes noſtri inter ſubditos,& magiſtratus municipales, inter ciues ſuos eadem funguntur poteſtate qua Romanus princeps, & Imperator circa priuata generaliter præpollet; quoniã poteſtatẽ ſuam ab Imperatore habent mediatè, vel immediatè, vnde vox iſta,qua ſępè vti ſolent.Ego ſum Imperator in meo territorio, non eſt abſurda,ſi rectè intelligatur quia princeps nul
1 lum recognoſcens † ſuperiorem in ſtatu ſuo dicitur Imperator, & eandem habet auctoritatem,quã Imperator;& iura quæ loquuntur in Imperatore, habent etiam locum in regibus, & alijs non recognoſcentibus ſuperiorem.ita Bart.in l.hoſtes, ff.de cap.& latè Rip.in rub. ex.de conſtit. num.7.& tales non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt exercere etiam poteſtatẽ imperialem,& ea quæ ſunt principi reſeruata in illis terris.Bart.in 6.relegati, ff. de pen.Alex.conſi.2.nu.9. vol. 2.& quæ ſtatuunt in ſua ditione habent vim iuris ciuilis ſecundum gloſſ.etiam Par.in leg. 2. ff.de verb. obl.in primo, & leg.neque pignus,ff.de reg.iur.& in leg. 1. §. qui magiſtratum,ff.quod quiſque iur.vbi gloſſę dicunt, quod tales in eorum territorijs poſſunt condere legem, etiam iure communi contrari. m. Rip. in l. nemo poteſt nu. 17.ff.de leg.1.

Talis eſt auctoritas principis, vt etiam
2 poſſit ex iuſta causa † rem alicuius ei auferre, & alteri dare.Innoc & communiter Doctores in cap. qui in ecclesiã de conſtit.l.fin.C.ſi contra ius vel vtil. pub.putà propter delictu puniendu, & huiusmodi alias non, imò etiam per ſtatuta inferiorum habentium auctoritatem a Principe ſic ſtatuendi d.cap. quæ in Eccleſiam benè verum eſt,quod Princeps,vel prælatus
3 † debet miſcere ſeueritatem cum lenitate, vt neque multa aſperitate vlcerentur, ſubditi neque nimia benignitate ſoluantur. cap. diſciplin. 45. diſt. . & potius debet declinare in beneuolentiam quã in ſeueritatem. capit. licet 50. diſtin.& ſi prælatus vel princeps excedat modum, appellari poteſt ab eo etiam ſi ſit religioſus.c. reprehẽſibilis de appellat quia nulli neganda eſt defenſio etiam ſi ſit excõmunicatus.c. cum inter de excepti.non
4 tamen tenetur prælatus † modum excedens petere veniam a ſubditis,niſi ex malignitate ſeu odio faceret, quia tunc tenetur facere veniam, quia tenetur actione iniuriarum l.quemadmodum §.magiſter ff.ad l.aquil.gl.in c.quando neceſſitas 86. diſt.l.nec magiſtratibus,ff.de iniur.ſecundum Angel. litera correctio prælatorum §. ſecundo.

Tanta eſt huiuſmodi auctoritas Principis, vt eius conſtitutio poſt duos menſes
5 † ſta tẽpore publicationis omnes adſtringat,vt in auct.vt facto more cõſtitutionis circa prin.& in cap. nouerit de ſenat. excom. & ſufficit in reſcriptis quòd princeps dicat fiat, quia per dictum verbum conſiſtit effectus gratiæ iuxta illud Geneſis fiat lux, & facta eſt, nec requiritur alia expeditio literarum quia ex ſola ſi-
6 gnatura perficitur † gratia, cùm ſcriptura non ſit de eſſentia gratiæ, & etiam ſolo nutu collario facta teneat. Rip. reſpon. cap.11.de reſcrip.lib.2. hæc valde faciunt ad rem in reſcriptis Papæ, & ſi reſcribet ante coronationem,quia Papa etiã ante
7 coronationem † eſt verus Pontifex cap. in nomine domini 23.diſtin. vbi habentur hæc verba vt is qui electus eſt in apoſtolatum ſi iuxta conſuetudinem intromitti nõ valeat, electus tamen ſicut verus Papa obtinet auctoritatẽ regendi Romanam Eccleſiam, & diſponendi omnes facultates illius quod Beatum Gregorium

Digitized by Goo

gorium ante suam coronationem cognouimus feciſſe imò excõmunicantur in clement. vltimo exuagan. omnes qui aſſerere non verentur, quod ſummus Põtifex ante ſuæ coronationis inſignia, ſe non debet intromittere de prouiſionibus, reſeruationibus, diſpenſationibus, & alijs gratijs faciendis.

8 Nec excuſat regum ignorantia, † quia eſt lata culpa Bart. in l. quod ne. ua num. 7. ff. depoſ. & quia lex ſemper eſt certa intellige tamen de eo quod eſt certum in natura naturata, non de eo quod eſt ſuper naturam certũ vt de Deo, qui dicitur natura naturans. Bar. in l. ventre, ff. acqu. hære. in prin. & in l. cum quidam, §. ſuum ff. eo. & in l. eius qui prouinciam nume. 5. ff. ſi cer. pet. ideò leges nemini debent eſſe ludibrio l. ſi prætor, ff. de iudic. & quamuis duræ, ſunt ſeruandæ l. ſi proſpexit, ff. qui & a quibus, & ſi non obligent ad impoſſibile. l. impoſibilium. ff. de reg. iu. quia lex ſ, & natura fruſtratorios actus abhorrent. l. quibus idem, ff. de verb. obl. & lex

9 debet intelligi ſecundnm † propriam ſignificationem, & tamen extenditur vt euitetur fraus, abſurditas, & contrarietas, & debet per diuiſionem adiuuari. l. in ambiguis, ff. de legi. Bart. in l. 1. num. 5. C. de ſacroſ. eccl. Et quamuis etiam lex tolleret ipſa lupanaria, hoc vult, vt, euitentur deteriora. cap. nerui, §. fin. 13. diſt. gloſ. in cap. inter cætera deſponſ. Rip. in leg. ſi plagij num. 12. ff. de verb. oblig. lex vero ipſa declaratur ex verbis rubricæ gloſſ. in leg. 1. C. ne liceat. per not. Dec. in l. mutuũ domus 1. act. nu. 2. ff. ſi cert. pet. & debet referri ad titulum, & eius materiam Bar. in l. ſingularia num. 4. ff. ſi cer. pet. eſt tex. in l. Imperatores, ff. de in diem adiect. & habens varios intellectus in dubio debet intelligi ſecũdum illum ſenſum, qui magis conuenit rubro. Paul. de Caſtr. in leg. 1. num. 14. ff. ſi cert. pet. & ille intellectus eſt amplectendus, per quem iura iuribus concordantur. arg. l. 1. C. de in inoff. dot. Alex. in l. ſi cũ dotem, §. ſi maritus nu. 6. ff. ſol. mat. & in dubio debet intelligi de actione quæ tractatur in titulo, ſub quo lex eſt ſituata d. leg. imperatores nec legis ipſa fictio trahitur ad impoſſibile. l. quæ ad certum in fi. ff. locat. & l. ſi prater, ff. de adopt. nec fingit ſuper eo quod non eſt. l. quoties, ff. de nouat. Bart. in d. l. ſingularia num. 20. & lex, præcedens determinatur per conſequentẽ l. non eſt nouum, ff. de legi. & cum quid in præteritum indulget in futurũ vetat. leg. cum lex, ff. de legi. & per deſuetudinem abrogatur. l. de quibus, ff. de legi. & quando lex reſiſtit actui 1
ille actus factus contra legem non tenet, & quod cõferatur in tempus habile quo actus fieri poſſit. Rip. in l. nemo poteſt nu. 121. ff. de leg. 1. ideo, & lege permittente quid faciens non peccat. cap. qui peccat. 23. quæſt. 4. Iaſ. d. l. nemo poteſt 2. lect. nu.

10 164. imò lex ciuilis † quę nõ eſt nutritiua peccati, eſt ſeruanda etiam in fo o penitentiali, & animę; communem concluſionem teſtatur Iaſ. d. l. nemo. 2. lect. nu. 101. & 103. eſt tamen verum quod legum auctoritas poteſt litigantium pacto mitigari l. fin. in fin. C. de temp. & reparat. vbi iure appellandi, poteſt per pactum renuntiari ac etiam conueniri, ne vllum fatale ſeruetur; quia vere diximus quod

11 lex fingit. † aduertendũ quod lex ſuper is quę ſunt iuris; ſemper inducit veritatem etiam ſi loquatur per verba importantia fictionem, prout ſunt duæ illæ dictiones perinde, & verbum intelligitur, quod licet regibus importent fictionem, aliquãdo tamen denotant veritatem etiam ſi ſint geminatas; nam verbum perinde denotat fictionem, & in his quæ ſunt iuris denotat veritatem. prout idem dicitur de verbo intelligitur. hæc per Rip. in l. rem quam nobis num. 4. ff. de acq. poſſ. & nota quia alibi non habes hęc cumulata in propoſito.

Quid ſi quis ſperat legem, an debeat

12 illius beneficio † & auxilio gaudere? dic primo pe de quod non. per tex. in leg. auxilium, ff. de minо. in leg. 1. C. de exec. rei iud. per gl. in l. ſi. §. ſin verò in verb. conſueuerunt C. de in. delib. ſed declara pro-

cedere quãdo in legem, eſt commiſſum circa idem,& ob vnum ac idem factum, non autem cum eſt circa diuerſa,& facta diuerſa, optimè declarat d. præceptor meus Menoch. 9. rem recuper. poſſeſſ. num. 169.

DVBITATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Legibus vel iuribus negatiuis an poſſit renuntiari declaratur regula ?*
2 *Legem quis poſſit abſolutè condere?*
3 *Legum ignorantia quando non excuſet.*
4 *Statutum quod probabiliter ignoratur etiam allegari poteſt.*
5 *Ignorantia Statuti non excuſat.*
6 *Forenſes non poſſunt ſe excuſare ſuper ignorãtia ſtatuti de gabellis ſoluendis, & quando excuſetur forenſis.*
7 *Ignorantia quæ excuſet ex facto.*
8 *Error facti, vel iuris an excuſet?*
9 *Ioan. Baptiſta Coſta præceptor authoris commendatur ob eius tract. de iuris, & fact. ignor.*
10 *Ignorans an obligetur ad pœnam.*
11 *Ignorantia iuris non tollit bonam fidem quoad faciendum fructus ſuos.*

RVrſus quæritur, an legibus vel iuribus negatiuis vel prohibitiuis renuntiari poſſit? reſpon. 1 quod non † per glo. in l. 1. ad fin. gl. magiſtr. C. ne fideiuſſ. dot. quia talis renuntiatio eſt contra bonos mores. Dec. & Alex. in l. fin. C. de pact. vbi habetur, quod pactum ſuper hæreditate viuentis eſt nullum, & ideò quia illa lex eſt negatiua, illi conſequenter renuntiari non poteſt.

Declarat tamen hanc regulam eſſe veram quando lex ſimpliciter, & abſolutè prohibet; ſecùs ſi non prohibet indiſtinctè Rip. in l. qui Romę, §. duo fratres, num. 70. & 73. ff. de verb. oblig. vbi ait fallere etiam illam regulam interueniente iuramento; ſuperius tetigi de poteſtate legis condendæ circa Imperatorem, & principes; dubitatur modo, & ſucceſſiuè 2 † quis poſſit abſolutè condere legem? dicendum cum Bald. Bar. & alijs in leg. omnes populi, ff. de iuſt. & iu. quod quantum quis habet de iuriſdictione, tantum habet auctoritatem cõdendi legẽ, vel ſtatutum; nec vlterius extenditur niſi in quorum intereſt conſentiant, vel adminus ſint præſentes. Innoc. in cap. 1. de loca. & in cap. a nobis il primo de ſent. excom. & quod non cõtradicant, ratio eſt, quia poteſtas ſtatuendi, dependet à iuriſdictione & imperio, in ſtatuente, & ſubiectione, quò ad eum in quem ſtatuitur. cap. eccleſia de conſtit. Bart. in l. prima, ff. de iuriſdictione omn. iud.

Dixi etiam ſuprà quod ignorantia le- 3 gum non † excuſat, hoc tamen procedit in foro contentioſo, quin ſcilicet lex principis vel ſtatutum punit factum, aliàs damnatum; quia tunc ignorantia eſt affectata craſſa & ſupina, & ex communi doct. ſententia, non excuſat delinquentem quo ad pœnam, quæ eſt incerta in corpore iuris communis; vel etiam quando agitur de lege diuina, quia non poteſt allegari ignorantia illius, quod communiter omnes ſciunt vel ſcire tenentur; quia verum eſt quis eſſe in dolo faciendo rem, quam ſcit ſibi eſſe prohibitam, quàmuis ignorat legem vel canone, in foro verò conſcientiæ, quando in rei veritate quis ignorat canonem, vel legem, vel ſtatutum, tunc non incurrit pœnam; ita communiter diſtinguitur, & concordantur altercantes Doctores, & iud. Abb. in cap. à nobis il primo de ſen. excom. & fel. in c. cognoſcentes de conſtit. Angel. in verſic. excommunicatio 5. caſu vltimo §. 3. & Tabien. in verb. excõmunicatio 7. §. 2. per tot.

Notandũ tñ, quod ignorantia ſtatuti 4 quod † probabiliter poteſt ignorari, allegari etiam poteſt. laſ. in l. quamdiu num. 12. C. qui admittit quòd ignorantia legum vel iuris neminem excuſet, probat tex. in leg. leges ſacraratiſſimæ, C. de legi.

leg.

leg.regula, ff.de iu.& fac.ign.& procedit etiam in ſtatutis, quorum ignorantia nõ
5 excuſat † l. omnes populi ff. de quæſt. & iu.c.vt animarum extra de conſtit. prout etiam dicitur de vectigalibus, nam non licet forenſibus ignorare ſtatutum de
6 † gabellis ſoluendis conſuetudinis loci illius,licet ſecùs regulariter l. interdum. §. licet quis. ff. de public. & vectig. idem dicitur in conſtitutionibus principum, quorũ ignorãtia non excuſat poſt lapsũ duorum menſium, & earum publicationem §. 1.in auth.vt fac.no.conſt. & quòd dixi in forenſibus intellige, quòd ignorãtia non excuſat poſt moram cõtractam in loco,ſecùs in forenſi nouo. l. cunctos populos,C.de ſumm.Trin.vbi ſcrib. & in l.ſi vicinis.C. de vicin. vbi vicinus præſumitur ſcire facta vicini, ſecus in vicino de nouo,Iaſ.in leg.2. in 3.falla. ff. ſi cert. pet.

Ignorantia bene excuſat in his quæ ſunt facti, non autem in his quæ iuris;
7 † quia ius eſt finitum,& certum,ſed facta ſunt incerta, & infinita l. 2. ff. de iu. & fa. ign. non eſt audiendus ignorans, quia non ignorantia tantum iuris excuſat vbi tractatur de damno vitando; ſecùs ſi de lucro captando; leg.iuris ignorantia, ff.de iu.fac.ign.& excuſat mulierem,militem, ruſticum & minorem; dummodo non potuerunt peritiorem conſulere prout ſunt illi, quia habitant in muritaneis leg.regula,iuncta leg. fin. ff. de iu. & fa. ign. leg. verius vrbanus. ff. de leg. 1.& excuſantur prædicta perſonę in illarum damnis,nõ autem in lucris.l.iuris. C. qui adm. ignoranria facti excuſat, & præſumitur in dubio præcipuè in banno non dum publicato.gl.in leg. 1.ff.de receptat. & talis ignorantia ſufficit probari per iuramentum illam allegãtis, niſi tamen eſſent aliæ probationes, vel niſi eſſet præſumptio cõtra iurantem. Iaſ. in §. ſed iſte nu.90.inſt. de act.

Huiuſmodi facti ignorantia excuſat,
8 † non tantum in errore facti,verum etiã in errore iuris valde dubij;quia error iuris multum dubij,æquipollet errori facti Caſtr.in leg. Celſus nume.4.ff.de vſucap. & procedit huiuſmodi facti ignorati excuſatio,tam in vltimis voluntatibus quã in contractibus.d.leg.Celſus & gl.in leg. quiſquis C.de reſcin.vend.nõ tamen admittitur huiuſmodi excuſatio errore verſante circa factum proprium, qui nõ toleratur.l.quamque ff. ad velleij.modo factum non ſit remotum, nam ignorantia etiam in facto proprio præſumitur, propter temporis diuturnitatem.l. peregre ff.de acqu. poſſ.prout nec admittitur in ignorantia facti affectata,craſſa,vel ſupina, quæ æquipollet ſcientiæ. leg. nec ſupina vbi gl. ff.de iu. & fa. ign. nec pariter admittitur in lege promulgata, & publicata,leg.leges.C. de legi nec in notorijs,quando eſt publicata forma.leg.omnes C.de agricol. & cenſ. nec in his quæ quis tenetur inquirere: leg.qui cum alio ff.de reg.iu.nec in hęrede tractante de lucro captando,leg.qui in alterius, ff.de regul. iu. qui maiora deſiderat impropoſita quæſtione ignorantiæ iuri, & facti, adeat copioſiſſimum tractatum d. mei præceptoris celleberrimi Io. Baptiſtæ
9 Coſtæ † de iur.etiam fac.ignor. ad quem me remitto etiam cauſa obſeruantię.

Quod dixi ignorantiam iuris excuſare ita vt ignorans non obligetur ad pœ-
10 nam, † probatur in leg.fi.ff.de decret.ab ord.facien. iura verò quæ vident.innuere contrarium fundant ſe ſuper præſumptione vt colligit gloſſ.in leg. 1. C.de interd. matrim. approbata per Doct. ibi & in leg.fin.ff.de rit. nupt.& in cap. cognoſcentes vbi Abb.de conſtit.vbi determinatur quod volens probare ignorantiã ad euitandum pœnam,ſit audiendus.
11 ignorantia iuris † non tollit bonam fidẽ quo ad faciendum fructus ſuos.leg. ſed & ſi lege,§.ſcire, ff. de petit. hæred.niſi ſit ignorantia affectata, vel craſſa.

DVBITATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Legem an princeps possit facere contra ea quæ sunt de iure gentium?*
2 *Dominium rei meæ est de iure gen.*
3 *Iusgentium dicitur constitutum diuina prouidentia.*
4 *Princeps non potest dispensare contrà iusgentium.*
5 *Contractus omnes sunt de iure gen.*
6 *Princeps potest ex causa distinguere, & limitare iusgen.*
7 *Princeps potest limitare, distinguere, & modificare ius diuinum.*
8 *Consuetudo, dummodo non sit inductiua peccati, semper potest induci contra ius diuinum, vel gentium.*
9 *Princeps sine causa non potest auferre dominium rei meę, vel statuere contra iusgentium, cum causa, sic.*

Via tactum pariter est superius, quod Princeps potest auferre rem alicuius, & dare alteri ex iusta causa hac cōclusione retenta, dubito, vtrum princeps possit facere legem; contra illa quæ sunt de iure gentium; prima
1 † facie est dicendum negatiuè, quod scilicet non potest statuere contrà iusgētium, quod est immutabile; & largè appellatur ius naturale. §. singulorum inst. de rer. diuis. nec ideò potest priuare aliquem dominio rei suę, cùm dominium
2 † sit de iure gen. leg. ex hoc iure. ff. de iustit. & iu. vbi glos. in verbic. dominia innuit, quòd etiam ius diuinum, fauet iuri gentuum, quod dicitur etiam constitutū
3 diuina † prouidentia. vt in §. sed naturale inst. de iur. nat. & quod princeps non
4 possit dispensare contrà † ius gen. quod plures Doctores firmāt, quia contractus omnes ferè sunt de iure gen. & tamē hodie
5 † sunt in viridi obseruantia. d. leg. ex hoc iure, & idem dicitur de bellis, & seruitutibus quæ etiam sunt in vsu, nihilominus potest princeps ex causa distīgue
6 re, † & limitare iusgen. per ius ciuile, seu per legem, vt passim videmus in vsu capione quę extinguit dominium, & in testamento in quibus de iure ciui. requiruntur septem testes, sed de iure gen. in ore duorum vel trium stat omne verbū. vt cap. nouit. de iudic. & sic de alijs exemplis sicut etiam princeps potest limitare ius diuinum, & illud distinguere, & mo-
7 dificare † secundum Fely. in capite quæ in ecclesiam de constit. & Abb. in cap. fin. de consuet. vbi tractat etiam quando potest consuetudo induci contra ius diuinum, vel gentium; & cōcludit quod
8 semper potest † induci, dummodo non sit inductiua peccati. And. Tiraq. in trac. de pen. numc. 2. & seq. & quod princeps sine causa non possit auferre dominium rei meæ, vel statuere contra ius gen. latè
9 † Paris. consil. 101. nume. 7. lib. 1. Bellon. cons. 2. per tot. & lib. 1. suppo. iur. ciu. ca. 8. num. 3. de communi per Fran. Riuica in tract. comm. opi. 1. p. opi. 243. & quod cum causa possit princeps sic statuere firmat And. Tiraq. tract. de pen. nu. 44.

DVBITATIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Papa, vel imperator, & quilibet princeps in foro suo, vtrum possit disponere contra ius positiuum?*
2 *Canonicum vbi dat regulam specialem in alia materia, nō debemus distinguere per ius ciuile.*
3 *Contrarietas non potest dari in effectu inter canones, & leges, in materia spectante ad Ecclesiam.*
4 *Papa solus concedit indulgentias plenarias per totum mundum.*
5 *Papa potest legitimare personas quoad spiritualia vbique, quoad tēporalia in terris alienis cum consensu agnatorum.*
6 *Papa potest hominem absoluere ab obligatione qua tenetur homini secundum plenitudinem potestatis.*

7 Pa-

7 *Papa non poteſt accuſari vel condemnari niſi pro crimine hæreſis, quando eſſet de ipſa hæreſi incorrigibilis, & numquam incurrit excõmunicationem.*

8 *Papa electus à duabus partibus Cardinalium, non poteſt inficiari; & poteſt ſtatuere circa electionem Papæ ſequentis.*

9 *Papa habet vniuerſalem prælationem.*

10 *Imperator vel princeps poteſt hac ratione reſpondere, quod ſic ſibi placuit.*

11 *Prælatus accedente aliqua cauſa peccat non diſpenſando.*

12 *Papa diſpẽſat in ſubdiacono ſæculari, & quare.*

13 *Papa, imperator, vel princeps, poteſt in foro ſuo tollere præſcriptiones, & ius poſitiuum.*

14 *Papa, & princeps poteſt ſupplere indefectu probationum.*

15 *Papa poteſt errare in iure, & obliuiſci; ſed eccleſia nunquàm poteſt errare.*

16 *Petri negatio non eſt numeranda inter errata pontificum Roman. & ſoli Petro fuit datus primatus, & ipſe ſolus vocatus. Cæphas.*

QOnſultò, omiſſis alijs diſtinctionibus legum quæ ſunt quam plures, videlicet naturalis, Moſaica, prophetica, ceremonialis, Apoſtolica, Euãgelica, & aliæ; perſiſtendoque in tractatu legis humanæ, iuris videlicet ciuilis, poſitiui, & iuris canonici poſitiui, quorum vnum quodque tendit ad formam, hominum mores, & eſt ab hominibus poſitum ciuile, quod & politica argumentatione, quod naturales notitias latiùs extendit, formar, diſtribuit, applicat ad humanas functiones obſeruans ſemper eas veluti Theſei filum in maximo labyrinto; propono, vtrùm Papa, vel Imperator & quilibet princeps in foro ſuo poſſit diſponere contra ius poſitiuum?

1 † de Papa dicimus quod vbi non habet iuriſdictionem temporalem, non poteſt tollere legem quo ad forũ ciuile, niſi in his, in quibus extat periculum, idque cùm poteſtates ſint diſtinctè; capit. cùm ad verum 96. diſt. c. cauſam il 2. ex. qui fil. ſint legit. in his autem in quibus vertitur periculum animæ poteſt tollere legem quo adictum forum cap. noun. de iuſd. & c. fin. de reſer. cap. pen. & ſeq. de ſecun. nup. cap. fin. de for. comp. in 6. & cap. decernimus de ſent. excom. in 6. & in his leges, ſacros canones non dedignantur imitari; cap. clerici de iud. c. nunc intelleximus ex de nou. ope. nunc. præcipuè in matrimonijs, & vſuris vt in auth. vt cleric. apud proprios epiſc. circ. fin. & in c. hoc colligitur 2. q. 6. & notandum ſecũdum Inno. in c. fi. de rebus eccl. non alienquem ſequitur Abb. in c. 1. de reſti. in int. quod vbi canonicum ius. dat regulam

2 † ſpecialem' in alia materia; non debemus diſtinguere per ciuile. exempli gratia, canon induxit ſuam ſolemnitatem in alienatione rei eccleſiaſticę, nos non debemus ſeruare illam iuris ciu. poſitã in auth. hoc ius C. de ſacroſ. Eccl. & in legis fraudem nihil agendum eſt. l. contra legem, ff. de legi. quia cum quid prohibetur per vnam rationẽ, intelligitur prohiberi, & per aliam. cap. cum quid ex. de rerum iur. in 6. & facta in fraudem legis nõ tenetur vt per Bar. in l. amplius, ff. de rat. hab. ſecùs eſſet ſi fieret in fraudem hominis etiam principis Abb. in c. delectus il 2. de præben. & leges ciuiles ſequũtur canonum diſpoſitiones, & ſic in effectu non poteſt dari contrarietas inter canonem & leges, in materia tamen

3 ſpectante ad eccleſiam. † vt per Abb. in cap. clerici de iud. & ſic poteſt dici quod etiam de iure ciu. mulier nubens infra annum luctus nõ efficitur infamis, quia canon permittit vt in c. pen. & ſeq. de ſecun. nup. nec vſuræ premittuntur de iur. ciu. nec concubinatus, quia materia pertinet ad eccleſiam, & canon prohibet, & ſic de alijs; ſecùs in materia indifferenti, quia data contrarietate inter canonẽ, & legem, canon ſeruatur in foro ſuo. vt not. gloſſ. in regula poſſeſſor de reg. iu. & ibi Io. And. in Mercurialibus in 6. facit tex. cum gl. in cap. 2. de arbitr. in 6. & §. 1. in auth. quomodo oport. epiſc. vbi imperator dicit ſe uelle ſequi, & ſerua re-

gulas

gulas ſacras vt in leg.cunctos populos C. de ſumm.Trin. Abb.c. 1.de no. op. nũc. ideoque ſolus Papa concedit Indulgentias Plenarias per totum mundum, habet † enim plenitudinem poteſtatis pontificalem,quaſi rex in regno.cap.cum ex eo de pen. & remiſſ. & in c. Indulgentiæ eod.tit.in 6.vbi Archid.ſolus Papa poteſt legitimare perſonas, quoad Spiritualia vbicunq; quoad verò ad temporalia honores& hæreditates in terris eccleſiæ,in alijs verò terris aſſentientibus agnatis. † Ant.de Butr.in capit. per venerabilem qui fil. ſint legit. ſolus Papa poteſt hominem abſoluere ab obligatione,qua tenetur † homini, ſecundum plenitudinem poteſtatis. c. per pẽitentialem 9. quæſt. 3.l.quoties C.de præci.imp.off.inn.Hoſt. & Abb.in c.2.de uoto.Papa verò de nullo crimine poteſt accuſari, vel condẽnari niſi pro crimine hæreſis.ca.ſi Papa.40. diſt. & hoc quando eſſet incorrigiblis de ipſa hæreſi vt vbi pro gl.nam ſi vellet errorẽ † deponere nõ poſſet priuari,& Papa nullam ſententiam excõmunicationis, vel interdicti, vel notã irregularitatis inuocare poteſt,peccare tamẽ poteſt, & grauiùs puniri, in inferno;d.l. ſi Papa. electio Papę qui ſit electus à duabus partibus Cardinaliũ,non poteſt aliquo modo infamari inficiari vel irritari niſi propter † hereſim ſi in ea ptinaciter permaneret.c.licet de ele. & Papa põt ſtatuere circa electionem Papæ ſequentis nec ipſi Cardinales poſſunt mutare ſede vacante;vt per ſtatutum Iulij.2.de election.Papæ. Nullus tamen citrà Papam etiam ſi ſit legatus de latere poteſt diſpenſare cõtrà Concilium generale Abb. in c. cum dilecto in gl.3.Papa enim eſt ſummus inter omnes, habet plenitudinem poteſtatis,alij vero ſollicitudinis. c. de cętero. 2. q. 6.Sanctus Thom. in opuſculo contra errores grecorũ c. 65.& ſeq. vbi dicit errorem aſſerentium cõtrarium eſſe ſimilem errori dicẽtium Spiritum Sanctum à filio non procedere, & quod Papa habeat † vniuerſalem prælationem, & ſit primus, & maximus, probat ibi Sanctus Thom. & generaliter in omnibus quæ ad diſpenſationem rerum Eccleſiarum pertinent, habet plenitudinem poteſtatis, præcipuè intellige in his quæ ſunt iuris poſitiui in quibus ſtat pro ratione voluntas;in quibus etiam imperator poteſt reſpondere hac ratione quia ſic ſibi placuit.† glo.in l.1.§. pueritiam.ff.de poſtul. Rip.in rub.ff.de leg.1.num.11. potiſſimũque in Papa ſufficit voluntas pro cauſa, nec eſt opus eam exprimere in his quæ ſunt de iure poſitiuo. Specul. in tit. de legato.§.nunc breuiter verſ.& nota Cępol. in tit.de vſucap.pro empt.in gl. rubr. ſub num.13.ideoque Papa poteſt,& ſolet(ac debita reuerentia ſit dictum)debet cum cauſa diſpenſare, etiam in Subdiacono ſæculari ad finem matrimonij,qua prælatus quilibet accedente aliqua cauſa peccat non diſpenſando.† vt ex not. à Viguer. in ſuis inſtit. de virt. iuſt.cap. 5.§. 5.verſi.14. in verb. cauſæ diſpenſandi, & in Subdiacono ſæculari ad finem matrimonij Papa diſpenſat,quia non cadit in eo illa ſolẽnitas quę in pfectione religionis † in qua fit ſolemnis oblatio in holocauſtum.c.de ille 22.diſt.gloſ.& Doct. in cap. cum olim de cler. cũm vig. Bald. in leg. reſcripta num.7.verſ.item diſpenſat. C.de præcib. Imp. offer. & Dec.in c. quæ in Eccleſiarum num.16. verſ. & idem de Clerico conſtituto in ſacris minoribus ideſt in Subdiaconatu', ex. de conſt. Viguer.ord.prędicat.inſti.de Sacram.matr. cap.16.§.7. verſ.9.pag.mihi 666.colu.2.& verſ.quartum impedimentum, & ex mera voluntate etiam ſine quaque cauſa ſibi licitum eſt diſpenſare, & tam ipſum quam vtentes diſpenſatione tutos eſſe, in contraria etiam quo ad deum firmat idem Viguer.inſtit.de irrit.iuſt.cap.5.§. 5. verſ. 14. pag. mihi. 218.col.2.ſuper verb. vnde gloſſ. in cap. Monachi;Papæ tenetur ſe ſubijcere omnis Chriſtianus,vt per Sanctum Thom.in præcit. opuſculo, & in lib.de regim. princ.14.& 2. 2. q.67.arg. 1. ad ſecundum dicit quòd leo Papa iu-

ditio imperatoris ſe ſubdidit propria ſpõ tè,nõ quod eſſet ſubditus;ſicut etiã Chriſtus propria ſpõte ſe ſubdidit humano iu ditio,redeũdo ad propoſitam quæſt. Papa vel Imperator in foro ſuo poteſt augere, vel minuere, aut funditus tollere præſcriptiones; poteſt diſponere contrà
13 † ius poſitiuum vt not. Iace.de Alua. ſecundum And.de Iſem.in cap.1.in 2.col. in tit.de feud. Marchio. & quilibet princeps in ſuo foro, poteſt etiam funditus tollere ius poſitiuum.c.propoſiùt de cõceſſ. præben. gl. in clem. 1. in ver. fortis de immun.eccl.Bal.in leg.2.18. quæſt. ff. pro ſeru. & aqua. primo quod plus eſt, nullum eſt ius poſitiuum, quod conſuetudine mutari poſſit vt leg.de quibus.§.fi. ff.de legi.Bal.in cap.1.§.prætereà il primo in tit.de prohib.feud.alien. per Fideic.

Vlterius Papa ſolus,& Imperator, qui non ſunt obligati legibus, poſſunt ſupplere in deffectu probationum: attenta
14 qualitate facti; † quia poſſunt etiam iudicare ſecundum conſcientiam ſibi formatam; vt priuatus homo. ſer. ben. in l. illicitas.§.veritas.ff.de off.præſid.in l.princeps,ff.de legi.& in leg.digna vox. C.eo. poteſt tamen Papa errare in iure,& obliuiſci vt probatur cap.propterea 28. diſt. & cap. Anaſtaſius 13.diſt.& c. ſi Papa 40. diſt.gloſſ. in cap. à recta ergò fide 24. qu. 1.& gloſſa.in capit.illud de excommun. & habetur in cap. 1. de conſtitut.in 6.ſed Eccleſia quæ dicitur congregatio fidelium, non poteſt errare, vt eſt text. cum gl.in d. cap. à recta ergò fide;vbi dicitur quod nunquam probatur erraſſe, & gl. & c.quod cum eo in verb.eccleſiam Sanctam 24. q. 1. dicit non poteſt errare vid. cepull. in tract. de vſucap. pro empt. in ver. ſi contra ſub nu. 5. vbi dicit eccleſiã non poſſe errare,quia Deus non permitteret: & licet Papa poſſit eſſe homoflagitioſus, non tamen propterea ſubtrahenda eſt ſibi obedientia, & debita reuerentia, reſpectu perſonæ quam repræſentat,ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti niſi Papa hæreticus inueniatur.

Et quamuis propter negationem Petri vellent hæretici Papam poſſe definire aliquod hæreticum,tamen conſtanter reſpondeas, quòd Petrus quando nega-
16 uit † Dominum defecit tunc eius charitas,& gratia,nõ autem defecit eius fides, in qua numquam legimus defeciſſe; & hinc eſt, quod Papa ſiue hæreticus eſſe poſſit,ſiue non,nõ poteſt vllo modo definire aliquod hæreticum, a tota eccleſia credendum;ratio eſt, quia ſpecialiter Petro, & per eum omnibus ſucceſſoribus ſuis à Chriſto fuit impetratum ne deficeret eius fides. Luc. 22. vbi rogaui pro te Petre ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma Fratres tuos, hanc communem opinionem Catholicorum,& veritatem firmat,& te ſtatur Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarm. Thom.1.controu.lib.4. de Roma. Pont. cap. 3. ſtudeat ergò Pontifex Romanus ſicut in honore ſequitur Apoſtolos vt illos ſequatur in merito,& vt in ſolio cum duodecim iudicaturis ſedeat,& alius ipſum lenè cingat, & municipatum cum paulo conſequatur. ita citatus Sanctus Hyero.in Epiſtola ſua 26.ad damaſum,& licèt Petrus bis errauerit, primò quia Chriſtum negauit, ſecundum quia gentiles coegit iudaizare, Gala.2.tamen nõ ob id ſequitur,Petri ſucceſſores circa fidem poſſe errare, tum quia Sanctus Petrus, cùm Chriſtum negauit, nondum Pontifex eſſe cæpit; conſtat enim traditum ei à Chriſto fuiſſe eccleſiæ principatum cum ei dominus poſt reſurrectionem dixit Ioan. vlt. Simon paſce oues meas.Itaque negatio Petri,non eſt numeranda inter errata Pontificũ Roma. Prætereà Chriſtus negatus fuit à Petro,ore non corde. Ideò amiſit Petrus confeſſionem fidei, nõ ipſam fidẽ; quòd autem Petrus coegerit gentes Iudaizare,nõ fuit error prædicationis,ſed cõuerſationis, non enim Sanctus Petrus decreto ſanciuit eſſe Iudaizandum,ſed cõtrarium potius docuit. Nos vero non negamus poſſe pontifices exemplo ſuo

præbere occasionẽ errandi, sed illud negamus posse eos, ex Cathedra errorum ecclesiæ, præscribere. Bellarmin d.tom. 1.l.4. cap.8. quando Dominus dixit Petro pasce oues meas: in persona Petri dixit etiam successoribus, quousque mundus duraret. & illud verbum, pasce, intelligitur præcipuè de doctrina, sic.n. pascuntur oues rationales. Hierem. 3. dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina; & illud verbum oues, significat omnes Christianos, qui enim non vult pasci à Petro, nõ est ouis Christi. Ideò doctrina conuenit omnibus religiosis, sed potissimum prælato, quando Dominus ac omnes religiosos admonuit, illis verbis, Petre duc in altum, voluit enim inferre qđ ad eos pertinet studium legum, predicatio, vt sic capiant pisces, idest Deo animas aquirant prædicando bonis exemplis, & docendo sermone. Quando verò dominus dixit Petro pasce agnos meos, intellexit qđ Petrus cui soli fuit dictum tu vocaberis Cephas. caput, & eius successor, Christi Vicarius diceret; pascere prælatos in specie, & soli Petro fuit ita dictũ quia soli ipsi fuit datus primatus à Christo, quia exordium ab vnitate præfertur. Et vt vna Christi Ecclesia, & Cathedra vna monstretur. quam vnam ecclesiã, & in cantico canticorum Spiritus Sanctus, ex persona dómini designat, & dicit, vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ electa genitrici suæ. Cæteri enim Apostoli pari consortio fuerunt præditi honoris, & potestatis; sed pro exordio vnitatis soli Petro fuit datus primatus, & ipse solus vocatur Cephas. Illustris. Cardinalis Baron. tom. 1. ann. pag. mihi 207. & seq.

DVBITATIO. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio principis, instar legis est obseruãda. Princeps, est lex animata in terris ibid.*

2 *Forenses tenentur obseruare legem principis, & qua declaratione.*

3 *Papa virum ex causa possit interpretari, & limitare ius diuinum?*

4 *Papa dispensat in matrimonialibus, in voto, in iuramento, & alijs.*

5 *Papa potest mutare formam in baptismo.*

6 *Papa potest facere leges contra statuta Sanctorum; sed non omnia tollere.*

7 *Papa potest in particulari disponere contra ius diuinum, secùs in vniuersali.*

8 *Papa non dispensat circa præcepta Decalogi. Dispensatus à Papa in his quæ sunt iuris diuini sine causa vera non est tutus, quoad Deum?*

9 *Secus dicendum in his quæ sunt iuris positiui.*

1 HAbemus q constitutio † Principis, instar legis ab omnibus debet obseruari. l. 1. ff. de cõst. Imò quod magis est, Princeps est lex animata in terris. §. fin. Authẽ. de consul. l. digna. C. de legi. 6. & debet obseruari etiam à forensibus principis, lex
2 † dummodo aliquo tempore habitauerint. l. cunctos populos vbi Iaf. post Bart. C. de Summ. Trint. & dũmodo illa cõstitutio sit publicata. §. pro auth. vt facto nu. constit. nisi aliqua persona etiam priuilegiata quæ ex priuilegio personæ à iure, vel ab homine, sibi concesso nõ est obligata obedire. l. priuilegia. ff. de reg. iur. l. lus singulare. ff. de legi. modo intendo discurrere clarius; vtrũ Papa, ex causa possit interpretari, & limitare ius diuinum, quod est immutabile, & firma-
3 tur propositio affirmatiua, † quòd possit ex causa, media constitutione, vel rescripto, licet Papa in totum non possit tollere, quia inferior non tollit legem superioris. Hinc est quòd in matrimonio etiam de præsenti cõtracto, ex causa Papa dispensat, & hanc potestatẽ in matrimonialibus habet, p Hostiẽ. in summ. qui cler. §. quis nocẽs eos. videtur igitur; idem dicendum in voto, in iuramento, in irregularitate perueniente & homicidio, in dispensando obligatos ad officium

cium, ex magna .n. causa, & euidenti dispensat, vt bigamus promoueatur, vt Sacerdos non inductus vestibus sacris, cō-
3 secret Corpus Christi; potest † etiam mutare formā in baptismo, vt dicatur, ego te baptizo in nomine Trinitatis. vbi enim a lege diuina nō datur certa forma, Papa potest eam mutare in æquipollētem, quod non est in alijs quibus data est certa forma; non tamen licet inferiori mutare dicta verba baptizando, aliàs actus esset nullus. hæc per Felyn. in cap. qui in Ecclesiam. numer. 25. & duobus & seqq. de const. imo Papa potest ex causa facere leges contra statuta Sanctorū licet singula, sed non omnia possit tolle-
6 re, † quia aliàs posset destruere vniuersalem statum Ecclesiæ. vt notat Fely. ibid. num. 29. & præmissa facere. Papa potest etiam ad effectus concernentes laicos in temporalibus, & in hoc plus potest quod imperator. vt per Fely. ibid. num. 3. Intelligenda est præmissa propositio in
7 tantum, † vt Papa possit in particulari dispone re contra ius diuinum, veluti si daret potestatem vni Principi de iudicando clericos quod posset, secùs in vniuersali dispositione, quæ sola, non autem particularis tolleret ius diuinum. Fely. in ca. si quis num. 4. de maior. & obed.

Quid dicendum circa præcepta decalogi? Primo, quod Papa nō possit super eis dispēsare, quia licèt illa nō sint articu-
8 li fidei, sunt tamē articularia † fidei adeò annexa, vt sine ipsis salus haberi nō possit. declarè Fel. loco præcitato nu. 31. in pertinentibus .n. ad articulos, fidei Papa nil potest quoad dispensationē, sed benè in his quæ pertinent ad statum vniuersalē Ecclesiæ, quia in his est maior Apostolo; & sic Papa nō potest dispensare quod valeat matrimonium sine cōsensu, nec quod quis saluetur sine confessione, licet possit dispensare in confessione secundum quod obligat ex præcepto, & statuto Ecclesiæ; nec potest facere quod sine baptismo quis saluetur, in his enim quæ sunt iuris diuini, vel naturalis, licet Papa possit ea interpretari, à Christo non est data potestas Petro, quamuis Papa de plenitudine potestatis dicatur omnia posse, non enim potest obligare ad culpam, vt quod mendacium iocosum, sit peccatum, quia talia sunt de iure diuino, licet possit pro obedientia præcipere ne dicatur mendacium iocosum.
9 Dispensatus † verò à Papa in his quæ sunt iuris diuini sine causa vera, nō est tutus quoad Deum, & in tali casu, non præsumitur dispensatio, cùm non præsumatur causa. In his autē quę sunt positiui iuris, sufficit sola voluntas Papæ, & tunc præsumitur causa quoad dispensatū. Fely. in loco præcit. sub num. 32. cum seqq. & satis ex præmissis quæstionibus veritas potest inueniri.

DVBITATIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Lex generalis, an semper generaliter debeat intelligi?*
2 *Dictio, multi alij, non continet maiora expressis.*
3 *Ratio est anima legis.*
4 *Effectus prouenieus ex dispositione. vbi distinguit, secundum eum quoque est distinguendū*
5 *Verbū ubi potest sumi in genere, an & quando sic sumatur?*
6 *Lex specialis derogat generali.*
7 *Relatiuum qui, quæ adiūctum generalitati sine copula, restringit genus declara vt ibid.*
8 *Lex, vel statutum generale, an tollatur per speciale contrarium?*
9 *Genus an semper idem operetur in suo genere, quantum species in sua specie?*

QVando lex est generalis, quæro an semper debeat generaliter intelli-
1 gi? † & quamuis generaliter loquens generaliter intelligatur. l. 1. §. quod autem vbi gl. ff. de aleat. l. 3. ff. de off. præsid. l. fi. §. vxori, ff. de au. & arg. lega. l. 1. §. generaliter ff. de lega. præst. Clausula tamen ge-
2 neralis, multi, alij, † non continet multitudinem effrenatā, nec maiores expres-

Digitized by Google

sis.C.Rodulphus de reſcrip.prout etiam quando lex alia,vel ipſa diſtinguit, vel vbi ratio legis diſtinguit tacitè, vel expreſsè;nam tunc non debet generaliter intelligi.gl.in l.1.§.generaliter.ff.de lega.
3 præſt. cum ratio dicatur anima † legis.l. quod dictum.ff.de pact. vbi Iaſ.nume. 4. vbi citat emendantes Bald.in l.ſi quis.C. de furt. prout etiam vbi effectus proue-
4 niens † ex diſpoſitione diſtinguit, nam tunc ſecundum eum effectum diſtinguẽ dum eſt;vt in ſimili tradit Bart.in l.filiusfam. verſ. 3. facit.ff.de donat. vbi tamen verbum poteſt ſumi in genere, & in cer-
5 ta † ſpecie, in odioſis ſumitur tantum in ſpecie, in fauorabilibus autem ſumitur in genere.ita Abb.in cap.Rodulphus de reſcript.ſpecialis autem lex derogat generali, vt ſpecies generi.l.vxorem. §. co-
5 legi. † fallit, vbi qui fecit actum potuit post statutum, illum renouare, vel de nouo facere de facili secundum statutum, vt in testamento facto de iure communi, si superueniat statutum addens solemnitates, nam si potest, debet testator illud de nouo facere, ita Iaf. in l. iubemus. num. 8. C. de testam. vt cautius agat, & vt legem principis seruet, cùm leges non debeant esse ioco, vel ludibrio. l. fi. §. fi. C. de bo. quæ lib.

DVBITATIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an & quando teneatur iudicare secundum conscientiam, vel secundum allegata?*
2 *Papa solus, & Imperator, & non recognoscens superiorem, iudicant secundum conscientiam.*

Dubitatio XI.

3 *Iudex iudicans secundum legem non peccat, etsi contrarium cognoscat exemplo Saluatoris Domini Nostri Iesu Christi. Idem dicitur de teste. ibid.*

4 *Iudex potest iudicare secundum propriam conscientiam, vbi agitur de iurisdictione voluntaria.*

5 *Iurisdictio est duplex.*

6 *Iudex in causis dubijs si pronunciet secundum opinionem non communem, non tamen sententia est nulla, sed rescindenda per appellationem.*

7 *Monitio bina debet præcedere, antequam Iudex statuat alicui terminum agendi, de iure suo.*

8 *Iudex ex officio potest supplere in ijs, quæ pars potuisset, si præsens esset.*

9 *Iudex suspectus vtroque iure recusari potest, etiam si princeps scienter causam suspecto delegaret, contrarium dicendum est in ordinario, vel delegato ad vniuersitatem causarum.*

10 *Causæ suspicionis quæ sint ad effectum recusandi iudicem.*

11 *Collegium iudicum, vel etiã tota synodus potest recusari.*

12 *Assessor vbi sit suspectus, poterit etiam ordinarius recusari.*

13 *Causa non debet inseri in recusatione iudicis suspecti.*

14 *Suspectus recusatus si procedat, processus est ipso iure nullus.*

15 *Notarius, procurator, vel consultor possunt recusari etiam non expressa causa, sed solo iuramento.*

16 *Exceptio declinatoria proponitur à principio, quando iudex est suspectus.*

17 *Ordinarius de iure ciu. non recusatur, delegatus sic.*

18 *Exceptio declinatoria an & quando debeat opponi, & quando excludatur?*

19 *Exceptio quæ proponitur contra personam, semper potest opponi.*

20 *Iudex allegatus incompetens cognoscit de sua incompetentia, suspectus verò non.*

21 *Exceptio dilatoria quando opponenda, in patria Montisf. viget decretum in nou. quo decernitur quod iudicem suspectum aduocatum vel allegans semiplenè debet probare.*

22 *Iudex suspectus non potest allegari, si in principio litis magis fauet actori, & in fine reo; quid si esset affinis partis, quid si suspicio supernenit post conclusum in causa, & de forma allegandi suspicionem.*

23 *Iudex potest recusari suspectus, & in qua parte iudicij.*

24 *Suspicio iudicis in quibus casibus tollatur.*

25 *Iudici suspecto an sit dãdus adiunctus, & quomodo petendus sit consultor?*

26 *Iudicem suspectum allegans, caueat coram eo vlterius non comparere.*

27 *Notario vti non debet qui illum suspectum allegauit, & quando possit remoueri notarius?*

28 *Alleganti iudicem suspectum debet dari terminus ad verificandas causas suspicionis.*

29 *Iudex debet esse vacuus à prece, pretio, & amore.*

30 *Iudex interpellatus ad expeditionem litis, & negligens, facit litem suam.*

IVdex legum, verus, & sincerus, debet esse obseruator, ac diligentissimus custos; nec ipse poterit propio marte ius dicere, sed tenetur ludicare, secundum allegata, & probata. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid. ratio est, quia iniuriam facit legibus, qui se vult demonstrare illis esse meliorem. §. omnis autem iudex in auth. de iudic. nec ideò potest iudicare secundum propriam conscientiam, sed potest tantum iudicare secundum con-
1 scientiam † formatam à iure, nõ autem formatam sibi vt priuatus homo. l. 2. vbi gl. vers. aspectu atrox. ff. de fer. si tamen iudex deberet iudicare contra cõscientiã ex allegatis, tutius esset, quod causam delegaret. Nicol. in §. pupilli insti. quib. mo. tut. fi. in hac materia iud. Olaf. dec. 79. nu. 44. iã in proposito supra tetigimus, quod solus Papa, & imperator, & non recognoscens superiorem, qui non sunt obligati legibus, † possunt secundum con-
2 scientiam formatam iudicare. l. digna. C. de legi. laf. in §. si minus circa fin. instit. de action.

Hoc non est dicendũ in iudice, q si secun-

Digitized by Google

cundum legem iudicat, non peccat; quamuis contrarium cognoscat; exemplo Saluatoris Nostri Iesu Christi, qui
3 quãuis nosceret omnia secreta nostra, tamen noluit iudicare secundum suam conscientiam, sed secundum probationes. c. Reus omnipotens 2. quest. 1.

Quod dicitur de iudice, dicẽdũ idẽ videtur in teste l. prima & ibi Bartol. C. de vsur. prout idẽ procedere debet in criminalibus, sicut in ciuilibus late. in §. si minùs num. 15. Instit. de act. contrarium dicendũ venit vbi tractatur de iurisdi-
4 ctione voluntaria, † quia tunc Iudex potest iudicare secundum conscientiam propriam. quia iurisdictio est duplex, cõ-
5 tentiosa, quæ confertur in inuitũ, † voluntaria in volentem. glo. in l. bonorum. C. qui admit. de hac materia, & regula præmissa de iudice iudic. glo. in c. 1. vbi Abb. nu. 8. de offic. ord. & l. primam §. fin. ff. de quæst.

Iudex verò in causis dubijs, & vbi sunt varię opiniones doctorũ. licet ferat sententiam secundum opinionem malam,
6 & quæ non tenetur communiter, † non tamen dicitur tulisse sententiam nullã, sed est illa rescindenda per appellationem. l. prolatis vbi Bart. ff. de re iud. Bar. in l. qui Romæ. §. fin. 6. oppositi. ff. de verb. oblig. vbi Castr. in fin. & Iaf. in princ.

Iudex tamen non potest alicui statuere terminum agendi, vel docendi de
7 iure suo, † nisi ille a iudice bis sit monitus. Iason. in l. rem quæ nobis in fin. ff. de acq. poss.

Iudex ex officio supplere potest in ijs,
8 quæ pars potuisset, si præsens † fuisset. Dec. in cap. 1. nume. 139. ex. de probat. sed aduerte, quod iudex suspectus tum de iure ciuili, quam canonico, recusari potest. leg. apertissimi. C. de iudic. cap. si quis contra clericum de for. competen. quod procedit etiam si Princeps, vel Pa-
9 pa scienter † causam delegaret suspecto, quia pars posset illum recusare. glos. in c. ad hæc de rescr. Iaf. in d. l. apertissimi colum. penult.

De iure ciuili hoc tamen verùm est in delegato, nõ autem in ordin. vel delegato ad vniuersitatem causarum. glos. 1. in l. fin. C. de iudic. auth. si verò. C. eod. sed hoc non procedit in casibus de quibus per Iaf. in d. l. apertissimi num. 4. plurbus autem causis Iudex, vt suspectus potest recusari, vt d. l. apertissimi, & notat Pract. Papien. in declinat. iurisd. alic. iud. in gl. in verb. nec fuisse colum. 1.

Et dictum secunda de delegato est verum si adest causa, & probetur, quæ au-
10 tẽ sint causæ † not. Iaf. in d. l. apertissimi; & generaliter Iudex ex simili, vel etiam minori causa ex qua reprobatur testis, recusatur; & iudex gl. in c. insinuante de offic. deleg. in princ. imò si inimicitia intersit, non tenetur comparere. c. fin. 3. q. 5. gl. in c. si Episcopus 3. q. 2. Bart. in tract. in casib. in quib. citatio non valet.

Imò etiam totum collegium iudicũ,
11 vel etiam tota synodus † recusari potest. Iaf. in d. l. apertissimi Abb. in c. 1. nu. 14. de iudic. & hoc habet locum in synodo prouinciali tantum, vt Abb ibid.

Et si assessor sit suspectus, poterit etiã
12 ordinarius recusari vt suspectus, vt eo nus associetur Abb. d. c. 1. nu. 14. sicut etiam si ordinans laturus esset sententiã sine consilio eius; vt Iaf. in d. l. apertissimi num. 9. 10. & seq.

In recusatione autem iudicis suspecti
13 non debet inseri causa, † iuxta glos. in l. quia poterat. ff. ad Trebell. sed illud procedit de iure ciui. non autẽ de iure can. vt in addit. ad d. gl. & not. in c. suspicionis de offic. deleg. & Bar. in d. l. quia poterat, dicit quòd in terris Imperij illa gl. seruatur. Et ibi notat, quòd si talis recusatus procedat nõ obstante recusatione, pro-
14 cessus est ipso iure nullus. † Pract. Papiẽ. in declin. iurisd. in verb. iudicem. Alex. cons. 89. col. 1. & seq. lib. 1.

Notarius autem procurator, vel consultor possiunt de iure canonico, & ciuili recusari, etiam non expressa tunc
15 aliqua causa; † sed solum iuramentum sufficit, & si ille post recusationem procedat,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cedat, acta sunt nulla. Alex.cōs.104.col. 2.lib.5. Anch. cons.263. de materia iudicis suspecti, & eius recusationis ad d. Pract.Papiē.in form.declin. iud.in verb. iudicem suspectum.

Quando iudex est suspectus, proponitur.exceptio declinatoria à principio,
16 † vel quando preuenit ad eius notitiam, opponi debet. Ita.d.l.apertissimi, & Abb.in d.c.1.num.5. de iud.& de iure canonico etiam ordinarius potest recusari,vt c.iudex de offic.deleg.in 6.de iure autem ciu. ordinar. nō recusatur; sed ei
17 vnus associatur.† nisi remaneret aliqua etiam suspicio. delegatus verò recusari potest, vt Bart.in l.2. in fin.ff.si quis in ius vocan.non ierit.

Exceptio igitur huiusmodi, & quamuis exceptio declinatoria præcipuè fori idest Iudicis incompetentis,debet fieri, in exordio ante litem contestatam, ante vel post dationem libelli,cap.inter monasterium de re iud.cap.non videtur. ff. de iudic. glos. in leg. fin. C. de exception. aliàs uidetur consentire in eundem iudicem, nec potest inde recordari, licet non interueniat nisi sola examinatio iudicis,& pronuntiatio.Bar. in l. quidam consulebat. ff. de re iud.
18 † si tamen exceptio competeret de iure speciali, debet opponi antequam fiat aliquis actus coram iudice.Bart. in l. 2.col.pen.ff.liq. in ius voc. non ierit hoc verò nō procedit,vbi nesciret,vel incōpetentia orta esset post litē contest. nam vt primum quis scit, potest illam opponere.gl.d.l.fin. C. de except.Bart. d.l.quidam.Abb.in d.c.inter.& in cap.1.num.5. de iud.

Excluditur autem ista exceptio, non solum vt dixi,per litem contest. sed multò magis per pactum, vel per responsionem factam iudici, dicendo coram eo velle experiri,l.pen.C.de pact. Abb.in d. c.1.num.5.de iud.

Exceptio verò quæ proponitur contra personam, quia nequit esse iudex,
19 quia fœmina, vel infans, † semper potest opponi.Bar.in l.2.col.pen.ff.si qu. in ius voc.non ierit.

Et iudex allegatus vt incompetens, cognoscit de sua incompetentia.l.si quis ex alien.ff.de iud.suspectus verò non cognoscit de sua suspicione.d.l.apertissimi Bar.in l.2.in pr.ff.liq.in ius voc.nō ierit.

Exceptio autem dilatoria opponenda est ante litem contest. vel ante lapsū terminis assignati, ad illam proponēdā, aliàs non potest proponi, nisi esset exceptio excommunicationis,vel alia de nouo orta.cap exceptionem cum glos. de excep.

In proposito iudicis suspecti,in patria Montisferrati viget decretum 16. in nouis.quo decernitur, quòd iudicem suspectum aduocatumque allegans, semiplenè probare debet.

Non potest allegari iudex suspectus, si in principio litis magis fauet actori, quā reo; quia ad id tenetur in principio
22 medio, vt in fine reo. † ita Azo, quem refert Paris de synd.in verb. Iud. capitul. 2.num.4.

Quid si iudex esset affinis partis uid. Castr.cons.310.vol.2.

Quid si suspicio superueniat post cōclusum in causa.vid.Io.And.inc.cum dilectus de ord.cogn.Felyn.in cap.insinuato de off.de leg. de forma allegandi suspicionem iudicis nimium fauentis parti.uid. Specul.tit.de off. iud. deleg. lib. 4. folio. 44.

Iudex de iure potest recusari vt suspe-
23 ctus ante lit. cōtest.† quando tamen iā erat nata causa suspicionis, secùs si superueniret de nouo. Maran. 6.p.& quādoq; appellatur sub num.74. & à num. 28. vsque ad 76.notat.40.casus suspicionis.

Qui sint casus per quos suspicio iudi-
24 cis tollitur?† Paris de sindic. in verb. suspicio etiam Bertach. in verb. iudex suspectus.

An iudici suspecto dandus sit adiun-
25 ctus?† vid.Otal.decis.84.& quomodo sit petendus consultor,vel adiunctus, vid.Capell.Tholos.quæst.478.

Cauc,

Caue,ne poſt oppoſitam coram iudice ſuſpitionem compareas, aliàs vide-
26 † ris exceptionibus renunciaſſe Natt. conſ. 152. per tot. vbi etiam ponit quid iuris ſit, ſi cauſa ſit omnino irrationabilis.

In quòd dicitur,durum eſſe coram iudice ſuſpecto litigare, idem dici poteſt
27 † de notario, in cuius manu ſcripta fieri, & manere debent ſine ſuſpicione. Balan l.apertius num. 3. C. de iud. Alex. conſ. 104. vol. 5. Anch. conſ. 261. & quando remoueri poſſit Tabellio, vid. Aſin. ſua praxi. §. 14. c. 8. num. 5. in iudicijs enim omnis ceſſare debet ſuſpicio. l. apertiſſimi C. de iud.

Vbi iudex allegatur ſuſpectus, ſolet dari terminus alleganti ad verificandũ, & verificatũ habendum omnes cauſas
28 † ſuſpicionis coram ipſo, vel coram arbitris eligendis, & quomodo procedatur vid. Rofred. in rub. vtrum recuſetur. Iudex fol. 8. & Papien. cũ addit. in form. declin. inſt. in gl. iudicem ſuſpectum, & gl. ſeq. in verb. rationibus, & cauſis.

Iudex debet eſſe vacuus à præce,ptio, & amore; quia præces,& huiuſmodi mouent animum iudicis. l. 1. C. de off. com. orient. imò ſi interpellatus ad litem inſtructam expediendum fuerit neg igẽs,
39 litem facit ſuã, † vt inquit Paris de ſynd. fol. 49. num. 83. & fol. 235. nume. 3. & ſeq. in verb. negligentia, & ſi permittat proceſſum ſucceſſori vid. eundem capit. 1. fol. 306.

DVBITATIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Lex vel conſtitutio, an porrigatur ad præterita vel futura?*
2 *Conſtitutio pœnalis, an extendatur ad præterita & quando; quid dicendum quando lex eſt partim declaratoria, partim iuris nõ editoria ibi.*

NOſtrum eſt quærere, an lex, vel conſtitutio, porrigatur ad præterita, vel
1 tãtum reſpiciat futura? † firmo regulam quòd reſpicit futura tantum cap. fin. extra de conſtit. & l. leges la 2. C. de legibus nam hęc eſt propria natura legis diſponere de futuro; non de præterito, quia vt ait ille tex. leges, & conſtitutiones certũ eſt futuris dare formam negotijs, nõ ad facta præterita reuocari, niſi nominatim & de præterito tempore, & adhuc pendẽtibus negotijs ſit cautũ. c. cognoſcẽtes vbi Fel. de cõſt. quãdo verò lex loquitur vel ſtatutũ, per verba præteriti temporis indugendo aliquid, tunc non extenditur ad futura, ne detur materia delinquendi. vt in l. cum lex. ff. de legi. per quã dicit Bar. quod ſi ſtatuto cauetur, quod quilibet bannitus ſoluens decem, eximatur de banno, non habet locum reſpectu eorũ qui banniuntur de futuro, quia daret materiam delinquendi; ſecùs ſi ceſſaret hæc ratio, quia loquatur per verba præterita, vel præſẽntia, extenditur ad futura; quia lex ſemper loquitur. l. Arriani. C. de hęret.

Conſtitutio verò iuris antiqui addẽs
2 nouam pęnam non extenditur ad præterita reſpectu pœnæ, & ſic cenſetur noua. Conſtitutio autem pęnalis habens etiam rationes de præterito, quoad pęnam, concernit ſolum futura, quamuis conſtitutio declaratiua iuris naturalis, ſe extẽdat etiam ad præterita, ratio eſt quia declarans nihil addit, vnde potiùs lex, antiqua ligat, quam noua; quando verò lex eſt partim declaratoria, & partim iuris non ęditoria, ligat in præterito, quantum ad illam partem quæ eſt declaratoria, exempli gratia, lex dicit. Nemo audeat vſuras exercere, & qui exercuerit, puniatur pœna publicationis omnium bonorum, nam licèt factum ſit damnatum de præterito, tamen pęna publicationis, cùm ſit de nouo, non extenditur ad eos qui vſuras exercuerunt ante iſtã conſtitutionem, hæc habentur ex Abb. in c. quoniam ſi ſimoniaca Ex. de Simõ.

DVBITATIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex vel constitutio posterior an tollat priorem?*
2 *Rescripta regulariter non tolluntur per posterius rescriptum.*
3 *Princeps potest probabiliter ignorare consuetudinem, vel particulare statutum, non autẽ si statutum contineret id, quod est de iure cõmuni.*
4 *Princeps præsumitur scire iura quæ sunt in iure, & sic potest si vult derogare.*

QVæro vtrũ lex, vel cõstitutio posterior tollat priorem, habemus quod
1 † tollit. l. pacta nouissima vbi Iaſ. C. de pac. & vltimum statutum tollit primum, quando non se compatiuntur, nisi possent per distinctionem concordari. Dec. in l. de quibus, ff. de legi. nam regula quę se habet, qd vltima derogant prioribus l. non est nouum, ff. de legi. & l. fed & posteriores. ff. eo. ea ratione quia vnũquodque est dissolubile, eo modo quo est introductum. l. nihil tam naturale ff. de regul. iu. habet locum in statutis vt fuit probatum, & in testamentis. § posteriore insti. qui. mo. test. infirm. & in pactis. l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. d. l. pacta nouissima. vbi Iaſ. sed non habet locum si pactum secundum esset contrarium primo, nam non tollit primum. vt per glo. in d. l. pacta nouissima, & in testamẽtis secundum derogat primo, nisi primũ in specie tolleret secundum. vt est casus in l. si mihi. §. in legatis vbi Bar. ff. de leg. 1. nec habet locum præmissa regula in sententia definitiua, quia vltima sententia definitiua lata ab eodem iudice non attenditur, sed tantum prima. l. 1. C. quando prouo. nõ est necesse. imò nec habet locum, quando præcedens actus esset iuratus Iaſ. in d. l. pacta nouissima nu. 1.

Firmata propterea regula quòd lex posterior tollat priorem, dic quòd illa habet locum, etiamsi de priori nõ faciat mentionem. c. 1. ex de cogn. spir. etiamsi pariter prima haberet clausulã derogatoriã ad secundã. clem. dudum de sepul. sed cùs tamen est in rescriptis, quæ regulari-
2 ter † non tolluntur per posterius rescriptum. c. cęterum, & c. ex parte de rescrip. Item secùs de consuetudine, vbi adessent statuta particularia locorum, vel personarum singularium, scilicet, quia eis nõ derogatur per nouam constitutionem principis, vel Papę, nisi de ea fiat mentio cùm sint facti, & in facto consistant, & eam potest princeps, vel Papa probabili
3 ter ignorare. † c. licet extra de constit. in 6. quod non esset dicendum, si statutum contineret id, quod est de iure communi; quia tunc cessat ratio secundum Innocent. & Hostiens. præsumitur enim
4 † quòd princeps, vel Papa sciat iura, quæ sunt in iure, & sic velit derogare. notant Archid. & Io. And. in d. cap. licet de constitut.

DVBITATIO XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex vel statutum si iubeat aliquid fieri, an debeat intelligi si petatur à parte?*
2 *Iudex quandoque supplere potest parte non petente, & quando teneatur impertiri officium non petitum?*

Lex vel statutum iubeat aliquid fieri, inuestigandum est, an debeat intelligi, si petatur a parte, cùm beneficium legis non concedatur nisi petenti.

1 † Distinguendum censeo, aut agimus de lucro merè lucroso, aut merè fauorabili, primo capite lex adeò cooperatur ipso iure, vt nulla pœnitus requiratur petitio, nec oblatio partis, vt in liberatione moræ, in tollenda pœna, & intollendo interusurio, hoc enim casu inducitur liberatio, & sine petitione partis, ita colligo à gloss. in l. si quid à fideiussore. ff.

de

de compens. 2. capite tunc etiam quòd lex tale beneficium inducat ipso iure, tamen illa verba ita præcisa requirunt præambulam omnino partis petitionem. l. 1. vers. ait prætor. ff. de iu. delib. sic elicio à Ias. in l. vniuersa col. 1. C. de præcibus. Imper. offer. prout dicitur in beneficio feriarum, in supplemēto legitimæ quòd datur ipso iure, & in iure dicēdi nullum testamentum, & in bo. possess. contra tabul. dantur enim hæc remedia statim à lege, præcedente tamen petitione partis. Sic ergo studenda in Ticinensi Gymnasio hanc amplectebar distinctionem in materia rex, l. in quartam. ff. ad l. Falc.

Iudex verè potest quandoque supplere ex officio parte nō petente, nec oppo
2 nente † & per hanc conclusionē vid. Alex. in l. 1. C. vt quæ de aduoc. part. Iud. suppl. & quando iudex teneatur vel non impertiri officium suum non postulatū vide latè Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. inf. vbi firmat duas regulas copiosissimè cùm suis ampliationibus, & fallentijs.

DVBITATIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio legis ad quem spectet, ad Papam vel Imperatorem?*
2 *Iudex an possit legem interpretari?*
3 *Interpretationis species quot sint.*
4 *Interpretatio quæ fiat in contractibus, testamentis, in beneficijs, & priuilegijs.*
5 *Interpretatio ad quem spectet, vbi casus est dubius, & principis præsentia non potest haberi.*
6 *Episcopus potest interpretari iurium allegationes.*
7 *Legatus potest interpretari rescriptum, vel mādatum Papæ.*
8 *Iudex interpretatur rescriptum ad suam potestatem certificandam, & vt pronuntiet an sit iudex, & ad quantum extendatur sua iurisdictio.*

INterpretatione indiget lex; ideo etiā scire decet ad quē spectet legis interpretatio. † & breuiter cōcludendum est, quòd ad Papam spectat
1 interpretatio legis diuinæ, & canonicæ rex. est in ca. per venerabilem qui fil. sint legit. prout ad Papam etiam pertinet interpretatio legis ciuilis in quantum cōcernit cleric. c. 1. de iura. cal. Ad Imperatorem, & ad quemlibet principem habentem facultatem legis condendæ in suo foro, spectat interpretatio legis, quę concernit laicos. l. fin. C. de legi. ratio est quia eius est interpretari cuius est condere ex regula iuris in 6.

Licèt præmissa sint vera generaliter, tamen quantum ad vnam causam po-
2 test iudex etiam interpretari. † vt not. Innoc. in c. cum speciali de appellat. & est pulchra gl. in c. 1. de postula. prælat. & facit l. vn. C. de profess. &c.

Hoc tamen dictum procedit nisi esset ita arduum, quod firmus intellectus dari non possit, quia tunc recurrendum est ad Principē. l. pen. & fi. C. de legi. Abb. in c. 1. de iur. ca. collige ergò quod secūdum Abb. in d. cap. 1. de postul. post glo. quatuor ponuntur species interpretatio
3 nis, † prima est Principis quæ est generalis scilicet, quoad omnes. 2. est per consuetudinem, quæ dicitur esse optima legū interpres vt in cap. cum dilectus de consuet. 3. est per iudicem, qui potest interpretari leges quoad causas decidendas per eum vt per Innoc. d. c. cum speciali 4. est per Magistrum, seu per Doctorem, qui potest interpretari dubia illius facultatis in qua est Doctor. vt in d. l. vn. C. de profess. qui in vrb. Constantin. l. 12. de interpretatione verò ambiguitatis, vel obscuritatis, quæ ponitur in vltimis voluntatibus aut conuentionibus factis in iudicio, aut confessionibus, aut in contractibus, & pactis, aut in sententijs vid. gl. diffusam in regula contra eum de reg. iur. in 6.

In contractibus tamen fit plena, in testamentis

Digitized by Google

ſtamentis plenior, in beneficijs pleniſſima.c.cum dilecti de donat.interpretatio locutionum debet fieri ſecundum perſonas quæ loquuntur, vel quibus quis loquitur. c. deinde in gl. 26.diſt.

Et in ſpecie in contractibus eſt facienda interpretatio,vt res potiùs valeat, quã pereat. c. interdilectos de fid.inſtru. vbi gl.& in l. quotics. ff. de reb. dub. Si verò res valeret ſecundum intellectum vtriuſque, tãtũ accipiẽdum eſt illud quod eſt magis veriſimile.l.cum in teſtamento.ff. de reb.dub.& l.eũ qui.ff. de verb.obl.& ꝙ eſt conſuetum c.de ſiraculanæ 18. diſt.& quòd magis concernit iuri c. cum dilectus. §. fin. de conſuet. vbi interpretatio fit contra eum, qui legem potuit apertiùs dicere.l.veteribus. ff. de pact. c. quia in gl. de priuil.

Si autem loquamur de interpretatione priuilegij vtrũ illa pertineat ad principem ſolum, diſtinguendum eſt cum Abb.in cap.cum veniſſent de iudi. quòd aut dubiũ eſt ſuper poteſtate, ſcilicet ſi potuit dare, & ſic nulli inferiori à principe licet vt in cap.1.de tranſ. prælat.c. cũcta per mundum 9.quæſt.3. Aut dubium eſt ſuper validitate vel ſurreptione,& ſic poteſt inferior iudex interpretari ſecundum communiter Doct. Aut dubitatio eſt ſuper vel circa verbum ſolum, & tũc ſi caſus eſt clarus, & de facili deciſibilis, poteſt inferior cognoſcere ad præiudicium partium vt not.Innoc.in d.ca.cum ſpeciali.

Si verò caſus eſt dubius ſic pertinet ad principem,ſi eius preſentia de facili poſſit haberi d. arg. d. c. conueniſſent, & c.
5 inter alia de † iudic.& in l.ex facto.§. 1.ff. de vulg. ſubſt. quòd ſi de facili non poteſt adiri princeps propter longam diſtantiam, ſic poterit interpretari per rationem naturalem,& veriſimilem, quæ poteſt notari per expreſſa verba,per hoc eſt caſus in d.l.ex facto.§.2. vbi Iuriſconſ. interpretatur legem ex naturali ratione. facit text. in cap. cum perſonæ de priuil. in 6.

Aut dubium verſatur circa intentionem principis, & non poteſt decidi ſine magno dubio, & ſic interpretatio eſt ſolius principis. & ſecundum Hoſtien.eius eſt interpretari cuius eſt condere ſi verba ſunt obſcura,vel ambigua. cap. inter alia de ſent.excomm.& d.cum veniſſent Hinc dicit ſpecul.in titul.delegat.§.nunc oſtendendum quòd epiſcopus poteſt in
6 terpretari † iuriũm allegationes. c.ſignificante.de pign.& text. in c.cum in venerabilem de elect. qui videtur diſponere in caſu magni dubij,procedit tantum in arduo negotio.

Imò legatus poteſt interpretari reſcriptum,vel mandatum Papæ, vt appareat
7 quàm poteſtatem receperit ab eo.ita per gl.vbi Hoſtien.& Innoc.in cap. 1. de poſtul.& probat Abb.ibid.per tex.in cap. ſuper litteras de reſcrip.vbi iudex interpretatur reſcriptum ad ſuam poteſtatem
8 certificandam, † & vt pronuntiet, an ſit iudex, & ad quantum extendatur iuriſdictio ſua? ergò idem poterit legatus Papæ.

DVBITATIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Princeps vtrum poſſit tollere infamiam iuris, & diſpenſare perſonam infamem ab infamia ad teſtificandum vel humori actus; an credẽdum iuramento meretricis.*
2 *Infamia iuris quibus caſibus incurratur.*
3 *Meretrix quæ dicatur.*
4 *Actus binus ſufficit ad probandum conſuetudinem in delictis,& malis actibus.*
5 *Meretrix eſt infamis infamia iuris.*
6 *Princeps non recognoſcens ſuperiorem poteſt tollere infamiam iuris quoad ſibi ſubiectos tantum.*
7 *Epiſcopus diſpenſat ſuper adulterio ſed condẽnatus de adulterio efficitur infamis.*
8 *Meretrix eſt infamis à lege poſitiua ciuili, & canonica.*
9 *Conſtitutio Montisferrati, vt credatur iuramẽto meretricis memoratur,& diſcutitur.*

10 *Infamis*

Digitized by Google

10. *Infamis infamia iuris repellitur ab accusando & testificando.*
11 *Princeps potest abolere infamiam iuris non autem facti.*
12 *Infames secundum leges, sunt infames secundum canones.*
13 *Testimonij fundamentum est fides.*
14 *Infamia facti quot modis incurratur.*
15 *Infamiam non faciunt dicta paucorum nec multarum iquium personarum.*
16 *Benemeritus etiam dicitur qui non demernit.*
17 *Senibus maior fides adhibetur.*
18 *Hæres in maiori parte præponitur illi, qui in minori est hæres:*
19 *Infamia facti ortum habens à crimine repellit à dignitatibus, & cuius sit effectus. Repellit etiam à promotione ordinum ibid.*
20 *Princeps potest disponere vt infamia facti non habeat effectum.*
21 *Infamia canonica quomodo incurratur, & post pœnitentiam cessat.*
22 *Infamia iuris tollit executionem ordinum, & exercitium dignitatis.*
23 *Prælatus non expectet sententiam, sed resignet sponte à principio vt euitet infamiam.*
24 *Confessio delicti non reddit infamem infamia iuris.*
25 *Confessus in causa criminis non habetur pro condemnato.*
26 *Cautela ad euitandam infamiam ante sententiam.*
27 *Prælatus remotus ob dolum efficitur infamis.*
28 *Contumax condemnatus non efficitur infamis.*
29 *Sententia secuta contra præsentem non seruatis seruandis, non reddit condemnatum infamem.*
30 *Mulieri dicenti hunc esse filium talis, concurrentibus coniecturis, tenetur vir partui alimenta soluere.*
31 *Mulieris iuramento an credatur ad probandũ filiationem naturalium & spuriorum de iure communi?*
32 *Partus non erit negantis seu probantis se non cognouisse mulierem infra tempus, quo potuit nasci perfectus partus.*
33 *Lex, princeps, vel statutum potest habilitare, & legitimare personam.*

PRinceps conditor legis vtrũ possit tollere infamiam iuris, & dispensare personam infamem tali infamia ad testificãdum huiusmodi actus? hęc
1 † quæstio facit ad propositũ edicti, quo decernitur, quòd credatur, iuramento etiam meretricis, nisi offerantur contrariæ probationes, & primò concludentes incontinentiã videndum est quibus casibus incurrat infamia iuris, deinde decidendum super proposita quæstione.

Infamia incurritur ipso iure multifariam primò per sententiam in criminibus, publicis, & quando imperator,
2 vel † princeps militi aufert insignia, vel mittit aliquem in exilium. l. quod ac. §. ignominiosa. ff. de his qui not. infa. secundò, qui exercent improbum fœnus, exigendo vsuras. c. vsurarum. de usur. c. infames. §. porrò. 3. q. 7. tertiò, cũ aliquis deprehẽditur in adulterio l. palam. §. quę in adulterio. ff. de rit. nupt. vel contrahit simul cum duabus, vel simul habet duas sponsas. l. quid igitur. ff. de his qui not. inf. c. nuper à nobis de bigam. quartò, qui lenocinium exercuit, vel filias, vel nepotes prostituerit. l. athletas. §. ait prætor. ff. de his qui not. infam. quintò, qui pugnauit cum fera. lege. prima. §. bestias. ff. de postul. & multis alijs de quibus in dict. l. athletas. & in præcitato. §. porro sextò, ad de ioculatores qui mercedis gratia sui corporis ludibrium faciunt, maximè in ludis periculosis d. l. 1. & gl. in l. 1. ff. de his qui not. infa. & pro declaratione notandum, quòd qui bis exercet aliquem actũ alicuius artis, denominatur talis. ideò in proposito. permotæ quæstionis illa di-
3 citur meretrix, † quæ bis admisit aliquẽ causa quæstus secundum Abb. in c. cùm decorem de vit. & hon. cleric. nam secũdum ẽt Archid. in c. illud 12. dist. in malis actibus, & delictis binus actus sufficit
4 ad probandum consuetudinem, † maximè si publicè actus sit. quamuis Innoc. in d. cap. cum decorem videatur dicere, quòd binus actus non inducatur con-

fictudinem.

Retento hoc præsupposito, quòd meretrices, quæ verò sit meretrix, vt suprà, sit infamis infamia iuris, cùm turpiter faciat, meretricium exercendo, vt habetur in l. Idem si ob stuprum. ff. de condit. ob turp. caus. est quærendũ vtrum Princeps possit tollere infamiam iuris, & dicendum est quòd sic, persistẽdo in prin-
6 cipe, qui non recognoscit superiorem, & quoad sibi subiectos tantum; † vt in l. 1. ff. de postul. secundum Abb. in c. cum testamẽto de sent. & re iud. & hoc directè intelligas; quia indirectè potest aliquando Episcopus dispensare super adulte-
7 rio, † & tamen condemnatus de adulterio efficitur infamis, & sic dispensans de adulterio, consequenter, sed non principaliter, & directè dispensare dicitur in infamia. Bart. in d. l. 1. ff. de postul. & in l. infamem in fin. ff. de publ. iud. concludẽdum ergò in proposita quæstione, quòd infamia quam incurrit meretrix, est à le-
3 ge positiua, † ciuili, & canonica, sed cũ princeps, qui est ipsa lex, possit tollere ius positiuum, vt dixi supra constit. 7. & sequent.

Et super eo dispensare, ideò non mirum si potest habilitare meretricem, & sic consequenter illam dispensare ab infamia, vt eius iuramẽto credatur præcipuè ratione fauoris publici cum scilicet dicta constitutio in præsenti patria Montisferrati, à principe emanauerit
9 † ad exonerationem hospitalis Casalis de cuius interesse agitur in dicto edicto cui causam dedit quàm plurium meretricantium nimia libido, & auaritia qui seipsos occultando, ab educatione partus ab alienando, ac de eorum lasciuiæ voluptate in angulis, & per sæpè in foro gloriantes ad hospitale infantes educãdos exponant ac ipiorum suppresso parentum nomine. afferri mandant in fraudem loci pij. infamis etiam infamia iuris quæ oritur à crimine prorsus repellitur ab accusando
10 tam † de iure ciuili quàm canonico ca. infames 6. q. 1. l. qui accusare, C. de accus. & hæc est cõmunis opinio relata à Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 14. vers. 2. casus vbi dicit esse etiam communem, quòd infamis infamia facti de iure canonico repellitur ab accusando. sed de iure ciuili admittitur.

Papa vel princeps non recognoscens
11 superiorem potest abolere infamiam iuris, non autem infamiam facti secundũ Sanctum Thomam 2. 2. q. 69. art. fi. ad vlt. ar. Tabien. in secundum verb. Papa. §. 5. infamis infamia iuris repellitur à testificando in causa criminali, prout & infamis infamia facti licèt iste admittatur in subsidium vbi aliter veritas haberi non potest, sed admittitur cum tortura de cõmuni clar. pract. crim. §. fin. quæst. 24. vers. Item infamis. & sequent. versicul. item meretrix, quam de communi dicit non posse esse testem in criminalibus pro intelligentia etiam notandum quòd omnes infames secundum leges, sunt infa-
12 mes secundum canones † cap. omnes verò 6. q. 1. & Innoc. in cap. qualiter, & quando il 2. de accus. & infamia iuris indistinctè repellit à testimonio, hac ratione, quia fundamentum testimonij est fi-
13 des. † cap. forus in fi. de verb. seq. sed iste infamis caret fide, cùm eius status sit diminutus, & maculatus iuris dispositione l. sed etsi hac lege. §. prætor in gloss. ff. de de ius voc. & l. honori, & leg. licet. ff. de obsequ.

Infamia facti incurritur etiam multis
14 † modis, aliquãdo incurritur à crimine, ita quòd crimen est pro prima causa infamiæ, & hæc repellit à testimonio in causis grauioribus, & in causa criminali, sed in alijs admittuntur secundum quæ plus, & minùs sunt infamati. Aliquando causatur infamia facti ab alio, puta, quia fuit incarceratus, vel fuit propter crimẽ repulsus à testimonio. c. testimonium de testibus, vel cum pater per turpia verba instituit filium hæredem, dicendo, filiũ meũ proditorem, nequam, & huiusmodi instituo hæredem; vel ei lego. l. ea quę

pater.

Digitized by Google

pater. C.ex quib.cauſ.infa. irroga.

Item cauſatur per verba Iudicis dicẽtis alicui poſtulanti,calumniaris, vel benefaceres ſi ad frugem vitæ melioris te conuerteres, & huiuſmodi. l.verbum, & l.interlocutio. C.ex quib.cau. infr.irrog.

Incurritur etiam alijs modis, & multis,vnde quãdo apud bonos,& graues viros infamatur ex aliquo facto,ſic incurrit infamiã facti.l.licet,& l.honori,ff.de obſequ.a lib.& in c.licet ex quadam, de teſtib.

Infamiam non faciunt dicta paucorum, † nec multarũ. leuium perſonarũ, dummodo apud graues, & bonos,non ſit opinio læſa, & nota ꝙ graues dicuntur, qui non ſunt leues; puta eſt homo bonæ famæ, & opinionis, antiquus. 15

Sicut benemeritus, dicitur, qui non demernit.† l.cum pater.§.rogo.ff.de leg. 2. vnde,& ſenibus maior fides adhibetur.† l.vlt.ff.de fid.inſtrum.& arg.l.ſi quæ ſunt.ff.fam.erciſc. † vbi hæres in maiori parte præponitur illi qui in minori parte eſt hæres. 16 17 18

Hæc infamia facti, quæ ſcilicet habet † ortũ à crimine repellit à dignitatibus. c.inter dilectos de exceſſ.prælat. & viiib. & indignis portæ dignitatum patere nõ debent c.infamibus.de reg.iur.in 6.Item repellit à teſtimonio in cauſa criminali, non autem in ciuili, niſi ſecũdum quod infamia ortũ habet à crimine. Io.Andr. & Abb.in c.teſtimonium de teſtibus.ſed Ricard. vt refert Angel. in verb.infamia ſub §.3: tenet, quòd infamia facti ipſo iure non interdicit actus legitimos, ſed ſunt talibus interdicenda, donec purgationem canonicam fecerit. c.ex tuarum de purgat.canon. 19

Repellit etiam à promotione ordinũ, & ſuſpendit iam promotum, vt Angel. ibid.& ſeq.vbi notat, quod infamia facti tollitur per contrarium factum.

Princeps verò poteſt diſponere, vt infamia facti non habeat effectũ† Abb. in c.cum teſtamẽto de ſentent.& re iud. 20

Infamia Canonica incurritur ex quolibet peccato mortali, & ideò poſt poenitentiam † ceſſat talis infamia.c. infames.6. quæſt.1. Abb.in c.ex diligenti de Simon. 21

Infamia iuris tollit executionem ordinum, & † exercitium cuiuſcunque dignitatis, & adimit honorem quæſitum, & quærendum, vt in leg. Infamia C. de decur. & ideò prælatus non expectet † ſententiam, ſed ſponte reſignet à principio, & ſic euitabit infamiam.Angel. loco præcitato. §.8. & ſeq. vbi notat, quòd etiam priuat talis infamia titulo beneficij,& alijs dignitatibus. 22 23

Confeſſio delicti in iudicio non redit aliquẽ infamẽ † infamia iuris Bar. in l.infamem. ff.de publ.iud. Abb.in c.at ſi clerici de iudic. quia iudicium requirit ſententiam, quòd ſit condemnatus de crimine ad hoc, vt dicatur infamis. l.1. ff.de his qui not.infr. 24

In cauſa criminis aduertẽdum, quòd † confeſſus non habetur pro condẽnato.vt l.ſi confeſſus. ff.de cuſtod. & exhib. re.& ideò Bart.in l.furti.ff.de his,qui not. infa.dat cautelam, † quòd ſoluat,quando requiritur.ſententia ad infamiam incurrendam;& ſic condemnationem ante ſententiam media ſolutione euadet. ſed hæc cautela non valeret, vbi infamia irrogatur ipſo iure, vt in c.teſtimonium de teſtib. quia per ſolutionem videretur reus fateri crimen. l. nõ ſolutionem. C.de iud.& l.quoniam.ff.de his qui not.infam. 25 26

Prælatus remotus propter dolum, efficitur infamis † Abb. in c.licet Heli de Simon.vbi gl.Idem volunt iura in timore remoto propter dolum. 27

† Ex condemnatione ſecuta in contumaciam reus non efficitur infamis, prout etiam † ſi ſecuta eſſet contra preſentẽ non ſeruatis tamen ſeruandis iuid. Clar. §.fin. pract. crimin. ſub verſicul. damnatus in fin.quæſt. 72. coniecturis concurrentibus cum iuramento mulieris dicentis filium eſſe talis, tenetur vir partui alimenta † ſoluere, & ipſi de iure canonico 28 29 30

Digitized by Google

nico præcipuè cum mater eſt Inops quæ nec tenetur ablactare vti pauper filium propriis ſumptibus. Theſaur. 3. ſub
31 † nu. 7. ſi quærat. deinde in materia ppoſitæ dubitationis an credatur iuramento mulieris de iure communi? reſpondeas affirmatiuè, aliis tamen coniecturis concurrentibus. vt per Theſaur. deciſ. 3. nume. 6. non quia & per coniecturas probatur filiatio etiam naturalium, & ſpuriorũ. Rol. à Val. conſ. 22. nu. 30. vol. 3. quã ſequitur Burſ. in conſ. 89. nu. 1. Maſcar. de probat. concl. 787. num. 15. non tamen quando ancilla eſt prægnans, præſumitur ita de facili contra dominum Maſcar. ibid. concl. ſequ. nu. 33. vide not. per Menoch. de arbit. caſu 89. nume. 97.
32 † not. in hac materia, qp ſi pater negaret ſe cognouiſſe carnaliter illã mulierẽ cuius erat partus infrà tempus, infrà quod potuit naſci perfectus partus, admitteretur pater, & ſic hoc probato, partum nõ eſſet ipſius negantis, attenta repugnantia naturæ Eucrar. in loco. à natura 69.
33 † His notandum etiam quòd lex ſiue Princeps, vel ſtatutum poteſt habilitare, & legitimare perſonam. Bal. in l. legitima in vltim. col. ff. de pact. l. ſi mulier, & l. antiquæ C. ad Velleian. Dec. conſ. 403. in princ.

DVBITATIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Canonica lex eſt in viridi obſeruantia apud nos Catholicos.*
2 *Lex qualibet ſeruatur in foro ſuo, & quid dicendum quando caſus deciſus de iure ciui. & dubius de iure canonũ*
3 *Leges Ciuiles non obuiantes Canonibus cenſentur tacitè approbatæ per Canones.*
4 *Canonicum ius in quibus cauſis ſeruetur, & in quibus ius Ciui.*
5 *Canonica lex præfertur dicto cuiuslibet Sancti in decidendo. intellige, vt ibid.*
6 *Sanctorum dicta ceſſante deſpoſitione Summi Pontif. poſſunt allegari ad deciſiones cauſarũ.*
7 *Ciuiles leges inſertæ in decretis non ſunt approbatæ, vt ſeruentur de iure Canon.*

LEx canonica nulli dubium eſt quòd eſt in viridi obſeruãtia
1 apud nos catholicos, † cùm ſit facta à Summis Pontif. quibus data fuit poteſtas à Chriſto medio B. Petri, vt in clem. paſtoralis. §. fin. de re iudic.

Tamen quoad eius obſeruantiam recipit declarationem, quam facit Abb. in c. 1. de oper. nou. nunt. videlicet, quòd ſi lex canonica, contradicit legi ciuilis, tunc ſi ſumus in materia concernente animam, lex canonica in vtroque foro ſeruatur.

Si verò ſumus in materia non cõcernente animã † tunc quælibet lex ſeruatur
2 in foro ſuo, ſed quando eſt caſus deciſus à iure ciu. & dubius de iure canonico, ſeruatur ius ciu. in vtroq; foro. Idẽ è contrà, quando eſt deciſus de iure canonico, & dubius de iure ciuili, ſeruatur ius canonum in vtroque foro. vt per Abb. d. c. 1. & per glo. & Doct. in c. licet ex ſuſcepto de foro compet. & Bart. in l. priuil. & l. omni. C. de ſacroſ. eccleſ. quãdo autem, leges ciuiles nõ obuiant canonibus, cenſentur tacitè approbatæ, & confirmatæ per canones, ſed quando
3 obuiant † canonibus, cẽſentur reprobatæ per canones. Archid. in c. ſi inter 6. q. 4. & in c. de libellis 20. diſt.

In cauſis præcipuè miſerabilium perſonarum, ſeruatur ius canonum in vtroque foro, dato quòd canones contrariarentur legibus. † Item vbi ius ciu. foueret lucrum odioſum, vel ſaperet quendam rigorem, non ſeruatur in foro canonico, licet per canones non reprobetur. Item vbi ius ciu. ſtatueret equitatem, ius canonicũ rigorem, ſeruatur ius ciuile etiam in foro eccleſiaſtico, & non ius canonicum, haec per Felin. in c. in cauſis col. 1. de teſt.

Lex canonica adeò viget, & ſeruatur, quod præferatur dicto cuiuslibet ſancti deci-

Digitized by Google

deciſionibus cauſarũ, nã vbi eſt canon
5 † Summi Pontificis, ceſſat omnis auctoritas Sanctorum patrum, & ad interpretãdum ius diuinum, ſtatur dicto Summi Pontif. ceſſant dicta ſanctorum, & theologorum, quando illorum opinio contrariatur legi canonicæ Abb. in c. tua in 3. not. de dec. & Felin. in c. ne innitaris de conſtit. quod tamen intellige ſano modo procedere, videlicet in deciſionibus cauſarum, quia tunc creditur potiùs Sũmo Pontif. & eius canoni, quã Sanctis, ratio eſt, quia Summo Pont. fuit data poteſtas legis condendæ, & non ſanctis. Abb. d. c. tua, & in c. qualiter, & quando 1. & 2. not. de accuſ. ſecùs vero quoad ſolam interpretationem diuinæ ſcripturæ, quia tunc creditur potiùs dicto ſanctorum quam Summo Pont. Abb. & Felin. locis prout.

Declara etiam, niſi dictum alicuius ſancti eſſet conforme cum nouo, veteri teſtamento, & ſic eſſet munitum auctoritate noui vel veteris teſtamenti, qa tũc præfertur cuiuſcunq; legi, etiam Summi Pontif. in deciſionibus cauſarum. gl. eſt communiter allegata, & tex. in c. placuit §. 1. 36. q. 2. Abb. d. c. tua. Alex. in l. 1. col. 68. ff. ſi cer. pet. Feli. d. c. ne innitaris verſ. 35. caſus ratio eſt, quia Papa diſponens contra teſtamentum nouum, vel vetus, dicitur diſponere contra ius diuinum, & ſic dicitur potiùs errare, quam legem facere. gl. in c. à nobis de deciſio. nili tamẽ Papa diſponeret ad limitationem iuris diuini, quod facere põt ex cauſa. Abb. & Fel. in c. quę in eccleſiarum de conſtit. & Abb. in c. fin. col. 2. & ſeq. de conſtit. nam tunc creditur potiùs legi Pontificis, & ei non derogatur per auctoritatem ſancti, quamuis conformem cum teſtamẽto veteri, vel nouo, quia ipſa auctoritas ſancti tunc limitatur, ſicut limitatur, & ipſum ius diuinum, ita declarat Felin. in d. cap. ne innitaris verſ. 35. caſus. & eſt de mente Abb. in d. c. qualiter, & quando.

Ceſſante autem diſpoſitione Summi
6 Pontif. poſſunt dicta ſanctorum. † allegari ad deciſiones cauſarum ita Abb. in c. cum apoſtolica in 3. not. de his, quæ fi. à præl. & in c. certificari in 3. not. de ſep. & in c. cum cauſam de elect.

Cæterùm aduertendum eſt, quòd leges ciuiles inſertæ in decretis minimè ſunt approbatæ, vt per hoc ſeruentur,
7 de iure canonico ex quo Gratianus, qui illas inſeruit, non habuit talem auctoritatem, vnde dictæ leges remanẽt iuris ciu. prout antea erant, & perinde habẽtur ac ſi ibi non eſſent inſertæ, & ſic non ſeruantur, vt canones. ita Abb. in cap. 2. col. fin de reſcrip. gl. 2. in c. 1. de except. Io. And. in c. ex parte in fin. de feud.

DVBITATIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuiles leges, & Imperiales multæ ſunt continentes caſus non ſeruandos in foro animæ.*
2 *Qui ſint iſti caſus deſcribuntur ibid. per tot.*

LEGES ciuiles, & Imperiales multæ an ſint, quæ contineãt caſus illicitos, & non ſeruandos in foro animæ, affirmandum eſt primo in matrimonijs, † nã lex
1 vult, quòd filius vnius Germani, poſſit copulari in matrimonio cum filia alterius Germani. §. inter eos Inſtit. de nupt. l. memini. C. eo. ſecundum Deum tamen, canones tales debent ſeparari. c. non debet de cõſang. & affin. c. progenie 35. q. 3.

Item ſecum leges puella rapta nõ poteſt contrahere matrimonium cum ſuo raptore. l. vnic. C. de rapt. virg. hodie ſecũdum canones poteſt. c. fin. ex de rapt.

Item ſecundum leges licet homini ſoluto tenere mulietem ſolutam in concubinam. §. ſiquis autem auth. quib. mod. nat. eff. ſui, ſed ſecundum Deum etiam ſimplex fornicatio eſt peccatũ mortale, & excludit à regno Dei 1. Corinth. 6.

Item ſecundum leges licitum eſt viro occidere adulterum vxoris deprehenſum in adulterio ſi eſt perſona vilis, &

cui

nico præcipuè cum mater eſt Inops quæ nec tenetur ablactare vti pauper filium proprijs ſumptibus. Theſaur. 3. ſub
31 † nu. 7. ſi quæraꝫ. deinde in materia ppoſitæ dubitationis an credatur iuramento mulieris de iure communi? reſpondeas affirmatiuè, alijs tamen coniecturis concurrentibus. vt per Theſaur. deciſ. 3. nume. 6. non quia & per coniecturas probatur filiatio etiam naturalium, & ſpuriorũ. Rol. à Val. conſ. 22. nu. 30. vol. 3. quã ſequitur Burſ. in conſ. 89. nu. 1. Maſcar. de probat. concl. 787. num. 15. non tamen quando ancilla eſt prægnans, præſumitur ita de facili contra dominum Maſcar. ibid. concl. ſequ. nu. 33. vide not. per Menoch. de arbit caſu 89. nume. 97.
32 † not. in hac materia, qꝫ ſi pater negaret ſe cognouiſſe carnaliter illã mulierẽ cuius erat partus infrà tempus, infrà quod potuit naſci perfectus partus, admitteretur pater, & ſic hoc probato, partum nõ eſſe ipſius negantis, attenta repugnantia naturæ Eucrar. in loco. à natura 69.
33 † His notandum etiam quòd lex ſiue Princeps, vel ſtatutum poteſt habilitare, & legitimare perſonam. Bal. in l. legitima in vltim. col. ff. de pact. l. ſi mulier, & l. antiquæ C. ad Velleian. Dec. conſ. 403. in princ.

DVBITATIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Canonica lex eſt in viridi obſeruantia apud nos Catholicos.*
2 *Lex qualibet ſeruatur in foro ſuo, & quid dicendum quando caſus deciſus de iure ciui. & dubius de iure canon?*
3 *Leges Ciuiles non obuiantes Canonibus cenſentur tacitè approbata per Canones.*
4 *Canonicum ius in quibus cauſis ſeruetur, & in quibus ius Ciui.*
5 *Canonica lex præfertur dicto cuiuslibet Sancti in decidendo. intellige, vt ibid.*
6 *Sanctorum dicta ceſſante diſpoſitione Summi Pontif. poſſunt allegari ad deciſiones cauſarũ.*
7 *Ciuiles leges inſertæ in decretis non ſunt approbatæ, vt ſeruentur de iure Canon.*

LEx canonica nulli dubium eſt quòd eſt in viridi obſeruãtia
1 apud nos catholicos, † cùm ſit facta à Summis Pontif. quibus data fuit poteſtas à Chriſto medio B. Petri, vt in clem. paſtoralis. §. fin. de re iudic.

Tamen quoad eius obſeruantiam recipit declarationem, quam facit Abb. in c. 1. de oper. nou. nunt. videlicet, quòd ſi lex canonica, contradicit legi ciuilis, tunc ſi ſumus in materia concernente animam, lex canonica in vtroque foro ſeruatur.

Si verò ſumus in materia non cõcer-
2 nente animã † tunc quælibet lex ſeruatur in foro ſuo, ſed quando eſt caſus deciſus à iure ciu. & dubius de iure çanonico, ſeruatur ius ciu. in vtroq; foro. Idẽ è contrà, quando eſt deciſus de iure canonico, & dubius de iure ciuili, ſeruatur ius canonum in vtroque foro. vt per Abb. d. c. 1. & per gloſ. & Doct. in c. licet ex ſuſcepto de foro comper. & Bart. in l. priuil. & l. omni. C. de ſacroſ. eccleſ. quãdo autem, leges ciuiles nõ obuiant canonibus, cenſentur tacitè approbatæ, & confirmatæ per canones, ſed quando
3 obuiant † canonibus, cẽſentur reprobatæ per canones. Archid. in c. ſi iuer 6. q. 4. & in c. de libellis 20. diſt.

In cauſis præcipuè miſerabilium perſonarum, ſeruatur ius canonum in vtroque foro, dato quòd canones contrariarentur legibus. † Item vbi ius ciu. foueret lucrum odioſum, vel ſaperet quen-
4 dam rigorem, non ſeruatur in foro canonico, licet per canones non reprobetur. Item vbi ius ciu. ſtatueret æquitatem, ius canonicũ rigorem, ſeruatur ius ciuile etiam in foro eccleſiaſtico, & non ius canonicum, hæc per Felin. in c. in cauſis col. 1. de teſt.

Lex canonica adeò viget, & ſeruatur, quòd præferatur dicto cuiuslibet ſancti deci-

Digitized by Google

deciſionibus cauſarũ, nã vbi eſt canon
5 † Summi Pontificis, ceſſat omnis auctoritas Sanctorum patrum, & ad interpretãdum ius diuinum, ſtatur dicto Summi Pontif. ceſſant dicta ſanctorum, & theologorum, quando illorum opinio contrariatur legi canonicæ Abb. in c. tua in 3. not. de dec. & Felin. in c. ne innitaris de conſtit. quod tamen intellige ſano modo procedere, videlicet in deciſionibus cauſarum, quia tunc creditur potiùs Sũmo Pontif. & eius canoni, quã Sanctis, ratio eſt, quia Summo Pont. fuit data poteſtas legis condendæ, & non ſanctis. Abb. d. c. tua, & in c. qualiter, & quando 1. & 2. not. de accuſ. ſecùs verò quoad ſolam interpretationem diuinæ ſcripturę, quia tunc creditur potiùs dicto ſanctorum quam Summo Pont. Abb. & Felin. locis prout.

Declara etiam, niſi dictum alicuius ſancti eſſet cõforme cum nouo, veteri teſtamento, & ſic eſſet munitum auctoritate noui, vel veteris teſtamenti, qa tũc præfertur cuiuſcunq; legi, etiam Summi Pontif. in deciſionibus cauſarum. gl. eſt communiter allegata, & tex. in c. placuit §. 1. 36. q. 2. Abb. d. c. tua. Alex. in l. 1. col. 68. ff. ſi cer. pet. Feli. d. c. ne innitaris verſ. 35. caſus ratio eſt, quia Papa diſponens contra teſtamentum nouum, vel vetus, dicitur diſponere contra ius diuinum, & ſic dicitur potiùs errare, quam legem facere. gl. in c. à nobis de deciſio. niſi tamẽ Papa diſponeret ad limitationem iuris diuini, quod facere põt ex cauſa. Abb. & Fel. in c. quę in eccleſiarum de conſtit. & Abb. in c. fin. col. 2. & ſeq. de conſtit. nam tunc creditur potiùs legi Pontificis, & ei non derogatur per auctoritatem ſancti, quamuis conformem cum teſtamẽto veteri, vel nouo, quia ipſa auctoritas ſancti tunc limitatur, ſicut limitatur, & ipſum ius diuinum, ita declarat Felin. in d. cap. ne innitaris verſ. 35. caſus. & eſt de mente Abb. in d. c. qualiter, & quando.

Ceſſante autem diſpoſitione Summi
6 Pontif. poſſunt dicta ſanctorum. † allegari ad deciſiones cauſarum ita Abb. in c. cum apoſtolica in 3. not. de his, quæ fi. à præl. & in c. certificari in 3. not. de ſep. & in c. cum cauſam de elect.

Cæterùm aduertendum eſt, quòd leges ciuiles inſertæ in decretis minimè ſunt approbatæ, vt per hoc ſeruentur,
7 de iure canonico ex quo Gratianus, qui illas inſeruit, non habuit talem auctoritatem, vnde dictæ leges remanẽt iuris ciu. prout antea erant, & perinde habẽtur ac ſi ibi non eſſent inſertæ, & ſic non ſeruantur, vt canones. ita Abb. in cap. 2. col. fin. de reſcrip. gl. 2. in c. 1. de except. Io. And. in c. ex parte in fin. de feud.

DVBITATIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuiles leges, & Imperiales multæ ſunt continentes caſus non ſeruandos in foro animæ.*
2 *Qui ſint iſti caſus deſcribuntur ibid. per tot.*

LEGES ciuiles, & Imperiales multæ an ſint, quæ contineãt caſus illicitos, & non ſeruandos in foro animæ, affirman-
1 dum eſt primo in matrimonijs, † nã lex vult, quod filius vnius Germani, poſſit copulari in matrimonio cum filia alterius Germani. §. inter eos Inſtit. de nupt. l. memini. C. eo. ſecundum Deum tamen, canones tales debeat ſeparari. c. non debet de cõſang. & affin. c. progenie 35. q. 3.

Item ſecum leges puella rapta nõ poteſt contrahere matrimonium cum ſuo raptore. l. vnic. C. de rapt. virg. hodie ſecũdum canones poteſt. c. fin. ex de rapt.

Item ſecundum leges licet homini ſoluto tenere mulierem ſolutam in concubinam. §. ſiquis autem auth. quib. mod. nat. eff. ſui, ſed ſecundum Deum etiam ſimplex fornicatio eſt peccatũ mortale, & excludit à regno Dei 1. Corinth. 6.

Item ſecundum leges licitum eſt viro occidere adulterum vxoris deprehenſum in adulterio ſi eſt perſona vilis, &

cui

cui non debetur reuerentia. l.marito 1. reſponſo. ff.de adult. & l.Gracchus C.de eod.item licet occidere latronem, ſed ſecūdum Deum nihil horum licet.præcipitur enim Exodi. 20.non occides.

Secundum leges,damnatur,qui comprehenſam in adulterio tenet vxori. l. crimen, & l.caſtitati. C de adult.ſed ſecundum canones poteſt tenere ſine vlla pœna, dummodo ipſa velit ab adulterio recedere.c.ſub videtur.31. q.1.

Secundum leges,multis in caſibus licitum eſt repudiare vxorem, & matrimonium licitè contractum diſſoluere,etiã propter religionem: ſed hoc lex diuina prohibet, vt in cap. ſunt 27.q.2. & c.lege. 10. diſtinct.

Secundum leges,mulier, quæ nũbit intra annum luctus efficitur infamis, & incurrit alias pœnas.l.1. & 2.C.de ſecun. nup. ſed ſecũdum Deum,& Apoſtolum dicit, nubat liberè cui vult. c.fin.de ſecundis nupt.& abſque pœna, vt not.Innoc.ibid.

Secundum leges,ſpurius non eſt alendus, ſed ſecundum Deum, & canones cõtra.Abb.in c.cum haberet de eo, qui dux,&c.in matr.vlt.notab.Imò pater cogitur dotare filiam baſtardam, & in hac materia vide. Tabien. in verb. alimentum. §.5.

Secundum leges, hæres non faciens inuẽtarium tenetur vltrà vires hæreditarias, quia præſumitur à lege,quòd hæres bona hæreditatis vſurpauerit, & cũ hac lege ciuili concordat lex canonica in c.Rainaldus de teſta. & tamen in cõſcientia hæres nõ tenetur vltrà vires hereditarias.ſecundum Abb.in c.1.de conſtit.& de lege ciuili uid. in auth. de hær. & Falc.& de canonica in c.literis. in fin. de reſtit.ſpol.Bal.in l.1. C.de ſacroſ.eccl.

Secundum leges, hæres non tenetur de maleficio defuncti in certis caſibus, ſecùs eſt ſecundum Deum; quia tenetur ad omnia debita defuncti etiam de maleficio in quantum hæreditas ſufficit cap. tua nos de vſur. cap.in literis prout etiam de poſtul.

Secundum leges, id quod relinquitur in vlti.voluntate non valet, niſi habeat ſeptem, vel quinque teſtes l.vnus, col.fi. C. de teſtamen. ſed ſecundum Deum in relictis ad pias cauſas ſufficiunt tres, aut etiam duo. c. cum eſſet, & cap.relato de teſtam.

Secundum leges, promitto aliquid nudo pacto ſine alia iuris ſolemnitate, non teneor; quia non oritur inde actio leg.iuriſgentium. ff.de pact. ſecundum Deum, & canones, contra capitul. 1.ex. de pact.

Secundum leges, poſſunt licitè ſeſe decipere ẽntes,ementes, & vẽdentes vſq; ad dimidiam, quia venditor tunc videtur donare, vt not. doct. in l. 2. C.de reſc.vend.hoc tamen ſi ſcienter ita vendit minori pretio ſecùs ſi ignoranter. Abb.in ca. quia plerique in 9. quæſt.poſt Innoc.de immun. eccl.facit regula ſciẽti de reg.iur.in 6.tamen ſecundum Deum, contra eum iuxta illud pſal. qui non egit dolum in vita ſua &c. vid. Tabien. in verb.emptio.§.3.& ſeq.

Secundum leges,non licet emere, ſeu vendere iura, & actiones, quæ quis habet contra aliũ pro minori pretio,quod ſit principale debitum, aliàs non valet emptio. nec peti poteſt niſi vſque ad id quòd ſolutum eſt, nec etiam poſſunt talia iura pro parte donari l. p diuerſas C.mãdati.Sed propter animã nihil prohibet me emere iura contra aliquem pro minori pretio, quam ſint ipſa iura, dummodo non faciam hoc in fraudem vſuræ, ſed propter intereſſe meum aut laborem, qui forſitan erit in rehabendo, ſeu quia dubito, non debitor fugiát, aut ad pubertatem veniat.

Secundum leges, poſſeſſor malefidei longiſſimo tempore præſcribit,ſecus ſecundum Deum, & iura canonica.c. poſſeſſor malefid.de reg.iur.in 6.

Secundum leges,maleficia cogitationis regulariter nõ puniuntur l.cogitationis. ff.de pœn.ſecundũ Deum omnis ma-

la

la cogitatio punitur c.omnis 33. quæſt. ſecunda.

Secundum leges,licèt magi, & venefici puniantur,tamen qui hoc faciunt contra imbres ventos, & grādines præmiantur.l.eorum.C.de malef.ſecundum Deum talia facere eſt peccatum Sāctus. Tho.2 2. q.96.

Secundum leges in cauſa ſanguinis licet corrumpere accuſatorem.l.fin. ff. de præuaric. ſecundum Deum non licet. Sanctus Thom. loco præcitato & de ris hactenus.

DVBITATIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Lex cānonica vel ciuilis, vel quamuis alia præceptiua an ſemper liget? & referuntur ibi aliquot caſus in quibus non ligat.*

2 *Lex ſeruanda eſt in foro animæ quando eadem eſt ratio in vtroque foro.*

3 *Verba legis vbi non adaptantur ad aliquem caſum; ibi nec eius diſpoſitio adaptabitur, ſi de mente aliter non conſtet.*

4 *Ciuilis lex licèt non improbata à iure canon. volens valere legatum rei alienæ non eſt ſeruanda in foro animæ.*

5 *Leges non dedignantur ſacros imitari canones, in materia verò indifferenti canon ſeruatur in foro ſuo, & lex imperialis in ſuo.*

1 Ex canonica † vel ciuilis, vel quamuis alia præceptiua an ſemper liget? dic quòd non in quibuſdam. caſibus,de quibus per Innoc. in c. quia plerique de immun.eccl.& in ca. ſicut dignū de homic. Abb.in proem. decret.

Inter alios caſus notandum,quòd quādo lex poſitiua diſtinguit inter forum cōtentioſum, & conſcientiæ non ſeruabitur tunc in fōro animæ, ſcilicet pœnitentiali.c.tua cum ibi not. de ſponſal.

Idem dicendum quando princeps nō ad communem vtilitatem ſed propter propriam vtilitatem legem cōdidit,quia tunc eſt iniuſta ex fine. Abb. in c. canonum de conſt.

Idem quando lex non diſtribuit equè onera ſubditis, ſicut debet facere bonus paterfam. quia eſt iniuſta. Abb. d. capit. canonum.

Idem dicendum,quando excedit auctoritatē ſtatuētis,vt patet in ſtatuto Epiſcopi, quòd non ligat delinquentes extra Dioceſim ſuam etiam ſuos ſubditos. c.animarum de conſt.in 6. facit. l.fi.C.de iur.om.iud. & ſic dicitur iniuſta ex auctoritate, & facit quòd notat Bar. in l.vectigalia.ff.de public. vbi dicit quòd Gabella licitè fraudatur; quæ iuſtè non eſt impoſita.

Idem dicendum in lege pœnali, quia ante condemnationem quis non tenetur ſolnere pœnam, in foro animæ. gl.in c.fraternitas.12.q.2.

Idem dicendum quando ratio legis ceſſat in foro animæ,nam licet lex non exprimat cauſam, vel rationem, nos tamen debemus illam coniecturare, & limitare,vel ampliarem eam; iuxta Doct. in l.non dubium. C. de legi.puta, ſtatutū eſt quòd portę ciuitatis maneant clauſæ, & hoc pro communi vtilitate accidit, quod hoſtes contingit inſequi alios ciues,ita quòd in damnum ciuitatis cederet niſi aperirentur portæ, tunc ſunt aperiendæ, verum eſt qđ pertinet ad quemlibet hoc interpretari, niſi periculum eſſet ſubitaneum.

Item ſi ſtatuto cauetur, quòd vxore moriente ſine liberis,vir lucretur dimidiam dotis,quamuis nō exprimatur cauſa,tamen nos debemus cōiecturare cauſam huius ſtatuti, videlicet sūptus quos maritus facit inducendo vxorem ad domum. Abb. in c. ex publico de conuer. coniug.& in c. quia in inſulis de ſta. mona.vbi dicit, qđ lex debet ampliari, & reſtringi ad limites rationis expreſsè,etiāſi verba non patiantur.vt in l. adigere. §. quamuis. ff. de iur.patr. & in l.cum pater §.dulciſſimis.ff. de leg. 2.

Iura quæ dicunt legem ſeruandam

Digitized by Google

in foro animæ dicas esse verum quando
2 est † eadem ratio in vtroque foro, quia sic non cessat in foro animæ. Abb. in ca. tua in fi. de vsur.

Insuper quando verba legis non adaptantur ad aliquem casum, nec eius dispositio adaptabitur, si de mente aliter
3 † non constet. Bar. in l. 4. §. totics. ff. de damn. infec. & in l. ita autem. ff. de admin. tut. vbi dicit, statuto cauetur, quòd soluãtur pro gabella de quolibet cõtractu sex denarij pro libra, istud non habebit locũ in re inextimabili, quia cùm verba non adaptentur, nec dispositio. Bar. in l. constitutum. ff. de testa. mil.

Pariter lex ciuilis, licèt non improba-
4 bata à † iure canonico vult valere legatum rei alienæ, tamen non est seruanda in foro animæ, quia fouet lucrũ odiosũ proximo, scilicet, hæredi, nec fundata sũ per naturali æquitate, aperte non constito de voluntate defuncti facit in simili. tex. in c. ex parte in fin. de censi. & c. dilecti de iud. & c. 1. de dolo, & contum. Angel. in verb. legatum il 1. §. 23. & est materia. scriben. in §. non solum, & in §. quòd autẽ inst. de lega. vbi hæres tenetur emere & præstare rem alienam, si testator sciebat etiam alienam, vel extimationem hæres debet soluere, si talis sit quæ extimari possit. sed distingue vt per scriben. ibid. & per Bar. in l. cum alienam. C. de lega. & Bal. in l. 1. C. de sacrof. eccl.

Et circà præmissa infer, quòd leges nõ
5 dedignãtur † sacros canones imitari, specialiter in matrimonijs, & vsuris, in materia verò indifferenti, data, scilicet, contrarietate inter legem, & canonem, canõ seruatur in foro suo, & lex imperialis in suo etiam. vt no. gl. in regula possessor de reg. iu. in 6. facit text. in auth. quomodo oport. episc. §. 1. col. 1. vbi imperator ait se velle sequi & seruare regulas sacras. vt in l. cunctos populos. C. de summ. Trin. & fid. Cath. Abb. in c. 1. de nou. op. nunc. & est tex. in auth. vt cler. apud propr. Episc. per tot. fere, col. 6. Innoc. in c. fi. de reb. eccl. non alien.

DVBITATIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Lex prohibens actum, an reddat illum actum factum contra legem ipso iure nullum?*
2 *Lex addens aliquid plus, potest addere tripliciter.*
3 *Iure suo quis vti potest etiamsi alteri noceat, dummodo non faciat animo nocendi.*
4 *Qui sibi non prodest, & alteri nocet, non est audiendus.*
5 *Actus factus contra legem, non est nullus ipso iure in tribus casibus.*

Ex prohibens actum, an reddat illum actum factum contra legem ipso iure nullum?
1 † Diuersa est circa hoc Doctorum opinio; quidam dicunt quòd in omnibus casibus facta contra legem, sũt ipso iure nulla, nisi lege speciali actus sustineatur; secundum Io. And. in c. ad apostolicam, & cum eo communiter Doct. de regul. in 6. sed hæc diuersitas Doct. videtur versari duntaxat circa casum, quãdo lex punit contrafacientem, quia tenet, si expressè non annullet factum contra ipsam legem; secùs quando non punit, sed solum prohibet, quia sic non tenet, & sic loquitur text. in l. non dubium. C. de legi. ideò indubitanter tenendum est, quòd quandocunque lex prohibet, si nihil aliud addit, tũc ea quæ contra fiũt, ipso iure non valent. vt sunt venditiones donationes, electiones, testamenta, & omnia huiusmodi, nisi sint talia, quod eorum effectus reuocari non possit, vt homicidium, & huiusmodi.

Quando verò lex addit aliquid plus, tunc considerandum est, quod possit
2 † addere tripliciter; primò si addit verba expressè annullantia, vt dicendo, si contrafactum fuerit, sit irritum, & inane, & tunc est planum, quòd ille actus contra legem factus est nullus; & intrat regulã quòd quæ contra ius fiunt, habentur pro

infectis

infectis de reg. iur. in 6. ſecundò ſi addat verba exprimentia modum per quem illud factum annullatur, vt dicendo, qui contrafecerit, remoueatur exceptione tali, vt macedoniani, vel Velleiani, de dolo, & huiuſmodi, & tunc contra legem factum prima facie valet, ſed remouetur exceptione contraria. tertio contingit addi aliqua verba confirmantia, vt dicendo ſic, ſi contra factum fuerit, valebit, & tunc valet. l. græce. §. à tutore. ff. de fideiuſ.

Scias tamen quòd iure ſuo, quis vti
3 poteſt etiamſi alteri noceat, † dummodo non faciat animo nocendi, vt in glo. in c. cum etiam vulterana in verb. iniuriarum de elect. & in c. niſi ſpecialis de aut. & vſ. pal. vnde in l. 1. §. ibidem. ff. de aq. pluu. arc. Marcellus ait, nil poſſe agi cum eo, qui in ſuo fundo fodiens vicini fontem auertit, ſi non animo nocendi vicino, ſed ſuum agrum meliorem faciēdi, id faciat d. l. 1. §. ibidem. Sed quando aliquis ſibi non prodeſt, & alteri nocet,
4 non debet tunc audiri, † l. in fundo. ff. de rei vindic.

Ad propoſitam dubitationem redeūdo, dic adhuc eſſet tres caſus in quibus actus factus contra legem non eſt nul-
5 lus ipſo iure. † primò quando cauſa prohibitionis non eſt perpetua, ſed temporalis; videlicet reſtricta ad certum tempus puta in c. 1. de matrim. contract. prohibetur matrimonium, propter veneration em certę diei. ſecùs ſi prohibitionis cauſa eſt perpetua, vt cum prohibetur aliquid propter malum, quod inde ſequi poteſt, vt matrimonium propter cōſanguinitatem, & huiuſmodi, & ſic intelligenda eſt. l. non dubium. C. de legi. & c. vides. 19. diſt. & capit. interdicimus. 35. quæſt. 3.

Secundò quando prohibitio legis cōcernit principaliter fauorem alicuius, talis prohibitio habet potius vim exhortationis reſpectu illius, pro cuius fauore principaliter fit, quia poteſt renunciare Abb. in d. c. ad apoſtolicam de reg. iur. qui infert, quòd licèt ſtatuto caueatur, ne mulier poſſit contractū facere ſine pœnitentia duorum agnatorum, poſſet intentari, quòd valeat contractus ſine eorum pœnitentia; ſi ſtatutum expreſsè nō annullet actum factum facit text. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & in d. c. ad apoſtolicam, vbi patet obligationē acquiri Deo, licèt ſit actus prohibitus à lege, fauore profiteri volentis.

Tertiò non eſt nullus ipſo iure actus factus contra legem, quando lex dat certam formam ſuper eo, quòd alicui conuenit ex ſua poteſtate, puta, Epiſcopus ex ſua iuriſdictione poteſt abſoluere ab excommunicatione, vbi conditor canonis non ſibi reſeruat; attamen lex dicit, quòd non abſoluat, niſi faciat ſic, vel ſic, ſi faciat contrarium, tenet tamen abſolutio. Secùs verò quando lex dat poteſtatem illi, qui eam aliàs non habet cū tali forma, quia ſi non ſeruat formam, nihil facit gl. & Abb. in c. 1. de iur. pat.

DVBITATIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalis lex vtrum poſſit extendi?*
2 *Mens comprehenſiua cognoſcitur ex quatuor.*
3 *Mens extenſiua legis qualiter deprehendatur ex identitate rationis non ſcriptæ.*
4 *Argumentum à ſimili quomodo teneat in pœnalibus?*
5 *Statutum quando eſt in parte pœnale, & in parte fauorabile, qualiter ſit interpretādum, & quid ſi ignoretur principali intentum diſponentis.*
6 *Statutum pœnale, quòd extendatur ad ſimilia ex identitate rationis; ſtatutum prohibens de frumento habet locum, etiam in farina.*
7 *Lex vbi aliquid indulget, quòd poteſt tendere in præiudicium intelligitur ſaluo intereſſe partis.*
8 *Conſtitutionibus, an ſemper intelligatur conceſſa quæcunq; non ſint prohibita?*

DVbitari contingit, vtrum lex pœnalis possit extendi, solēt Doct. afferre hanc distinctionem, quòd secundum mentem comprehensiuam possit extendi, & fortiùs in fauorabilibus, sed secundū mē tem extensiuam quòd non detur extensio in pœnalibus, &c odiosis.c.statutum de elect.in 6. Ioan. Imol.& Gem. in ca.si postquam, eo.tit.in 6. in alijs autem non pœnalibus fit extensio ex identitate rationis gl.& Gem.in c.sæpè de tempo.ordin.in 6. 1

Mens comprehēsiua ex qua tuor potissimum potest cognosci. Primò ex cōmuni vsu verborum, quia præualet omni rigori, & significationi verborum.l.librorum. §.quid tamen.ff.de leg.3. & c.cū dilectus de consuet. 2

Secundò si aliter intelligendo sequeretur absurditas,cùm lex debeat esse possibilis, & honesta. Bart. in l. omnes populi.ff.de iust & iur. exempli gratia, lex dicit,qui occiderit hominem,capite puniatur, si ad literam ista lex deberet intelligi, sequeretur quòd occidens se defendendo, vel furiosus, esset occidendus,contra textum in clem.si furiosus de homic.quòd est absonum.

Tertiò mens comprehensiua monstratur quando in illa est expressa ratio, à qua colligitur mēs legis clem. 1.de ele. datur exemplum in c.ex parte de postul. vbi prohibitio de aduocando facta monachis, extenditur ad canones, quia licèt sint diuersi, tamen quia constitutio fundat se super religione, ideò extendit etiam ad canonicos,& ideò omnis constitutio, quæ habet respectū ad religionem, licèt loquatur de monachis, comprehendit etiā canonicos, & omnes,qui promittunt tria vota; secùs si loqueretur de religione cum aliqua qualificatione, puta si diceret, tantum de monachis nigri habitus, & huiusmodi.

Quarto mens legis comprehenditur, quando per eādem constitutionem, vel per aliam apparet id,quòd ibi est positū sicut in l.1. ff.vti possi. dicitur, quòd licet verba edicti,sint de æde, tamen habent locum etiam in fundo. vt ibid. in §.hoc interdictam.

Mens verò extēsiua legis, qualiter deprehendatur ex identitate videlicet, dicas rationis non scriptæ,vt in l.1. C.de interdic. facit text.in c.inter cæteras de rescrip.& in c.2.de tranſl.prælat.nam de similibus ad similia.idē est iudicium.d.c.2. vid.Io.de Imol.& Gemin.in præcit.cap.si postquam de elect.in 6.& nota quòd Doctores, qui dicunt quòd argumentum à simili † tenet in pœnalibus, & quòd lex pœnalis extenditur ex identitate rationis,loquuntur de pœna quæ est in fauorem alicuius, vt in c.si quis suadente 17. q.4. vbi quamuis pœna est excommunicato, est tamen in fauorem clerici. non autem loquuntur de mera pœnali, & odiosa. Et concludunt cōmuniter Doct. in l. qui exceptionem vbi gl. ff.de cond. indeb.quòd quando statutum est in parte pœnal, † & in parte fauorabile, tunc si principalis,intentio disponentis fertur in fauorem, vt d.c.si quis suadente, tunc est fauorabile, quando verò in odium, tunc est odiosum. 3 4 5

Si verò ignoratur principale intentum disponentis, tunc quatenus continet fauorem, debet extendi, & quatenus continet pœnam debet restringi, & ita videtur de mente Bald.in multis locis.& cōcordat.Io.And.in reg.odia de reg. iur.in 6.Rest.pœnali, quòd extendatur ad similia ex identitate rationis vid. Bal. in c. 1.§.porro.3. colum. quæ sit 1.caut.benef. amitt.Bart.in l.1.§ vidēdum.ff.ad Tertul. & in l.librorum.ff.de verb.sign.ideò prohibitum in vno, dicitur prohibitum in alio, si par sit ratio in vtroque. l.cotē in princ. ff.de publicia. vbi sicut prohibitū est ferre ad hostes ferrum, & arma, ita & cotes, sine quibus ferrum fodi non potest.hinc inferunt Doct.ad quæst.de frumento, & farina, vt statutum prohibitū in vno habeat locum in vlt.vid.Bertach. in tract.de gabell.2.part.8.principalis de 6

gab.

gab. rerum inanim. ſub. num. 12.

Vbi verò lex indulget aliquid, quod poteſt tendere in præiudicium, illud intellige, ſaluo intereſſe † partis Bal. de pa. iur. fir. & Abb. in ca. 1. de iudic. quia ſemper intelligitur reſeruatum ius tertij, incõſtitutionibus verò intellige cõceſſa, quęcunque nõ ſunt prohibita ſi conſtitutio promulgata, ſit affirmatiua; puta, conceſſum † eſt cõtrahere matrimonium, ergo cuilibet, & sẽper niſi reperiatũ prohibitũ.

Si verò promulgata eſt negatiua, omnia ex eis ſequentia intelliguntur prohibita niſi reperiatur conceſſa, ſicut prohibetur ne quis occidat, ergo omnibus, & ſemper prohibetur, niſi quando inuenitur conceſſum. & cum hac diſtinctione tranſcant Hoſtien. & alij in hac materia.

DVBITATIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticæ, & clericales perſonæ, an teneantur ſeruare leges imperiales, & ſtatuta laicorum?*

2 *Diſpoſitio principis ſecularis etiamſi ſit eccleſiæ fauorabilis diſponens circa res eccleſiaſticas non eſt attendenda. & an ualeat & cenſeatur approbata per Papam?*

3 *Princeps ſi ſtatuat, quòd clerici teneantur ſibi ſoluere de eorum bonis munus ſeu onus ordinarium uel extraordinarium, talis conſtitutio non ligat clericos, ideò Imperator non potuit diſponere ut legitimè in l. placet. C. de ſacroſ. eccle. & demonſtratur quòd ille tit. ubi, C. de epiſc. & cler. eſt unicus ex notorio defectu poteſtatis imperialis; clerici ſoluunt munus ordinarium principi potiùs de ſtylo quam de iure. ibid.*

4 *Lex diſponens generaliter non faciendo mentionem de eccleſiaſticis, non eſt ſeruanda à quocunque.*

5 *Lex generalis, & rationabilis, nec contradicẽs canonibus, ſi eſt fauorabilis ſeruanda eſt etiã quoad eccleſiaſticos.*

6 *Ciuilis lex diſponens ſuper materia ad eccleſiã pertinente, quando non ualeat?*

7 *Leges & ſtatuta laicorum ſunt etiam ſeruanda in foro conſcientiæ.*

8 *Diſpoſitio ciuilis circa accidentalia ad actum ſpiritualem, ut in dote tendens, ſi non contradicit canoni, ualet; & quid ſi contradicat canoni?*

9 *Ciuilis diſpoſitio procedens circa actum ſpiritualem præſumendo, & lex canonica tunc reperiatur contraria, tunc ſtandum in utroque foro iuri canonico.*

10 *Lex una ciuilis uel canonica tollit aliam contrariam, & ſi non fiat mentio de prima niſi adſit clauſula derogatoria.*

11 *Conſuetudo derogatoria legi inducitur ex non uſu; & declara ut ibid.*

12 *Facta in fraudem legis, quando teneatur, uel non?*

13 *Fraus legi qualiter fiat? & fraudem facit is etiam qui non facit, quòd debet facere.*

14 *Fraudi ineſt dolus, ſicut ſpecies generi.*



ORdine ſucceſſiuo eſt videndũ, an perſonæ eccleſiaſticæ, & clericales, † teneantur ſeruare leges Imperiales, & ſtatuta laicorum? firmo concluſionem, quòd diſpoſitio Principis ſecularis etiamſi ſit eccleſiæ fauorabilis, † diſponens circa res eccleſiaſticas non eſt attendenda; & hæc eſt communis & indubitata omnium Doct. opinio in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit.

Si dicatur, quòd imò lex Imperialis fauens eccleſijs valet, & cenſetur approbata per Papam, niſi canon ſit in cõtrarium, licèt ſecùs ſit in conſtitutione inferioris, reſpondendum eſt, quòd hoc procedit, quãdo lex eſſet generalis ſimpliciter aliquid diſponens, ſed quando in ipſa lege ſpecialiter aliquid prohibetur, vel diſponitur circa perſonas, vel res eccleſiaſticas tunc omnes concordant, quòd non valet, neque ligat ex notorio defectu poteſtatis. Ideò dicendum, quòd imperator diſponens in l. placet. C. de ſacroſ. eccl. quòd clerici teneantur ſoluere Principi laico de eorum bonis, munus, ſeu onus ordinarium, vel extra ordinarium

dinarium, non ligat ipſos clericos, ideo que nemine diſcrepante concluditur in d.c.eccleſia Sanctæ Mariæ quòd totus titulus. C. de ſacroſ. eccl. & C. de epiſc. & cler. eſt nullus, ex quo diſponit circa perſonas, & res eccleſiaſticas in quibus Imperator nullam habet poteſtatem; & tamen ille titulus continet leges imperiales, & non principis inferioris, prout etiã hanc communem teſtatur Grat. conſil. 110. num. 35. l. 1. refert etiam Clar. ſent. l. 4. §. emphyteuſis quæſt. 28. verſ. nec dicatur, quando ergò lex diſponit ſpecificem ſuper rebus eccleſiaſticis, & bonis eorũ, eſt nulla, tamquam condita ab eo qui non habet poteſtatem; & ſic non eſt ſeruanda, quia nec Imperator aut alius ſecularis habet poteſtatem ſuper eccleſias aut perſonas eccleſiaſticas. clerici ideò ſoluunt principi munus ordinarium potius de facto, quam de iure; tamen niſi in duobus caſibus princeps poteſt ligare non ſubditum.

Primus caſus eſt, quando lex eſt priuilegiatiua, quia poteſt quis priuilegiare etiam non ſuum ſubditum, ſic intellige tex. cap. nouit. de iudi. vbi allegatur lex Theodoſij.

Secundus eſt, quando lex eſt fundata ſuper naturali ratione, quia tunc debet ſeruari non ratione legis, ſed ratione iuſtitiæ naturalis. l. ſcire oportet. §. qui non iuſtè. ff. de excuſ. tut.

Quando verò lex diſponit generaliter non faciendo mentionem de clericis, vel eccleſiaſticis, & non poteſt ſeruari ſinè † peccato, vt in præſcriptione malefitij, tunc non eſt ſeruanda à quocũque. c. fin. de præſcript. c. licet mulieris de iureiur. in 6.

Quando verò lex eſt generalis & rationabilis, nec contradicit canonibus, tunc ſi eſt fauorabilis, ſeruãda eſt etiam quoad † clericos, & eccleſiaſticas perſonas vt iam ſupra dixi. c. 2. requiris de appell. vnde ſtatutum diſponens, vt exiſtentibus maſculis mulier non ſuccedat, porrigitur etiam ad clericos not. Abb. in ca. conſtitutus de reſtit. in int. ſimiliter priuilegium conceſſum hominibus alicuius loci compræhendit etiam clericos illius loci, licèt non exprimat. c. dilecti de foro compet. Bal. in l. cunctos populos. C. de ſumm. Trin.

Ideò omnes leges diſponentes ſuper contractibus empt. vend. locat. commodati & huiuſmodi, ſi non contradicant cànonibus ſunt ſeruandæ; etiam ab eccleſiaſticis. facit c. 1. de op. no. nunc. & eſt de mente Hoſt. & Io. And. in c. eccleſia. extra vt lite penden. ſecùs dicendum ſi ſimpliciter afferret præiudicium, vt qui non facit inuentarium, vel qui infrà tale tempus non adiuit hæreditatem ſit priuatus, & huiuſmodi, quia nunquam poteſt eſſe ad commodum eccleſiaſticorum; & ideò non tenetur; ſimiliter quando ſtatuitur ne poſſit aliquid vendi non ſubditis.

Vbi verò lex ciuilis eſt generalis & rationabilis, ſed deuiat a iure canonico, tunc in foro ſeculari ſeruabitur. c. 2. de arbit. in 6. ſed non in foro eccleſiaſtico neque in terris ſubiectis dominio eccleſiæ; quia tunc debet ſeruari lex canonica in vtroque foro. c. ſi duobus de appel. c. quod clericus de foro compet.

Sed ſi lex ciuilis diſponit ſuper mate-
6 ria ad eccleſiã pertinente, † non diſponendo de ipſa materia ſed tollendo lucrum, quod aliàs dederat, vel imponendo pœnam actum explicanti; vt de primo datur exemplum, in raptore contrahente matrimonium cum rapta, in quo caſu lex priuat omnibus bonis datis ſibi à raptore, tunc non valet. vt per gl. in c. de puella 36. q. 2. quia videtur intimidare matrimonium, & ſic non eſt ſeruanda, etiam quoad eccleſiaſticos. & verſ. 2. datur exemplum.

Statutũ punit contrahentem ſine cõſenſu patris, vel agnatorum, & non valet ſecundum Abb. in præcitato. c. conſtitutus de reſti. in int.

Datur etiam aliud exemplum. Lex punit mulierem contrahentem infra annũ

luctus

luctus vt quaſi per totum tit.C.de 2.nup. & non valet ratione prædicta.

Sed limita hoc, niſi pœna apponeretur fauore filiorum, & propter culpam, matris, ſicut lex quæ imponit pœnã matri, quæ agnouit tutelam filij tranſeunti ad 2.vota, non petito tutore ipſi filio vt in l.omnem matri. C. ad Tertull. quia tunc valet. Tandem leges ſeu ſtatuta laicorum ſunt etiam † ſeruãda in foro cõſcientiæ vid. Iaſ. in 2. per. l.nemo poteſt. nu.106.ff.de leg.1. 7

Quando autem lex ciuilis diſponit circa accidentia temporalia ad actum ſpiritualem, vt in dote, & tunc ſi non contradicit canoni, valet. c.Raynutius, & c.Rainaldus de teſtam. & hoc verum, niſi intimidet contractionem matrimonij. Si verò contradicit canoni, tunc pendet ab illa quæſtione, cuius fori ſit cauſa dotis, & Innoc. & Abb.in c.de prudentia de dot.poſt diuor.rec.renuit, quòd eſt mixti fori. & ſic lex ſeruabitur in foro ſuo, & canon in ſuo foro, & locus erit præuentioni.c.cum ſit generale de foro comp. 8

Si verò lex ciuilis procedit circa actũ ſpiritualem, præſumendo, & lex canonica inuenitur contraria, puta lex præſumit matrimonium ſi maſculus, & fœmina habitant ſimul l.in libere. ff.de ritu nupt.dummodo faciat quæſtum de corpore, & vbi lex præſumit adulterium, ſiue fornicationem c. aliter 30. q.5. tunc ſtandum eſt in vtroq; foro iuri canonico, quia lex imitatur canones c.clerici de judic.cum per me præcitatis in ſupra promotis dubitationibus. 9

Vna deinde lex ciuilis, vel canonica tollit aliam legem contrariam. licèt nõ fiat mentio de prima, niſi habeat clauſulam derogatoriam ad ſecundam, quia tunc opus eſſet facere mentionẽ de prima. Abb.in c.cum acceſſiſſent de conſt. Bart. & alij in l.omnes populi. ff.de iuſtit. & iur. 10

Et ex non vſu inducitur conſuetudo derogatoria legi, puta, lex defert hæreditatem communiter, & æqualiter filijs tam maſculis, quam fœminis l.maximũ vitium C.de libe.præter. ſed conſuetudo defert primo genito; tunc attenditur conſuetudo. Si verò rõ vſus non habet actũ cõtrarium, nec tacitam nec expreſſum legi, ſic non inducitur cõſuetudo cõtra legem, per non vſum verbi gratia; & ſi fortè ſint plùs quam centum anni, quòd nullus vendidit hermaphroditum, non tamẽ eſt abrogata lex, quæ vult in l.quæritur. ff.de ſtat. hom. vt extimetur ſecundum ſtatum præualentem. ſimiliter licèt non agam contra eum, qui mihi damnum dedit, actione legis aquiliæ, non tamen abrogatur per hoc illi legi, quia illa lex non neceſſitat ad agendum, ſed dat facultatem. hæc per Abb.in c.Ioannes de cler. coniug. facta verò in fraudẽ legis non tenẽt, vt not.Bart.in l.ampliùs ff.rẽ rat.hab. † ſecùs eſſet ſi fieret in fraudem hominis, ſeu etiam Principis Abb. in c.dilectus il 2. de præben. & not.in l.ſi libertus minorem.ff.de iure patron. 11 12

Et fraudem dicitur facere is etiam, qui non facit quòd debet facere. l.in fraudẽ ff. de his, † quæ in fraud.credit. fraus legi fit, ſicut quando mulier vult donare viro, & è conuerſo, cùm non poſſit de iure communi, & ſupponit aliam perſonã, puta quia ſoluit eius creditori l.hæc ratio.§.vlt.ff.de don.int.vir.& vxor.& tutor qui non poteſt emere rem pupilli, & interponit aliam perſonam quæ emit, & quando quis dat frumẽtum filiofam. vt vendat pro eo, quòd pecuniã ei mutuare non poteſt, & cùm vxor vendit viro quod donare intendit, & cùm mulier quæ fideiubere non poteſt, facit ſe principalem debitricem. l.quãtus.§.ſi cum eſſem, & l.ſeq.ff.ad Velleia. & omnes tales præuaricantur legem, & in conſpectu Dei nõ excuſantur.cap. intelligentia de verb. ſignif. cùm fraus non poſſit eſſe ſine dolo, ſed benè dolus ſiue fraude. 13

Ideò ineſt fraudi dolus, ſicut ſpecies generi Abb. in c. ex tenere quod reſcript. quæ tamen fraus, & qui dolus minimè debet patrocinari d.c.ex tenore. 14

DVBI-

DVBITATIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex quando duo æquiparat, statutum in vno intelligitur in alio.*
2 *Exæquatio quando fit vnius ad alterum tunc illi ad quod fit exæquatio, nihil additur; sed benè è contra.*
3 *Lex puniens facientem comprehendit etiam mandantem.*
4 *Lex generaliter loquens recipit restrictionem de habilitate.*
5 *Verbum generale prolatum à lege, est intelligendum secundum dispositionem iuris.*

LEx quando duo æquiparat, an quicquid statuitur in vno, intelligatur statutum in alio; possumus respondere quod sic, vt per gl. in
1 l. si quis seruo persuaserit vbi Bar. & Doc. C. de furt.

Declara tamen, quod quando vnum
2 alteri exæquat tunc illi, ad quod fit exæquatio, nihil additur, sed benè è contra Bart. & DD. in l. 1. ff. de leg. 1. vbi legata tantum erant æquata fideicommissis, nõ è contra. vnde si statuto scolares æquiparãtur ciuibus, scholares consequuntur priuilegia ciuium, non è cõtra facit tex. in l. illud in princ. ff. de donat. caus. mor. vbi dicitur, quòd cùm donationes causa mortis sunt ad æquatæ legatis, quandoq; ius in legatis est, id in donationib. causa mortis erit accipiendum. Secùs si fieret adæquatio pariter hincinde, veluti si scholares, & ciues ad inuicem æquiparent, tunc fieret hincinde etiam adiectio in eo, quòd vnus haberet plus altero. vid. distinctionem Aret. in §. sec olim instit. de legat. & DD. in l. 1. ff. de leg. 1. vbi tandem dicit Barto. quod vera sit regula per omnia legata fideicõmissis esse exequata, quo scilicet ad efficaciam, & modum relinquendi, & ius exigendi circa personas legantes, vel relegatas, sed qd tamen reperiantur diuersi effectus.

Declara etiam esse verum, quòd lex
3 puniens facientem comprehendit etiã mandantem, præsertim si loquatur in rem, & sit tale factum, quòd per alium potest exerceri de quo post Bart. in l. hęc verba, ff. de adult. Iaſ. in §. pœnales instit. de act. num. 17.

Lex verò generaliter loquens, recipit restitutionem de habilitate videlicet de
4 idoneis capacibus, & ceteris, qui habiles sunt & apti. l. vt gradatim in princ. ff. de mu. & ho. & gl. in l. promittẽdo in pr. ff. de iur. dot. gl. in l. fin. verb. omnes. C. fine cẽsu vel reliq. vnde Bal. in l. 1. C. de fid. inst. inquit, si statutum dicat, qũòd quælibet probatio sufficiat intelligendum, hoc est se de solemni, & legitima probatione per gloſſ. ibi. hinc etiam Iaſ. in §. in personam num. 29. de act. notat. verbum ge-
5 nerale prolatum à lege, esse intelligendum secundum dispositionem iuris alibi positam, sicut aliàs dici solet, iura iuribus esse concordanda l. vnic. C. de inoff. dot.

DVBITATIO XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Statuta possunt fieri super illis, quæ nullo iure sunt decisa.*
2 *Leges vel statuta an possint fieri de illis, quæ à iure communi disposita sunt? distingue.*
3 *Statutum vtrum possit fieri super his quę à iure naturali, vel gentium, sunt disposita? distingue.*
4 *Statutum si fiat non in totum tollendo ius naturale vel gentium, sed addendo vel derogando in aliquo, valet.*
5 *Ius naturale limitari potest. vt ibid. in casibus expressis.*
6 *Defensio est iuris naturali, ideò non potest tolli sed limitari.*
7 *Ius naturale limitari potest, vt ex causa ingratitudinis pater possit filium exhæredare, item vt tota hæreditas filijs possit diminui, & quid possit pater relinquere filijs? ibid.*
8 *Legitima potest statuto minui. vel augeri, non tolli;*

Digitized by Google

nulli; & ſic quoad non tota ſubiacet. ſtatuto.

9 Statuta an ſuper his quę à iure diuino ſunt diſpoſitiua, fieri poſſint? diſtingue.

GEneralis eſt dubitatio proponenda,an leges,ſeu etiam ſtatuta poſſint fieri ſuper illis
1 † quę nullo † iure diſpoſita vel deciſa ſunt & dic quòd ſic,vt l.de quibus ff. de legi.

Sed dubitatur etiam, vtrum de illis quæ à iure cõmuni diſpoſita ſunt, leges,
2 † vel ſtatuta, fieri poſſint etiam contra ius commune, cùm lex ciuilis poteſtatẽ ſtatuendi concedat? l. omnes populi. ff. iud. & iur.

Diſtinguendum tamen eſt, aut lex ciuilis expreſsè reſiſtit ſtatuto, prohibendo ne fiat Statutũ in contrarium,& tunc non valet factum contra legem,eſt quæ ratio, quia ideò ſtatuta valent, eò quòd lex promiſit ſtatuta condere. d. l.omnes pup.Secùs ergo ſi prohibet in aliquo caſu cõtrarium ſtatuti,vt in Auth. nauigia C.de furt. & Auth. omnes peregrini. C. communia de ſucceſſ.

Aut lex non prohibet,& tunc poſſunt fieri ſtatuta etiam contraria iuri ciuili, dummodo non ſint contra bonos mores vt notatur in rubr. C. de decreto decur.l. 10. quia lex debet eſſe Sancta & honeſta.c.erit diſt.4. dummodo etiam non diſponat de reſeruatis principi in ſignum ſuprem æ eminentiæ, vt eſt legitimatio ſpuriorum quæ non ſpectat ad iuriſdictionem populi. vt not. in c. 2.de maio.& obed.Bart.d.l.omnes pop. nu. 3.

Imò & dubitatur vtrum ſtatutum poſſit fieri ſuper his quæ à iure naturali vel
3 gentium diſpoſita † ſunt? & licet aliqua in propoſito huiuſce,ac præcedentis, & ſubſequentis dubitationis ſuprà probauerimus, iuuat tamen repetere & compendioſius, quòd communiter concluditur, quòd ſi fiat ſtatutum tollendo in totum ius naturale,vel gentium,non valet,quia illa iura ſunt immutabilia.§. ſed non naturalia inſt.de iur.nat. Hinc illud extat,quòd mater Dionyſij Tiranni Siciliæ dixiſſe fertur cùm filius conatus eſſet illi ſtuprum inferre, tyrannum quidem leges ciuiles poſſe mutare, ſed iura naturalia prorſus tollere nullomodo poſſe.Sic non valet reſcriptum principis eò pertinens,aut conceſſum,ne fiat iuſtitia. Io.And.in c.quæ in eccleſiarum de conſtit.nõ valet etiam reſcriptum, vt ne dolus magiſtratus puniatur.

Si verò fiat ſtatutum non in totum tollendo ius naturale, vel gentium, ſed ad-
4 dendo,vel derogando † in aliquo,valet. l.ius ciuile cum ibi notat.ff. de iuſt. & iu. Hoc tamen ius naturale limitari poteſt,
5 † vt à nuptijs quorundam perſonarum abſtinendum ſit,& matrimonia in certis gradibus conſanguinitatis non admittantur. c. non debet de conſangu. & affin.veluti non valet ſtatutum,vt cum peregrino non contrahatur matrimonium, quia auſert libertatem nuptiarum. Bart. in l.cum ita.ff. de cond. & dem. qui Bart. probat.hoc tantum in eo, vt ei matrimonium contractum dirimatur,non vt pena pecuniaria ſtatuto comprehenſa euitetur.Imò Bal.in ca.clerici de iudic. probat ſtatutũ vt ne ſub pęna capitis Guelphus cum Gibellina nuptias contrahat hinc enim non puniri matrimonium, ſed qualitatem eius publicæ vtilitati repugnantem.Item defenſio eſt iuris naturalis
5 † l. 1.§. cum arietes. ff. ſi quad. paup. fec. dic.

Ideò non valeret ſtatutum, quòd in totum prohiberet vel tolleret defenſionem, ſed eam limitando, valeret, ſicut de iure communi ad legitimam definitionem requiritur æqualitas armorum.

Poteſt tamen hoc ius naturale limitari vt ex cauſa ingratitudinis pater filium
7 exhæredare † poſſet ſicut de iur. ciu.eſt diſpoſitum.

Item vt non tota hæreditas filijs ſit relinquendo, ſed diminui poſſit, ſi enim pater relinquit quatuor, vel pauciores liberos cogitur illis relinquere pro legi-

tina tertiam partem bonorum.

Si verò plures habeat liberos, ſufficit, ſi eis dimidiam partem bonorum relinquat, & reliqua bona aliis etiam extraneis donare, & pro libito de eis diſponere poteſt auth. nouiſſima cum ibi not. C. de inoff. teſta.

Legitima verò poteſt ſtatuto minui, vel augeri, non tolli † quota igitur, non 8 tota ſtatuto ſubiacet. Doct. in l. iura. nu. 8. ff. de reg. iu. communem dicit Curt. c. vlt. ſect. 5. num. 11. de conſuet.

Dubitatur & 3. an ſtatuta ſuper his quę à iure diuino ſunt diſpoſita fieri poſ 9 ſint? & ita † ſolet diſtingui. Aut diſpoſita à iure diuino ſunt ſpiritualia, & tunc nec Imperator, nec Papa, vel alius contrariũ ſtatuere poteſt. not. in c. eccleſiam S. Marię de conſti. & in c. ſunt quidam. 25. q. 2. vbi dicitur, quòd Papa vſque ad animã, & ſanguinem ſacram ſcripturam confirmare, & defendere debet.

Aut ſunt temporalia, & tunc diſtingue, aut ius diuinum non ſimpliciter, & generaliter diſponit, ſed reperirur etiã de iure diuino contrarium permiſſum vt in illo præcepto; Non occides alibi enim permittitur, vt qui occidit occidetur, & hoc etiam per ſtatutum permitti poteſt, vt quis ex cauſa occidatur vt nocturnus depopulator agrorum, latro, fur nocturnus bannitus. l. 1. & 2. ca. quando lic. ſine iudic. ſe vindic. Item miles qui deſerit ſuum Ducem, & fugit ad hoſtem, poteſt impunè à militibus capi, & occidi.

Aut ius diuinum ſimpliciter ſtatuit, nec alibi reperitur contrarium de iure diuino permiſſum, & ſubdiſtingue. Aut cauſa ſtatuti vel legis humanæ excludit peccatum, aut non excludit peccatum.

Primò caſu valet ſtatutum derogans iuri diuino, vel potiùs limitando illud, vt patet in illo dicto, in ore duorum aut trium ſtet omne verbum, cuius contrarium de iure diuino non eſt expreſſum, & tamen lex humana requirit in teſtamento ſeptem teſtes. l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. ad euitandum pręſumptione doli. & fraudis.

Secundò caſu, quando lex, vel ſtatutũ non excludit peccatum, non valet ſtatutum diſponens contra ius diuinum, puta, alienatio fundi dotalis non valet de iure ciu. l. lex Iulia. ff. & C. de fund. dot. etiamſi mulier conſentiat, & iuramento confirmet alienationem. l. non dubium. C. de legi. Iſta lex non valet, quia cauſa prohibitionis eſt fauor dotis, ſed propter illam cauſam non excluditur peccatum, cùm non ſit ea licitũ propter peierare. c. cum contingat de iurciu. vbi omne iuramentum eſt ſeruandum, quòd abſque interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt.

DVBITATIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Lex vel ſtatutum ſemel recepta vel receptum præſumitur poſteà ſemper in viridi obſeruãtia.*

2 *Lex vel ſtatutum non præſumitur ab initio vſu recepta vel receptum ſed id probandum eſt.*

QVid erit dicendum de lege, vel ſtatuto, an ſi ſemel vſu recepta vel receptum videatur pręſumatur poſteà eſſe ſem-
1 per in viridi † obſeruantia? reſpondeas quòd præſumitur poſteà ſemper eſſe in viridi obſeruantia, licèt non præſumatur ab initio vſu recepta vel receptũ,
2 ſed † id probandum eſt, vt deinde pręſumantur in viridi obſeruantia, notat in ſpecie Socin. Iun. conſi. 52. num. 47. lib. 3. præceptor meus Menoch. de præſump. lib. 2. præſumpt. 2.

DVBITATIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *In Montiſferrati ſi patria viget conſtitutio Ducalis, quòd de inſtrumento ſoluantur gabella; & altercantur quãdoque cõtrahentes ſuper illius*

lisse solutione dicitur soluendam esse ab eo, de cuius interesse principaliter agitur.

2 *Instrumenta publica, vbi statutum dicit, quòd non probent nisi fuerint registrata, in dubio illud statutum locum non habet in instrumẽto dotis.*

3 *Constitutio vel statutum disponens quòd pro relictis in vltima voluntate, vel pro hæreditate soluatur gabella, continet iniquitatem.*

4 *Gabella non debet solui pro instrumento refecto, quia quòd reficitur non censetur nouum, & prohibitus ædificare prohibetur reficere.*

5 *Emptor qui ex contractu acquirit, tenetur gabellam soluere, etiamsi emptor aliter pacisceretur.*

6 *Creditor tenetur soluere gabellam hoc verum, si sentit commodum: si verò sit contractus mutui tunc tenebitur debitor ad gabellam.*

7 *Gabella debet solui per creditorem, qui habiturus est commodum ex promissione sibi facta de donando.*

8 *Creditor non tenetur ad gabellam rei, quam debitor reportauit ad creditoris domum.*

9 *Gabella imposita portatoribus & sic personis, spectat ad eos, non autem ad creditorem vel debitorem; nisi aliud conuentum sit.*

N patria Montisferrati extat constitutio ducalis; quòd de instrumento soluatur gabella, nec videtur satis exprimere à quo sit soluenda, altercantur, quandoque contrahentes ad quem ipsorum spectet solutio sed ad tollendas alterca-
1 tiones firmandum est, † quod est soluẽda ab ipso creditore, in cuius fauorem est factum instrumentum sicque attenditur persona de cuius interesse principaliter agitur, ita signanter Dec. in Rub. C. de pact. num. 8.

Vbi verò huiusmodi constitutio disponit, quòd instrumenta publica non probent nisi registrata fuerint, in dubio non haberet locum in instrumento
2 dotis, † quia in tali materia, causa dotis est priuilegiata, quia causa dotis non debet insinuari; secus vero si causa dotis non esset expressè priuilegata, quia tunc in statuto generali, includeretur idem Dec. in l. 1. nu. 9. vbi remissiuè. ff. de reg. iu.

Et vbi talis lex disponeret, quòd pro relictis in vltima voluntate, vel pro hæreditate soluatur gabella, certò teneas
3 illam esse iniquam, † vt per Doct. in l. fin. C. de edict. Diui. Adr. toll.

Prout etiam vigore huiusmodi constitutionis, & legis, quis non tenetur ad gabellam instrumenti refecti, quia lex loquens de confectione instrumenti esse soluendam gabellam non intelligitur
4 in refectione, habere locum ratio est, quia actui, qui non potest de nouo fieri, non potest etiam aliquid addi, vel detrahi, & quòd reficitur, nõ censetur nouum, hinc que est, quòd prohibiti ædificare castra, non sunt prohibiti illa reficere. vid. Iaso. in l. ius ciuili num. 10. ff. de iust. & iur.

Sed ad propositum dictæ constitutionis, si dicatur, in ea, quòd de rebus emptis, & venditis soluatur gabella, dicas
5 quòd emptor tenetur, qui ex contractu acquirit, per tex. noster in l. debet in fi. ff. de cuict. Bald. in l. si prædiũ. C. de ædil. act. Bart. in l. cum mulier. ff. solu. matrim. Salyc. in rub. C. de re cred. & not. in l. dos C. de vsur. & hoc procedit etiamsi emptor fecisset pactum, quod non teneatur ad gabellã, si res euinceretur, & res post modum fuerit euicta facto fino. secundũ Bald. & Moder. in d. l. cum mulier.

Et quia suprà dixi, quòd creditor tene
6 tur soluere, † intelligo, vt annui, hoc verũ si sentit commodũ, veluti etiam quãdo contractus est vsurarius, & ipse creditor sentit commodum vsurarum; si verò sit contractus mutui, tunc tenebitur debitor ad gabellam, quia creditor nullum ex eo sentit commodum, & facit text. pro hac distinctione in l. si quis nec casum. ff. si cert. pet.

Si autem sit alius contractus puta promissio de donando, tunc gabella debet solui per creditorem, qui habiturus est commodum ex eo. secundum Salice. in d. rub. c. de reb. cred. & not. Bald. in d. l.

si prædium. C. de ædil. act.

Non tamen creditor tenebitur ad gabellam rei, quam debitor reportauit ad
3 domum † ipsius creditoris in casu quo reportare tenebatur, dummodo gabella sit imposita rebus, quę portantur, quia ad eam tenetur dominus, & sic debitor qui portat, cuius ad huc res ipsę sunt. Sed si sit imposita gabella portatoribus, &
9 sic personis, † vt nautis, & mulionibus; tunc tale onus gabellæ spectat ad portatores, non autē ad creditorē, vel debitorem; nisi aliud conuentum fuerit inter eos. Bart. in l. 1. de alim. & cil. leg.

DVBITATIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Forensis contrahens in loco constitutionis disponentis solui gabellam de contractibus, an teneatur ad solutionem illius?*
2 *Constitutiones, vel statuta, an legent Forenses*
3 *Forensis tenetur ad solutionem iam dictæ gabellæ.*
4 *Forensis transiens sine solutione pedagij punit.*
5 *Forensis non excusatur ignorantia statuti de pedagijs, & gabellis.*
6 *Forensis ligatur Statuto pro extrahente grassiam, sed mitigata pœna.*
7 *Pœna arbitraria intelligitur dimidia eius, quæ à statuto taxata est pro delicto.*
8 *Intrans portam ciuitatis non præsentans res de quibus solui debet gabella, dicitur fraudem committere, nisi esset noua, & insolita gabella.*
9 *Forensis transiens cum mercibus tenetur exclarare de gabellario, aliàs est in culpa.*
10 *Merces potest auferri forensi non præsentanti illam, nec soluenti gabellam si dolosè non per errorem transiuit, quia si per errorem sufficit soluere duplum gabellæ.*
11 *Gabellarius exigens pro fisco, vel pro communitate non potest remittere transeunti solutionem gabellæ, idem dicitur de habente generale mandatum ad exigendum.*
12 *Forensis tenetur ad gabellam pro his, quæ possidet in loco statuti.*
13 *Forensis propriè, quis dicatur.*
14 *Gabellarius si fecit licentiã trasemndi, & quãdo potest dare licentiam, & remittere, talis licentia durat septẽ diebus de iure, etiam si temporis licentia intret in tempore successoris, quæ licentia non potest reuocari, nec expirat morte concedentis.*
15 *Licentia extrahendi merces de territorio non specificata quantitate mercium, intelligitur de prima extractione, & prima vice.*
16 *Concessio in materia restringibili, facta intelligitur pro prima vice.*
17 *Dispensatio de retinendis duobus beneficijs curatis, intelligitur de primis impetrandis.*
18 *Obligatus præsentare, liberatur per primam præsentationem.*
19 *Forensibus non potest imponi collecta pro persona, sed tantum pro rebus, intellige vt ibid.*
20 *Forensis tenetur ad præstantias, seu præstare equum ad bellum, si habet, sed non tenetur emere, vt præstet, nisi sit vsurarius.*

Onsequenter insequẽdo texturam præmissæ dubitationis de solutione gabellæ circa instrumenta est videndũ, an forensis contrahens in loco dictæ constitutionis ducalis patriæ meę disponentis solui gabellam de contractibus, teneatur ad solutionẽ illius? hic intrat illa quæstio, an constitutiones, vel statuta ligent forenses? & solent passim in hac materia distinguere doctores, qđ aut huiusmodi constitutio loquitur limitatè inter personas ciuiũ, & non porrigitur ad forenses, aut loquitur simpliciter, & in definitè, & porrigitur ad forenses ibi testantes. argu. l. 1. C. quemad. testa. aper. aut huiusmodi constitutio respicit ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, & tunc comprehendit forenses. vt l. 1. C. de emancip. lib. & hoc idem est in contractibus; adeundus est Bar. distinguens in l. de quibus nu. 29. 2. lect. ff. de legib. & in repet. l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

Firmatur ideò vigore præmissæ distin
3 ctionis, † quòd forensis tenetur ad solutionem iam dictæ gabellæ Bald. in l. 1. C. de cõtrah. empt. Ludou. Pont. in singul.

verl.

verſ. gabella verb. ſtatutum dicit.

Et dicitur, quòd etiam forenſis tenetur ad gabellam pro mercibus, quas de-
4 fert; imò puniendus eſt † ſecundum ſtatuta loci, per quem tranſit ſine ſolutione pedagij. Bal. in l. cūctos populos verſ. cir. maleficia col. vlt. C. de ſumm. Trin. &c. Bar. in l. 1. col. fin. C. de mul. & in quo loco legat. 11. Bald. in cap. 1. col. vlt. quæ ſint regal. in vſib. feud. vbi dicit, quòd pedagium ſolui debet à forenſibus tranſeũtibus cum rebus.

Nec excuſatur forenſis ignorantia huiuſmodi conſtitutionis, vel ſtatuti de pedagijs & gabellis, quia illud communiter viget per Italiã l. fin. §. ſi quis vbi Bart. ff. de public. Iudic. tit. de conſt. §. 1. verſ. pone ergò, & ibi Ioan. And. in addit. vbi dicit, quòd forenſis ligatur ſtatuto pro extrahente gratiam, ſed pœna ei mitiga-
6 tur, † quia dimidiatur ſecundum Specul. ibid. quòd etiam tenet Bald. in l. 3. C. de naut. fœn. vbi dicit, quòd pœna arbitraria intelligit, ſcilicet, dimidia eius, quæ à ſta-
7 tuto † taxata eſt pro delicto. hinc inferas quòd intrans portam ciuitatis dicitur fraudem committere, ſi non præſentat
8 † res de quibus ſolui debet gabella, quia facit contra generalem conſuetudinem niſi eſſet noua, & inſolita gabella ſecundum Bal. in l. leges la. 3. in fi. C. de legi.

Quin etiam tenet idem Bal. in d. l. 3. C. de naut. fœno. quòd forenſis tranſiens cũ
9 † mercibus, tenetur explorare de gabellario, alias eſt in culpa, nec illum excuſat allegata ignorantia, quia qui tranſit debet ſoluere etiam non interpellatus, nec gabellarius tenetur interpellare tranſeuntes cum mercibus, quia tranſiens ſcire debet ſe teneri ad ſolutionem. caſus eſt in l. fi. §. diui il 1. vbi Bar. & Doct. ff. de publica. quòd verum eſt ſi gabellarius reperiatur tunc in loco, alias tranſiens non eſt in culpa. Alex. conſi. 171. in 1. dubio lib. 2. quòd notandum eſt pro his qui tranſeuntes cùm non inueniant gabellarium in loco paſſagij, dimittunt pecuniam in feneſtra domus, vel ſub lapide, vt eam gabellarius reuerſus inueniat, quia ſic oſtenditur eum non habuiſſe animum fraudandi paſſagium. Ideò dicendum, quòd poteſt merces auferri fo-
10 renſi non præſentãti merces, nec ſoluenti gabellã quando doloſo tranſiuit, non ſi per errorem, quia tunc res quæ incidunt in commiſſum liberari videntur ſolutione duplæ gabellæ. dict. l. fin. §. diui il 2. Item verum, ſi gabellarius erat in loco, aliàs trãſiens nõ eſt in culpa. Alex. conſ. præcit. Item verum, niſi gabellarius remiſerit tranſeunti gabellam. d. l. fin. §. ſi quis profeſſus. remiſſio enim facta à gabellario excuſat à pœna. Bart. d. §. diui il 1. qui dicit hoc procedere, quando gabellarius exigebat gabellam pro ſe, ſecùs ſi communitati, vel fiſco, quia tunc non poteſt remittere prout etiam, quando habens generale mandatum ad exigendum tam quam officialis gabellarũ exigebat, & officium exercebat, non autẽ ſi ſpeciale mandatum habebat ad exigẽdum, quia tunc non poſſet gabellam remittere. argum. l. mandaro generali. ff. de procur. & l. 1. §. magiſtratum. ff. de exerciti Idem dicas in exactore collectarum, qui non poteſt eas remittere. l. 3. C. de anno. & tribu. lib. 10. ſubdas, quòd forenſis tenetur ad gabellã pro prædictis, quæ poſ-
12 ſidet loco ſtatuti, † ad quam cogitur cauſatiuè, ſcilicet, captis, & diſtractis fructibus, non autem præcisè ſecundum Paul. de Caſtr. in l. inter debitorem. ff. de pact.

Et intellige illum proprie dici forenſem, qui alibi natus, eſt † ſecũdum Paul.
13 de Caſtr. in conſi. 193. col. fi.

Aduertas quòd ſi gabellarius fecit licentiam tranſeundi & portandi merces, in caſibus ſupradictis ſcilicet, quãdo poteſt dare licentiam, & remittere, talis li-
14 centia † durat ſeptem diebus; vnde ſi poſt tranſit, & non ſoluat gabellam, dicitur fraudare ſecundum Bal. in l. 1. C. de detract. lib. 12. & Ludo. Pon. in rub. de arbi. col. 22. & hoc eſt verum etiamſi temporis licentia intret in tempore ſucceſ-

ſoris,

ſoris, ſecundum d. Ludo. in l. mancipia. §. interdum de public. in contrarium tamen facit glo. in l. 1. C. de poſtul. & Card. Zabarel. in clem. fi. queſt. 5. de elect. qui dicit licentiam durare perpetuò, niſi ad certum tempus, vel ad certum vſum ſit conceſſa, debet enim tamquam gratia ampliari, quia licentia eſt quædam gratia, per quam licet, quòd aliàs nō liceret. vbi ibid. per Card. quæ etiam ſubdit, qđ nec poteſt talis licentia renocari ſine cauſa, niſi re integra, ſed ex cauſa poteſt etiam per ſucceſſorem cōcedentis nec expirat morte cōcedentis, propter quòd infert. quod etiam mortuo epiſcopo cōcedenti licentiam capiendi ordines ſacros à quocunque epiſcopo, poteſt clericus ea vti. C. ſi cui de præben. in 6.

Et huiuſmodi licentia extrahendi merces de territorio non ſpecificata quanti-
15 tate † mercium, intelligitur de prima extractione, & prima vice, quantuncunque merces extrahantur. l. bouc. §. hoc ſermone. ff de verb. ſig. Bart. in l. dotis. ff. de iur. dot. quia conceſſio in materia re-
16 ſtringibili, intelligitur pro prima vice, ſicut diſpenſatio de retinendis duobus beneficijs curatis, intelligitur de primis im-
17 petrandis. † c. non poteſt de præben. in 6. ſicut etiam obligatus præſentare, libe-
18 ratur prima præſentatione ſecundum Paul. de Caſtr. in l. duobus. §. primo ff. de iureiur.

Collecta autem non poteſt imponi forenſibus pro perſona, ſed tantum pro
19 rebus, ſcilicet † pro his quas poſſident in loco ſtatuti. l. reſcriptum. §. fin. vbi Bar. ff. de mun. & hon. & in l. forma. §. 1. ff. de cenſi. quòd eſt verum non de iure communi per d. l. reſcriptum. §. fin. ſed quando princeps, vel ciuitas facit ſtatutum quòd prædia ſint tributaria, & quòd collecta ſit loco tributi. Secundum Bar. d. §. fin. & in l. libertus. §. ſolam. ff. ad munic. & Bal. in l. fi. C. ſine cenſ. vel rel. vel ſi ciuitas ſit priuilegiata ad id, vel ſi ſit conſuetudo ſecundum Bar. ibid. & Bal. in l. etiā col. fin. C. de Execut. iud. vbi dicit etiam forenſes habentes æſtimum, teneri præciſè ad collectas, vel poſſidentes, ſi ibi menſam, vel banchum habeant.

Et intellige, vt dixi forenſibus poſſe imponi collectas pro rebus quas poſſident in loco, non autem pro rebus alibi ſitis ſecundum gloſſ. in d. l. 1. C. de mulie. & in quo loco libr. 11. qui ad onera perſonalia puta ad cuſtodiam terræ, non tenentur forenſes tempore guerræ, niſi adſit in cōtrarium conſuetudo. Bart. in l. 1. C. de auro. lib. 10. Specul. titul. de cenſi. verſ. pone.

Ad præſtantias autem, tenetur forenſis ſecundum Bar. in l. munerum. §. patri-
20 moniorum. ff. de mun. & hono. & in l. interdum. ff. quòd cum falſo tit. vbi forenſis tenetur, & Bar. præſtare equū ad bellum ſi habeat, ſed non tenetur emere, vt preſtet, niſi ſit vſurarius.

DVBITATIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an teneantur ad ſolutionem gabellę circa inſtrumenta, & contractus?*

INcidenter quærere intendo, an vigore permotę dubitationis de gabella circa inſtrumenta, & contractus, clerici teneantur ad eam?

Solent pariter in hac quæſtione, an videlicet conſtitutiones principum leges, vel ſtatuta laicorum, & ſecularium ligent clericos compendioſe diſtingnere DD. Aut ſtatuta ſunt facta directè ſuper clericis, & rebus eccleſiaſticis, & nō valent, quia non pertinēt ad iuriſdictionem condentis. Aut ſtatuta ſunt facta ſimpliciter, etſi redundant contra eccleſiam, non valent Auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſ. eccl. Aut ſunt facta contra ea, quæ competunt eccleſiæ, vel clericis, nō in priuilegium, ſed vt cuilibet, tunc ligāt clericos. ita Bar. in l. de quibus 2. ed. nu. 30. ff. de legib.

Reſponderē propterea, quòd non tenentur

nentur clerici soluere gabellam de contractibus vigore statuti; imò nec valet huiusmodi statutum quoad clericos, nisi fortè ipsemet clericus vti velit beneficio statuti secularium, vt not. Bald. in l. 1. q. 6. C. de contrah. empt. aliàs dicendum est secùs, quia statuta laicorum odiosa non ligant clericos secundum Bal. in l. cunctos populos col. 11. C. de sum. Trin. & per eum d. c. si quis per triginta col. 5. si de feud. fuc. contro. Alex. cons. 210. & sequ. lib. 2.

DVBITATIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an teneantur ad solutionem gabellarũ pro rebus?*
2 *Diuina auctoritate non tenentur clerici ad gabellarum solutionẽ pro rebus, nec ad pedagia, nisi clericus esset negotiator.*
3 *Fratres minores de facto possidentes stabilia, tenentur ad onera, sicut alij non mendicantes.*
4 *Negotiari, quis dicatur.*
5 *Clericus tenetur ad gabellam, quando portat res propria causa negotiandi, non autem quando portat res ecclesiæ.*
6 *Clericus non tenetur ad gabellam, quando vtitur equis, & alijs rebus ad pompam.*
7 *Seculares non possunt grauare ecclesiasticam libertatem.*
8 *Clericus transmittens, res de loco ad locum pro suis necessitatibus nõ tenetur ad gabellam, nec laicus sic tenetur de iure.*
9 *Clerici iuramento, vel eius Nuntij standum est, quòd res conducat causa sui vsus nisi contrarium prompti probetur, vel nisi qualitas rerum, vel personarum aliud suadeat.*
10 *Iuramento portantis, quòd portet causa sui vsus est standum, secundũ tamen verisimilia.*
11 *Clericus, vt credatur aliquis esse, sufficit, quod incedat in habitu, & tonsura.*
12 *Clericus non tenetur pro rebus, seu fructibus per ipsum, vel eius familiam portatis in Ciuitatem soluere datium, vel gabellam pro introitu portæ, secùs si per colonum eius, qui nõ est immunis.*
13 *Colonus clerici soluens gabellam de facto coactus potest repetere a clerico per retentionẽ fructuum clerici de eius parte.*
14 *Colonus secularis tenetur ad gabellam pro fructibus, quos defert domum domini sui, nisi tamen sit colonus partiarius.*
15 *Colonus partiarius coactus ad soluendum, cõputat domino in fructibus.*
16 *Statutũ quo colonus teneatur ad gabellã pro domino, vel ecclesia non valet, secùs quando ecclesia, vel dominus teneretur.*
17 *Clericus potest vendere, vel vendi facere vinũ ad minutum, sicut ad grossum, sine solutione gabellæ.*
18 *Emens fructus à clerico debet soluere gabellã.*
19 *Clericus ordinatus ad titulum sui patrimonij tacitè, vel expressiè, potest de patrimonio ad libitum disponere, & decedenti clerico ab intestato, pro bonis suis succedent consanguinei si quos habent, & si nullos habet, ab intestato succedet ecclesia.*
Clericus ordinatus ad titulum sui possessionis vel patrimonij, de iure potest dicere officium, quod mauult, nec tenetur recitare magis Romanum, quam Metropolitanum.

Pportunum est hic Et dubitare nunquid clerici teneantur ad solutionem gabellarum pro rebus?

1 Maxima est † auctoritas Hesdræ 7. vbi, vobis quoque totum, &c. cuius auctoritatis contemplatione diuina oritur decisio negatiua, quòd non teneantur cle-
2 rici ad huiusmodi, & tenet Bart. in l. 1. §. hic titulus vbi per Doct. ff. de publica. & Bald. in l. placet. C. de sacros. eccl. & in l. 1. C. de contrahen. empt. c. 1. de immun. eccl. Innoc. in c. proposuisti de foro cõpet. & Abb. in c. innouamus de cẽsibus. vbi dicit clericos non teneri ad pedagia, quæ sunt onus personale, si sunt imposita per dominos temporales, imò potest clericus licitè fraudare.

Hoc tamen non procedit si clericus esset negotiator, arguendo à contrario sensu in clem. fin. cum gl. de censibus, & in c. quamquam eo. tit. in 6o. Specul. de

immu-

immun.eccl.in fin.ratio eſt, quia negociatio,clericis eſt interdicta cum abſtrahat à diuinis. d.c.quamquam, & c.fin.de vit.& hon.cler. c.negotiatorem. 88. diſt. hinc.Petr.de Anchar. conſ.108. conſuluit fratres minores † de facto poſſidentes immobilia teneri ad onera, ſicut alij mendicantes. cui adde in ſimili Card.in clem.paſtoralis 2.col.de re iudic. 3

Negotiari quis dicitur, quando rem emit, † & integram lucrando reuendit non mutata forma, non autem,qui emit vt ſibi ſit materia operandi, cum ea etiã ſi de vẽditione lucretur.c.eijcens.88.diſt. Gemin.in d.c.quamquam Card.in clem. præſente de cenſib. 4

Tunc tamen tenetur clericus ad gabellam, quando portat res proprias cauſa negotiandi, non autẽ quando portat res eccleſiæ, & ita limitatur d.c.quamquam, & dict.clem.præſenti per Petr.de Anchar.& Imo.in c.fi.de.vit.& hon.cler. prout etiam tunc non tenetur clericus ad gabellam, quando vtitur equis, vel alijs rebus ad pompam, quia & in his viget ratio de qua in d. c.1. de cenſib. in.6. & in c.clericis de immun.eccl.co.li.quia ſcilicet clerici ſunt omninò immunes ab exactionibus ſecularibus, & poteſtas ſecularium eſt in clericos penitus interdicta, quiã ſeculares † non poſſunt grauare eccleſiaſticam libertatẽ.c.nouit.de ſent.excom.& in auth.caſſa C.de ſacroſ. eccl. & tũc ẽt nõ tenebitur ad gabellam clericus, † quãdo tranſmittit res de loco ad locũ ſuæ habitationis pro neceſſitatibus ſuis, cum non faciat principaliter ad quæſtum,& vt negotietur.Bart.in l.ſed & ipſi.ff.naut.caup.ſtab.&c.Imò nec laicus eo in caſu per rebus, quas infert ad proprium vſum tenebitur ad gabellã.l.vniuerſi vbi Doct.C.vectig.& per glo.in d.c. quamquam in verb.negotiandi. 5 6 7 8

Sed an ſtetur iuramento clerici, vel eius nuntij, quòd res conducat cauſa ſui vſus? dicendum eſt quòd ſic, † niſi qualitas rerum, & perſonarum aliud ſuaderet, vel niſi contraria probatio eſſet in promptu. ſecundum gloſ.in d.clem. fin. de cenſib.& ibi Card.in 4.quæſt.qui ſubdit, quòd iudex laicus eſt adeundus, & ſtari iuramento portantis, quòd portet cauſa ſui vſus, ſecundum tamen veriſi- 9 10 milia † Bald.in l.3. C.de naut.fẽno. & vt credatur aliquem eſſe clericum ſufficit, 11 quòd incidat in habitu, & tõſura. Card. in d.clem.fin.in 4. quæſt.de cenſ.

Nec etiam tenebitur clericus pro reb. ſeu fructibus per ipſum, vel eius familiã portatis in ciuitatem, pro quibus non tenetur ſoluere datium, vel gabellam ſoluendam pro introitu portæ, ſecùs ſi per colonum eius,qui non eſt immunis, nec gaudet priuilegijs eccleſiæ. Gemin. in l.quamquam Bal. in §.nos Romanos. col.2. de pact. conſtan. qui dicit eccleſiã teneri ad gabellam portæ pro plauſtro. 12

Et ſi colonus clerici ſoluat gabellam de facto coactus, poteſt repetere à clerico per retentionem fructuum clerici de 13 eius parte. ſecundum Bald. in l.1. C.de iur.emphyt.& in l.cum duobus.§.in coeũ da.ff.pro ſocio.

Hinc notandum eſt,quòd colonus ſecularis tenetur ad gabellam pro fructibus quos defert ad domum domini ſui, 14 † niſi tamen ſit partiarius colonus. Bal. in l.acceptam quæſt. 15. C. de vſur. ſi tamen cogeretur colonus partiarius ad ſoluendum,computatet domino in fructibus,quia ad dominum ſpectat onus gabellæ ſecundum Iacob.Butr.in l. 1. C. de fruct.& lit.expen.

Imò nec valeret ſtatutum,quòd colonus 16 † teneatur ad gabellam pro domino,vel eccleſia,qui non teneretur;vt puta pro clerico.ſecundum Bal. in l. hic pẽnes.C.de agric. & cenſ. 11. & in l. 1. C.de epiſc.& cler. Secùs verò quando eccleſia teneretur ſecundum Bal. in auth. ſed periculum.C.ſine cenſi.vel reliq.

Quinimò etiam clericus poteſt venũ dare facere vinũ ad minutum, ſicut ad groſſum,ſine ſolutione gabellæ, nam idem 16 † iuris eſt de toto quoad totum, quòd de parte quoad partem, & è contra,

tta; & quia clericus iura permittunt indistinctè fructuum alienationem ideò Bal.in l.2. C.de episc.& cler. & vbi gloss. notant clericum simpliciter non teneri ad gabellam provinis,vel frumentis siue præbendæ venditis per ipsum. Sed nec glorietur emens fructus à clerico, quia 18 debet soluere gabellam pro parte sua. secūdum gl. & doct.in d.clem.fin.de cēsib.Spec.tit.de immun.eccl.in fin.

Et clericus ordinatus ad titulum patrimonij sui tacitè,vel expressè potest de patrimonio ad libitum disponere.Gem. in c. si episcopus de præben.in 6. nisi tamen expressè sit actum, quòd transierit in rem ecclesiasticam secundum.Ioan. And.ibid.

Imò clerico decedenti ab intestato in bonis ecclesiæ succedet ecclesia, in bonis verò suis, de quibus, vt supra potest ad libitum disponere,succedent consanguinei, si quos habet, quòd si non habet tales, qui de iure veniunt ab intestato,succedet ecclesia.cap.1.de succes.ab intest.c.quicunque 12.q.4.

Incidenterq; nota, quòd huiusmodi clericus ordinatus ad titulum suæ possessionis, vel patrimonij potest de iure dicere,quodcunque officium vult, nec tenetur recitare magis Romanum, quam Metropolitanum officium, sed quodcunq; vult, quia non est ordinatus specialiter ad certam regulam, vel intitulatus ad certam ecclesiam, nec obligatur magis ad istam, quam ad illam ecclesiā Angel.in verb. hora canonica nu.12. & Tabien.num.21.

DVBITATIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ne quid teneatur ad collectas, illum non teneri probatur ex veteri testamento ex priuilegio Artoxersis Persarum Regis de iure codicis, & iure Authenticorum ac de iure canonico.*

2 *Clericus non tantum de bonis propriis, vel ecclesiæ, sed nec de bonis patrimonialibus tenetur soluere collectas, vt etiam colligitur ex Bulla cænæ domini nu.18.ibi, eorum.*

3 *Bona patrimonialia clerici gaudent eodem priuilegio,quo bona ecclesiæ,ideò nec possunt collectari nisi soluant ordinarium munus Principi,potiùs de stylo, quam de iure.*

4 *Collecta non debet solui de re prophana,facta ecclesiastica nec etiam ex pacto.*

5 *Mutatione personæ mutatur qualitas conditio & natura bonorum.*

6 *Clericus nec tenetur ad collectas si bona sint tradita,vel relicta pleno iure, & in perpetuū ipsi ecclesiæ; secùs si relictus fuisset tantum vsusfructus, & ad tempus.*

7 *Alienans in ecclesiam tenetur soluere collectas nisi ecclesia recipiens soluere promiserit, vel nisi ea bona describi fecerit in æstimo communis, & sic collecta onus potest imponi rebus quæ traduntur ecclesiæ.*

8 *Collecta debet solui de re ecclesiastica facta prophana.*

9 *Fratres minores Sancti Francisci non tenentur ad collectas nisi de facto possideant stabilia, & possint, quærere eleemosinam pro soluendo pedagio, ad quòd forè de facto compellerentur.*

10 *Clerici tenentur ad collectas, tempore guerræ*

11 *Clericus coniugatus tenetur ad collectas.*

12 *Clericus tenetur etiam pro fossatis, custodum Ciuitatis, & murorum, ad collectas, & quādo prædia essent tributaria, & solita ad collectas. item & pro expellendis depredatoribus, & pro oneribus militaribus.*

13 *Clerici, & omnes ecclesiasticæ personæ ipsiq; ecclesia est immunis à collectis omnibus, quæ imponuntur ratione onerum occurrentium,et nedum in muneribus personalibus, sed etiam realibus, & mixtis.*

14 *Clerici sponte non possunt præstare collectas laicis nisi de licentia Papæ.*

15 *Bulla cænæ Domini, disponens de collectis refertur.*

16 *Clerici laicos solent habere infestos, quia sunt priuilegiatissimi in eorum personis, & bonis.*

18 *Christianus non est, qui in ecclesia Christi non est.*

18 *Princeps omnes, & iudices tenentur iuridi-*

Digitized by

tionis ecclesiasticæ, & eius libertatis inconsutilem Tunicam tueri, & sustinere, ne in æternum pereant.

19 *Ecclesia est vna Catholica, Apostolica, & Romana.*

Stultitia est amittere bonum æternum ob temporale ibid.

Melius est rem familiarem minui, quam animæ salutem perire ibid.

Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

20 *Principes, & iudices non sibi applaudant de mortali solio, & honore illo abutentes, quia vox Domini est Osiæ quarto gloriam eorum in ignominiam commutabo.*

Igni æterno mittitur, qui non dedit rem propriam, vbi putas, mittendus erit, qui inuasit alienam? ibid.

21 *Hortatio, vt agnoscamus, & humili cervice submissoque collo reuereamur Christi Vicarium, Caput visibile, flexis genibus coram eo procidamus, qui episcopus est vobis, cuius epitheta referuntur.*

SVprà deduximus, quòd clerici nõ tenentur ad gabellas, frustratoriũ non erit dubium, nunquid clericus teneatur ad collectas? suprà in medium primò loco attulimus negatiuam ex veteri testamento, quòd scilicet, non tenetur ex priuilegio Artaxersis Persarum Regis, vt legitur Eldræ 7. & Genes.47. & idem de iure Codicis. l. placet vbi Bart. præcipuè † Bald. & Salic. C. de sacrosanct.eccl. & iure authenticorum. vt in authitem nulla. C. de episcop. & cler. Bart. in l. de his. C. de episc. & cler. & in l. de scripto. §. faciendum. ff. de mun. & hon. prout etiam de foro canonico. c. quamquam de censib. in 6. & clem. 1. vbi Card. de iur. immun.

1

Et quòd pro bonis proprijs, vel ecclesiæ clericus non teneatur soluere collectas probatur. d.c.47. Genes. vers. præter terram Sacerdotum, & per Archidiac. in c. tributum 23. q. 8. & tenet etiam Ludou. Pont. in l. si publicanus. §. de reb. ff. publica. & Abb. in c. 1. de censib.

Item nec de bonis patrimonialibus tenetur clericus soluere collectas. vt eo colligitur in bulla cœnæ Domini nu. 18. ibi; eorum, Specul. in tit. de cler. coniug. vers. 2. † & in vers. in quibusdam autem locis Bartol. in consi. incip. punctus quæstionis, talis est gl. & Doct. in d.c. quamquam. quia bona patrimonialia clerici gaudent eodem priuilegio, quo bona ecclesiæ; ideò non possunt collectari. † Dec. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ nu. 21. & seq. de constit. Graff. decis. libr. 2. c. 25. de gab. nu. 18. & ibi nu. 17. vbi signanter notat q̃ prælatus cogẽs clericos ad contribuendum collectis, est ipso iure excommunicatus.

2

3

Et licèt Doctores aliqui arguant ex c. placet. C. de sacrosanct. eccl. quòd clerici teneantur ad munus, & onus ordinarium Principis, seu ad onera spectãtia ad Principem, & ita cõmuniter obseruari, tamẽ veriùs dicas de iure, quòd illa l. placet, non habet facultatem; super clericos, nec illos ligat. vt supra tetigi ex claro per me allegat. dubitatione 22.

Confirmatur, quòd dictum est de bonis parrimonialibus, quia de re prophana facta ecclesiastica, non debet solui collecta. secundum Bar. Bald. & Doct. in d.l. placet, & Bart. post glos. in d.l. incola, & in l. fin. de exact. trib. lib. 10. Bald. in authen. sed periculum. c. fin. consi. vel reliq. Spec. in tit. de cler. coniug. vers. ad huiusmodi, quòd adeò est verum etiamsi fiat pactum in contrarium, scilicet, quòd ecclesia teneatur ad onera pro rebus, ei traditis, vel donatis, quia non debet soluere gabellam, qui de iure communi est priuilegiatus ne soluat, non obstante tale pacto. Bar. in l. 2. §. legatis. ff. de iudic. & in extrauag. ad reprimendum vers. nõ obstantibus. Paul. de Castr. in l. 1. ff. de legib. mutatione namq; personæ; mutatur qualitas, & conditio rei & bonorũ Menoch. de arb. cas. 159. nu. 6.

4

5

Quòd etiam verùm est si tradita, vel relicta sint prædia, vel bona pleno iure ei in perpetuum ipsi ecclesiæ, quia tunc

non

non tenetur clericus ad collectas. ſecùs verò ſi relictus fuiſſet tantũ vſusfructus, & ad tempus. Floria. in l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. ff de vſufruct. venditor verò, vel alienans in eccleſiã tenetur ad
7 collectas niſi † eccleſiã recipiens ſoluere promiſerit, vel niſi ea deſcribi fecerit iu æſtimo communis. ſecundum Bald. in d. auth. ſed periculum. c. fin. cenſ. ſicq; ergò onus collectarũ poteſt imponi rebus, quæ traduntur eccleſiæ ſecundum. Bald. & Bart. in l. caueri. ff. commun. prædio. Innoc. in c. verùm de foro compet.

De re verò eccleſiaſtica facta prophana, quia ſcilicet ſit alienata per eccleſiam in laicum debet ſolui collecta, vt
3 tenet. † Bar. in l. Paulus in fi. de acq. hær. & Doct. in l. licitatio fin. ff. de publ.

Et nedum clerici, ſed & fratres minores Sancti Franciſci, non tenentur ad
9 collectas ſecundum Bart. in l. ſemper. §. fin. ff. de iur. immun. niſi. tamen de facto poſſideant immobilia, ſecundum Petr. de Anchar. conſ. 109. & clerici, & huiuſmodi fratres poſſunt quærere elemoſinam pecuniariam pro ſoluendo pedagio, ad quod fortè de facto compelluntur; tenet ſing. Card. in clem. exiui de Paradiſo. §. cum etiam d. verb. ſign.

Tempore tamen guerræ, vt occurra-
10 tur hoſtibus clerici tenentur ad collectas, tunc enim etiam eccleſia nõ excuſatur à parangarijs. caſus eſt ſecundum Barto. in l. fin. C. de curſu publico lib. 12. quia immunitas alicui conceſſa non extenditur in dubio ad onera tẽpore guerræ ſubeunda. niſi expreſsè dicat Cepoll. cautel. 118.

Prout, & tenetur ad collectas clericus
11 coniugatus. Secundum Abba. anti. in c. ex parte de cler. coniug. quem refert, & ſequitur Bal. in Marg. ver. clericus, verſ. ſi.

Et clericus ad collectas tenetur, quãdo prædia ſunt tributaria. ſecũdum Bal.
12 in l. fin. † C. ſine cenſ. vel reliq. & quando pro fundo proprio ſit ſolitus clericus ſoluere collectas, quia tenetur ſecundũ Specul. tit. de cler. coniug. ver. in quibuſdam autẽ locis. prout, & tenetur ad collectas impoſitas pro ſalarijs cuſtodũ ciuitatis, & murorum c. peruenit, & c. non minùs de immun. eccl. & pro expellendis prædatoribus, & pro oneribus militaribus. Oſaſc. deciſ. 68. ſub nu. 6. & ſeq. & deciſ. 69. vbi firmat, quòd clerici, & omnes eccleſiaſticæ perſonæ ipſaq; ec-
13 cleſia eſt immunis à collectis omnibus quæ imponuntur ratione onerum occurrentium, & procedit hæc regula nedum in muneribus perſonalibus, ſed etiã realibus, & mixtis .. & ibi Oſaſcus tenet pro conſtanti in fauorem monaſterijs, quòd acquiſiuerat iugera decem, & ſeptem nouiter in agro Vercellenſi.

Licèt verò laici prohibeantur exigere collectas à clericis, poſſunt tamen clerici eas ſponte præſtare de iure commu-
14 ni, vt habetur in d. clem. 1. de iur. immu. vbi Card. ſed dicas hoc non eſſe verùm abſolute, ſed cum licentia Papæ, & ex cauſa, vt notat Card. ibid. & in c. aduerſus eo. tit. de iur. immun.

Sed ſatis ſuper quàm ſecurim mittens ad radicem declarat hoc Bulla lecta die
15 † Cenæ Domini anno 1605. dec. Kal. Aprilis Pontificatus. S.D.N.D. Pauli PP. V. anno 1. ſub §. 18. vbi ſignanter præcepto, & anathematis vinculo declarat ob obſtrictos, qui collectas, decimas, taleas, præſtantias, & alia onera clericis, prælatis, & alijs perſonis eccleſiaſticis, ac eorum, & eccleſiarum monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorũ bonis, illorumque fructibus redditibus, & prouentibus huiuſmodi abſque ſimili Romani Pontificis ſpeciali & expreſſa licentia imponunt; & diuerſis etiam exquiſitis modis exigitur, aut ſic impoſita etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt necnon qui per ſe, vel aliàs directè, vel indirectè, prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorẽ præſtare non verentur, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi imperiali, aut rega-

li præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij potentatus, quicunque etiam regnis, prouincijs, ciuitatibus, & Terris, quoquomodo præsidentes, & consiliarij, & Senatores, aut quauis etiam pontificali dignitate insigniti, innouantes decreta super his per sacros canones, tam in lateranensi nouissimè celebrato, quàm alijs concilijs generalibus edita etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis hæc ibid.

Patet ergo ex huiusmodi pontificia cõstitutione, quod per iudicem inferiorem non potest declarari, quòd ibi sub uerbo eorum, sint comprahensa bona patrimonialia propria clericorum, quæ æquiparantur etiam de iure bonis ecclesiarum in casibus præcipuè à iure expressis vt ibidem, & signanter notat Maran. disput. 8. sub nu. 57.

Patet etiam quòd laici prohibentur exigere collectas à clericis etiam sponte dãtibus directè, vel indirectè pro se vel per alios. ita vt non sit ambigendum de mente pontificia, quæ omnino fauet ecclesiasticæ libertati, quandam simphoniam retinendo cum iure diuino, & antiquo, ac quauis obseruantia digno, vt modò qnlibet clericus possit gloriari iure merito, & sibi ad stipulari illud magni cæsaris tamquam per se dictum, cerua sum, noli me tangere; cùm ad principes ore aperto dirigãtur illa verba psalmodia, & de rege iudice. Nolite tangere Christos meos, nec liceat nisi imprudenter & parum piè resistere, quia non decet ponere os in celũ. Cùm clerici, qui laicos solent habere infestos sint priuilegiatissimi in eorum personis, & bonis
16 † quæ ideò efficiuntur exempta vt mutatione personæ mutata noscatur qualitas, & conditio rei. l. paulus respõdit per procuratorem. ff. de acqu. hæred. Bald. & Bar. & in l. placet. C. de sacrosanct. eccl. Iaſ. cũ glo. in l. incola. ff. de municip. Maran. d. disp. 8. nu. 13. & sequ.

Sciant ergò omnes principes, & iudices quòd christianus non est, qui in ecclesia Christi non est. vt ait Sanctus Au-
17 gustinus de vnit. & qui non † manserit in domo Raab ille occidetur. Oseæ 6. & qui nõ ingreditur domum Simonis, nõ sanatur. Luc. 4. & quòd extra Petri nauim nemo soluatur. Matth. 8. hanc scilicet, iurisdictionis ecclesiasticæque libertatis inconsutilem tunicam studeant sic
18 benè cõtextam, † & ordine clericali circum ornatam de qua cecinit Dauid. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate, tueri & sustinere, & intra eius munimina se se continere, ne in æternum pereant. audiant Apostolum 1. Cor. 10. sine offensione estote ecclesiæ, & nec aliquis vt habetur 1. Cor. 1. Ego sum Pauli, ego sum Cephæ ecclesia enim est vna Catholica Apostolica, & Romana, & nulla, maior est stultitia quàm, propter bonum temporale,
19 amittere bonum æternum, † & melius est vt ex Sancto Hyeron. descep. sermo. 25. rem familiarem minui quam animæ salutem perire; vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. ideò nec sibi applaudãt principes, & iudices de mortali solio, & honore illo abutentes, & clericales personas contemnentes, & inuadentes, quia vox domini est Oseæ quarto gloriam eorum in ignominiam commutabo. & Augustiniana est sententia quòd si in ignem æternum mittitur qui non dedit rem propriam, vbi putas, mittendus erit, qui inuasit alienã? Sit propterea omnibus maximo cultui lex Pontificia
21 nec † turbetur immunitas clericalis, vna nimes agnoscamus, & reuereamur humili ceruice submissoque collo caput visibile orbis terrarum, flexis genibus, & procidamus coram eo qui est episcopus vrbis sacerdotalis metropoli regni Christi, quæ est hæreditas piscatoris, terra sacra effecta, morte principum ecclesiæ, & Apostolorum Petri, & Pauli; quorum meritis, non laude sua, fœlix Roma excellit omnem mundi pulchritudinẽ; & meritò dicitur non laude sua, quia is qui ei nomen dedit, illam fraterna cæde

ſedauit, & cùm eſſet mater erroris facta nunc eſt filia veritatis. vt ex ſermone 1. Leonis Papæ in Natiu. 23. idem aliorum.

DVBITATIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Lex vel Statutum habens plures intellectus, an poſſit allegari in quolibet intellectu?*

2 *Teſtes vario modo loquentes auferunt verum intellectum ſuarum diſpoſitionum.*

Loquens repentinè præſumitur mendax, ſi verò morosè præſumitur dubius. ibid.

3 *Statutum ambiguum non meretur allegari.*

Item lex ambigua non poteſt allegari ad deciſiones cauſarum. ibid.

Ignorantia iuris obſcuri excuſat. Exceptio obſcura habetur pro non exceptione. obſcurum eſt quòd intelligi non poteſt. ibid.

4 *Teſtium fides dicitur vacillare ob nimiam obſcuritatem.*

Teſtis obſcurus æquiparatur tacenti verum, ibidem.

Inuectiua contra quẽdam ſcribam cuius dictamen non intellexit Papa Ioannes. ibid.

Inuectiua contra habentes vnum in ore, & aliud in corde.

Litigantes facientes poſitiones intricatas reprehenduntur prout, & Doctores ponentes doctrinas claras. ibid.

5 *Cogitandum, & præmeditandum eſt priuſquè loquendum.*

Iudicans priuſquè intelligat incidit in labyrinthum erroris. ibid.

6 *Confeſſio facta ex abrupto in iudicio, & abſque deliberatione, poteſt reuocari tamquam erronea ex interuallo, etiam non aliter docto de errore.*

Iudex, cui de manè mittit̃ proceſſus, & eodem die fert ſentẽtiã, dicitur Iudicare ex abrupto. ibi.

VEro, an lex vel ſtatutum habens plures intellectus poſſit allegari in quolibet intellectu? ad hanc quæſtionem reſpondet Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. vi Soc. & Pariſ. in cap. quoniam contra colu. 2. verſ. tu dicis de probat. & ex Felyn. in prin. prohem. decretal, qui doctores theorici loquentes
1 docent, quòd lex habens plures † intellectus poteſt allegari in quolibet intellectu, quando quilibet intellectus probatur per bonas leges, vel rationes aliarum legum. & cum hac declaratione tranſitum habet hæc dubitatio.

Inferas hinc quòd teſtes vario modo loquentes auferunt verum intellectum
2 ſuarũ diſpoſitionum, † vt ex c. ſed aliud 5. q. 5. vbi teſtis repentinè loquens præſumitur mendax. Si verò morosè loquitur præſumitur dubius. c. ponderet. 50. diſt.

Inferas pariter, quòd ſtatutum ambiguum non meretur allegari, Bal. in c. fin.
3 de conſtitu. & lex † ambigua non poteſt allegari ad deciſionem cauſæ Bald. in l. in ambiguo. ff. de legib. inſt. & Rom. in l. cum prolatis per illum rex. ff. de re iud. ideò ignorantia iuris obſcuri excuſat. Card. in clem. fi. 4. quæſt. de regula. & exceptio obſcura habetur pro non exceptione. Bar. in l. 4. ſi duobus per illum tex. ff de adim. lega. probatur in l. Titia toxtores. ff. de leg. 1. & obſcurũ eſt quòd intelligi non poteſt. l. 2. ff. de his qui per non ſcrip. hab. gloſſ. 2. in l. veteribus. ff. de pact. & in l. ita fidei. ff. de por. fiſc.

Ideò fides teſtium dicitur vacillare propter nimiam obſcuritatem. Bald. in l.
4 vn. C. † de emend. iuſti. Cod. vnde Bar. in l. ea. ff. de contrahen. empt. teſtem obſcurum æquiparat tacenti verum, & idem. in l. quicquid. ff. de verb. oblig. inuehit contra quẽdam ſcribam cuius dictamẽ non intellexit Papa Ioannes, quia obſcurum. & gl. in §. ſed hec ſolemniam inſtit. de verb. oblig. inuehit contra habentes vnũ in ore, & aliud in corde. & Card. & Ioan. de Anan. in c. de Simonia per illum tex. de ſimon. reprehendunt litigantes facientes poſitiones intricatas, & doctores non ponentes doctrinas claras, vnde antequam quis loquatur cogitare
5 & præmeditari debet, † quid loquatur. Speculi. in tit. de excep. §. 4. verſ. Item not.

Ideò

Ideò, qui iudicat antequam intelligat, incidit in labyrinthum erroris. c. sciẽdum 29. dist. & confessio facta ex abrupto in
6 † iudicio, & absque deliberatione; potest reuocari tamquam erronea ex interuallo, etiam non aliter docto de errore. l. non fatetur. ff. de confess. & c. fi. eo. tit. ex quo textu inferas contra iudicem, cui de mane mittitur processus, & eodem die fert sententiã Bar. in l. platam. C. de sent.

DVBITATIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Lex diuina an præferatur alijs humanis legibus in decidendo?*
Lex nulla valet contra ius diuinum, vbi mãdata Dei non sunt transgredienda ob traditiones maiorum. ibid.
2 *Dictum alicuius Sancti roboratum auctoritate veteris vel noui testamenti, præfertur decisioni Papæ, & imperatoris; secùs dicendum, si non esset munitum tali auctoritate.*
Papæ, & Imperatori non autem sanctis est concessa potestas legis condendæ. ibid.
3 *Princeps ex causa potest limitare, & interpretari ius diuinum.*
4 *Auctoritates diuinarum scripturarum possunt allegari non solum ad decisionem ecclesiasticarum, sed etiam ciuilium inter laicos causarum.*
5 *Sacra scriptura potest allegari in decisionibus causarum, & in modo puniendi, nisi contradicat canonibus.*
6 *Doctores ecclesiæ quando variant inter se, cui potius standum?*
7 *Theologi si in materia spirituali puta vsuraria discordent à canonistis, potius est standum auctoritatibus canonistarum?*
8 *Proverbia possunt allegari ad decisionem. Item licitum est arguere à vulgari locutione. ibid.*

LEx diuina an præferatur alijs humanis legibus in decisionibus causarum? resoluendum est dubium affirmatiuè quod
1 sic; cum † nulla lex valeat contra ius diuinum. c. sunt quidam. 25. q. 1. Abb. in c. in omni num. 1. per illum text. de testib. & optimè facit dictum illud Christi omnipotentis, quare & vos transgredimini mandata Dei, propter traditiones patrũ maiorum Matth. 15. Plot. in l. rep. l. si quando num. 762. in fi. adde gl. in §. cogitatio in auth. vt iudic. sine quo. suffrag. & Io. An. in c. certificari de stipul. & causæ ecclesiasticæ possunt diffiniri ex dictis Sanctorum, imo dixit gl. in ca. de libellis. 20. dist. quòd dictum alicuius sancti corro-
2 boratũ † auctoritate veteris, vel noui testamenti, præfertur decisioni Papæ, & Imperatoris. vt p Ias. in l. 1. nu. 38. ff. si cer. pet. vbi secùs notat esse dicendum, si dictum sancti non esset munitum auctoritate veteris, aut noui testamenti; quia nõ Sanctis, sed Papæ, & Imperatori concessa est potestas legis condendæ. ita not. Abb. in c. qualiter, & quãdo il 2. de accu.

Bene verum, quòd princeps potest ex causa limitare & interpretari ius diuinũ
3 † iuxta not. p Innoc. in c. quæ in ecclesiarum de constit. & Bar. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. pub.

Eodem modo auctoritates diuinarũ scripturarum possunt allegari non solũ
4 ad decisionem causarum † ecclesiasticarum, sed etiam ciuilium inter laicos. gl. est in d. §. cogitatio in verb. eloquiorum in aut. vt iud. sine quo. suffrag. quam ad hoc not. Bal. in auth. ad hæc. C. de vsur. Abb. in cap. cum causam per illum text. de elect. in cap. ne innitaris de const.

Item sacra scriptura potest allegari in causarũ decisionibus, & in modo puniẽ
5 di. ca. 1. de off. de leg. vbi Abb. nisi sacra scriptura contradicat canonibus, quia in decisionibus causarum, potius est stãdum canonibus, quàm dictis sanctorũ. c. 2. vbi gl. 20. dist.

6 † Et quando doctores ecclesiæ variãt inter se, cui potius sit standum? videas gl. in c. vt veterum 9. distinct.

In materia vero speciali, puta vsuraria, si discordent Theologi a canonistis, potius est standum auctoribus canonistarum,

7 ſtarum, quàm theologorum, † vt ſequitur Alex.conſ.143.5.col.

Eodē modo prouerbia preſentat ad deciſionem cap. etſi. Iudæo vbi Hoſt.& Doct.de iudæis.& not.in l. ſolent in fi. ff. de off.procōſ.& lega. l. ſi chorus in prin. ff.de leg.3.

Irem aliquando arguitur à vulgari locutione Archidiac.in c.1.§. porrò 3. col. de ſtatu regul.in 6.

DVBITATIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex vel ſtatutum,an poſſit transferre poſſeſſionem ſine aliquo actu corporeo? Declara vt ibidem.*

2 *Lex vel conſtitutio quandoque fingere poteſt per inueſtituram,& ſic per actum fictæ traditionis poſſeſſionem traditam.*

VTrum lex, vel ſtatutum, poſſit transferre poſſeſſionem ſine aliquo actu corporeo, reſoluas ſecundum Bald. in l.1. in princ. C.communia delegat. quod non,
1 quòd declara niſi interueniat ficta tradit tio, vt in l.quòd meo.ff.de acq. poſſeſſ.& in l.1. & in l.quisquis. C.de donat. Alex. conſ.83. vol.2. Bal.in c.contingat de dolo, & contum. Affict.deciſ.299. num.5.

Hinc inferas, quòd lex, vel conſtitutio, quandoq; fingere poteſt per inueſti-
2 turam, & ſic per actum fictè traditionis poſſeſſionem traditam, vt eſt not.tex.in c.2.de conſuetud.& ita cum his terminis intelligendi ſunt Doctores volentes, qđ ſtatutum poſſit inducere, quod tranſeat poſſeſſio abſq; apprehenſione,nam hoc eſt verùm, quando ſtatutum diſponeret quòd aliquem actum fictum traditionis inductæ à ſtatuto transferatur poſſeſſio, vt per tex.in d.c.2.de conſuet. per quem magis communiter ſe fundant Doctores. Innoc.in c.literis de reſtit. ſpol.Alex. d.conſ.83. nu.1. vol.2.

DVBITATIO XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex an præſumat conditionem, vel modum?*
2 *Alleganti conditionem extitiſſe incumbit onus probandi.*
3 *Aſſerens per ſe non ſtetiſſe cogitur probare.*
4 *Condtio legis ſat eſt, quòd imploratur præſumptiuè ex curſu decennij.*
5 *Conditio, ſi deceſſerit ſine filijs præſumit extitiſſe in fideicommiſſis conditionalibus.*
6 *Allegans aliquem deceſſiſſe cum liberis eo ipſo, quòd probatur eum deceſſiſſe fundata eſt intentio allegantis, quod deceſſerit ſine liberis.*
7 *Negatiua eſt probanda ab eo, qui in ea ſe fundat.*
8 *Defunctus etiamſi alios habuerit liberos tunc præſumitur deceſſiſſe ſine eis, niſi contrarium probetur.*

LEx an præſumat conditionē? dic quod non,ſed potiùs mo dū, quando verba non ſunt
1 ſatis clara. † Bartol. in l. cum mota num.2. C.de tranſact. & alleganti conditionem extitiſſe incumbit onus
2 probandi. † l.ex his. C.quando dies leg. cedit.Alciat. de præſumpt. regul.3.præſump.3. num.2. Illuſtriſſimus Cardinalis Mant.de coniecturæ vlt.vol. lib.11. titu. 16.nu.5. Socin. iun. conſ.67. nu.1.& ſeq.

Ideò qui aſſerit per ſe nō ſtetiſſe, quin teſtatoris conditio impleretur, probare
3 cogitur. † Bart.in l.qui commeatus. ff.de mil.teſta. Soc. in l.Titius la 2. ff.de cond & demonſt.intelligendo tamen de conditionis implemento, quòd in facto ſitum eſt, nam facta non præſumūtur niſi probentur. l.obſeruatio. C.de non num. pecun.

Si verò loquamur de præſumpta conditione legis, tunc aliter eſt dicendum,
4 quia tunc ſat eſt conditionem impleri præſumptiuè, † quia conditio ex curſu 10. annorum præſumitur extitiſſe Paul. de Caſtr.conſ.108. num.1. lib.1. Item nō vendicat ſibi locum dicta concluſio, ꝙ non

9 non præsumitur conditio, in fideicommissis conditionalibus, vt est illa condirio si decesserit sine filijs,q̃ cõditio indubio præsumitur extitisse. l. ex facto. §. si quis cunct. in fin. ff. de Trebell. Alexan. consil. 20. num. 12. lib. 1. Dec. consil. 652. Bar. in l. qui duos. §. cũ bello ff. de rel dub.
6 vbi subdit, † quòd qui allegat aliquem decessisse cum liberis eo ipso, quòd probat cũ decessisse, fundata est de iure cõi intẽrio allegãtis, q̃ decesserit sine liberis; ratio est, quia allegans aliquem decessisse sine liberis, habet intentionem suam fundatam ex præsumptione iuris communis. d. l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebell. hanc esse veriorem, & communiorem opinionem, & quæ magis adhæret voluntati testatoris asseuerauerit Alciat. de presumpt. regula 1. presumpt. 49. nu. 6. & seq. Mantic. de coniect. vlt. lib. 2. titul. 4. per tot.

Et quamuis negatiua sit probanda ab
7 eo qui in ea se fundat in l. illa. ff. de verb. obl. 4. Abb. in ca. bonæ de postul. prælat. tamen sententia præmissa verior est, & communior quæ ampliatur etiamsi defunctus aliàs habuerit liberos, nam & tunc præsumitur decessisse sine eis nisi
8 contrarium probetur eò vsque quòd fideicommissarius releuabitur ab istius probationis onere, & transferatur in allegantem, decessisse cum liberis vid. Mascar. de probat. concl. 343. nu. 11. vol. 1.

DVBITATIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Legi potiùs aut canoni an standum sit quàm communi opinioni.*
2 *Communis opinio est omnino amplectenda in iudicando & consulendo, nisi posset probabilibus rationibus conuinci.*
3 *Canon aut lex quando aliud disponit, potiùs est standum legi, aut canoni; quàm communi opinioni.*
4 *Index non solum communi opinione verum etiam a lege potest recedere ex causa.*

LEgi potiùs aut canoni, an standum sit, quam communi opi-
1 nioni? pertranseas cum hac declaratione, quòd quamuis in iudicando, & consulendo non sit
2 † recedendum à communi opinione vt proditum est ab Alex. consil. 25 nume. 2. vol. 6. & a Curt. sen. cons. 43. nu. 3. & cons. 57. num. 9. & 13. nihilominus non erit sequenda communis opinio iudicando, quotiescunque reperiretur falsa, diluci-dè, vel probabilibus rationibus, & argumentis conuinci posset, vt bonus iudex acutissimè, existimabit secundum. Abb. in c. tua nos num. 9. de vsur. & Barbat. in cons. 28. num. 2. vol. 1. vel quando canon, aut lex aliud disponat, quia tunc
3 † potius standum esset legi, aut canoni, quàm communi opinioni, iuxta sententiam Bero. in q. 116. nu. 2. & est causa non solum à communi opinione, verum
4 etiã à lege † iudex recedere poterit p plura, quæ congerit Neuizanus in sylua nuptiali in lib. 5. vid. Mascard. de probatio. conclus. 395. nu. 29. & seq. lib. 1. & ab eius sententia, & relatione non recedas.

DVBITATIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Lex vbi non requirit solemnem probationem, sed est contenta argumentis, & presumptionibus, an tunc testes possint recipi non citata parte?*
2 *Presumptio etiam probari debet per testes secundos, & legitimè examinatos.*
3 *Testes possint recipi non citata parte, quando lex est contenta presumptionibus, & argumentis,*

LEx vbi non requirit solemnem probationem, sed est contenta
1 argumentis, † & præsumptionibus, an tunc testes possint recipi parte non citata? & quamuis Felyn. in c. in nomine domini, num. 12. de testibus opinetur, quod præsumptio, etiam probare

bari debeat per teſtes ſecundos, & legitimè examinatos, vt traditur à Bart. in l. fi. C. fam. erciſc. & latè per eundem Felin. in c. cum cauſam verſ. 2. caſu extra de probat. Nihilominus, quando lex non requirit ſolemnem probationem, ſed eſt
3 contenta argumentis, † & præſumptionibus, tunc poſſunt recipi teſtes parte nõ citata ita Hoſtien. & Lap. in c. 1. in fi. de homi. in 6. Maſcard. concl. 683. nu. 22. & ſequ. lib 2.

DVBITATIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Lex paribus probationibus ab actore, & reo in iudicium allatis, an pro reo pronunciãdum ſuadeat, vbi actor eſſet vir bonus, Innocens, & reus eſſet flagitioſus?*
2 *Vitę integritas non facit, vt viro credatur in pręiudicium alterius.*
3 *Nemo eſt tam ſanctę vitę, vt ſolius aſſertioni ſtandum ſit.*
4 *Euangelica lex etiam duos teſtes requirit.*
5 *Præſumendum pro viris maximę integritatis, & auctoritatis.*
6 *Auli Gellij auctoritas, & exemplum damnat.*

AN lex paribus probationibus ab actore, & reo in iudicium allatis pro reo pronunciandum ſuadeat, vbi actor eſſet vir bonus, & Innocens, &
1 reus eſſet flagitioſus? † pro reſolutione dubij concludendum eſt breuiter, quòd pro reo eſt pronunciandum, vt per Dec. in l. qui accuſare nu. 6. vbi Saſ. nu. 5. Alc. nu. 6. Purpur. nu. 13. C. de eden.

Hinc inferas, quòd vitæ integritas nõ facit, vt viro credatur in præiudicium alterius, quia vbi agitur de præiudicio
2 tertij † præſumptio bonitatis non attenditur, vt not. Abb. in c. cum in iure pro oſt. deleg. quem ſequitur Dec. vbi ſupra num. 12. quia nemo eſt tam ſanctę inculpatæq; vitæ, vt ſolicius aſſertioni ſtandũ
3 ſit vt per † glo. in c. ſicut in fi. de ſent. excomm. Bald. in cap. 1. vt lit. pend. Imò lex etiam Euangelica duos, vel tres teſtes requirit Matth. 18. c. licet de teſtib. Cardi-
4 nalis Albanus in † l. 1. ff. ne quis eum.

Et quamuis pro viris, qui ſunt maximæ authoritatis, & notæ integritatis ac fidei lex præſumat per text. in l. non omnes. §. à † barbaris. ff. de re milit. Cæp. cõſ.
5 76. nu. 31. volum. 1. Alban. conſ. 11. nu. 11. ex bonis enim alicuius viri actionibus bonus animus pſumitur, & ècõtra. arg. l. famoſi. ff. ad l. Iul. maie. Fel. in c. auditis de præſcript. Bartol. in l. metum. ff. quod met. cauſ. tamen admiratione, & apud aliquos increpatione dignus eſt Aulus Gellius. l. 14. cap. 2. qui ad formam præmiſſæ concluſionis, tum flagitioſum, nõ auſus eſt condemnare.

Et actorem virum, & ſi bonum, qui quòd petebat neq; tabulis, neq; teſtibus, id factum docebat, & argumentis exilibus nitebatur, obaudiuit. Reus enim dicebat de petenda pecunia apud iudicẽ priuatum agere, non apud cenſorem de moribus. Iaſ. verò in d. l. qui accuſare ſentit, illum reum debuiſſe per Aulum Gellium abſolui, dictæ legis motus auctoritate, actore non probante reus eſt abſoluendus. Idem voluit ibi Lancellotus damnando Aulum Gellium, qui fortè prudenter ſe geſſit dicendo ſe non eſſe inſtructum cum ſibi religioni obfuturũ arbitraretur, ſi abſoluiſſet, qua conſciẽtia depoſita ædificaſſet ad Gehennam iuxta c. per tuas de Simon. qua in re laudandus eſt iudex ſi cauſam delegat alteri; cum conſcientiam deponere non poſſit, vt ducunt Theologi, quos refert ſum. Angel. in verb. iudicare. §. 7. & notat Frãciſc. Purpur. d. l. quod accuſare nu. 13.

Et ſecundum aliquos ille actor in caſu Auli Gellij non debuiſſet in expenſis condemnari per id quod voluit Hoſtiẽ. in c. finem litibus de dol. & contu. Iaſ. in l. iubemus col. fi. ff. de iudic. licet contrarium ſenſerit Soc. in tract. fallen. reg. 1. expentarum 3. fallentia.

DVBITATIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Biblie authoritati an deferendum in deciſionibus cauſarum?*
2 *Prophetarum dicta poſſunt allegari in cauſis decidendis. Item & dicta Sanctorum patrũ.*
3 *Declara vt num.ſeq. & reſtringe vt ibid.*
4 *Conſtitutioni populi præualent dicta Sanctorum patrum fundata auctoritate noui vel antiqui teſtamenti.*
5 *Lex Moſayca poteſt allegari & probat in deciſione cauſarum, quando quæſtio eſt inter iudæos quia quando quæſtio eſt inter iudæum, & Chriſtianum ſeruantur iura Romanorum.*
6 *Lex Moſaica probat vbi loquitur ſpecificè in illo caſu.*

AN lex,& doctores cenſeant eſſe deferendum,& ſtandum Bibliæ authoritati?

Quòd allegari Biblia poſſit ad deciſionem cauſarum, probat tex. in
1 c.cum cauſam † vbi Abb.in 5. notab. de elect. ca.1. 25.diſt.c.cùm Apoſtolica vbi Abb.de his quæ ſi.a prælat Innoc. in ca. cùm venerabilis de except. debet enim vſque ad vnum iota ſeruari.gloſſ.in cap. noli 11.diſt.

Etiam in cauſis ciuilibus per text. vbi gloſſ. in §. cognitio in auth. vt iudic. ſin quo ſuffrag. in verb. colloquiorum quã gloſſ. not.ad hoc Bal. in auth. adhæc. C. de vſur.& in Rub.C.de fid. inſtr.

2 Imò etiam † dicta prophetarum poſſunt allegari ad deciſionem cauſarum. gloſſ.in §.his igitur inſt. de iuſt & iu. & in cap. etſi iudæos de iudic. vbi Io. And. & Hoſtienſ.

Imò etiam dicta Sanctorum patrum per tex.in cap.licet 10.diſt.in c. ſunt quidem 30.q.1.& in c.magnæ de vot.gloſ.in l.illud.ff.de off. præſid.

Declarandum tamen eſt, huiuſmodi auctoritates poſſe allegari ad deciſionẽ cauſarũ in quæſtionibus p leges, vel canones non deciſis,† ſecùs in his,quarum deciſionem habemus in iure Cæſareo, vel pontificio,auctoritas enim legis cõdendæ non illis, ſed iſtis data eſt à Deo opt.Max.C.tranſlato,de conſtit.facit cle. 9.§.ſi.de ſumm. Trin. Archidia.in c. Auguſtinus.26.diſt.Abb.in c.1.de off.iud.de leg.;vbi Fel. & in c. ne innitaris de cõſt.

Reſtringas hanc declaratronẽ, quòd bibliæ, auctoritates Sanctorum patrum ſi contrariantur dictis Papæ vel Cæſaris interprætantis legem,vel ſacram ſcripturam,præualent auctoritati eorum Abb. in c.capellanus de ferijs Hoſt. in ca.ſolet de ſent.exco.in 6.Archid in d.c. Auguſtinus niſi tamen interpretatio eſſet de neceſſarijs ad ſalutem, vt de fide,& Sacramentis, quia in illis ſtatur interpretationi Summi Pont. qui ſi errat, à ſolo concilio corrigitur.ca.nulli ſal. 19.diſt.cap. ſi Papa 40. diſt. Abb. in cap.in innitaris de conſtitut.

Item dicta Sanctorum patrum fundata in auctoritate noui, vel veteris teſtamenti præualent etiam conſtitutioni
4 Papali † gl.in c.de libellis in verb.illorũ. 20.diſt.tex.& ibi gloſſ.in c.ſi.36.q.2.Abb. in cap. qualiter & quando il 2. de accuſ. Dec.in l.1.ff.ſi cer. pet. Doct.omnes in c. 1.de off.de leg.& in c.ne innitaris de cõſtit.;Ias.in §.quædam num.67.inſti.de act. Rom.ſing. 685.

Sed quid dicendum de lege Moſaica?
5 dic quòd etiam ipſa poteſt allegari, & probat in deciſione cauſarum Alex. & Ias.in l.1.ff.ſi cert.pet.Barba.conſ. 15. li.2. Corn.conſ.61. verſ. item ſuppoſita prouincia,& conſ.180. lib.2. per l.in ſinagoga,& Iudæos.C.de Iudæ.ſed hæc locum habent qñ quæſtio eſt inter iudæos,quia inter Iudæum & Chriſtianum ſeruantur iura Romanorum. l. Iudæi. C. de Iudæ. Item habet locum quando lex Moſaica loquitur ſpecificè in illo caſu, lex verò
6 † Romanorum nihil loquitur de;hoc caſu, vel ſi diſponit, diſponit in genere, Moſaica verò ſpecificè ita Eelyn. in ca. Iudæi in verb.ex gl.de Iudæ.

DV-

Digitized by Google

DVBITATIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Lex vel constitutio an possit probari per testes? & an statim lata à principe liget.*
Scriptura non est de essentia legis. ibid.
2 *Gratia potest probari per testes.*
3 *Scriptura non est de essentia legis sed vt inducatur obligatio requiritur scriptura, quia ante scripturam constitutio non ligat.*
4 *Essentia legis non potest distingui, nec separatim considerari ab obseruatione ipsius legis.*
5 *Publicatio legis requiritur vt ligentur subditi.*
6 *Sententia non valet nisi ex scripti recitatione.*
7 *Scriptura requiritur in delegatis Summi Pōt. in inferioribus verò parem vim habent testes sicut instrumenta.*

LEx vel constitutio an possit probari per testes, & an statim lata à principe liget?

1 Primo † dubio respondeas cō stitutionem seu canonicorum, & ipsius Pontificis Max. testibus probari posse, cùm scriptura non sit de essentia legis Rot. decis. 5. alias 96. num. 1. in antiq. de probat. & decis. 246. alias 1. titul. de constit. in nou. Bal. in c. 1. col. 2. num. 7. vers. quæro quærere in constitutionibus de constitut.

Imò & gratia per testes probari potest, Bald. in l. si qua pro calumniam post nu.
2 5. vers. gratia autem. C. de epis. † & cler. Abb. in c. pastoralis col. 2. vers. sed contra hoc de fid. instr. Dec. in rub. de consti. col. 7. num. 36. Felyn. in rub. de const. nu. 3.

Et hæc procedunt quantum ad essentiam cōstitutionis, vel † statuti; quia scri
3 ptura nō est de essentia, sed vt ex constitutione vel statuto obligatio inducatur, requiritur scriptura, vnde ante scripturā constitutio vel statutum non ligat. ca. 1. de postul. prælat. Bal. in l. humanum in fi. C. de legibus, & in Rub. de consti. vbi sequitur Felyn.

Hinc nota quòd essentia legis nō potest distingui neque separatim consideri † ab obseruatione ipsius legis ex eo,
4 quòd lex videtur sumere uires ab ipsa promulgatione. §. 1. in auth. vt fact. nou. const. & licèt lex sit statim cum à principe lata fuit in sui essentia, tamen vt liget
5 subditos requiritur † publicatio d. aut. vt fact. nou. const. vbi constitutio est licet non liget nisi post duos menses.

Et teneas quòd lex vel statutum principis probatur per testes & scripturam, secùs est in inferioribus à principe, ideò sententia nō valet nisi ex scripti recitatio
6 ne. † l. 2. C. de sent. ex brē. recit. Bal. in rub. de constit.

Et licèt in delegatis Summi Pont. requiratur scriptura. l. 1. C. de mādat. princ.
7 tamen secùs est in inferioribus, in quibus parem vim habent testes sicut instrumēta, & idemmet Bald. sibi contrarius tenet in l. si qua per calumniam. colum. 2. C. de epis. & cler.

Concludas ergo cum declarationibus præallegat.

DVBITATIO XXXX.

SVMMARIVM.

1 *Lex mortua, an possit sine corporali traditione transferre possessionem in alium?*
2 *Monasterio acquiritur possessio bonorum illud ingredientis, sine apprehensione.*
3 *Consuetudo nedum lex mortua potest transferre possessionem sine actu corporeo.*
4 *Rex vel princeps potest sicut lex per suam inuestituram transferre dominium & possessionē.*
5 *Absens inuestitus qualiter non acquirat ciuilem possessionem.*
6 *Inuestitus pro illa verba, inuestimus per nostrum annulum præsumitur presens, sed potest probari contra istam præsumptionem.*
7 *Possessio ficta tradita per regem per annullum cum expressione, quòd vult, quòd habeat effectum veræ & realis possessionis, non parit interdictum recuperandæ, sed adipiscendæ possessionis.*

SVprà dubitauimus, an lex viua, seu statutū possit trāsferre possessionē sine aliquo actu corporeo, modo q̄ritur, quid dicendum sit de lege mortua, an scilicet lex mortua possit sine corporali traditione transferre possessionē in aliumꝰ affirmandū cōclutiuè
1 quòd sic per tex. in l. raptorēs. §. an bona. C. de episc. & cler. vbi quando lex expressè, dicit, quòd transferatur possessio sine apprehensione, in illo casu tunc non requiritur traditio, nec factum alicuius, vt per Bart. ibid. & probatur in l. fin. adoptauero. ff. de præcario, vbi qui præcario possidet, si dedit se in arrogationem, trāsit in arrogantē possessio bonorum arrogantis sine apprehensione per quem tex. volunt scribentes, quòd possessio bonorum ingrediētis monasterium acquiratur monasterio sine apprehēsione, † vt
2 dicit Bald. in Auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccl. & Bart. in auth. ingressi 2. colu. eo. tit. & in auth. nisi rogati. C. ad Trebell. Doct. in c. in præsentia de probat.

Et non solum lex mortua potest transferre possessionem sine actu corporeo, sed & hoc potest facere consuetudo, dūmodo intercueniat aliquod † signū, vt in
3 c. 1. de consuetud. sed etiam potest facere statutum secundum Innoc. in c. in literis de restit. spol. Bald. in l. 2. C. de res permut. & in l. 1. C. communia de legat. & in l. traditionibus. C. de pact. & in l. fin. C. de sacrosanct. eccl. inferas hinc, quod Rex, vel
4 Princeps † potest sicut lex per suam inuestituram transferre dominium, & possessionem, quando ipse hoc vult, & quādo Rex facit inuestituram de feudo, & præsentialiter inuestitū inuestit per annulum, vel ensem, & dicit, quod vult, quòd talis inuestitura per annullum inducat effectum veræ, & corporalis possessionis; sed si probetur, quod inuestitus tempore dictæ inuestituræ fuisset absens,
5 licèt priuilegium inuestituræ diceret supradicta verba, non esset translata possessio ciuilis, quia essent duę fictiones, quæ in vno non possunt concurre-re. l. 1. C. de dot. promiss. l. mulieri, & Titio ff. de cond. & demonst. Bart. in l. si is, qui pro emptore ff. de vsur. c. 2. de fil. presbyt. in 6. ideò dicebat Bald. in l. 1. C. quando lic. ab empt. disc. quòd priuilegium non valet si in eo sunt duo specialia, idē Bald. in l. conuenticula 5. col. C. de episcop. & cler. & in l. 1. C. ex quibus caus. maio. & in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. essent enim duæ fictiones in dicto priuilegio in vno actu, videlicet, q̄ absens fingatur præsens & quòd sit in possessione is qui non est.

Et licèt p̄ dicta verba, inuestimus per nostrum annulum, importet, quòd præsumatur, quòd inuestitus sit præsens, sic
6 per Abb. in c. tenor circa. fin. † de re iud.

Tamen contra istam p̄sumptionem potest contrarium probari. l. nuptura in fin. ff. de iur. dot. Specul. in tit. de probat. §. 1. cum sim. videlicet, quòd Rex, quando fecit inuestituram erat in vno loco, & inuestitus erat in alio loco, & tunc per talem inuestituram non transfertur ciuilis possessio, tantò magis, quia scriptura non facit mentionem de præsentia in ipsa inuestitura; vt dicit Bald. in l. 2. C. de statu. & imag. & Paul. de Castr. in l. quid C. de sacrosanct. eccl. vnde concludēdum est quòd possessio ficta tradita per Regem per annulum cū expressione, quòd vult quòd habeat effectum veræ, & realis possessionis, non parit interdictum recuperandæ, sed adipiscendæ possessionis; faciunt notat per. Afflic. decis. 299. sub nu 25. & sequentib.

DVBITATIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio legis, an cesset ob prouisionē hominis.*
2 *Inuecta, & illata in domum ex tacita legis hypotheca sunt obligata locatori.*

LEgis prouisio, an cesset ob hominis prouisionem? est materia tex. in l. fin. C. de pact. conu. vbi pro-
1 uisio hominis facit cessare extraordinarium

ordinarium, non autem ordinariã prouisionem legis, namq; per specialẽ prouisionem hominis, non receditur à prouisione legis communis. Ideò prouisio hominis facit, quidem cessare dispositionem specialem, sed illa tà dimittitur, & sic non alteratur prouisio iuris communis. Bart. in l. 2. nu. 12. C. de iur. emphyt.

Respondet, & rectè Bald. in l. certi iuris num. 13. C. locat. quòd tunc demum legis prouisio facta in defectum prouisionis hominis cessat ob ipsius hominis prouisionem. & tunc silet lex, vbi loquitur homo. sed vbi ex diuerso fonte, & noua radice legis prouisio prouenit atque descendit, tunc cessat ex prouisione hominis, & in simili declarat Alberic. in d. l. fin. C. de pact. conu. quòd tũc prouisio hominis non facit cessare dispositionem legis, cùm tendunt ad diuersos effectus, & Albericum secuti sunt Dec. cons. 386. num. 6. Socin. iun. cons. 130. nu. 12. lib. 1. exemplum potest dari in inuectis, & illatis in domum, † quæ ex tacita
2 legis hypotheca sunt * obligata locatori ex prouisione ordinaria legis vndè fit, vt ex prouisione hominis superueniente desit, ex pacto conuento cessare non debeat. ita declarat regulam d. l. fin. Barto. in l. si cum dotem in princ. ff. solut. matrim. Alex. in l. maritus num. 3. C. de procura. Dec. in c. in præsentia in fin. de probat. Ruinus cons. 74. nume. 18. libr. 1. Curt. sen. cons. 51. col. pen. in prin. D. preceptor meus Menoch. de adipisc. poss. remed. 3. num. 156.

DVBITATIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Lex, vel Statutum generaliter disponens aliquid, an habeat locum in dotibus nisi de eis fiat mentio?*
3 *Dotem comprehendi in generalibus dispositionibus, est verior opinio,*
3 *Speciale in vno casu non est speciale in alijs.*
4 *Dotis in causa nõ dẽt solẽnia iudiciorũ omitti.*
6 *Dotis in causa non transfertur dominium sine traditione, sicut nec ex alijs contractibus.*
Dos extrà suos casus speciales remanet sub regulis iuris ibid.
6 *Dispositio generalis omnes casus includit etiam personas, & causas priuilegiatas, etsi in vno maior videatur ratio, quam in alio.*
7 *Verba generalia sicut comprehendunt actus fauorabiles ita, & verba restrictiuà eosdem restringunt, etsi maior ratio sit, & restringi non debeant.*
8 *Odiosa generalis dispositio generaliter intelligenda.*
9 *Constitutiones generales non censentur auferre priuilegium eo in causa à iure concessum.*
10 *Generalis dispositio comprehendit etiam casus priuilegiatos nisi in eo casu, in quo ea generalis dispositio statuit, habeant proprium, & speciale priuilegium.*
11 *Verba generalia generaliter intelliguntur etiã in casibus aliàs priuilegiatis, & in quibus maior est ratio, vt non debeant comprehendi, etiam, quòd dispositio sit odiosa.*

1 LEx, vel statutũ aliquid generaliter disponens, an habeat locum in dotibus nisi de eis specialis fiat mentio?

Hæc quæstio est valdè dubia, & intricata, & pro negatiua opin. dicitur, quòd lex aliquid nouiter statuens non procedit in casibus specialibus, & priuilegiatis, cuiusmodi est causa dotis, nisi de ea expressa fiat mentio. l. in testamentis. C. de testam. iuncta. l. hac consultissima in princ. vbi gloss. & scriben. recentiores. l. quòd testam. fac. poss. & per Ias. in l. coherede. §. qui discretas in 4. not. ff. de vulgar. & pupil. facit gloss. in l. sciendum in princ. vbi Bart. & Doct. ff. qui satisd. cog. Barto. in extrauaganti ad reprimendum in verb. non obstantibus Fely. in c. 1. col. 7. vers. 2. dispositionem ext. de rescr. vbi & alios plures, affert concord.

Et hæc negatiua opinio debet eo maximè probare in cõstitutionibus odiosis, cùm è diuerso dos sit semper, & vbique fauorabilis l. 1. ff. solut. matrim. odia autẽ restrin-

Digitized by Google

reſtringenda, fauores ampliandi. c. odia de reg.iur.in 6.hincque doti in dubio eſt faciendum.l.in ambiguis ff.de iur.dot.ex quo nec dos ipſa comprehenditur ſub generali renunciatione, cuius rei argumento Aflict. deciſ. 111. num. 10. tradit in generali reuocatione contractuum non cõtineri contractũ dotis ex quo, & illud conſequens fit, non debere dotem comprehendi in generali diſpoſitione, hincque excipitur datio dotis reo inæſtimata à generalitate, vt ſcilicet, in eanõ requiratur conſenſus domini, cum reus emphyteutica datur in dotem, nec ex ea quoque debetur laudimia, quamuis ſit titulus oneroſus, l.vltim.C.de iur.emphyt. Specul.in tit.de locato. §.nunc aliqua verſ.110. Guid.Pap.deciſ.48. Iaſ.d.l. vlt.col.11. in 9. quæſt.

Pro affirmatiua verò quæ longè verior creditur, & habet etiam longe plu-
2 res ſequaces, dicitur † dotem comprehẽdi in generalibus diſpoſitionibus Dec. conſ.48.col.2.& conſ.61.colu.1.& conſ. 131.col.3.& conſil.301.Rip.in l.1.colu.4. num.14.& ſeq.ff.ſol.mat.& in l.1. nu. 60. ff.de vulg.Gozad.conſil.97.num. 7. nam ſpecialia quæ vocamus priuilegia, non ſunt amplianda nec ad alios caſus trahenda. l. quòd verò & l.ius ſingulare. ff. de leg.ideoque ſiquid ſit ſpeciale in vno
3 † caſu, non ſequitur ſpeciale eſſe in aliis vt dicit Alex.in l.ſi pecuniam col.1.C.de reg.geſt. nec in dubio à regula diſcedẽdũ eſt glo.in l.omnes diffinitio. ff.de reg. iu.& hinc videmus quòd in diſpoſitione generali.l.ſicut & l.omnes.C.de præſcri. 30. vel 40. ann. qua ſcilicet actionibus perſonalibus preſcribitur ſpatio 30. ann. includitur cauſa dotis, vt potè cui eodẽ ſpatio præſcribatur.l.in rebus.§.vlt. C.de in.dot.Bal.conſ.4.lib. 8.& cõſ.231.in pr. lib.4.Corn. conſ. 56.lib.4.Balb.in tracta: præſcript. 1. quæſt. quartæ. part.princ.in princip.

Videmus pariter quòd etiam in cauſa dotis non debent ſolemnia iudiciorum
4 † omitti.leg.fin. C. de ſent.quæ ſine cert. quant.quam ad hoc dicit not. Bal. conſ. 172.l.ſi cum ea.C.de dot. prom. vbi probatur in cauſa dotis procedendum eſſe vt in cæteris, iure ſcilicet iudiciorum, ſeu more iudiciorum, & facit tex.in l.ait prætor.§.ſi cum mulier, & in l.fin. ff. quæ in frau.credit.vbi patet dotem in caſu illius tituli non eſſe magis priuilegiatam quã eſſe cęteras cauſas, & Bald.in l.de diuilio ni.ff.ſol.matr.notat quòd vbi ex ſolo cõtractu, nec in dote quidem, ſine traditione
5 ne transfertur † dominium, ſicuti nec ex aliis contractibus .l. traditionibus. C.de pact.& dicit Bal.conſi. 7.lib.3.quidos extra ſuos caſus ſpeciales, remanet ſub regulis iuris. Hincque Pet. Anch. conſ. 94. trahit ſtatutum requirens certam formã in obligatione minorum ad contractũ dotis, tamquàm ſcilicet ſtatutum generaliter loquens includat cauſam dotis. Et hæc omnia confirmantur per text.in l.ſi. C.ad Velleia. vbi dicitur conditores legum ſæpè fauore dotium legum ſeueritatem mollire, vt hunc intelligas non sẽper, & in omni caſu id procedere.

Et generalis diſpoſitio omnes caſus in
6 cludit † etiam perſonas, & cauſas priuilegiatas per tex.not.in l.in fraudem.§.fi. vbi Bal.ff.de teſta.mil. idem Bald. in l.omnes populi ante.fi.ff.de iuſt. & iur. Dec.in l.1. & in l.nemo poteſt.ff.de regul. iur.

Et generalis diſpoſitio legum vel ſtatutorum includit omnes caſus, licèt in vno maior ratio eſſe videatur quàm in alio.l.1.§.qui autem.ff.de alent.l.5.§.vxori.ff.de aur. & arg. lega.l.1.§. & generaliter.ff.de leg.prætt.Dec.conſ.20. & conſil. 29.& conſ.104.& conſi.503.Ludou. Gozad. conſil.35.nu.6. Nam e diuerſo ſicut verba generalia comprehendunt actus
7 † fauorabiles, ita & verba arctatiua ſiue reſtrictiua, eoſdem reſtringunt, quamuis maior in eis ratio ſit vt reſtringi non debeant.Bal.conſi.456.lib. 1.

Sed & hęc procedunt in odioſis vt ſcilicet generalis diſpoſitio odioſa generali-
8 ter intelligatur. Angel.in l. † fi. col. vlt. verſ.3.quæritur.ff.de conſt.princ. Dec. in

c.ſe-

e.sedes.3.not.extra de reser.Lud.Gozad. consi.59.num. 14.Imo verò in odiosis,simul,& pœnalibus.glo.not. in ca. contra Christianos in verb.procedenti de elec. lib.Alex.in auth.ex testamento col.3. C. de collat.Ludo.Goza.in consi.19.nu.17.

Et respondetur ad contraria adducta pro negatiua opinione, quòd illa generalitas statuti vel legis debet restringi secundum ius commune,quòd in eo casu dotem priuilegiat, ita declarat Dec. in l. 1.col.2.ff.de reg.iur. & in l.ex testamento in vlt.not.C.vn.lib. & in c. sedes de reser. & iure optimo, nam per constitutiones
9 generales † non censetur auferre priuilegium in eo casu à iure communi concessum.l.decurionibus vbi glo.& Bar. C. de silentia.lib.12.quam ad id sepè expendit,& ex tollit Bald. vt in l.1.ante mediũ. Cod.de nou. Cod. conf.& in l.non plures in fi.C.de sacrof. Eccl.& in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. col. 2.versi.item generalis extra de const.

Et sic possumus intelligere dispositionem generalem comprehendere etiam casus quantumuis priuilegiatos,&
10 fauorabiles† nisi in eo tamen casu,in quo,& generalis dispositio statuit, habeant priuatum propriumque ac speciale priuilegium,sicuti doctores declarãt. Bal.in l. omnes populi.ff.de iust.& iur. alias enim esset ex vno priuilegio in certo quopiã speciali casu,infinita alia in omnibus casibus producere, immensumque actorum super alia aceruatorum priuilegiorum cumulum facere.

Ad illud verò quòd dicebatur pro negatiua in ambiguis esse fauendum dotibus.id fatemur, sed nihil hinc ambiguũ
11 est,cùm verba generalia generaliter intelligantur etiã † in casibus alias fauorabilibus,& priuilegiatis, & in quibus maior est ratio,vt non debeant comprehendi etiam quòd dispositio ipsa odiosa sit.

DVBITATIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex generaliter loquens comprehendit etiam priuilegiatum, nisi in specie is casus sit priuilegiatus.*

2 *Generalis dispositio non comprehendit casum dotis, & causam piam.*

3 *Bona illata in domo & si tacitè sint hypothecata pro pensione domus, non tamen hoc expresse cautum reperitur in bonis minoris.*

QVia diximus quòd lex generaliter, & indistinctè disponens comprehendit personas priuilegiatas.l.in fraudem.§. vlt. ff. de milit. testam. & latè per Tiraquell. de retract.§. 1.glo.14.num. 96. quæro an hoc procedat absque distinctione? & resolutiuè rñdeo breuiter, q̃ tũc demum lex generaliter loquens comprehendit
1 etiam † priuilegiatum,intelligitur nisi in specie is casus sit priuilegiatus, sic declarat tex.in l.hæres absens.ff.de hæred.inst. datur exemplum, minores sunt priuilegiati,nec eorum bona sine solemnitatibus alienari,vel obligari possint, non ergo ij sub generali lege continentur.

Accedit quòd lex generalis non comprehendit priuilegiata etiam in genere, ita Iaſ.in lib. 1.num. 9. ff.fol. matr.Calca. consi.13.col.2.vbi tredecim affert instantias quibus ostendit generalem dispositionem
2 † non comprehendere casum dotis,& causam piam, quæ quidem in genere sunt priuilegiatæ.Neuiza. consil. 77. num. 16.

Inferas hinc quòd licèt regulariter bona illata in domo sint tacite hipothecata pro pensione domus,non tñ in bo-
3 nis minoris expræssim hoc † cautum reperitur, est ergo dicendum ita tacitè nõ censeri minoris bona obligata,sicut nec expresse obligari potuissent, sicque in re maximè dubia liberum est hominis iudicium. doctissimè pro more suo D. præceptor

ceptor meus Menoch.de adipisc.poss.re med.3.nn.78. & 82.

DVBITATIO XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Leges non adaptantur ad casus, qui nunquam vel raro accidunt.*
Declara, vt ibid.
2 *Beneficia legum, & statutorum capacibus scripta sunt, non autem odiosis, & incapacibus.*
3 *Dispositio omnis generalis, recipit limitationẽs de habili, & idoneo datur ibi exemplum.*

REgulam habemus, quòd leges non adaptantur ad casus illos, qui vel nunquam, vel rarò cueniunt. l. nam ad ea. ff. de legibus.

1 Hanc regulam non intelligas † ità absolutè, sed quòd procedat, cùm ita rarò eueniunt, vt per miraculum potiùs, quã aliter euenisse credantur, ita declarant doct. in d. l. nam ad ea, & Bart. in l. si maior. C. de legit. hæred. Dec. in l. ea quæ rarò vbi etiam Cagno. ff. de reg. iur. Gomes. in §. item Seruiana num. 27. Instit. de act. Alciat. lib. 2. disput. cap. 8. latè. Soci. iun. cons. 35. num. 23. lib. 2.

Hac occasione nota etiam, quòd legum, & statutorum beneficia capacibus scripta sunt, non autem odiosis, incapa-
2 cibus. † l. Lucius Titius. §. Lucius Titius damnum. ff. de leg. 2. & omnis dispositio, etsi generalis recipit limitationem, vt nostri legunt, de habili, & Idoneo'.
3 † l. vt gradatim. ff. de mun. & honor. datur exemplum, statutũ est, possessionem defuncti in hæredem sine apprehensione transire, hoc procedit tamen, cùm is hæres habilis est, & capax, aliàs incapacitas impedit illam continuationem, quando scilicet hæres est intestabilis, vt ob crimen aliquod quo impeditur hæres instituí. vid. D. meũ Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. num. 754. cum quinq; seqq.

DVBITATIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Lex specialis, an semper deroget generali? generi per speciem derogatur ibid.*
2 *Constitutio quando imponit pœnam specialem non conuenit argumentari, quòd per speciem derogetur generi, sed quòd vna species alteri deroget.*
3 *Lex posterior tollit priorem, quando lex priori ita aduersaretur, vt duo essent pugnantia.*
4 *Pœna statuti abrogata non remanet antiqua iuris communis sententia, vt euitetur correctio declara vt ibid.*
Pœnæ duæ, quando sunt impositæ, & vna alteri est superinducta tunc declara non procedere, vt ibid.

LEx specialis, (hæsitandum est) an deroget semper generali? & licet generi per speciem derogetur. l. in toto. ff. de reg. iu. l. sanctio le-
1 gum. ff. de pœn. c. generi vbi Dyn. de reg. iu. in 6. tamen declara, quod quando cõstitutio imponit pœnam specialem, non
2 conuenit † argumentari quod per speciem derogetur generi, sed argumentandum esset quod vna species alteri derogat. Et licèt lex posterior priorem tollat,
3 tamen hoc est verum, quando lex † priori ita aduersaretur, vt duo essent pugnantia, sic declarat. Bar. in l. de quibus nume. 5. vbi. ius num. 54. ff. de legib.

Concludas cum D. meo Menoch. qui contrarias Doctorum sententias disputando affert de recuperan. poss. remed. 9. sub num. 386. & seq. post longum discursum præcedentem, quòd ex pœna statuti abrogata non remanet antiqua iuris cõmunis sentẽtia, vt euitetur in dubio cor-
4 rectio, & † sic non inducitur abrogatio nisi sit expressum, quando tamen antiqua pœna non pugnat cum noua, & è contra nec tũc obijciatur, in dubio esse summendam illam interpretationem, quæ minuit pœnam; quia intelligitur, cũ est dubiũ, quòd pœna sit indicta; sed quã-

do

Digitized by Google

do duas pœnas clarum est fore impositas; & vnam alteri esse super indictam, & super additam, tunc declara non procedere quando tanta vrgens concurreret coniectura, qua possemus dijudicare statuentes recedere ab antiqua iuris cōmunis pœna voluisse, de qua cōiectura, & alijs coniecturis in proposito vide omnino. Menoch. loco præcitato ad quem textus remitto.

DVBITATIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Casus in quo lex disponit, vlteriùs procedendo dicitur præter legem.*
2 *Vna lex declarat aliam.*

1 LEx fæpissimè vlterius † declarando aliquibus in casibus an procedat? qui ad alios deinde non trahuntur, quia præter legem dicitur disponere. Cōclude breuiter, quòd ille casus in quo lex disponit vlterius procedendo dicitur præter legem, sic Dec. in l. pacta quæ contra num. 10. C. de pact. Iaſ. in l. pen. nu. 16. C. eo. tit. Gomeſ. Instit. de act. in prin. num. 47.

2 Sicque nota etiam quòd lex † vna declarat aliam. l. vtrum. ff. de petit. hered. cùm præsertim est posterior. l. non est nouum. ff. de legib.

DVBITATIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequitur forum rei.*
2 *Clericus actor vel accusator, an teneatur sequi forum rei?*
3 *Clericum trahens coram iudice seculari priuatur iure suo tã in ciuili quã criminali causa. Trahi quis dicitur in iudicium per solam citationem. ibid.*
4 *Clericus etiam sponte non potest conueniri coram iudice laico etiamsi iurisdictionem prorogaret cum iuramento nec etiam cum consensu episcopi, & hæc procedunt in reali, & personali actione.*
5 *Clericorum appellatione veniunt omnes qui in ecclesia seruiunt, etiam illi qui sunt psalmista, & de prima tonsura.*
6 *Famuli, & seruientes clericorum gaudent fori priuilegio, sicut ipsi clerici.*
7 *Clerici coniugati incedentes in habitu & tonsura dummodo duxerint vnicam vxorem, & virginem gaudent priuilegio fori secùs si sunt bigami, qui duas habuerunt vxores, vel vnã viduam, vel alteram corruptam; nam caduno bi à priuilegio clericali.*
8 *Magis dignum trahit ad se minùs dignum.*
9 *Clericus si capiatur vnà cum laico in aliquo delicto, iudex ecclesiasticus iudicabit tam de laico quàm de clerico.*
Idem dicitur de collegio clericorum, & laicorũ idem dicitur si clericus & laicus sint debitores vnius, & in casibus similibus. ibid.
10 *Laicus si est detentor rei clerici vel e. clesiæ tũc cognoscet iudex ecclesiasticus. Idem dicitur quando factum est compromissum in clericũ, & laicum. ibid.*
11 *Aromatarius miscens farinam fabarum in cera & illam vendens potest puniri à iudice ecclesiastico. Idem extenditur contra omnes facientes similes mixturas, & falsificantes, ea quæ vendunt. ibid. vbi plures describuntur casus similes.*

1 LEx vult, quòd † actor sequatur forum rei. l. 2. C. de iurisd. omn. iud. c. cum sit generale de for. compet. quæro an clericus actor, siue
2 accusator teneatur sequi † forum rei? & nota quod licèt aliquæ leges ciuiles dicant, quòd in causa criminali clericus conuenitur coram iudice seculari vt per tex. in Auth. clericus. C. de epiſc. & cler. & §. siquis autem in auth. de sanct. episco. tamen omnes istæ leges sunt correctæ per Auth. statuimus. C. de epiſc. & cler. in tantum vt ille qui trahit clericum corã
3 † iudice seculari priuatur iure suo tam in ciuili quàm criminali causa. d. auth. statuimus.

Dicitur autem trahere per solam citationem

Digitized by Google

tationem. Abb. in cap. significantibus in 2. not. de libel. oblat.

Imò clericus etiam sponte nõ potest conueniri coram iudice laico, etiam si iurisdictionẽ prorogaret cum iuramento. c. si diligenti de foro comp. nec etiã
4 cum † consensu sui Episcopi potest probare iurisdictionem iudicis laici. gl. & Abb. in c. significasti de foro compet. & hæc procedunt non solum quando clericus conuenitur super actione personali, verũ etiam in actione reali. Abb. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. & in c. qualiter & quando de iud. tex. est in c. fi. de iud. & in cap. si clericus laicum de for. comp.

Et appellatione clericorum veniunt omnes qui in ecclesia seruiunt etiam illi
5 qui sunt † psalmistæ, & de prima tonsura. c. cleros 21. dist. Specul. in t. t. de instr. edit. §. non est verò col. 33. vers. quid de præpositis.

Imò, & famuli, & seruiẽtes clericorum gaudent priuilegio fori, sicut ipsi clerici
6 † quia conueniuntur coram iudice ecclesiastico etiamsi sint laici. gl. in c. eos 32. dist. Bal. in l. 2. C. de epis. & cler. etsi trahens huiusmodi famulos coram iudice seculari non cadit à iure suo, quia hoc non reperitur iure cautum, & pœna priuationis iuris nunquam irrogatur nisi etiamsi expresse reperitur iure cautum. Alex. in l. etiam. §. 1. ff. sol. matr. Abb. in c. si. de iure patr. & Ias. in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. matr.

Imò & clerici coniugati gaudent eodem priuilegio fori, dummodo incedãt
7 † in habitu, & tonsura clericali, & dummodo duxerint vxorem vnicam, & virginem, si autem non incedunt in habitu & tonsura, vel si sunt bigami, vt quia duas habuerunt vxores, vel vnam viduã vel alteram corruptam, omne priuilegium clericale amittunt. c. 1. de cler. coniug. in 6. Soc. cons. 12. col. 7. vol 1.

Dicas ergo, quòd in quibusdam casibus, & si clericus sit actor, seu accusator, non tenetur sequi forum rei, & cognitio spectabit ad iudicem ecclesiasticum, & intrabit tunc regula quòd magis dignũ
8 trahit ad se minus dignum. † l. pronuntiatio, & l. verbum hoc siquis. ff. de verbor. sign.

Hinc infertur ad illud, quòd si capiatur clericus vnà cum laico in aliquo delicto, iudicabit iudex ecclesiasticus tam
9 de laico, quam de clerico. † Idem dĩ de collegio clericorum, & laicorum, data enim paritate personarum censetur totum ecclesiasticum. idem si clericus, & laicus sint debitores vnius, tota causa tractabitur in foro ecclesiastico, & sic occasione clerici laicus coram episcopo conuenietur. Idem si factum est compromissum in duos arbitratores, quorũ vnus est clericus, alter laicus, reductio fiet ad superiorem clericũ, hos & alios casus similes cumulat Bart. in l. præcipimus. ff. eodem obseruando. C. de appell. & Ias. in l. imperium num. 3. ff. de iurisd. om. iudi. fertur pariter, ꝙ quando laicus est detẽtor alicuius rei ecclesiæ, vel cleri-
10 ci, † vt quia spoliauit ecclesiã, vel clericum possessione alicuius rei, tunc cognoscet iudex ecclesiasticus; text. est, & ibi Abb. & Fel. in c. si clericus laicum de for. compet. & Abb. in c. relatum de iure patr. istud enim dicitur, quasi crimen sacrilegij, idem dicĩ, quando esset factum compromissum in clericum, & laicum, & opus est petere reductionem ad arbitrium boni viri, talis reductio debet peti coram iudice ecclesiastico, & ipse de ea cognoscit non obstante, quòd litigãtes sint laici, etsi alter arbiter est laicus. Baid. in d. l. pręcipimus in fin. C. de appel. Ias. d. l. Imperium col. 4. vers. 7.

Potest etiam iudex ecclesiasticus punire aromatarium laicum miscentẽ farinam fabarum in cera, & illam venden-
11 tem, † Abb. in c. 1. de empt. & vend. Fely. in c. irrefragabili. §. certum de offic. ord. quod potes extendere contra omnes facientes similes mixturas, & falsificantes ea, quæ vendunt maximè vtensilia, & contra illos, qui vendunt vinum, & miscent

ſcent aquam, & contra candelarios facientes candelas cum mixtura adipis, & non de bono ſeuo, ſeu de bona cera, & cum bono lichinio de bona bombice ſine alia mixtura, cum, etſi hoc fecerint debent notificare emptoribus, alias ſi vendant pro perfectis, bonis, puniuntur Idē dicit contra vendentes pannos fractos pro bonis, nam iſto caſu habet locū actio redhibitoria, vt vendens ad ſe recipiat pannos, & reſtituat pecuniam, vt per Bald. in l. ob quæ §. ſed ſi vitium. ff. de ædil. ædict. Idem dicit contra vendentē libros corruptos, & inutiles, nam habebit locū redhibitoria, vt venditor ad ſe recipiat libros, & reſtituat pretium ſecundum Bald. d. §. ſi vitium, vnuſquiſque enim debet manifeſtare quantitatē rei, aliàs eſſet in dolo. l. fin. vbi Bald. C. de litig. idem dicitur contra caupones vendentes vinum lymphatum pro puro, & contra Mercatores, qui addunt arenam in blado, & tenentes in loco humido zingiber, piper, crocum, & ſic de ſingulis, puniuntur enim pœna falſi. l. lege Cornelia in prin. ff. de falſis. Idem dicitur contra venditores carnium tenētes maiora pondera. Bald. conſ. 155. lib. 1. l. 1. C. de ſuſce. & arca. & qui grauatur in menſura, vel extimatione perperam factā poteſt, & debet infrà annū, de hoc conqueri. l. quis grauatos. C. de cenſit. lib. 11. facit Bald. conſ. 387. lib. 4. Idem dicitur contra eos, qui vadunt per plateam, & imponunt prætia rebus plus debito, vt alij ſic emant in alterius detrimentum, nam puniuntur crimine, ſtellionatus Bart. in l. 3. §. item ſi quis impoſt. ff. de crimin. ſtell.

Tandem varios caſus in quibus iudex eccleſiaſticus debet cognoſcere, vide apud Maran. part. 4. diſt. 11. ferè per tot. & D. præceptorem meum Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 323. & 361.

DVBITATIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Correctio legis antiquæ facta non intelligitur, niſi expreſsè appareat, & declaratur ibi præmiſſa dubitatio decima.*

2 *Lex correcta ad deciſionem caſus principaliter non poteſt allegari ſecùs ſi in argumentum; declara vt ibid.*

3 *Ratio legis videtur ſeparata à dicto, & licèt tollatur lex, non tollitur ratio, quia non fit correctio niſi expreſsè dicatur.*

4 *Lex correcta ſi concordaret cum noua, poſſet allegari.*

Declara per ſexdecim fallentias remiſſiuè. ibid.

IN decima dubitatione per nos præmiſſa tetigimus, quòd lex abrogata non debet allegari, & ea vtens incurrit penam falſi ſecundum gl. & Bart. in l. fi. ff. de falſ. & idem not. Bart. in l. omnes populi in fi. ff. de iuſt. & iu. quæro modo, an hæc concluſio ſimpliciter ſit intelligenda? & dico quòd non procedit primo quando lex fuit abrogata, ideſt ſublata in totum. facit text. in l. derogatur. ff. de verb. ſign.

Secùs verò ſi pro parte tantum lex ſit ſublata, quia pro alia parte obſeruari debet. vt no. Bal. in l. 1. §. fi. verſ. item no. C. de lat. lib. toll.

1 † Ratio eſt, quia correctio antiquę legis facta nō intelligitur, niſi expreſsè appareat. vt per glo. in §. fin. in verb. niſi in auth. de non alien. & l. pen. vbi Bald. C. per quas perſo. no. acq. & tradit in materia ſtatut. Paul. de Caſtr. in 1. conſt. Cod. in prin. in verſi. no. hunc verſic. & in alio caſu conſuluit. Angel. conſil. 72. & in ſimili de pacto not. Bart. conſi. 72. col. 5.

Item intelligitur d. concluſio quando allegatur principaliter ad deciſionem
2 † caſus, ſecus ſi in argumentum, quia allegari poteſt licèt ſit correcta c. authoritate de cōceſſ. prab. Bar. in d. l. fin. ff. de falſ. & in l. 1. in fi. ff. de conuen. cum emācip. lib. Sed huic obſtat gl. l. primæ in pr.

in verb.imaginem. C. de lat.lib.toll.quæ expreſsè dicit,quòd ex legibus correctis argumentum ſumi non poteſt & not. And.ſicul.conſ. 60. col.6.lib. 1. vbi concludit quòd ex teſtamento reuocato nõ poteſt argui voluntas teſtatoris, ratio eſt quia quòd allegatur in argumentum venit à ſimili,vnde ſi lex correcta non probat quòd expreſsè & principaliter diſponit,minùs videtur probare à ſimili, & in arg.facit tex.in l.in teſtamento la prima. ff.de cond.& dem.

Nec obſtat tex.in d.ca. auctoritate de conceſſ. præben. quia ibi allegantur ab eo, qui habet poteſtatẽ legis condendę.

Sed licèt lex ſit correcta, tamen non procedit dicta concluſio quoad rationẽ legis,quæ ob id non tollitur per l. eas. ff.
3 de c. & poſtlim. ratio eſt, quia ratio legis videt ſeparata à dicto,vnde licèt lex tollatur,non tollitur ratio, quia non fit correctio, niſi expreſsè dicatur.è contra tamen dicendum eſt, nam correcta ratione,ipſa lex correcta videtur.glo.in l.1. in verb. prouidentia. ff. de legit. tuto. Modern.in c. 1. de conſtitu. ſed hic contrarium tenet.Io. And. in c.poſt tranſlationem in glo. verb. ceſſante de renunciat. vbi inquit, quòd licet ratio legis correcta ſit,remanet tamen auctoritas legis: quia ratio à dicto videtur ſeparata ab ipſa lege,vnde correcta ratione non videtur lex corrigi, & hoc intellige niſi ratio quæ allegatur eſſet cã fina. legis,quia ceſſante cã ceſſaret diſpoſitio c.cũ ceſsãte de appell. Ladigere.quis de iure patr.

Vel niſi ratio haberet correlationem vel connexitatem cum ipſa lege. vt in l. 1.ff.de legit.tuto.Sal.in l. 1. colum. vlt. ff. de rapt. vig.

Vlterius nota,quòd lex correcta allegari poteſt, qñ concordaret cum noua ſecundum Archid. in ca.fin.de offic.delegat.in.6.

Sed ne longius ꝓgrediar vide ad prędmiſſam concluſionem ſexdecim falliẽtias in addit.ad Abb. in d.c.1. ſub num.3. in gl.2. ſub litera, E, de conſtit.

DVBITATIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Papa an ligetur lege ab omnibus recepta, an vniuerſali?*
Papa eſt ſupra ius, & nemo poteſt ſeipſum ligare, vel ſoluere; ideò vnico verbo poteſt facere ſacerdotem, vel epiſcopum.
2 *Deus Papę, & Imperatori leges ſubiecit, & eorum celſitudini nulla lex imponi poteſt.*
3 *Papa legitimè electus Deus eſt in terris, malè electus, Diabolus eſt, & habet claues inferni, & non apoſtolicus tunc dicitur, ſed apoſtaticus.*
4 *Principes non recognoſcentes ſuperiorem non dicuntur eſſe ſub lege, ſed dicuntur eſſe in lege, quia adſtringuntur ad eius obſeruantiã, quæ vult, Patere legem, quã tu ipſe tuleris.*
5 *Imperator iuri naturali ſubijcitur licet non iuri poſitiuo.*
6 *Succeſſores non ligantur conſtitutione prędeceſſoris, quia par in parem non habet imperium, cauſa ſubſiſtente, ſecùs de honeſtate.*
7 *Imperator reſpectu ſuarum legum non ligatur, ſed in concernentibus animam aſtringitur canonibus.*
8 *Appellatur ab imperatore ad Papã ratione peccati contra inſtituiam denegatam.*
9 *Imperator obligatur ex contractu inito cum ſubditis ibid. nec poteſt tollere ea quæ ſunt iuris naturalis.*
10 *Papa non poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris diuini, & ſine cauſa non poteſt ſeipſum abſoluere, vel abſolui facere, alium tamen ſine cauſa abſoluere non poteſt.*
11 *Statutum legat ſtatuentes.*
12 *Cardinales, an ligentur conſtitutione Papę?*

IVuat quærere, an Papa ligetur lege ab omnibus recepta, ſeu vniuerſali? reſpondendum compẽdiosè, quòd Papa eſt ſupra ius c.propoſuit de cõceſſ. præbend.& nemo poteſt ſeipſum ligare, vel ſoluere. l.penult.ff.de arbitr. & c.fin. de pœnit. & remiſſ. ideòque vnico verbo poteſt facere ſacerdotẽ, vel epiſcopum, vt not.Ang.in l.2. ff.de crim. ſacril.

etil.& l.1.C.de ſent.paſſ. ſcriben.Moder. in c. 1. in gl.ab omnibus extra de conſtit.
2 & Deus Papæ, † & Imperatori leges ſubiecit,& eorum celſitudini nulla lex imponi poteſt.l.fin. C.de legib.Bald.in c.circa finem verſ.caſu titul.de alien. feud. vnde ſolo verbo à principio dominium transfertur. Angel.in.l.officium. ff.de rei vind.Alex.cons.3.col.3. lib.5.ſcrib.Moder. in l.traditionibus. C.de pact.

Et prædicta procedũt, quando fuit le-
3 gitimè electus † quia tunc Papa eſt Deus in terris, ſecùs ſi fuerit malè electus,quia tunc Diabolus eſt,& claues habet interni, vt not. Bald. in l.fin. in princ. C.ſent. reſcr.non poſſe.tunc enim non apoſtolicus, ſed apoſtaticus dicitur. cap.ſi quis pecunia 79.diſt.gloſin c.Acatius il 1.24. q.1.Declara,quod verùm eſt,principem, ſeu Papam & huiuſmodi non recognoſcentes ſuperiorem, non eſſe ſub vincu-
4 lo legis;† quo alij ſubditi ligantursideo nõ dicunt eſſe ſub lege.l.digna vox.C.de legib. Sed benè dicunt eſſe in lege,quia ad eius obſeruationem ea ratione adſtringuntur,quæ dicit,Patere legem,quã tu ipſi tuleris. c. cum omnes de conſtit. & aliis non debent legem imponere, quam negligunt obſeruare. c. pro illorum de præben. & hic eſt, quòd dicitur in d.l. digna vox.vbi imperator ſe ſponte propria alligatum profitetur, in hoc enim ratio naturalis vertitur à qua princeps non eſt ſolutus, cum ſit animal rationale, vt per Bard. in l.2. colu.11. verſ. 18. C.de ſetuit.& aqua.

5 † Et ſupradicta locum habẽt in his,quę ſunt de iure poſitiuo;iuri verò naturali imperator ſubijcitur.c.quæ in eccleſiarũ de conſtit.& ideò ex contractu obligatur .c.1.vbi Dec. de probat.

Et q dictũ eſt de Papa,& hõmi principe idem eſt dicendum de ſucceſſoribus,
6 qui non ligantur conſtitutione prædeceſſoris. c. innotuit † de ele. quia par in parem non habet imperium,c. non debet de conſanguin.& affin.& hoc,cauſa ſubſtitut. aliter non videtur,quòd poſſit ſaltem de honeſtate, vt per glo.in c.non liceat Papæ 12.q.2.adeo, quòd peccat reuocando ſine cauſa. c.ſententiam 25 quæſt.9.

Intellige ptæmiſſa, quòd Imperator reſpectu ſuarum legum non ligatur, ſed
7 in concernentibus animam aſtringitur canonibus. c. duo ſunt 96. diſt. & c.ſi imperator, & in c.omnes de maio.& obed.

In temporalibus verò ab imperatore, non appellatur ad Papam glo.in c.quo-
8 niam † 10. diſt.niſi ratione peccati contra iuſtitiam denegatam adiretur Papa contra Imperatorem.arg.c.nouit de iudic.vñ imperator ligat iure naturali, & obligatur ex contractu inito cum ſub-
9 ditis. c.1. de prob.† nec poteſt tollere ea quæ ſunt iuris naturalis clem. paſtoralis de re iudic.

Et idem dicendum in Papa, maximè
10 in his,quæ ſunt iuris diuini,† vnde ſi iurat, obligatur Deo,nec ſine cauſa poteſt ſcriptum abſoluere, vel abſolui facere, cùm aliũ ſine cauſa abſoluere non poſſet.gl.in c.quanto de iureiur Innoc.in c. cum inter de renuntiat.

Sed non ob id.ex præmiſſis inferas, q
11 ſtatutum nõ liget ſtatuentes,† quia veritas eſt, quòd ligat. Roma.conſ.419.

An verò conſtitutio Papæ liget Car-
12 dinales aliqui tenent,quòd nõ;ſ vt Pet. de Anchar.conſ.196. & 298.Andr.Sicul. conſ.23. lib.1. ſed contrarium tenet Archid. in c. nemo deinceps de elect. in 6. Gemin.in c.1.de Sciſmat.in 6.ſed diſtingue cum Abb. in clem.1. de exceſſ. prælat.Rom.conſ.498.

DVBITATIO L.

SVMMARIVM.

1 *Infideles, an ligentur legibus Chriſtianorum?*
2 *Sarraceni vnde dicti.*
3 *Iudæi aliis infidelibus peiores non ligantur iſti omnes,cenſuris eccleſiaſticis nec pœnis ſpiritualibus,ſed bene ligantur pœnis corporalibus & pecuniarijs.*

Iudæus

4 *Iudęus Christianam carnaliter cognoscens, punitur pęna arbitraria.*

NOn est spernenda, quęstio, An infideles ligent legibus Christianorum?

1 Dicas, quòd siue sint sarraceni, qui videlicet, nec vetus nec nouũ
2 testamentũ recipiunt, † sed varios deos imò dæmones adorant, & colunt, dicti à Sarra vxore Abrahę à qua ipsi voluerũt nominari potiùs, quam ab Agar ancilla Abrahæ, de qua corũ fuit origo, vt c. dixit Sarra & c. recurrat. 32. q. 4. siuè sint iu-
3 dæi, † qui alijs infidelibus peiores iudicantur c. nonne vbi glo. in verb. peiores 1. quæst. siue sint Pagani, qui scilicet, sacrificant accenso igne, victimas interficiẽdo, & pateris libando vina l. pen. C. de pagan. Isti omnes ab ecclesia alieni sunt, & ideò constitutionibus ecclesiasticis non arctant, quia nihil ad nos, quę foris sunt. c. multi prima q. 1. & c. gaudemus de diuort. & censuris ecclesiasticis non ligantur prout nec pęnis specialib. quæ animam respiciunt, sed benè ligantur pœnis corporalibus, & pecuniarijs, vt per glos. in c. sæpè in glo. fin. 27. q. 1. & in c. in Archiepiscopatu de rapto. in l. 2. & l. neg. C. de Iudæis. Ideò Iudæus Chri-
4 stianã † carnaliter cognoscẽs punitur pęna arbitraria Old. cõl. 333. Dec in c. consuluit il 3. de appell.

DVBITATIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in casu dubio quomodo debeat iudicare.*
Consuetum inspicitur in casu dubio. ibid.
2 *Interpretatio vera sumitur à practica & a practica non est recedendum.*
Consuetudo interpretatiua non requirit prascriptionem. ibid.
3 *Consuetudine cessante recurritur ad proprietatem verborum.*
Interpretatio lata fit etiam in materia odiosa vbi proprietas verborum requireret. ibid.
4 *Textus quando vario modo potest intelligi in dubio, benignior intellectus est amplectendus.*
5 *Materia si sit indifferens recurritur ad similia, & benignior sumitur interpretatio.*
6 *Dubio in casu recurrendum ad principem.*

VBi versamur in casu dubio, scire decet, quomodo iudex debeat iudicare, prima consideratio doctrinaliter pro-
1 cedendo † est, quod in casu dubio inspicitur primò illud quod est consuetum. l. minimè. ff. de legi cap. cum dilectus de consuet. vera enim interpretatio à practica sumitur, & ab antiqua practica nõ
2 est recedendum. vt † not. Bald. in l. illud per illum tex. ff. de excus. tut. & in tali cõsuetudine interpretatiua præscriptio nõ requiritur. Alex. consi. 107. col. pen. lib. 2.

Altera cõsideratio est, quod cessante consuetudine ad proprietatem verbo-
3 rum recurratur. † l. 1. §. is qui nauem ver. in re igitur dubia. ff. de exercit. & l. non aliter. ff. de leg. 2. quæ consideratio in tãtũ procedit, quòd licet materia sit odiosa sit tamen lata interpretatio, quatenus proprietas verborum requirit. vt not. Angel. in l. fin. in princ. col. fin. versi. 3. quæritur. ff. de const. prin.

Insuper est considerandum successiuè, quod in dubio benignior intellectus
4 est amplectendus, qũ † vario modo textus intelligi potest. l. benignius. ff. de legi. c. fi. de re iud. l. inter pares. ff. de re iud. & ex ista consideratione iuncta præceden ti, proprietas verborum propriùs attenditur. vt per glo. in l. non possunt. de legi. Abb. in c. 1. de const.

Animaduertendum est pariter, quòd
5 si materia sit indifferẽs, ad similia † recurritur. l. non possunt. ff. de legib. c. translato de const. & prius proceditur ad similia & in subsidium ad benigniorem intellectum recurritur; sed verius dicas, quòd benignior interpretatio ex ipsa lege immediatè colligitur, ergo ad similia nõ videtur recurrere, cùm casus in ipsa lege comprehendatur. l. neque leges. ff. de legib.

gib. vltimo loco eſt conſiderandum, quòd in ſubſidiũ in caſu dubio ad principem eſt recurrendum. cap. inter alia
6 de † ſent.excomm.c.intimaſti de appell. l.fin.C.de legi.l.diuus. ff. de off. præſid.l. ad beſtias.ff.de pœn.& c. per venerabilẽ qui fil.ſint leg.& hoc eſt conſiderandum quando iudex à ſcipſo reſolui non poteſt,& quando iudex dubitat, etiam inutilis partibus poteſt cauſam conſulendum committere.vt no. Innoc. in ca.ſuper quæſtionem de off.de leg.& Bald. in l.non ſine per illũ text.C. de bo.quæ lib.

DVBITATIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Communis opinio attenditur, niſi melioribus rationibus conuincatur.*
2 *Gloſæ opinio prꝫualet, quando eſt contra communem opinionem.*
3 *Matrimonij fauore ſingularis opinio præferenda communi opnioni, & ſic in alijs fauorabilibus cauſis.*
4 *Iudicem, bonum eſt habere propitium, quando non eſſet communis opinio & Doctores variè loquũtur quia poterit iudex adhærere cui opinioni voluerit & non tenetur in ſyndicatu.*
5 *Iudex mediam viam poteſt eligere quando vario modo Doctores loquuntur, & communis opinio diſcerni non poteſt.*
6 *Opinio vltimo approbata intelligitur vbi plures opiniones ſimpliciter referuntur.*

SVbſequenter quæri poteſt quãdo in dubio de quo agit, ſunt variæ opiniones inter doctores, vtrum ſemper cõmunis opinio attendatur? & quòd communis attendatur eſt tex.in c. nouimus vbi Butr.de verb. ſign. & in ca.
1 † de iudicijs 3.q.3.c. in canonicis 19. diſt. l.1.ff. de off.quæſto.Alex.conſil.95.li.2. & conſil.51.lib.5.

Non tamen procedit hæc propoſitio quando communis opinio melioribus rationibus conuincitur.vt per Abb.in c. 1.de conſt. & in c. ex litteris il 1.de ſponſal.verũ quando contra communẽ opinionem eſt opinio gloſſæ opinio,gloſſę prꝫualet ita dicit Butr. ſecundum An-
2 gel. † in l. 1. C. qui per ſua iuriſd. & hoc modo de gloſa loquitur.Bald.in l.1.in fi. ff.de vulg.& pup.& conſi.398. lib.1.

Singularis tamen opinio quæ ſtaret pro matrimonio præfertur communi
3 opinioni.Hoſt.in cap. ſi vir de † cognat. ſpir.vbi Abb.ſcriben.in d.c. 1.de conſtit. Sed hoc declara meliùs videlicet cauſa matrimonij libertatis, & teſtamenti ac huiuſmodi fauorabiles cauſas extendi,vt ſcilicet, quando eſſent variæ opiniones vel contrariæ inter Doct.tũc prꝫualeat illa opinio, quæ ſtaret pro matrimonio,& cauſa fauorabili,ſecùs videtur dicendum, quando communis opinio eſſet in contrarium, quia fauore matrimonij, & huiuſmodi non videtur recedẽdum eſſe à communi opinione, quia ſic fauorabilibus cauſis debitores ſumus quod alijs iniuſtitia non fiat.c. ex tenore de for.comp.& in ca. fi. de don.int.vir.& vx.Abb.in c.fi.in prin.de re iud.

Notandum eſt inſuper,quòd quando non eſſet communis opinio, & vario modo doctores loquuntur, bonum eſt habere iudicem propitium, quia poterit
4 † adhærere cui opinioni voluerit, & nõ tenetur in ſyndicatu vt dicit Abb.in d. c.1.de conſtit.

Et quando vario modo doctores loquuntur,& communis opinio † diſcerni
5 non poteſt, tunc iudex mediam viam eligere poteſt vt per Dec. & alios in d. c. 1. de conſtit.

Et quando plures opiniones ſimpliciter referuntur in dubio, vltima opinio
6 † approbata intelligitur. gloſ.no.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Treb. Alex.conſil. 67.col.fi. lib. 5. & ad hoc dictum inde limitationes.Dec.in d. c. 1.num. 32.& ſeq. de conſtit.

DV-

DVBITATIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia legis vel ſtatuti, an poſſit probari iuramento?*
Statutum vel lex prohibens ignorantiam allegari, valet. ibid.
2 *Ignorantia licet probata ſit per iuramentum, contrarium tamen per aduerſarium probari poteſt.*
Iuramento præcisè eſt ſtandum, nec contrariũ probari poteſt, quando iuramentum habetur pro plenaria probatione ſecùs ſi iuramentum habeatur pro plena probatione, & ſic vtatur poſitiuo quia tunc contrarium poteſt probari. ibid.
3 *Ignorantia tunc poteſt probari per iuramentũ probata iuſta cauſa ignorantiæ, puta, abſentia à loco.*

VTrum ignorantia legis, vel ſtatuti poſſit probari iuramẽto? Moderni ſcrib. in cap. cognoſcentes de conſtit. vnum concludere, quòd ignorantia non poteſt probari per iuramentũ, quando ſta-
1 tutum, † vel lex prohiberet, ipſam ignorantiam allegare, quo caſu valet ſtatutũ vt not. Bar. in l. diuus Ia 1. ff. de falſ. Bal. in l. 1. ff. de legi.

Sed aduerte quòd licet ignorãtia probata ſit per iuram, ꝛrium tamen per aduerſariũ probari põt vt per ſcrib. in d. ca.
2 † cognoſcentes hoc tamen non procedit, quando iuramentum habetur pro plenaria probatione, quia tunc præcisè ſtandum eſt iuramento, nec contrarium probari poteſt. gl. in clem. 1. in verb. narratis de probat. ſequitur. Alex. in l. 2. §. ſi abſens. ff. de dam. infec. ſecùs tamen eſt, ſi dicatur quod iuramẽtũ habeatur pro plena probatione, & ſic vtatur poſitiuo quia tunc contrarium probari poteſt ſecundum. Alex. conſi. 114. lib. 4.

Et Moderni concludunt, quòd
3 probata iuſta cauſa ignorantiæ, † puta abſentia loci, tunc ignorantia probari poteſt per iuramentum, nam conſiderandum eſt, quia probata abſentia, videtur probata ignorantia, etiam abſque iuramento. c. fi. qui matr. accuſ. poſſ. Abb. & Dec. in dict. l. cognoſcentes 2. lect. de conſtit.

DVBITATIO LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex an recipiat extenſionem à rationis ſimilitudine?*
2 *Lex recipit extenſionem à rationis ſimilitudine, etiam in pœnalibus; niſi tamen eſſet iuris pœnale correctorium ſimul.*
3 *Correctorio in iure non admittitur extenſio, declara, vt ibid.*
4 *Æquiparata ſi duo ſint, ſtatutum in vno locum habet in alio, in eadem materia, aliàs ſecùs; vel ſi fiat per modum regulæ æquiparatio, alias ſecùs.*

QVæro, an lex recipiat extenſionem à ſimilitudine rationis; firmo concluſionem affirmatiuã
1 per text. in c. translato vbi Dec. & alij de conſtit.

Adeò vera eſt concluſio, vt procedat etiam in pœnalibus per text. in l. 2. verſ. quid ſi curatores. ff. ad Tert. & in c. ſi poſtquam cum gl. de elect. in 6. Abb. in d. c.
2 translato. † Roma. conſ. 429. Niſi tamen eſſet ius pœnale, & correctorium ſimul, quia tunc extenſio fieri non poteſt ſecũdum gl. in clem. 2. verſ. in eiſdem, quam allegat Ant. de Butr. in c. fin. de conſuet.

Sed conſiderandum eſt, quia ſi ius correctorium ſit, & pœnale, illa pœna non videtur eſſe in conſideratione ex quo
3 in ſolo iure † correctorio extenſio non admittit, vt not. Dec. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. & ſi in materia correctoria fiat extenſio, quando ratio expreſſa reperietur, vt per glo in clem. 1. de elect. in ver. eligatur, non tamen fit extẽſio, etſi ratio ſit expreſſa, quando agitur

de

Digitized by Google

de correctione licèt materia sit pœnalis, & ita procedit glo. in clem. 1. de ætat. & qual. quam hoc modo declarat. Alexand. in l. si constante in princ. colu. 5. verſi. 3. limita. ff. sol. mat.

Hinc infertur alia conclusio, quòd quando duo sunt æquiparata, statutum in vno, habet locum in alio vt ex Abb. in d. cap. translato.

Quòd procedit, quando æquiparatio est facta in eadem materia, alias secùs. secundum. Ant. de But. in d. cap. fi. de consuet. dicentem quòd ita intelligitur glo. in regula quam à iure in fi. de regul. iur. in 6. rursus hæc conclusio procedit quãdo fuit facta æquiparatio per modum regulæ, alias secùs. Dec. in d. c. translato. numer. 3.

DVBITATIO LV.

SVMMARIVM.

1 *Connexorum idem est iudicium.*
2 *Cohærentiarum idem quoque est iudicium vt de ipso actu principali.*
3 *Vnitorum vniformis debet esse dispositio fallit regula in odiosis, & quando aliquid contra ius commune conceditur.*
5 *Argumentum à connexis quando procedat.*

1 REgulam habemus quòd de cõnexis idem est iudicium cap. quanto de iud. Bald. in l. quid † ergo §. sufficit per illum tex. ff. de contra iud. tu. & glo. in c. quia in tantum de præben.

2 † Et quòd dicitur de connexis, dicitur etiam de cohærentiis, de quibus idem iudicatur, quòd de ipso actu principali vt no. Bal. in c. proposui in fin. de appell. & vnitorum vniformis debet esse dispo-
3 sitio. † Bald. in l. item si fundi. §. huic vicinus per illum tex. ff. de vsufr.

Sed hæc regula non habet locum in odiosis, & quando aliquid contra ius cõmune conceditur vt signat. Dec. in c. trã-
4 slato † sub nu. 5. in fi. de const. & de argumento à cõnexis quando procedat vid.
5 Alb. c. in † vers. argumentum à connexis, & Euerar. loco suo.

DVBITATIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Similia dicuntur quæ sunt eiusdem iuris, & cõditionis.*
Simile dicitur quòd non est idem formaliter sed in effectu. ibid.
Similitudo quid sit.
Gratia quando dicatur similis. ibid.
2 *Argumentum à simili procedit in omnibus, & sufficit quòd similitudo sit in eo respectu de quo agitur.*
Dissimilitudine data aliqua in eo, de quo quæritur non tollitur argumentum à simili. ibid.
Simile quod sit. ibid.
Argumentum à simili est debile, cum de facili possit dari dissimilitudo. ibid.
3 *Comparatione litterarum requiritur omnimoda similitudo.*
4 *Argumentum à simili procedit in materia consuetudinis.*
Consuetudo extenditur secundum ius & rationem. ibid.
5 *Argumentum à simili non procedit vbi iuris correctio induceretur.*
6 *Argumentum à simili non procedit in statuto declara vt ibid.*
7 *Argumentum à simili non habet locum quando casus in quo fit constitutio porrigitur ad præterita.*
8 *Argumentum à simili non procedit in contractibus nec in pœnis quæ imponuntur ipsoiure.*
9 *Argumentum a simili non habet locum in præscriptione quę est odiosa.*
10 *Simile legis communis potius quam statuti, & consuetudinis est amplectendum, quod est magis simile debet attendi. ibid.*
11 *Legis in materia sequimur legem, & in materia consuetudinis consuetudinem, quia in habentibus symbolum est transitus.*

Digitized by Google

Dubitatio VLI.

QVid erit dicendum de argumento à ſimili? in primis ad intelligentiam præſupponẽdum eſt, quòd ſimilia dicun-
1 tur † illa, quæ ſunt eiuſdem iuris, & conditionis. vt not. Inno. in c. delectus in pr. de cap. mo. & ſimile dicitur quod non eſt idem formaliter, ſed in effectu. vt no. Bal. per illum tex. in l. qui liberis in prin. ff. de vulg. & pup. cum concord. & Anc. conſ. 351. vbi inquit, quòd ſimilia ſunt illa quæ regulantur per eandem rationẽ; & ſimilitudo eſt in diuerſis rebus eadem vel ſimilis qualitas ſecundum. Bal. in l. 1. col. pen. C. de furt. & in l. de quibus verſi. reſtat videre. ff. de legi. vbi ait, quòd ſimilitudo eſt in diuerſis perſonis, cauſis, vel rebus, vna vel quaſi eadem ratio, & gratia dicitur ſimilis quando in effectu continet quoq; alia, licèt clauſulæ excellentiores ſint in vna magis quam in alia. Domi. in cap. primo numer. 3. in 2. not. de præbend. in ſexto. Et ſimilia dicuntur quorum termini ſunt pares. Bal. cõſ. 399. leg. 1.

Dicas ergo quòd argumentum à ſimili regulariter procedit vulg. l. non poſſunt. ff. de legi. cum concord. & procedit iſtud argumentum, licèt in omnibus nõ ſit ſimilitudo, quia ſufficit quòd ſimilitu
2 do † ſit in eo, reſpectu, de quo agit. Abb. in c. quemadmodum de iureiu. imò, qđ plus eſt, etiam dicta aliqua diſſimilitudine in eo, de quo quæritur, non tolletur huiuſmodi argumẽtũ vt declarat. Abb. in c. conſtitutus per illum tex. de appell. ſed hoc primo loco eſt dictum. Bal. in l. curatores verſ. 3. cõcl. C. de neg. geſt. vbi inquit, quòd illud eſt ſimile, quod in aliquo habet differentiam, ſed tamen ſecundum plurimum habet conuenientiam. & ideo vbi plures inueniuntur differentiæ, quam conſonantiæ, illa non ſunt ſimilia. vt not. Bal. in l. 1. in 2. not. C. de iur. emphyt. & per hoc non videtur vera gl. in cap. non poteſt in verſ. curam de præbend. quæ dicit quòd non poteſt dici ſimile, vbi aliqua reperitur diſſimilitudo, & idem ait. Ant. de But. in ca. fi. de conſuet. in prima parte, vbi loquitur de effectu conſuetudinis dicens, quòd ar-
3 gumentum à ſimili eſt debile, † cũ de facili dari poſſit diſſimilitudo. & Alber. in verſic. argum. in dictionario in verſicul. à ratione identitatis dicens, quòd argumentum à ſimili eſt multum fallax, quia omnes ſimilitudines non procedunt à à pari, & dicit, quod omnis probatio eſt fortior argumento à ſimili.

4 Notandũ † tamen in comparatione litterarum, omnimodam requiri ſimilitudinem. vt eſt text. in §. ſiquis igitur vbi Angel. in princ. auth. de inſtrumen. caut. & fide.

Et procedit etiam iſtud argumentum à ſimili in' materia conſuetudinis. l. de quibus. c. fi. ff. de legi. Paul. de Caſt. conſi. 159. colu. 2. conſuetudo namque reputatur fauorabilis, & debet extendi. vt per Bal. d. l. de quibus, & idem Bal. in l. non dubium. C. de legi. vbi ait, quia ſtatuta & conſuetudines recipiunt interpretationem extenſiuã. & idem Bald. in l. ſcimus in princ. capit. fin. C. de inoff. teſtam. dicens, quòd cõſuetudo extenditur ſecundum ius, & rationem. Rom. conſil. 244. in fine.

5 Non tamẽ † argumẽtum à ſimili procedit, quando correctio iuris inducereretur. Bald. in cap. † inter cæteras colum. fin. verſic. & ſciens de reſcr. rõ eſt quia in correctorijs non fit extenſio à ſimilitudine rationis; vt per gloſſ. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccl. ſecùs ergo eſſet dicendum in caſibus, in quibus poteſt fieri etiam in materia correctoria, vt quando rata eſſet ſcripta in lege, vel eſſent, caſus æquiparati. vt in d. authen. quas actiones nam in talibus, etiam procederet argumentum à ſimili.

Quòd ſi quidem argumentum non procedit in ſtatuto quod non haberet locum in caſu ſimili per fectiorem. Bartol. in leg. prima. §. hoc interdictum. ff. de fonte nou. Bald. in leg. 2 §. voluntatem 2. not. ff. ſolu. mat. qua tamen con-

concluſio procedit, quando ſtatutum eſt contra ius commune, ſecùs ſi eſſet ſtatutum ſecundum, vel præter ius commune ſecundum Imol. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſtum. ſimiliter, & quando ſtatutum diſponit in materia iuris, in qua caſus verus, & fictus æquiparantur; ſtatutum tunc etiam in caſu ficto intelligitur Abb. in c. ad audientiam per illum tex. de cler. non reſid. Alexan. conſ. 179. lib. vlt.

Nec rurſus procedit argumẽtum à ſimili ſtante ſtatuto, quòd verba intelligantur ad literam, quia litera eſt illa quę legi poteſt, vt per Bald. in l. 2. col. pen. C. de pat. qui fil. diſtr. ſed dicas, quòd talè ſtatutum, non videtur remouere intrinſecam interpretationem, vt not. Bald. in l. 3. in fin. C. de lib. præter. Alex. conſ. 80. lib. 1. vnde concludi poteſt, quòd paſſiua interpretatio non excludatur, ſed extenſiua ſic.

Item dictum argumentum à ſimili nõ habet locum, quãdo ſtatutum mouetur ſola voluntate. Bald. in l. 3. verſi. ex quo not. de iur. dot. & hoc dictum poteſt procedere, qñ ſtatutũ mouetur ſola voluntate, & contra rationem, aliàs ſecùs videtur, quia in ſtatutis prout in his, quæ ſunt iuris poſitiui ſtat pro ratione voluntas. Bald. in l. 1. §. initium in princ. ff. de poſthu.

Item dictum argumentum à ſimili nõ
7 vim habet, quando caſus, † in quo fit cõſtitutio, porrigitur ad præterita, quia nõ eſt æquum, vt lex trahatur ad præterita. ita Bald. in c. 1. in verſ. quarto not. in titu. an maritus ſucced. vxor; Bartol. in leg. prætor ait la 2. §. eritq; hæc differentia in verb. & per hoc poſſet determinari, quęſtio. ff. vi bon. rap. vbi ait, quòd ſtatutum, quòd habet locum in præteritis caſibus, eſt odioſum, quia aduerſatur iuri communi, & ideò debet ſtrictè interpretari.

Item dictum argumentum à ſimili nõ procedit in contractibus, vt in notabili
8 caſu tradit. † Alex. conſ. 76. colum. 2. lib. 5. contrarium notat. Bald. per illum text. in l. nominibus. C. de act. & oblig.

Item in pœnis, quæ ipſo iure imponunt̃, non proceditur de ſimilibus ad ſimilia. Bal. in l. de quibus col. 13. verſ. reſtat videre. ff. de legib. Rurſus non habet locum argumentum à ſimili in præſcri-
9 ptione, † quæ eſt odioſa. gl. in reg. odia de regul. iur. in 6. Bart. in l. 1. §. ſiquis hoc interdicto. ff. de itin. actuque priu. Innoc. in c. auditis de præſcript.

Poſtremò potiùs eſt recurrendum ad
10 ſimile † legis communis, quam ſtatuti, vel cõſuetudinis. Bar. in l. de quibus. col. 2. ff. de legi. quia primò debet attendi, qđ eſt magis ſimile. arg. l. quæritur. ff. de ſtat. hom. & ęquè ſimile eſt, quòd benignius, & magis eſt rationabile. arg. l. benignius. ff. de legi. & data paritate, in materia le-
11 gis ſequimur legem, † & in materia cõſuetudinis, conſuetudinem, quia in habentibus Symbolum facilior eſt tranſitus. l. in rem. §. 1. ff. de rei vendicat.

DVBITATIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Theologis magis eſt credendum, quam canoniſtis interpretatione iuris, diuini quoad opera Chriſti, & in reſpicientibus moralem philoſophiam recurrendum eſt ad Doctores iuris canonici.*

2 *Euerardi exemplum, & reprehenſio in quendã magiſtrum ſuum volentem excommunicatum poſt appellationem legitimam, non tutè celebrare diuina.*

3 *Theologus, & canoniſta ſi ambo ſunt electi ad epiſcopatum data paritate in cęteris, & hæreſi non pullulata in illa regione, præferendus eſt canoniſta, eccleſia Dei non poteſt regi per puram, & ſolam Theologiam. ibid.*

4 *Doctori etiam magno non tenemur credere niſi præbeat opinionem ſuam per authenti. ã, ſcripturam.*

Rationes vbi ſint magis prægnantes licitè eſt recedere ab opinione gloſæ, vel doctoris famoſi, etiam à deciſionibus Rotę ibid.

Seneca dictum; Non te moueat dicentis auctoritas, sed quid dicat attende ibid.

3 *Glossæ opinioni in dubio est standum, & communi opinioni.*

6 *Glossa vbi ponit plures opiniones, & nullam expresè eligit, vel approbat, tunc videtur trãsire cum vltima:*

QVæro. Nunquid in legũ interpretatione, vel in quacunque materia legali, sit standum magis canonum, quam Theologiæ doctoribus?

Distinguendum censeo, quòd viua interpretatio iuris diuini, quoad opera Christi, quatenus interpretatio tendit ad spiritualitatem, & ad cognitionẽ
2 †veræ fidei contra hæreticos, & Iudæos, magis credendũ est Theologis. Sed quatenus interpretatio iuris diuini respicit moralem philosophiam, recurrendum est ad Doctores iuris canonici, puta in matrimonio, in voto, in decimis, in vsuris, & huiusmodi, vt refert Io. Anan. in c. in ciuitate de vsur. Alexan. cons. 1. circa princ. lib. 2. & cons. 107. eod. vol.

Hinc refert Euerar. in suis centũ loc. legal. in loco ab auctoritate se vidisse dũ
2 erat scholaris † quẽdam magistrum suũ vehementer errare, cùm volebat sustinere excommunicatum post appellationem legitimam non tutè, nec securè celebrare diuina, nec tutè absoluere sibi confessos, sed validitatem, & efficatiam huiusmodi actuum, & similium, qui geruntur ex officio publico, pendere ex futuro euentu, cũi magistro restitum fuit in faciem, quia reprehensibilis erat per tex. in c. soler in fin. vin. gl. de senten. excom. in 6. & per tex. in c. ad præsentiam, & in c. dilecti, & in c. pastoralis cum not. per glos. & doct. de appellat.

Hinc etiam est, quòd si duo sunt electi ad Episcopatum quorum vnus Theologus, & alter canonista, data paritate in cæteris, & hæresi non pullulante in illo episcopatu, vel vicino, præferendus est canonista. Secundum Host. Io. And. Abb. & doct. in c. 1. de consang. & affin. qui tex. secundum Host. & Io. And. ibid. expresè probat, quòd ecclesia Dei non possit regi per puram, & solam Theologiam licèt aliqui Theologi contrarium temerariè asserere non vereantur, & malè, vt ibi latius per allegatos Doctor.

Tangi solet in præmissa materia, quòd cuiq; magno etiam Doctori non tenemur credere, nisi probet opinionem suã
4 per authenticam scripturam. † Ego solis 9. distinct. & propter rationes magis prægnantes licitum est recedere ab opinione glossæ, vel alterius doctoris quantuncunque famosi etiam à decisionibus Rotæ, ex quo sequitur, quòd argumentum ab auctoritate decisionum Rotæ, Capellæ, vel Delphinatus, vel huiusmodi solum est probabile, non autem necessarium, quia tales decisiones non habent vim legis, prout & opinio glos. Bar. & doctorum dicitur tantum probabilis, non autem necessaria, vt latè Euerar. loco præcitato. Non enim vt dicebat Seneca, te moueat dicentis auctoritas, sed quid dicatur, attende. Verum tamen est quòd in dubio non est recedendum
5 † ab opinione glos. quæ est maximę auctoritatis, nec ab opinione communi, quæ cõmunis opinio habet vim consuetudinis, & iudicans secundum cõmunem opinionem etiam falsam, excusatur in syndicatu, & non facit litem suã
6 † quando autem glosa ponit plures opiniones, & nullam expresè eligit, vel approbat, tunc videtur transire cum vltima, & illa dicitur sua opinio, & latius de hac materia & de auctoritate. glo. & Doct. vid. relata per Euerar. loco præall. leg. qui elegantissimè differit.

DVBITATIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex declaratoria trahitur ad præterita; datur ratio.*

2 *Constitutio declaratoria quæ potest referri ad præterita*

Digitized by Google

præterita & ad futura, debet intelligi, vt trahatur etiam ad præterita.

3 *Ius quæſitum non tollitur per declaratoriam, ſeu per declarationem.*

IVuat quærere, an, lex declaratoria trahatur ad præterita? & firmo quod trahatur.gloſſ. iuncto tex.in ca.cum tu,in verb. ſiue poſt de vſur. Bald.in
1 †l.non dubium in 3. not.& ibid. Iaſ.in 6. not.C.de legi. Abb.in cap.ſi.num. 36. de præſcript.Alex.conſil.7.verſic. ſed ita eſt vol.2.Soc.conſi. 288.

Ratio poteſt eſſe, quia ex quo declaratio ineſt actu declaratio, ideò declaratio retrotrahitur ad tempus pœnitentialis diſpoſitionis Paul. de Caſtr. in l. heredes palam.§.ſiquid verſi. item nota. ff. de teſtam. Rom.conſi.45.in princ.& conſil. 65.col.2. verſic. hæc enim declaratoria. Afflict.ſuper conſtit. in tit.de except. dilat.num.8.Brun.conſi.91.col.1.verſic.inſuper eſt ſciendum. Rebuff. in pract. in tit.de non tollen.iur.quæſito in gl. 5.

Imò conſtitutio declaratoria, quę ſecundum verba poteſt referri ad præteri-
2 ta,† & ad futura, debet intelligi, vt trahatur etiam ad præterita. vt per Rom.in c. 1.col.fin.verſic.item hoc verum de ſum. Trin. in 6.

Sed inferas, quòd per declaratoriam, ſeu per declarationem non tollitur ius
3 quæſitum. † Aegid. conſ.19. colu.2.verſ. modo verbum Sarnen.in reg.de nõ toll. iur.quæſit.quæſt.12.

LEx corrigens in vno ex correlatiuis, an cenſeatur etiam in alio corrigere? vt per tex.in l. fi.C.de ind.iud.toll. vbi Bar.in prin. Gabr.com.concl.de legib.concl.3.num.36.

1 †Et procedit etiam in pœnalibus.Bar. in l.1.§.hæc actio.verſ. pone ſtatutum. ff. ne uis frat.ei.Abb. in c.quia clerici circa fin.verſic.item pœna vbi ait.Doct.ita cõmunitertenere de iur.patr.Iaſ.in l. fin. in fi.ff.de in ius voc.& in l. ſi prius num. 54. ff.de nou. op. nunc. vbi dicit communẽ opin.fabia.de Mon. in tract. de empt. & vend.in quæſt.2. nume.32.& ſequ. Curt. iun. conſil. 6. column. 1.verſic.ſic etiam dixit Baldus.

Verum eſt quòd habet locum reſpectu vnius & eiuſdem actus, & non aliter
2 † Soc.conſi.74verſi.quinimò dico.vol.3. Dec.in l.1.col.2.verſi.ſecundus caſus. C. de in ius voc.Curt.iun. conſi.6.num. 13. Crau.de ant. temp.4. par. nume.115.qui etiam requirit, quòd adſit eadem ratio.

Pœna etiam condionalis vni ex correlatiuis adiecta non cenſetur adiecta
3 †alteri.Bald.in cap.1.verſ.pone emphyteuta titul.qual. Rom.fund.propr.priu. Dec.in c.tranſlato 1.lect.col.fin.verſicu. ſed diſpoſitio de conſtitu. & conſil. 697. lib. primo.

Amplia, & limita hanc cõcluſionem vt per Gabr.comm.concl.de legib. concl.3.num.36.& ſeqq.

DVBITATIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Lex corrigens in vno ex correlatiuis cenſetur corrigere etiam in alio, etiam in pœnalibus.*

2 *Intellige habere locum reſpectu vnius & eiuſdem actus, & non aliter.*

3 *Pœna conuentionalis vni ex correlatiuis adiecta non cenſetur adiecta alteri amplia, & limita vt ibi remiſſiuè.*

DVBITATIO LX.

SVMMARIVM.

2 *Diſpoſitio legis intelligitur de primo actu, in omni materia, vt ibid.*

2 *Teſtator ſi relinquat fratribus minoribus pitantiam in feſto Sancti Franciſci, ſemel tantum in illo die, & non vlterius, pitantia abbatialibus eſt ſoluenda.*

3 *Diſpoſitione in negatiua, venit nõ modo primus actus ſed etiam quilibet ſucceſſiuus in futurum faciendus.*

Declara præmiſſam regulã ſexdecim modis ibid.

4 Pri-

Digitized by Google

4 *Primogenitus solus admittetur ad successionem si testator instituerit titium, & post mortem eius filium suum, quem voluerit habere nomen familiæ testatoris, & eius insignia, & Titius habuerit plures filios.*

5 *Priuilegium concessum tibi & hæredi tuo intelligitur tantum de primo hærede.*

6 *Dispensatus ad duo curata intelligitur ad duo prima curata.*

7 *Dispensatus vt possit permutare, intelligitur cum vno, & non cum pluribus.*

8 *Papa si mandat simpliciter alicui prouidere de beneficio vacaturo, intelligitur de primo.*

9 *Eligendi habens facultatem intelligitur de prima electione.*

10 *Bannitis vel delinquentibus securitas veniendi concessa, intelligitur pro prima vice.*

11 *Vassallus obligatus contribuere pro filiæ maritagio, debet contribuere in maritagio primæ filiæ tantum.*

12 *Potestas condendi & reformandi statuta intelligitur concessa tantum pro prima vice.*

13 *Medicus si promisit ægrotum curare, non tenetur curare nisi semel.*

14 *Licentia concessa à prelato intrandi monasterium monialium intelligi debet pro prima vice. Idem dicitur de licentia concessa parochiano, vt possit alteri, quàm proprio Sacerdoti confiteri.*

15 *Molendinum si quis ea conditione conduxerit, vt illud restaurare teneretur si semel illud restauauerit, illud amplius non tenetur reficere.*

16 *Fructus alicuius fundi debens percipere etsi ex eo fundo bis in anno fructus colligantur, primi tantum fructus sibi debentur, non autem secundi.*

17 *Fundum si concessione debet ad primogenitum peruenire hoc intelligitur de primo primogenito, ideò eo mortuo secundogenitus non reputatur pro primogenito secundum. Ias. huius contrarium tenet Tiraq. ibid.*

18 *Arbitrandi potestas si data fuerit alicui semel tantum ille arbitrari poterit.*

NOtoria est iuris conclusio quòd dispositio intelligitur de primo actu. per tex. in l. boues, §. hoc sermone. ff. de verbo. sign. Ias. in l. diuortio. §. quòd in anno. ff. sol. mat. Alex. consil. 15. vol. 4. Dec. cōs. 1 512. & † consi. 699.

Intelligas ergò illā procedere in omni & quacunque materia vt per Ias. consil. 36. vol. 3. Alex. cons. 16. vol. 4. Curt. iu. consil. 132.

Etiam in materia vt in d. l. diuortia. §. quòd in anno vbi communiter. Docto. etiam in vltimis voluntatibus vt per tex. in d. fideicommisso. §. si quis alicui decē. ff. de leg. 3. Ias. d. §. quòd in anno. Imò etiā in contractibus. glo. Alex. & Ias. in l. si ei qui in verb. exhibuerit. ff. de iureiur. etiā in beneficialibus ita vt dispensatus ad duo curata, intelligatur ad duo prima curata. Dec. consil. 169. & consil. 512. numero 4.

Idem dicens stantibus verbis generalissimis, & vniuersalibus. Ruin. cons. 76. volumn. 1.

2 Etiamsi ageretur de fauore piæ causæ vt per Bar. in l. cum quidam. ff. de ann. lega. Ias. in d. §. quòd in anno. Alex. consil. 16. num. 7. vol. 4. Felyn. in cap. 2. colu. 2. de treug. & pace. Marian. iun. cons. 25. col. 2. vol. 2. qui omnes concludunt quòd si testator relinquat fratribus minoribus pitantiam infestos Sancti Francisci, semel tantum in illa die, & non vlterius pitantiam ab hæredibus esse soluendam.

Sed aduertendum quòd non vendicat sibi locum dicta cōstitutio principalis in dispositione negatiua, in qua venit 3 † non modo primus actus, sed etiā quilibet successiuus in futurum faciendus. Rom. consi. 504. Dec. in cap. nam concupiscentiam. col. 1. in 1. lect. de const. Grat. cons. 21. col. 5. vol. 1.

Prout nec procedit quotiescunque ex coniecturis apparet disponentē voluisse dispositionem suam vlterius progredi. Bar. in l. cum quidā. ff. de ann. lega. Rom. cons. 438. in 4. dubio. in fin.

Sexde-

Digitized by Google

Sexdecim declarationes ad præmiſsã regulam habet apud Gab. communem concl. de legib. concl. 1.

Nolo tamen omitterre, quòd ex dicta regula infertur, vt ſi teſtator inſtituit Titium, & poſt eius mortem, filium ſuum, quem voluit habere nomen familiæ teſtatoris, & eius inſignia, & Titius plures habuerit filios ſolus primogenitus, ſi voluerit iſta facere, admittetur ad ſucceſſionem. Guid. Pap. q. 467. Tiraq. in tract. de iure primogen. q. 64.

Infertur pariter, vt priuilegium conceſſum tibi, & hæredi tuo, intelligatur
5 tantummodo de primo hęrede † Bar. in l. 1. colum. 2. ff. de conſtit. prin. Felyn. in c. 2. de treug. & pace.

6 Infertur etiam, † vt diſpenſatus ad duo curata intelligãt. ad duo prima curata. c. non poteſt. §. 1. de præben. in 6. Bald. in c. innotuit de elect. Rot. in nouis deciſ. 339. Dec. conſ. 169. & 512. num. 4. inferas etiã vt diſpenſatus pro permutatione, intel-
7 ligatur, † vt poſſit permutare cum vno, & non cum pluribus Felyn. in c. venerabilis col. 1. de exce. Papa inſuper, quãdo ſimpliciter mandat alicui prouidere de beneficio vacaturo, intelligitur de pri-
8 mo. † Bald. conſ. 228. vol. 4.

Prout etiam habens facultatem eligendi, intelligitur de prima electione, qua ſecuta, illa facultas dicitur conſumpta. † glo. in c. duobus in verb. eligere de reſcript. in 6. Rom. conſ. 329. in 1. dubio.

Et ſecuritas veniendi conceſſa bannitis, vel delinquentibus intelligitur pro 1.
10 vice † Dec. conſil. 512. num. 6. Curt. iun. conſ. 78. num 24.

Item vaſſallus, qui tenetur contribue-
11 re pro maritagio filiæ domini ſui, contribuere debet in maritagio primæ filiæ tantum. Guid. Pap. q. 75. in fin. Tiraq in tract. de iur. primogen q. 70.

Poteſtas, quoque condendi, & reformandi ſtatuta alſquibus conceſſa, intel-
12 ligi debet tantum pro prima vice. Alex. conſ. 65. & conſ. 119. vol. 6.

Declaratio pariter actus obſcuri; vel ambigui, niſi ſemel tantum fieri poteſt, & medicus ſi promiſit ægrotum curare, non tenetur niſi ſemel illum curare, &
13 propterea etiamſi † ægrotus in eũdem morbum reincidat dicitur liberatus medicus. Specu. in tit. de ſalar. §. fin. in princ. Paul. de Caſtr. in l. Martius. ff. locat. Bald. conſ. 255. vol. 3.

Licentia etiam conceſſa à prælato in trandi monaſterium monialium intelli
14 gi debet de prima vice. † Iaſ. in l. diuortio. §. quòd in anno. ff. ſol. matr. Alex. cõſ. 16. vol. 4. Dec. conſ. 512. num. 5. Iaſ. conſ. 36. volum. 3.

Idem dicas de licentia conceſſa parochiano, vt poſſit alteri, quam proprio Sacerdoti confiteri, Felyn. in d. cap. 2. de treug. & pace.

Et ſiquis molendinum ea conditione conduxerit, vt illud reſtaurare teneretur, ſi ſemel illud reſtauraverit, amplius
15 illud reficere nõ teneatur. † Bertach. in tract. de gabell. 2. part. q. 25. Iaſ. in d. §. q̃ in anno, Alex. conſ. 16. vol. 4. Dec. conſ. 512. & conſ. 609. Curt. iun. conſ. 178. titu. ſiquis percipere debet fructus alicuius
16 fundi, & ex quo fundo. 6. 5. in anno fructus colligantur, primi fructus tantum ſibi debentur non autem ſecundi Iaſ. in l. in duobus. §. ſi ei qui. ff. de iureiur. Alex. conſ. 16. volu. 4. Felyn. in c. 2. de treug. & pace. Curt. iun. conſ. 178.

Feudum quoq; ſi ex conceſſione debet ad primogenitum peruenire, hoc debet tantum intelligi de primo primogenito, & propterea eo mortuo, ſecun-
17 dogenitus pro primogenito non reputatur Iaſ. in l. quoties col. antepen. verſ. illud etiam. ff. de rei vendicat. contrariũ tamen tenet Tiraq. de iure primogenit. 3. q. num. 4. & ſeq.

Si cui etiam data fuerit poteſtas arbitrandi ſemèl tantum arbitrari poterit.
18 Innoc. in c. veniens de iureiur. † Bald. in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. Iaſ. in præallegato. §. quod in ann. & Felyn. in d. c. 2. de treug. & pace.

DVBI-

DVBITATIO LXI.

SVMNARIVM.

1 *Lex noua disponens in vno casu, an trahatur ad antiquum ex æquiparatione?*

2 *Lex antiqua quoties procedit per modum regulæ semper in lege noua censetur repetita; datur exemplum. ibid.*

3 *Hæredis appellatione venit bonorum possessor in dispositione noua correctoria, ac stricte interpretanda.*

4 *Remedium adipiscendæ conceditur instituto in in testamento quòd solum iure prætorio sustinetur.*

5 *Bonorum possessor etsi non sit hæres verè sed fictè, attamen loco hæredis habetur etiam in dispositionibus stricte interpretandis.*

6 *Mandatum factum ad hæreditatem adeundam adimpleri dicitur adeundo bonorum possessionem.*

7 *Statutum disponens de hærede locum habet in bonorum possessore.*

8 *Bonorum possessor est verè, & propriè hæres sed non in penalibus.*

LEx noua disponens in vno casu, an trahatur ad antiquũ ex æquiparatione? Respondeas, quòd quando sunt duo casus æquipa-
1 rati † à lege antiqua, lex noua superueniens, & aliquid disponens in vno, idem in alio quoque disponere censetur. ita glo. in l. siquis seruo persuaserit. C. de fur. quã omnes doctores probant, datur exẽplum, lex antiqua hæredem, & bonorũ possessorem æquiparauit. l. hereditatis appellatione. ff. de verb. sign. ergò constitutio noua tribuens hoc beneficium hæredi, tribuere etiam dicitur bonorum possessori. Ias. in l. 1. §. bonorum. ff. ad Trebell. Cagnol. in l. prætor. num. 3. ff. de regu. iur.

Lex verò antiqua quotiescunque procedit per modum regulæ, semper in le-
2 ge † noua repetita censetur. Bar. in l. prætor. §. erit differentia in fin. ff. vi bon. rapt. Bal. in l. quemadmodum. §. hæc verba. ff. ad l. Falc. Soc. sen. cons. 142. li. 2. vt in proposito exemplo est concludendũ, regula legis antiquę est, quòd hęredis appellatione comprehendatur bonorum possessor. l. hæreditatis appellatione vbi. Alciat. ff. de verb. sign. ergo illa censetur repetita etiam in casu nouę legis vel constitutionis quæ de hærede loquatur.

Nec huic receptissimæ sententiæ aduersatur ratio qua cõtrariã opinionem nixus est probare. Barbat. in Rub. C. qui adm. nu. 170. & 175. quòd scilicet huiusmodi lex sit correctoria iuris cõmunis, & ob id hęredis appellatione non contineri bonorũ possessorem, cùm in correctorijs à proprietate sermonis non sit recedendum; quia huic fundamento respõdet. Dec. post alios in l. fi. C. de ed. diu. Adr. toll. quòd licet in vna parte lex noua sit correctoria, & in alia sit exorbitãs, est tamen fauorabilis, & extendi potest,
3 rursus respõderi põt † quod & in dispositione noua correctoria ac stricte interpretanda, appellatione hæredis venit bonorum possessor, quòd clarè sensit Rip. in l. 1. §. bonorum. ff. ad Trebell. & Cagn. d. l. prætor num. 6. ff. de reg. iur.

Inferas ex præmissis, quòd remedium adipiscendæ conceditur instituto in te-
4 stamento, † quòd solum iure prætorio sustinetur. Bart. in l. fin. num. 19. post glo. C. de ed. diu. Adr. toll. & cum eo ibid. trãseunt Ias. num. 14. Dec. num. 39. Cur. iun. num. 68. Ias. l. emancipata num. 19. C. qui adm. & hanc vltus est probare Tiraquel. tract. le mort à saisit le vif. parte 2. declara. 2. ad fin.

Et probatur hęc verissimilis doctorũ sententia, quia licèt bonorum possessor
5 non sit hæres verè, † sed fictè, attamen loco hæredis habetur etiam in illis dispositionibus, quæ strictam solum admittunt interpretationem; siquidem lex voluit in omnibus loco hæredis esse l. 2. ff. de bon. poss. l. prætor. ff. de regul. iur. & ideò conditiones, quæ strictè intelliguntur, & quæ admouendæ sunt in formam specificã, puta si hæres non erit, verificatur in bonorum possessore l. in conditionibus.

Digitized by Google

ſionibus.§.ſi patronus.ff.de cond.& dem. Bar.in l.1.§.bonorum. ff.ad Trebell.quo loci Ripa nu.1. ſcribit dictum §.ſi patronus,non probaret id,quod ipſe alijs confirmat.

Videmus etiam, quòd mandatum factum ad hęreditatem adeundam,adimpleri dicitur adeundo bonorum poſſeſſionem. † l. ſiquis mihi bona §.ſed ſi mãdauit. ff.de acq. hær.cùm tamen mandatum ſtrictè interpretetur l. diligenter. ff. mand.

Statutum pariter de hęrede diſponẽs, locum habet in bonorũ poſſeſſore Bart. d.l.1:§.bonorum vbi alij ſcrib.† ff.ad Trebell. Iaſ.in l.emancipati num.19. C.qui adm. Socin.ſen.in l.1. 2.notab.ff.de vu g. Dec.in l.prætor num.4.ff.de reg.iur.Alc. in l.hæreditatis appellatione. ff.de verb. ſignific. vbi diſpoſitione odioſa ſcribit hæredis appellatione bonorum poſſeſſorem contineri, quòd placet, & Iaſ.in d.§.bonorum.& Cagnol. in d.l. prætor. num.3. etſi eo loci Decius Bartolum ſecutus diſſenſerit.

Imò bonorum poſſeſſorem eſſe verè & propriè hæredem aliquibus rationibus contendit † Vacen. lib.3.de clar.iuris. cap.103.

In pęnalibus tamen opinatur. Ruin. conſil.143.num.10. lib.5. bonorum poſſeſſorem, hæredis appellatione non contineri.

DVBITATIO LXII.

SVMMARIVM.

1 *Actus non eſt nullus ſi contrarium fiat,niſi lex id expreſsè dicat.*
Multa impediunt contrahenda quæ non tollunt contracta, & multa facta tenent, quæ aliàs fieri prohibentur.ibid.
2 *Actus quando eſt perfectus, etſi perueniat ad caſum, à quo incipere non poteſt, tamen non vitiatur.*
3 *Appellari non poteſt à ſententia lata in poſſeſſorio de iure ciu.tamen ſi ſit appellatum,& index à quo detulit, poterit appellans obtinere ſi liqueat ſententiam fuiſſe iniuſtam.*
4 *Fratres minores ſeu medicantes & ſimiles etſi non poſſint eſſe executores teſtamentorum niſi de ſuperioris licentia, tamen ſi fuerint executi nemine opponente, geſtum per eos valet.*
5 *Clerici & aliæ perſonæ etſi prohibeantur à fideiuſſione,ſi tamen fideiuſſerint,tenet fideiuſſio. Idem dicitur de prohibito exercere officiũ Tabellionatus quia ſi exercet valent inſtrumenta per eum facta,in hoc tamen dic melius vt ibid. remiſſiuè.*
6 *Doctor vel decurio etſi prohibeantur eſſe tabelliones, ſi tamen exerceant, inſtrumenta per eos facta,valent.*

LEx vbi aliquid requirit, vel prohibet, an actus ſit nullus? ſi contrarium fiat,reſolue, quòd ille actus non eſt nullus, ſi contrariũ fiat,niſi lex id expreſsè dicat. Alb. conſi. 21.nu.13.ratio eſt,quia multa impediunt
1 † contrahenda,quæ non tollunt contracta, & multa facta tenent, quæ alias fieri prohibentur vulg.l.patre furioſo.ff.de ijs qui ſunt ſui vel al. iu. cum concordant.

Do exemplum,licèt deficiat matrimonij,ſcilicet,conſẽſus,tamẽ nõ deficit matrimonium contractum; quia quando actus eſt perfectus,licèt perueniat ad ca-
2 ſum,† à quo inciperе non poteſt, tamen non vitiatur.l.pluribus.§.& ſi placent. ff. de verb. obl.

Licèt etiam à ſententia lata in poſſeſſorio de iure ciuili appellari non poteſt.
3 l.vn.C.ſi de † moment.poſſ.Bar.in l. 2. ff. de appell. recip.tamen, ſi ſit appellatum & iudex à quo detulit, vel admiſit,poterit appellans obtinere ſi poſtea liqueat ſententiam eſſe iniuſtam.Bal.in l.poſt sẽtentiam.C.de ſent.Alex. conſ.2. vol. 3.

Licèt etiã fratres minores,ſeu mendicantes, & ſimiles non poſſint eſſe executores teſtamentorum. clem. exiui de paradiſo.de verb.ſig.Bar.in tract. min. in 1. cap. lib. 3. & idem in alijs eccleſiaſticis, niſi à ſuperiore ſuo ſuperata licentia, & obtenta,ca. religioſus de teſtam.in 6.cle.

Digitized by Google

religiosis eo tit. tamen si fuerint executi
4 † illud quod testator ordinauit nemine opponente, gestum per eos valet. Rom. consi. 409. & consi. 235. in 4. dub. prin.

Licèt etiam clerici, & aliæ personæ ecclesiasticæ prohibeantur à fideiussione. c. 1. de fideiuss. tamen si fideiusserint,
5 † valet fideiussio. c. peruenit, & c. constitutus de fideiussio. Rom. consi. 410.

Quamuis pariter clericus, vel Sacerdos prohibeatur exercere officium tabellionatus, c. sicut ne cler. vel mon. tamen si exerceat officium tabellionatus, valent instrumenta per eum facta. Bart. in l. vniuersos in fin. C. de decur. lib. 10. & consi. 61. c. prin. Tu tamen in hoc vt melius, & latius per Abb. in d. c. sicut. Natt. consi. 672. nume. 46. licèt etiam decuriones ciuitatis prohibeantur esse tabelliones, prout & Doctor, & Aduocatus. d. l. vniuersos, tamen si exerceant, instrumẽta per eos facta valent. Bart. in l. 2. & in l. generali circa. med. C. de tabul. lib. 10.

DVBITATIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ non possunt fieri, & prohibentur fieri, si fiant parte nil opponente an valeã? firmatur. ibi quòd valent.*

Exemplum dãtur in gestis per procuratorem, in probante negatiuam, in testibus receptis post dicta & aperta dicta testium. ibid.

2 *Sententia non debet ferri sub conditione, lata tamen tenet.*

Impubes etsi non debeat excommunicari, tamen excommunicatus facit indicium. ibid.

3 *Articuli si sint admissi post conclusum in causa, valent; declara vt. ibid.*

4 *Probationes post sententiam, quæ transijt in rem iudicatam, inducta parte non opponente, valent.*

5 *Contumacia vera etsi requiratur vt quis possit multari, tamen si iudex ex ficta contumacia multaret, & non appellaretur, valeret.*

6 *Absolutio à iuramento non debet fieri parte nõ vocata, si tamen fiat, tenet.*

7 *Recuperandæ possessorio comentus, etsi non debeat audiri ante restitutionem super proprietate, si tamen de facto fuerit admissus, & eam probauit, debet iudex pro eo ferre sententiam.*

8 *Ædificans spreta nuntiatione, & admissus per iudicem ad probandum de iure suo principali, tunc cessat demolitio operis nunciati.*

9 *Fideiussor, vel tertius possessor, etsi non possit molestari, nisi priùs excusso principali; tamen si ageretur, & nil fuisset oppositum, valet processus.*

10 *Iudex in causa sua vel suorum, etsi quis esse nõ possit, si tamen iudicaret, & pars non opponeret, valeret processus & sententia.*

INsequendo texturam præcedentis dubitationis quæro, an illa quæ non possunt fieri, & prohibentur fieri, si tamen fiant, & nil opponatur à parte, valeant? firmo, quòd valent.

1 Probo ex eo quòd singulariter † dicit Bar. in l. post mortem in fin. ff. de adopt. quòd ea quæ non possunt fieri per procuratorem, si fiant, & nihil opponatur, valent. allegatur glossa de qua. Bar. facit festum in §. liquis ergo vir. igitur licentia in auth. qui. mo. nat. eff. leg. & gl. in c. 1. in verf. criminales de iudic. in 6.

Idem probo ex eo quòd si aliquis iurauit se in veritate recepisse pecuniam, etsi non possit dicere vel probare contrarium, tamen si probauerit istam negatiuam, & nil sit oppositum, valebit probatio, etiam debebit absolui, ita singulariter vult. Bal. in l. fin. propè fin. C. de non num. pec. Alex. consi. 89. vol. 2.

Probo etiã, quia licet regula sit, quòd post aperta, & publicata dicta testium, non possint produci noui testes super eijdem capitulis vel contrarijs, timore subornationis testium. Auth. qui semel. C. de probat. clem. 2. de testi. tamen si fuerint recepti noui testes parte non opponente, plenè probabunt. glo. in d. clem. 2. in verb. produceret de testi. Bartol. in d. Auth. qui semel. in fin.

Habemus ẽt quòd sententia nõ debet
2 ferri sub conditione, tamen † lata tenet.

l.2.§.biduum. ff. quando appell. ſic,& gl. in l.fin.C.de his quibus vt indig.vbi licet impuberes non debeant examinari, tamen examinati faciunt indicium. Alex. in l.ſæpe. ff.de re iud.

Licet etiam poſt concluſionem in cauſa, & ſic poſtquam partes renunciarunt omnibus probationibus, non debeant amplius admitti articuli ad probandum, maximè quando concluſio in cauſa facta eſt ad inſtantiam actoris, nō debent amplius admitti articuli rei ad
3 probandum,† tamen ſi ſint admiſſi, valēt, quia intelligitur tacitè reuocata illa concluſio in cauſa,quòd dic verum ſi iudex cauſæ ſciebat eſſe in cauſa concluſum,alias ſecùs.clem. 1. de procurat.& §. planè inſti.qui da.tu. poſſ. & præſumitur ſciuiſſe, ſi ipſemet iudex admittens articulos eſt ille,coram quo fuit in cauſa cōcluſum;ſecùs ſi eſſet iudex ſubrogatus in locum demortui,vel remoti.l.qui in alterius.ff.de reg.iu.Abb.in cap.quoniam cōtra de probat.maximè ſecundum eum,ſi admiſſio articulorum fuit facta per iudicem parte preſente,& non contradicēte per not.in c. cum cauſa in fi. de teſti. idē vult.Bal.in l.peremptorias. C. ſent. reſc. non poſſ.Alex.conſi.72.vol. 3.

Inferas ēt quòd licet poſt ſententiā diffinitiuam à qua non eſt appellatum,& ſic quæ tranſiuit in rem iudicatam, probationes ampliùs ſuper meritis cauſæ admitti non debeant, quia per talem diffi-
4 nitiuam,† à qua non eſt appellatum, eſt impoſitus finis liti,ſi tamen pars de facto aliquas probationes induxerit, puta, teſtes,vel inſtrumenta,parte non opponēte, talia inſtrumenta, tales teſtes,& talia producta valebunt, & plenè probabunt & ſi apparebit de iniuſtitia ſententiæ reſcindetur ſententia.Paul.de Caſtr. & alij Modern. vbi etiam Iaſ.in l.admonendi. ff. de iureiu.

Quāuis pariter requiratur vera cōtumacia ad hoc vt quis poſſit mulctari ſecundum.Bart.& alios in l vn.§.fi.ff.ſi quis ius
5 †iudic.non obt.cum concord. tamen ſi iudex ex facta contumacia mulctaret, & nō appellaretur,valeret ſecūdū. Bal.in l. & in mulctis.C.de appell.quem ſequitur ſimpliciter.Alex.d.l.vn.§.fin.vlterius abſolutio à iuramento non debet fieri par
6 te † non vocata, & tamen ſi fiat, tenet. vt not.in c. qua fronte de appella. Abb. conſi.12.vol. 2.

Præterea licet cōuentus poſſeſſorio recuperandæ, non debeat audiri ante reſtitutionem ſuper proprietate,tamen ſi de
7 facto † fuerit admiſſus, & eam probauit, debet iudex pro eo ferre ſentētiam.Inn. in cap conſtitutus.de fil. præsb.

Si alicui etiam in opere facta eſt nunciatio noui operis, & ille ſpreta nunciatione edificauit,debet totum quòd ædificauit, demoliri, nec aditur, volens docere de iure ſuo vt eſt text. in §. 1. l. ſed etſi is & in l.præter in princ.§.hoc interdictum il 2.ff.de op.no.nunc.& in c.2. eod.titu.tamen ſi iſte talis qui ædificauit ſpreta nunciatione, fueri admiſſus per iudicem ad probandum de iure ſuo prin-
8 cipali,† illo caſu ceſſat demolitio operis ita tenet.Bald.in conſ.113. vol.1.

Et ſi pariter non poſſit agi contra tertios poſſeſſores bonorum,vel contra fi-
9 deiuſſorem,niſi prius excuſſo principali Auth.hoc ſi debitor.C.de pigno.& Auth.præſente.C.de fideiuſſ. Tamen ſi ageretur, & nihil fuiſſet oppoſitum, valet proceſſus;& meliùs ſecundum. Bart.in l. 2.ad fina.C. comm. diuid.Iaſ.in §. item ſi quis in fi.audem.col.29.Inſtit.de actio.
10 † Quamuis etiam quis non poſſit eſſe iudex in cauſa ſua vel eorum.l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſd.om.iud.[Tamen ſi iudicaret, & pars non opponeret, valeret proceſſus,& ſententia.text.d.in l.priuatis in verb.habere poteſt.ff.de iud. Archid. in c.ſtatutum.§.1.de reſcrip. in 6.Paul.de Caſtr.in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iud.

DVBITATIO LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Aequalitas semper laudatur à lege parentibus inter filios.*
2 *Leges & statuta sequuntur naturalem intellectum, & semper debent ita interpretari, ne statuentes mereantur reprehensionem.*
3 *Praesumptio in dubio est iuris, quòd pater velit aequaliter tractare filios.*

LEx vtrum semper hortetur parẽtes ad æqualitatem seruandam inter filios? dicas quòd sic, per tex. in l. cum pater. §. euictis, & ibi gl. ff. de leg. 2. Dec. consi. 59. col. 3. & cons. 319. in fine ratio ea esse potest, quia sic
1 † suadeat æquitas, vt pater tantum relinquat iuris, filio vel filiæ quantum alteri, vt in proposito dotis quæ debet cõgruè dari tàm vni quam alteri sorori, scribit. Dec. in consi. 26. cùm dos succedat loco legitimę ex solito stylo, & iure vt per Sal. in auth. res quæ in 2. notab. C. communia de leg. & dos non debeat esse minor legitima. Alb. consil. 23. num. 2. & 3.

Leges namque, & statuta sequuntur, & recipiunt naturalem intellectũ, vt in-
2 quit † text. in l. cui pacto. ff. de seruis export. & in l. non sine. C. de bon. quæ lib. & leges, ac statuta ita semper debent interpretari, ne statuentes mereãtur reprehensionem vt ait Soc. consi. 63. col. pen. num. 13. vol. 1. per text. in l. Saluius. Arist. ff. de lega. præstan. tangit. Abb. consil. 96. num. 3. & seq.

Imò lex semper præsumitur in dubio
3 quòd pater velit æqualiter tractare filios §. 1. auth. de nupt. l. fin. Cod. communia vtr. iud.

DVBITATIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex inferior virum possit transgredi canonẽ vel legem superioris.*
2 *Pupillo committẽti homicidiũ ratione ætatis, potest commutari pœna mortis.*
3 *Magistratus ob metum periculi, vel scãdali, potest legem transgredi.*
4 *Iudex statuta transgrediens ob multorum salutem excusatur in syndicatu, item ob casum terribilem; item nec dicitur periurus qui ex causa statuta transgreditur. ibid.*
5 *Legem transgredi quandoque æquum est.*
6 *Procurator generalis ex magna causa, potest inhibere procuratori speciali.*
Episcopus ex magna & euidenti causa potest statuere contra ius canon. ibid.
Inferior potest immutare pœnitentiam iniunctam a Papa. ibid.
7 *Emergentia casus horribilis, inducit iustam legum transgressionem, ideo si clericus committat homicidium pro parricidio, vel assassinamento non habet locum dispositio. c. cum non ab homine de indic.*
8 *Criminis ob immanitatem fertur sententia etiã contra mortuum, etiam pecus traditur morti, & reo denegatur audientia.*
9 *Transgredi leges, & statuta licet ob scientiæ eminentiam.*
10 *Episcopus potest ex magna causa statuere, quòd certo casu iuramentum non validaret contractum.*
11 *Executor nudus ex causa magna, potest admittere exceptionem.*
Papa ex magna causa potest exercere temporalem iurisdictionem in præiudicium gladij imperialis. ibid.
Consuetudo potest ex noua causa induci contra legem reprobantem omnem consuetudinẽ. ibi.
Visitator generalis potest corrigere malefactũ à speciali visitatore. ibid.
Legatus à latere, potest ex magna causa corrigere propriam constitutionem, alias non ibid.
Ordinarius ex causa magna potest se impedire de causa commissa delegato. ibid.
12 *Testatoris bona habens distribuere, potest ex supernenienti paupertate sui monasterij retinere bona pro ipso monasterio.*
13 *Causa est exprimenda vbi fiat contra regulas iuris.*

IVdex inferior vtrum poſſit tranſgredi canonem, vel legem ſuperioris? reſpondeas quòd non, niſi tamen adſit
1 magna † cauſa, nam tunc ex magna cauſa poteſt tranſgredi leges vt ſentit. Inno. in c. 1. in vlt. gl. & ibid. Fel. num. 48. cui addo ego. Nauar. conſil. 3. libr. 3. de celebr. Miſſ. vbi poſt. Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. firmat, quòd Epiſcopus poteſt ſtatuere contra ius canonicum ex magna & euidenti cauſa, inferas hinc, quòd in pupillo committente homicidium ratione ætatis poteſt commutari
2 pœna mortis, & hoc eſt dictum. Bald. in l. etſi ſeuerior col. 3. C. de infam.

Imò & propter metum periculi, vel
3 ſcandali poteſt † magiſtratus legem trãſgredi. Bald. in l. ſiquis filio. §. hi autem. ff. de iniuſt. teſta.

Et excuſatũ in ſyndicatu is qui ob multorum ſalutem tranſgreditur ſtatuta.
4 † Bal. in l. obſeruare in 10. quęſt. ff. de oft. procon. & lega.

Et propter caſum terribilem licitum eſt tranſgredi leges. Bal. in c. obertus. tit. qualiter olim feud. alie. poſſ.

Prout nec dicitur periurus qui ex cauſa tranſgreditur ſtatuta. Bal. in l. quòd ergo §. pœna grauior. ff. de infam.

5 † Aequũ enim qñque eſt legẽ trãſgredi. Bal. in ca. 2. de re iud. & iſtud dictũ ſaluat multos aſſeſſores, & ſicut p̃tor iurat ſeruare ſtatuta, ita etiam leges, ideò eas imitando poteſt ex cauſa tranſgredi ſtatuta, vt dicit. Sal. in d. l. etſi ſeuerior. C. de infam. Abb. in c. ſuper his de accuſ. Bald. in c. 1. §. iniuria de pa. iur. firm.

Hinc etiam firmo, quòd procurator generalis ex magna cauſa poteſt inhibe
6 re † procuratori ſpeciali per text. in l. ſi hominem. ff. mand per quem tex. ideò dixit. Bald. in d. l. omnes populi, quòd epiſcopus ex magna, & euidenti cauſa, poteſt ſtatuere contra ius canonicum, & idem. Bald. dicit in Rubr. C. qui adm. in prin. quòd poteſtas ex magna, & euidenti cauſa poteſt venire cõtra ſtatuta iurata per quem text. dicunt domini de Rot. in nou. deciſ. 262. quòd epiſcopus ex magna cauſa poteſt diſpenſare contra ius canonicum etiam concilij.

Ideò dicit. Abb. in cap. etſi clerici. §. de adu. 6. col. de iud. & gl. in c. tempora. 25. q. 7. & in ca. latorem. 32. q. 3. quòd inferior poteſt mutare pęnitentiã iniunctam à Papa ex magna cauſa, & quòd emergen
7 gentię caſus horribilis inducunt † iuſtã tranſgreſſionem legum, & ob id in homicidio horribili commiſſo per clericũ puta pro aſſaſſinamento, vel parricidio non habet locum diſpoſitio tex. in ca. cũ non ab homine vbi. Abb. de iud.

Hinc propter immanitatem criminis fertur ſententia contra mortuum. Abb.
8 in c. 1. † de homic. facit. gloſ. in §. per contrarium inſti. de hæred. quæ ab int. de fer. & propter immanitatem criminis reus mortuus tradi poteſt beſtijs in cibum. gloſ. in l. 2. ff. arb. furt. cęſa. & pecus traditur morti c. mulier 15. q. 1. & propter criminis immanitatem reo denegatur audientia. l. per omnes. C. de defenſ. ciuit.

Sicut etiam dicimus quòd propter eminentiam ſcientiæ alicuius, licitum eſt
9 cum eo † tranſgredi leges, & ſtatuta. vt not. Bal. in l. ſed & reprobari. §. fi. in verſi. maximè diſciplinatos homines. ff. de excuſ. tut. facit. c. de mulcta in fin. de præb. Rom. conſi. 308. Bal. in c. Rodulphus de teſti. & in auth. & nouo iure in 3. notab. C. de ſeru. fugit. Innoc. in c. 1. de conſt.

Et ex magna cauſa poſſet epiſcopus facere ſtatutum quòd certo casu iura-
10 mentum † non validaret contractum. Bald. in repet. l. 2. ff. de iureiur. & ex magna cauſa puta ſi epiſcopus eſt abſens, poteſt appellari à delegato epiſcopi ad Vicarium epiſcopi, & in d. l. ſi hominem. ff. mand. procurator generalis prohibet procuratori ſpeciali ne attentet negotium ſibi commiſſum.

Et ex magna cauſa poteſt nudus executor admittere exceptionem. Abb. in
11 c. de cęter. † 3. cõlu. de re iud. prout etiã ex magna cauſa Papa poteſt exercere iuriſdictio-

iurisdictionem temporalem in præiudicium gladij imperialis. Abb. in c. nouit. 4.col. de iudic.

Ex causa noua potest induci consuetudo, contra legem reprobantem omnem consuetudinem. Abb. in cap. 2. col. pen. de probat. & c. fi. ante fi. de consuet. & generalis visitator potest corrigere malefactum à speciali visitatore Bald. in l. si in aliquem. ff. de off. procon. & leg. & legatus de latere potest corrigere propriam constitutionem ex magna causa, alias non. Rom. cons. 36. & ex causa magna ordinarius potest se impedire de causa commissa delegato. c. significauit de off. ord. Card. in c. studuisti vbi glo. de off. deleg. & Abbatissa habens distribuere bona testatoris, potest ex superueniē
32 ti † paupertate sui monasterij, retinere bona pro ipso monasterio. Pet. de Anch. cons. 80. Card. in clem. 1. 30. quęst. de test.

Collige tandē ex præmissis, quòd vbi aliquid fiat contra regulas iuris ex causa, illa causa est exprimenda secundum.
33 Rom. † consi. 483. Innoc. in ca. præterea. de dilat. quem refert, & sequitur. Oldrad. consil. 287.

DVBITATIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Lex nunquid extendatur in obligatorijs, & pœnalibus?*
2 *Extensio fit in pœnalibus quando agitur de remouendo fraudem, & vbi agitur de vtilitate publica.*
3 *Aequiparatio debet fieri per viam regulæ.*
4 *Ecclesię vel animæ fauore constitutio pœnalis extenditur. Item ex identitate rationis.*
5 *Lex extenditur, & restringitur secundum mentem legislatoris, & rationis.*

NVnquid in odiosis, & pœnalibus, & alijs obligatorijs lex extendatur? declara, illam extēdi quatenus verba eius in pro
1 pr.o † lignificatu se extendant. l. cum le-

ge vin. gloss. ff. de testa. commendata fin hoc pro Aret. in c. de testibus colu. 3. de testi. & allegatur per Nauar. consil. 18. li. 3. de celebr. miss.

Secùs esset dicendum, si ageretur de lata significatione, quia tunc illa in materia non attenditur, vt per Dec. in l. sem per in obscuris. ff. de reg. iu.

Fit etiam extensio legis in pœnalibus, quando agitur de remouendo fraudem, nè dispositio eluforia reddatur. c. si ciui-
2 tas † vbi. Domin. in 2. notab. de sent. excomm. in 6. & glo. fin. in cap. quamquam de vsur. in 6.

Vbi etiam agitur de vtilitate publica, tunc etiam in materia pœnali extensio fieri debet, ne delictum sit impunitum. l. 2. §. exercitimun. ff. de his qui not. infam. Bart. in l. quemadmodum in 1. not. per illum text. C. de agric. & cens. l. 11. Dec. cōsil. 65. & Rom. consil. 105. Paul. de Castr. consil. 32.

Quando pariter duo sunt equiparata de iure antiquo, pœna statuta in vno, habebit locum in alio, & ista extensio est facta à lege vt not. Bart. in l. siquis seruo, & per gl. ibi. C. de furt. & debet æquipara
3 tio † fieri per viā regulę, vt not. Matthes. in tract. extensionis quem refert, & sequitur Aret. in §. iurs autem ciuile de inisti. de iur. nat.

Si agatur quoque de fauore ecclesię,
4 tunc constitutio † pœnalis extenditur. vt not. gl. in c. sciant cuncti de elect. in 6. Abb. in c. nihil. col. antepen. de elect.

Eodem modo si agatur de fauore fidei. vt not. Abb. in cap. 2. in fin. de diuort.

Similiter si agatur de fauore animarum constitutio pœnalis extēditur. Abb. in c. ex tenore qui fil. sint leg. Bart in aut. sacram. puberum col. pen. versic. quæro vtrum. C. si adu. vend. Rom. consil. 285. Alex. consil. 42. lib. 1. Tunc etiam fit extensio in pœnalibus si ratio sit expressa. Alex. in l. cum mulier per illum tex. in 5. not. ff. sol. mat.

Et generaliter dici potest, quòd etiam vbi agitur de pœna fit extensio de similibus

Digitized by Google

libus ad ſimilia ab identitate rationis vt no. Bal. per gloſſ. ibi in l. ſi quis id quod. ff. de iur. omn. iud. vbi Alex. column. pen. Aret. in d. §. ius autem ciuile. Inſti. de iur. nat. gen.

Concludas pariter quòd lex extenditur, & reſtringitur ſecundum mentem le- 5 giſlatoris, † & ratione. Mart. Nauar. præcitato conſi. 18. num. 2. vbi citat. Abb. in c. dua geſtum & meminimus de appell.

DVBITATIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Lex partim fauorabilis partim odioſa qualis ſit reputanda?*

2 *Lex diſponens aliquid ad arcendum dolum & malitiam cenſetur odioſa, & legis ratio conſiſtens in doli præſumptione cenſetur odioſa.*

3 *Penalia ſunt odioſa, & reſtringenda prout exorbitantia.*

4 *Lex non omnis reſpiciens vtilitatem publicam eſt fauorabilis, ſed quę principaliter, & immediate.*

Diſpoſitio potentius influit immediata, & propinqua quàm in remota, & quæ incontinenti ſunt inceſſe videntur. ibid.

SI quæratur, an lex partim fauorabilis, & partim odioſa, qualis ſit reputanda? reſpon- 1 de quòd † reputãda eſt odioſa, ſi principaliter in odiũ lata eſt, ideò quam reſtringenda, l. qui exceptionem. ff. de cond. ind. qui tex. probat, quòd ſenatuſc. Maced. quod inducit exceptionem pro filijsfam. ad arcendum dolum fœneratorum, & votum captandæ mortis alienæ, vt habetur in l. 1. ff. ad Maced. eſt odioſum, & ideo reſtringendum, adeò vt tutus eius exceptione ſi ſoluat, non repetat. licèt regulariter tutus exceptione perpetua repetat ſolutum toto tit. de condit. indeb.

Et quòd conſtitutio quæ partim eſt fauorabilis, & partim odioſa, debeat reputari odioſa ſi principaliter facta eſt in odiũ, licèt minùs principaliter reſpiciat fauorem alicuius, hoc patet argumento l. Quæritur. ff. de ſta. hom. & notant. Dom. & Fran. in c. ſciant cuncti de elect. lib. 6.

Imò, & lex diſponens aliquid ad arcendum, & euitandum dolum & ma- 2 litiam, cenſetur † odioſa; vt ait. Bald. communiter receptus in l. pen. nume. 5. C. de pact. dicens quòd ſi ratio legis conſiſtit in præſumptione doli, cenſetur odioſa.

Et quod iura pœnalia ſint odioſa, & 3 reſtringenda legitur in c. pęnę, de penit. diſt. prima, & in l. interpretatione. ff. de pęn. & cap. in pœnis de reg. iur. in 6.

Prout eſt tenendum, quòd iura quæ exorbitant à iure cõi, & regulari, odioſa ſunt & reſtringenda. c. quæ à iure de reg. iu. in 6. cum concord.

Et lex non omnis reſpiciens vtilitatẽ 4 publicam † eſt fauorabilis, ſed quæ principaliter, & immediatè. l. ſi quis ne cauſam. ff. ſi cert. pet. & diſpoſitio potentius influit in immediata, & propinqua, quã in remota, iuxta illud, quæ incontinenti fiunt in eſſe videntur. l. lecta. ff. ſi cert. pet. prout dicitur quòd quis non fit irregularis eo quòd det cauſam remotam homicidij iuxta gloſſ. ſing. in c. de cætero de homic.

Ex quibus conſequens eſt, conſtitutiones pœnales non ideò debere dici fauorabiles quòd ſecundariò, & minus principaliter inducant vtilitatem publicam, vel priuatam; ſed quando fiunt immediatè, & principaliter ad illã inducendã.

DVBITATIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex de non extrahendis equis quæ ſeruatur in regno parthenopæo an obliget clericos etiam in foro conſcientiæ.*

2 *Lex ſecularis etiam fauorabilis, & generaliter loquens non includit clericos, ſi prohibendo vel præcipiendo loquatur.*

3 *Statutum prohibens alienare in non ſubditum non includit clericum.*

Digitized by Google

4 *Lex imperialis generaliter loquens rationabilis & fauorabilis cui non contradicunt canones, etiam locum habet in clericis, dummodo non sit eis prꝙiudicialis, & est cõmunis resolutio.*

3 *Laici extrahentes equos suos in suis equitijs genitos non peccant mortaliter.*

6 *Lex humana etiam iusta si non est recepta non non obligat, & licet sit recepta quoad pꝙnam temporalem fori exterioris, non tamen videtur recepta quoad pꝙnam fori interioris quę est ꝙterna.*

7 *Lex Principis secularis prohibens equos extra regnum exportari non obligat in foro conscientię clericos, nec laicos extrahentes equos in suis equitijs genitos.*

ERsæpè accepi, dùm Romæ degerem, legem adesse in regno parthenopęo de non extrahendis equis. Vnde mihi † fuit facta quæstio, an illa 1 lex de non extrahendis equis obligeret ēt clericos in foro conscientiæ, & sic in foro diuino?

Pro resolutione huius quotidianę quęstionis dico, quòd lex imperatoria etiã generaliter loquens, & nullam de clericis specialem mentionem faciens non includit clericos, si est præiudicialis; imò etiamsi esset fauorabilis, non obligaret clericos attẽto quòd loquitur per verba præceptiua, vel prohibitiua, quantum etiam secundum receptiorem sententiam lex secularis etiam † fauorabilis, 2 & generaliter loquens, non includit clericos, si prohibendo vel prꝙcipiendo loquatur. vt post alios tradit. Dec. in cap. ecclesia Sanctę Mariæ num. 24. & 27. de constit.

Secundò præfata lex videtur præiudicialis. partim quia est pœnalis, & partim quia nemo vocat legẽ huiusmodi fauorabilẽ, quia est odiosa, & in odium delicti inducta ideoque restringenda. c. pœnæ de penit. dist. 1. & l. interpretatione. ff. de pꝙn. cum concord.

Tertiò facit in fauorem clericorum quòd ipsi possint in foro rei extrahere 3 † equos suos in suis equitijs tantum genitos non obstante prædicta lege principis secularis, quia statutum prohibens alienare in non subditum, non includit clericum secundum Io. And. in c. fin. de immun. eccl. in 6. quem communiter receptum probat. Fel. in d. ca. ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 9. de constit.

Concludas ergò, quòd communis resolutio se habet, quod lex imperialis ge-
4 neraliter † loquens, rationabilis, & fauorabilis, cui non contradicunt canones etiam locum habet in clericis dummodo non sit eis prꝙiudicialis. arg. cap. 1. de nou. op. nunc. & c. si in adiutorium 10. dist. fin. & colligitur ex Abb. in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ quo verò ad laicos, qui equos suos in suis equitijs genitos extraxerint, dicas illos non peccare mortali-
5 ter, † quia vt per Nauar. in suo manu. conf. cap. 23. nume. 48. 54. & 57. & 62. lex humana etiam iusta, si non est recepta non obligat, nec etiamsi est recepta quo ad illud quod non est recepta, & con-
6 sequenter quòd licet lex † sit recepta quoad pœnam temporalem, & exteriorẽ fori exterioris, non tamen videtur recepta quoad pœnam interiorem interioris fori, quæ est æterna; lex etenim principis secularis, prohibens vel iubens aliquid sub pœna temporali, non videtur ad pœnam æternam obligare, nisi cùm id quòd prohibet, vel iubet, per aliam legem naturalem diuinam, vel humanam esset sub pœna peccati mortiferi prohibitum, vel iussum: & habet locum hoc dictum, etiam cum adijcitur pœna grauis scilicet amissionis magnorum bonorum famæ, vel vitæ. Vide in præpositio præmissæ quæstionis in terminis terminantibus eund. Nauar. cons. 40. libr. 1. de constit.

Teneas ideò qđ in foro conscientiæ lex principis secularis prohibens equos extra regnum suum asportari, non obli-
7 gat † in foro conscientiæ clericos, imò nec laicos extrahentes equos suos in suis equitijs genitos.

DVBI-

Digitized by Google

DVBITATIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Electionibus si lex constituatur quòd ad electionem talis dignitatis eligantur nisi duo vel tres de tali natione, an talis lex teneat.*
2 *Eligendi libertas debet esse plena in electionibus.*
3 *Electionis libertas potest restringi multis modis, ita quòd maneat tanta quanta est necessaria, ad hoc vt valeat electio.*
4 *Cõsuetudo vt Abbas certi monasterij eligatur, solum de certo monasterio valet.*
5 *Beneficium vt conferatur alicui propinquo illius patroni, statui potest & valide?*
6 *Eligendi libertas non tollitur, eo quòd electio restringitur ad certum genus hominum.*
7 *Papa de collegio tantum Cardinalium el gẽdus, & electus dicitur statuere vt Papa, cum respondet interrogatus vt Papa, & cum interrogatur vt doctor, videtur respondere vt doctor, etiamsi id non exprimat.*
8 *Papa censetur velle id quod respondet.*

IN electionibus solet vt plurimum constitui lex quòd ad
1 electionem talis † dignitatis eligantur nisi duo, vel tres de tali natione, opportunum est quærere, an talis lex teneat, & sit valida?

Prima facie videretur dicendũ quòd non est valida, quia in electionibus de-
2 bet † esse plena libertas eligendi sicut & in matrimonio carnali cõtrahendo, debet etiam esse plenè libertas, potest tamen aliquo modo restringi remanente ad id necessaria, vt tradit. Abb. in cap. cum terra de elect. & in cap. licèt num. 12. cod. titul.

Idcò non obstat hoc fundamentum quia multis modis potest restringi libertas electionis, ita quòd maneat tanta,
3 quanta † est necessaria ad hoc vt electio valeat sicut dixi in matrimonio carnali.

Nec obstaret etiam si lucretur quòd prædicta constitutio contra bonum publicum, & videatur cogere ad eligendos indignos quia multis de causis est valida dicta lex, vt rationabilis, scilicet, ne detur alijs causa superbiendi, vel murmurandi, vel tribuendi nimium sugenti, vel nationi. Tum etiam quia va-
4 let consuetudo, † vt Abbas certi monasterij, eligatur solum de certo monasterio. c. cum dilectas de consuet.

Et valet illa lex quia institui potest beneficium conferẽdũ alicui propinquo patroni iuxta tradita per Roma. in c. cũ in ecclesia sua de præb. in 6. num. 5.

Nec censetur tolli eligendi libertas, eo quòd electio restringatur ad certum genus hominum. vt tradit. Abb. commu-
6 niter † receptus in d. cap. cum terra de
7 elect. vnde, & Papa † de collegio tantum Cardinalium eligatur, qui Papa electus dicitur statuere vt Papa, cum respondet interrogatus vt Papa, & cùm interrogatur vt doctor, videtur respondere vt doctor, etiamsi id non exprimat per illam conclusionem quæ colligitur ex c. pastoralis de excep. vbi. Fely.

Similiter Papa id quòd respondet, de iure respondendo alicui quærenti, vel inrerroganti cum super aliquo dubio
8 iuris, † censetur velle, vt in similibus casibus respondeatur vid. Fely. loco præcitato, & hæc de Papa sint dicta incidẽter.

DVBITATIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia incogitãtia, & inadvertentia legis num excusent in foro Dei, tam secũdum Theologos quàm secundum canonistas?*
2 *Ignorantia, & incogitantia legis pœnalis non ligat in foro conscientiæ.*
3 *Humana lex malè intellecta, vel nullatenus intellecta, nec ad memoriam reducta non ligat in foro animæ.*
4 *Transgressor legis humanæ cum bona fide putans se habere iustam causam transgrediendi non peccat mortaliter.*

Digitized by Google

5 *Ignorantia legis vt excuſet à peccato quot requirat.*
6 *Ignorantia quę dicatur inuincibilis, & probabilis, & quę affectata.*
7 *Craſſa ignorantia quæ dicatur, & quæ iuſta, & probabilis.*
8 *Lex non ligat antequam promulgetur.*
9 *Ignorantia vt conſtet in foro Dei, & conſcientię ſtatur dicto rei.*

QVia deduximus præmiſſa, quę ſpectant ad forum animæ, nõ erit graue quærere, numquid ignorantia, incogitantia, &
1 †inaduertentia legis excuſent in foro Dei reſolno tam ſecundum Theologos, quam ſecundum canoniſtas excuſare prę notata à Santo Thom. in 1. 2. qu. 88. art. 5. & 6. quæ canoniſtas in c. ignorantia de reg. iu. in 6. & in c. turbat. §. notandum. quæſt. 4.

2 †Potiſſimum quando lex eſt pęnalis, quæ etiam ipſo iure pęnam continet, nam talis ignorantia, & incogitantia, nõ ligat in foro conſcientię. iuxta gl. celeb. in c. fraternitas 12. q. 2.

Lex namque humana, malè intellecta
3 non ligat †in foro animę. iuxta. Innoc. in c. per tuas de ſimo. quem cum alijs ad id opportunis refert. Felv. in c. fin. num. 7. de re iud. & à fortiori nullatenus intellecta, nec ad memoriam reducta.

Quia etiam qui bona fide tranſgredi-
4 tur †legem humanam, putans ſe habere iuſtam cauſam tranſgrediendi, non peccat mortaliter vt poſt alios tradit doctiſſimus Nauar. in ſuo manu. confeſſ. c. 23. nume. 43. & in comment. de alien. 2. eccleſ. nu. 9. & 19.

Sed clarius diſcutias, quòd ignorantia legis vt excuſet à peccato tranſgreſſio-
5 nis illius requirit †duo, nempè quòd ſit cauſa peccati; & quòd ſit ignorantia iuſta ſiue probabilis.

Ignorantia quæ eſt cauſa peccati, tollit ſcientiam qua exiſtente non fieret illud, ita reſoluit S. Thom. 1. 2. quæſt. 76. articul. 8.

Ignorantia inuincibilis, & probabilis
6 dicitur, quę † eſt de eo quòd quis tenetur ſcire, vel non poteſt adhibita diligentia, quæ ab alijs ſimæ conditionis arbitrio viri prudentis adhiberi debet, iuxta mentem Sancti Thom. in d. q. 76. & probatur in c. 2. de conſtit.

Hinc conſequenter reſoluas, ignorantiam, quam quis habet, qua non vult ſcire, vt liberius peccet, quæ appellatur affectata, ob negligentiam laborandi, & efficiendi, quòd ad ſciendum homines ſuæ conditionis arbitrio prudentis viri efficere debent, quæ appellatur craſſa, non excuſare. vt per S. Thom. loco præcitato, & probatur p illud Apoſt. 1. Cor. 14. Ignorans ignorabitur, quòd intellige de eo qui noluit intelligere vt faciendo id, quod debet ad intelligendum argumẽto. l. magna negligẽtia. ff. de verb. ſig.

Affectata ea propter ignorantiã etiã quia quis ignorat id, quòd ſcire tenetur, quia non vult ſcire, quo liberius abique ſuæ conſcientię contradictione, vel alia de cauſa peccet, iuxta illud. Pſal. 68. relati in c. ideò 37. diſt. Noluit intelligere, vt bene ageretur quæ ignorantia adeò nõ excuſat aut minuit peccatum, vt etiam augeat ob circumſtantiã mali deſiderij.

Craſſa ſeu ſupina ignorantia dicitur,
7 qua quis ignorat id, quòd † communiter omnes ſui ordinis ſciunt, quòd contingit per culpam latam, quæ excuſat à tanto, ſed non à toto.

Iuſta verò, & inuincibilis à Theologis dicta, & à Canoniſtis probabilis appellata eſt, qua quis ignorat quòd non oportet eum ſcire, qualis eſt eius, qui petit conſilium à iuris habitis pro præditis ſcientia, & conſcientia in id ſufficienti, qui falſo illi conſulunt. argum. capi. capellanus iuncta gloſ. 3. de fer. & eod. 3. quæ tradit Alex. conſ. 1. col. 4. volum. 2. & hæc omninò excuſat, quando ea cauſa actus ignorantiam, interdum eſt cauſa peccati, interdum nõ, ſed eius comes eſt cauſa, quando actus non fieret, niſi ignoraretur, eſt ſolum comes quando pecca-

retur

tenir etiamſi ſciret vt, & hæc nunquid à culpa excuſat, illa vero interdum omninò, interdum ex parte. Et ad hoc, vt quis dicatur legis trangreſſor, & ob id peccare non ſufficit, vt ſciat legem eſſe faciendam, vel fieri, nec eſſe factam, etiam in publico concilio, vt rectè tenet. Dec. contra Abb. in cap. 1. de poſtul. prælat. num. 19. ſi nondum eſt promulgata, quia
3 lex non ligat, † antequam promulgetur. c. leges 4. diſtin. de eſſentia enim legis. c. promulgatio.

De ignorantia verò, vt conſtet, in foro dei, & conſcientiæ ſtatur dicto Bart. arg.
9 c. humanæ aures. 22. q. 5. & gl. ſing. in cle. 1. in verb. non habita de priuileg. & in c. pen. in verb. elect. de ſent. & re iud. in 6.

DVBITATIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia probatur etiam quoad forum exterioris, & qualiter.*
2 *Iramenti probatio admittitur, quia ea quę ſunt in animo aliter probari non poſſunt.*
3 *Iramento eius contra quem eſt præſumptio legis non eſt ſtandum.*
4 *Probatio per iuramen tollitur etiam per alias coniecturas probabiles, ſeu per probationem quòd erat publicè notum.*
5 *Probatio per iuramentum tollitur quando qualitas perſonę vel alia inditia, in contrarium mouent.*

QVid dicendum erit in foro exteriori, & hanc quæſtionem, etſi ſupra tetigerimus, iuuet modò ſuggerere, quòd ignorantia probatur etiam quoad
1 † forum exterius, primò per iuris præſumptionem, qua regulariter præſumitur do nec ſcientia probetur ca. preſumitur de regu. iu. in 6. cuius gloſſa ponit alios tres modos probandi puta per iuramentum c. paſtoralis de except. c. ſi verò 2. de ſent. excom. 2. probando aliquid, quòd neceſſariò conſequitur ignorantiam, vt quòd erat infans, vel furioſus. cap. indutus. 3. q. 9. c. cum dilectus de ſucceſſ. ab int. 3. probando aliquid quòd veriſimilis ignorantia conſequitur, vt probando abſentiam cap. fin. qui matr. accuſ. non poſſ.

Probatio iuramento admittitur, quia regulariter ea quæ ſunt in animo ali-
2 ter probari non poſſunt † iuxta glo. ſing. in §. aliam. Inſt. de act. vt in c. ſignificaſti il 1. de homic. quo fit, vt ſi contrarium probaretur non crederetur iuramento. gl. no. & recepta in c. propoſuiſti 82. diſt. in verb. non probatur, & in cap. eos in verbo. affectata de tempo. ord. in ſexto probatio tollitur etiam per præſumptionem iuris contra quam aliqui iura-
3 uerint per regulam. Bart. † in l. inter omnes. §. ratio. ff. de furt. ſcilicet iuramento eius contra quem eſt præſumptio legis, non eſſe ſtandum.

Tollitur etiam probatio per iuram p alias coniecturas probabiles, ſeu per
4 probationem, quòd † erat publicè notũ vt ait gl. in c. propoſuiſti. 82. diſt. verb. nõ probatur.

Tollitur etiam probatio per iuramentum, quando qualitas perſonæ vel alia
5 † inditia in contrarium mouent ſecundum. Bal. in l. 1. C. de colluſ. detegẽ. quem inter alios ſequitur. Dec. in cap. 2. lect. 2. de conſtit.

DVBITATIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Scientia qua requiratur vt quis à lege ligetur.*
2 *Lex inferioris à principe, ſtatim incipit ligare ſubditos à tempore ſcientiæ.*
3 *Lex de ſtylo, & conſuetudine ligat omnes prouinciales à die publicationis poſt bimeſtre. Et de iure non ligat ſubditos extra prouinciam degentes etiam poſt duos menſes, donec in Metropoli promulgetur. Infertur in caſu ſi Romæ noua lex promulgetur quòd abſentes vel ueſtij non ligantur.*
4 *Naturę, & Dei lex dicat, vt infidi ignorantes legem, non ligentur.*

ed by Google

VT quis à lege ligetur, quæro quæ ſcientia requiratur, & quæ ſufficiat? dicas, quòd quę libet ſcientia videtur ſufficere, eo quòd nec canon, nec
1 † vlla lex videtur diſtinguere, nec reſtringere, & ita nec nos diſtinguere, nec reſtringere debemus. l. de prætio. ff. de public. c. ſi Romanorum. 19. diſt.

Nec requiritur vera ſcientia, quę naſcitur ex notitia intuitiua alicuius quinque ſenſuum, & quæ requiritur in teſte deponente. c. teſtes. 3. q. 9. & quæ definitur in c. ſi quis autem de pœnit. diſt. 7.

Nec ſufficit quælibet auditio, & relatio, ſed requiritur talis, quæ inducat vel inducere debeat fidem, & credulitatem in audiente per argumentum a poſteriori parte formatum vt optimè tangit. Nauar. cap. conſil. 1. num. 10. de conſtit. libro primo.

Et ſi eſt lex inferioris à principe, ſtatim
2 † incipit ligare ſubditos à tempore ſcięntiæ illius ſecundum. Abb. communiter recept. in c. 2. de conſt.

Sed attento ſolo iure ſcripto princeps non videtur ligare ante laptum duorū menſium vt per Abb. & Fely. & Dec. in d. c. 2. & in c. 1. de poſtul. prælat. & auth. vt factæ nou. conſtit. collat. 5.

Frequentioriq; ſtylo, & conſuetudine lex ligat omnes, etiam prouinciales
3 poſt† duos menſes à publicatione legis facta in curia. Et attento ſoli iure ſcripto lex promulgata in curia principis non ligat prouinciales, hoc eſt, ſubditos extra prouinciam, vbi eſt curia, degentes etiam poſt duos menſes à publicatione facta in curia, donec per gubernatores prouinciarum, in earum metropolibus promulgetur d. Auth. vt fact. nou. conſt. Ideò doctiſſimus Caietanus in curia verſatus in 1. 2. q. 90. art. 4. ſic ſcripſit. Quòd ſi Romæ noua lex promulgat, & nec curia ipſa curat, vt promulgatio ad eccleſias cathedrales deueniat, nec prelati, qui ibi ſunt, inſinuant ſuis eccleſijs, accuſari nec apud Deum, nec apud homines ignorātiæ poſſunt abſentes neſcij hæc ille.

Et lex naturæ, & diuina dictat vt iuſtè
4 † ignorantes legem, non ligentur illa c. 2. de conſti. & c. propoſuiſti. 82. diſt. & negari non poteſt indos, Aethiopes occiduos, & Hyperboreos iuſtè ignorare legem humanam nouam in ſola Roma publicatam etiam poſt duos menſes.

DVBITATIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex non recepta an liget.*
2 *Legem iuſtè promulgatam non ſeruans, peccat niſi eam non ſeruet ſciente id ſuperiore.*
3 *Lex quæ decennio non eſt recepta non ligat.*
4 *Paria non ſunt legē reuocari a legiſlatore, & a ſubditis non recipi.*
Reſcriptum eſſe ipſo iure nullum, & eſſe validum ſed elidibile per exceptionem non ſunt paria. ibid.
5 *Reſcriptum nullum parte non opponente valet.*
6 *Extinctum non poteſt reuiniſcere, niſi author illud denuò produceret.*
7 *Lex noua nondum recepta nō cenſetur reuocata.*
Lex non recepta ob ignorantiam eius, ſimul ac habita eius ſcientia fuerit recepta, ligat incolas ac ſi à principio fuiſſet recepta. ibid.

QVid ſi lex non ſit recepta, an liget? dico non ligare c. leges
1 4. diſt. ibi, leges † confirmātur cum moribus vtētium approbantur, & in l. de quibus. ff. de legi. ibi, nā cum ipſe leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quam quòd iudicio populi recepte ſunt. Lex enim antequam recipiatur ſaltem per maiorem partem ciuitatis, cuius pars eſt tranſgreſſor, non ligat, quoniam promulgata videtur cum conditione, ſi recipiatur, ſaltem per maiorem partem, vt ſingulariter dixit. Domi. in d. c. leges per recentiores receptus ibi. & in c. 2. de conſtit. & profundius. Fely. in cap. 1. de treu. & pac. nume. 12. verſic. intelligite quarto, & numer. 13. conſideratione ſecunda.

Imò

Digitized by Google

Imò legiſlator præſumitur ferre legē ſub conditione, ſi fuerit recepta, quia etiam iuſta cauſa excuſat à peccato violationis humanæ S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 6. & 2. 2. q. 147. art. 3. Archid. in c. vtinam. 76 diſt. & iſtam cauſam videtur quis habere non ſeruandi legem, quod ab alijs non ſeruatur, nec cepit ſeruari, cū enim lex reſpiciat vtilitatem communem. c. erit autem lex. 4. diſt. non videtur eius lator velle vnum vel alterum ligare ad ſeruandum, quòd alij con ſubditi non ſeruant, nec ſeruare incipiunt.

Et qui non ſeruant à principio legem iuſtè promulgatam, peccant, ſi tamen
2 † ſciente id ſuperiore, & potente cogere, & non cogente ſeruare, non ſeruant, nō videntur peccare, eo quòd videatur ſuperior eam ſuſpendere, vel tollere iuxta gl. ſing. in d. cap. 1. de treug. & pac. quam. Abb. & communis ibi, & alij alios approbant, quos refert Fel. ibid. num. 7.

Nec ligat lex, quæ decennio non eſt recepta vt poſt multos tradit. Fely. in
3 † d. c. 1. de treug. & pac. num. 13. & primi non recipientes poſſunt excuſari à peccato ex capite probabilis ignorantiæ.

Et nota quòd iuſtior eſt cauſa non obſeruantium legem, eo quòd ignorāt eā, quàm eorum qui ſcientes eam nolunt recipere, nec vti ea: & ratio, quare lex non recepta non ligat, eſt quia non eſt firmata vſu, vt in l. de quibus. ff. de legi. & hęc ratio æquè militat, cum deſinit ſeruari per ignorantiam, ac ſi deſineret ſeruari per renitētiā ſiue voluntatem, ſiue, vt ita dixerim, nolentiam ſeruandi. Nec ſiunt paria legem reuocari à legiſlatore,
4 & eam à † ſubditis non recipi, cafu enim priore extat lex, licèt non liget, donec recipiatur, poſteriore verò non extat lex nec recipi poteſt, ſicut in ſimili non ſunt paria, reſcriptum eſſe ipſo iure, nullum vt in cap. 1. de reſcript. in 6. & eſſe validum, ſed elidibile per exceptionem vt in cap. cæterum de reſcr. illud namque etiam aduerſario non opponente, & cō ſentiente eſt inutile iuxta gloſſ. communiter receptam in d. c. 1. Hoc verò parte
5 non opponente † valet iuxta communem in d. c. cæterum, & c. ex tenore eod. tit. tùm quòd lex iam lata, & promulgata nondum reuocata, licèt à principio non recipiatur à ſubditis, poteſt tamen poſtea mutata volūtate recipi; quia ſubſtantia eius durat, reuocata verò minimè, niſi denuò feratur à legiſlatore, quia iam ſubſtantia eius perijt, & quòd extinctum eſt, nō poteſt reuiuiſcere, niſi author potens illud denuò produceret.
6 † l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. &c. quam periculoſum iunct. gl. 7. q. 1.

Ex quo ſequitur, quòd leges nouum ius inducentes licèt nondum ſint rece-
7 ptæ † in aliquot terris, quibus notum eſt eas eſſe conſtitutas, non cenſentur perijſſe, nec reuocatę quoad illas, ſed quadantenus ſuſpenſæ, ſimul ac vniuerſitates illarum eas receperint, vim ligandi habituræ; ſequitur etiam, legem quæ nō eſt recepta in aliqua terra, ob ignorantiam eius, ſimul ac habita eius ſcientia, recepta fuerit, perinde ligaturā eos qui terram illam incolunt, ac ſi à principio fuiſſet recepta, quoad actus prædictam ſcientiam, & receptionem conſecuturos. Nauar. conſ. 1. nu. 29. lib. 1. de conſt.

DVBITATIO LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex vſu non recepta non ligat.*
2 *Legis humanæ vires tolluntur per non vſum decennalem, & legis canonicæ iam receptæ vires tolluntur per tempus 40. annorum.*
3 *Dubitandi locus non eſt, vbi habemus caſum legis.*
4 *Principis tolerantia approbatiua, ſed non promiſſiua excuſat ab obſeruatione legis.*
5 *Principis tolerantia circa ea quæ ſunt iuris humani, videtur inducere diſpenſationem.*

Vbi

Digitized by Google

DVBITATIO LXI.

SVMNARIVM.

1 *Lex noua disponens in vno casu, an trahatur ad antiquum ex æquiparatione?*

2 *Lex antiqua quoties procedit per modum regulæ semper in lege noua censetur repetita; datur exemplum. ibid.*

3 *Hæredis appellatione venit bonorum possessor in dispositione noua correctoria, ac stricte interpretandæ.*

4 *Remedium adipiscendæ conceditur instituto in in testamento quòd solum iure prætorio sustinetur.*

5 *Bonorum possessor esse non sit hæres verè sed fictè, attamen loco hæredis habetur etiam in dispositionibus stricte interpretandis.*

6 *Mandatum factum ad hæreditatem adeundam adimpleri dicitur adeundo bonorum possessionem.*

7 *Statutum disponens de hærede locum habet in bonorum possessore.*

8 *Bonorum possessor est verè, & propriè hæres sed non in penalibus.*

LEx noua disponens in vno casu, an trahatur ad antiquū ex æquiparatione? Respondeas, quòd quando sunt duo casus æquipa-
1 rati † à lege antiqua, lex noua superueniens, & aliquid disponens in vno, idem in alio quoque disponere censetur. ita glo. in l. siquis seruo persuaserit. C. de fur. quā omnes doctores probant, datur exẽplum, lex antiqua hæredem, & bonorū possessorem æquiparauit. l. hæreditatis appellationc. ff. de verb. sign. ergò constitutio noua tribuens hoc beneficium hæredi, tribuere etiam dicitur bonorum possessori. Ias. in l. 1. §. bonorum. ff. ad Trebell. Cagnol. in l. prætor. num. 3. ff. de regu. iur.

Lex verò antiqua quotiescunque procedit per modum regulæ, semper in le-
2 ge † noua repetita censetur. Bar. in l. prætor. §. erit differentia in fin. ff. vi bon. rapt. Bal. in l. quemadmodum. §. hæc verba. ff. ad l. Falc. Soc. sen. cons. 142. li. 2. vt in proposito exemplo est concludendū, regula legis antiquę est, quòd heredis appellatione comprehendatur bonorum possessor. l. hæreditatis appellatione vbi. Alciat. ff. de verb. sign. ergo illa censetur repetita etiam in casu nouę legis vel constitutionis quæ de hærede loquatur.

Nec huic receptissimæ sententiæ aduersatur ratio qua cõtrariã opinionem nixus est probare. Barbat. in Rub. C. qui adm. nu. 170. & 175. quòd scilicet huiusmodi lex sit correctoria iuris cõmunis, & ob id heredis appellatione non contineri bonorū possessorem, cùm in correctorijs à proprietate sermonis non sit recedendum; quia huic fundamento respõdet. Dec. post alios in l. fi. C. de ed. diu. Adr. toll. quòd licet in vna parte lex noua sit correctoria, & in alia sit exorbitãs, est tamen fauorabilis, & extendi potest,
3 rursus respõderi põt † quod & in dispositione noua correctoria ac strictè interpretanda, appellatione hæredis venit bonorum possessor, quòd clarè sensit Rip. in l. 1. §. bonorum. ff. ad Trebell. & Cagn. d. l. prætor num. 6. ff. de reg. iur.

Inferas ex præmissis, quòd remedium adipiscendæ conceditur instituto in te-
4 stamento, † quòd solum iure prætorio sustinetur. Bart. in l. fin. num. 19. post glo. C. de ed. diu. Adr. toll. & cum eo ibid. trãseunt Ias. num. 14. Dec. num. 39. Cur. iun. num. 68. Ias. l. emancipata num. 19. C. qui adm. & hanc vltus est probare Tiraquel. tract. le mort à saisit le vif. parte 2. declara. 2. ad fin.

Et probatur hęc verissimilis doctorū sententia, quia licèt bonorum possessor
5 non sit hæres verè, † sed fictè, attamen loco hæredis habetur etiam in illis dispositionibus, quæ strictam solum admittunt interpretationem; siquidem lex voluit in omnibus loco hæredis esse l. 2. ff. de bon. poss. l. prætor. ff. de regul. iur. & ideò conditiones, quæ strictè intelliguntur, & quæ admouendæ sunt in formam specificã, puta si hæres non erit, verificatur in bonorum possessore l. in conditionibus.

ſionibus.§.ſi patronus.ff.de cond.& dem. Bar.in l.1.§.bonorum. ff.ad Trebell.quo loci Ripa nu.1. ſcribit dictum §.ſi patronus,non probaret id,quòd ipſe alijs confirmat.

Videmus etiam, quòd mandatum factum ad hęreditatem adeundam,adimpleri dicitur adeundo bonorum poſſeſſionem. † l. ſiquis mihi bona §.ſed ſi mãdauit. ff.de acq. hær.cùm tamen mandatum ſtrictè interpretetur l. diligenter. ff. mand.

Statutum pariter de hęrede diſponẽs, locum habet in bonorũ poſſeſſore Bart. d.l.1.§.bonorum vbi alij ſcrib.† ff.ad Trebell. Iaſ.in l.emancipati num.19. C.qui adm. Socin.ſen.in l.1. 2.notab.ff.de vſu g. Dec.in l.prætor num.4.ff.de reg.iur.Alc. in l.hæreditatis appellatione. ff.de verb. ſignific. vbi diſpolitione odioſa ſcribit hæredis appellatione bonorum poſſeſſorem contineri, quòd placet, & Iaſ.in d. §. bonorum.& Cagnol. in d. l. prætor. num. 3. etſi eo loci Decius Bartolum ſecutus diſſenſerit.

Imò bonorum poſſeſſorem eſſe verè & propriè hæredem aliquibus rationibus contendit † Vacen. lib. 3.de clar.iuris. cap. 103.

In pęnalibus tamen opinatur. Ruin. conſil.143.num.10. lib.5. bonorum poſſeſſorem, hæredis appellatione non contineri.

DVBITATIO LXII.

SVMMARIVM.

1 *Actus non eſt nullus ſi contrarium fiat,niſi lex id expreſsè dicat.*
Multa impediunt contrahenda quæ non tollunt contracta, & multa facta tenent, quæ alias fieri prohibentur.ibid.
2 *Actus quando eſt perfectus, etſi perueniat ad caſum, à quo incipere non poteſt, tamen non vitiatur.*
3 *Appellari non poteſt à ſententia lata in poſſeſſorio de iure ciu.tamen ſi ſit appellatum, & iudex à quo detulit, poterit appellans obtinere ſi liqueat ſententiam fuiſſe iniuſtam.*
4 *Fratres minores ſeu medicantes & ſimiles etſi non poſſint eſſe executores teſtamentorum niſi de ſuperioris licentia, tamen ſi fuerint executi nemine opponente, geſtum per eos valet.*
5 *Clerici & aliæ perſonæ etſi prohibeantur à fideiuſſione,ſi tamen fideiuſſerint,tenet fideiuſſio. Idem dicitur de prohibito exercere officiũ Tabellionatus quia ſi exercet valent inſtrumenta per eum facta,in hoc tamen dic melius vi ibid. remiſſiuè.*
6 *Doctor vel decurio etſi prohibeantur eſſe tabelliones, ſi tamen exerceant, inſtrumenta per eos facta,valent.*

LEx vbi aliquid requirit, vel prohibet, an actus ſit nullus? ſi contrarium fiat,reſolue, quòd ille actus non eſt nullus, ſi contrariũ fiat,niſi lex id expreſsè dicat. Alb. conſi. 21.nu.13.ratio eſt,quia multa impediunt
1 † contrahenda,quæ non tollunt contracta, & multa facta tenent, quæ alias fieri prohibentur vulg.l.patre furioſo.ff.de ijs qui ſunt ſui vel al. iu. cum concordant.

Do exemplum,licèt deficiat matrimonij,ſcilicet,conſẽſus,tamẽ nõ deficit matrimonium contractum; quia quando actus eſt perfectus,licèt perueniat ad ca-
2 ſum,† à quo inciperе non poteſt, tamen non vitiatur.l.pluribus.§. & ſi placent. ff. de verb. obl.

Licèt etiam à ſententia lata in poſſeſſorio de iure ciuili appellari non poteſt.
3 l.vn.C.ſi de † moment.poſſ.Bar.in l. 2. ff. de appell. recip.tamen, ſi ſit appellatum & iudex à quo detulit, vel admiſit,poterit appellans obtinere ſi poſtea liqueat ſententiam eſſe iniuſtam.Bal.in l.poſt sẽtentiam.C.de ſent.Alex. conſ.2. vol. 3.

Licèt etiã fratres minores,ſeu mendicantes, & ſimiles non poſſint eſſe executores teſtamentorum. clem. exiui de paradiſo.de verb.ſig.Bar.in tract. min. in 1. cap. lib. 3. & idem in alijs eccleſiaſticis, niſi à ſuperiore ſuo ſit petita licentia, & obtenta,ca. religioſus de teſtam.in 6.cle.

Digitized by Google

religiosis eo tit. tamen si fuerint executi
4 † illud quod testator ordinauit nemine opponente, gestum per eos valet. Rom. consi. 409. & consi. 235. in 4. dub. prin.

Licèt etiam clerici, & aliæ personæ ecclesiasticæ prohibeantur à fideiussione. c. 1. de fideiuss. tamen si fideiusserint,
5 † valet fideiussio. c. peruenit, & c. constitutus de fideiussio. Rom. consi. 410.

Quamuis pariter clericus, vel Sacerdos prohibeatur exercere officium tabellionatus, c. sicut ne cler. vel mon. tamen si exerceat officium tabellionatus, valent instrumenta per eum facta. Bart. in l. vniuersos in fin. C. de decur. lib. 10. & consi. 61. c. prin. Tu tamen in hoc vt melius, & latius per Abb. in d. c. sicut. Natt. consi. 672. nume. 46. licèt etiam decuriones ciuitatis prohibeantur esse tabelliones, prout & Doctor, & Aduocatus. d. l. vniuersos, tamen si exerceant, instrumẽta per eos facta valent. Bart. in l. 2. & in l. generali circa. med. C. de tabul. lib. 10.

DVBITATIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ non possunt fieri, & prohibentur fieri, si fiant parte nil opponente an valeã? firmatur. ibi quòd valent.*

Exemplum datur in gestis per procuratorem, in probante negatiuam, in testibus receptis post dicta & aperta dicta testium. ibid.

2 *Sententia non debet ferri sub conditione, latæ tamen tenet.*

Impubes etsi non debeat excommunicari, tamen excommunicatus facit indicium. ibid.

3 *Articuli si sint admissi post conclusum in causa, valent; declara vt. ibid.*

4 *Probationes post sententiam, quæ transijt in rem iudicatam, indutiæ parte non opponente, valent.*

5 *Contumacia vera etsi requiratur vt quis possit multari, tamen si iudex ex ficta contumacia multaret, & non appellaretur, valeret.*

6 *Absolutio à iuramento non debet fieri parte nõ vocata, si tamen fiat, tenet.*

7 *Recuperandę possessorio conuenitur, etsi non debeat audiri ante restitutionem super proprietate, si tamen de facto fuerit admissus, & eam probauit, debet iudex pro eo ferre sententiam.*

8 *Aedificans spreta nuntiatione, & admissus per iudicem ad probandum de iure suo principali, tunc cessat demolitio operis nunciati.*

9 *Fideiussor, vel tertius possessor, etsi non possit molestari, nisi prius excusso principali; tamen si ageretur, & nil fuisset oppositum, valet processus.*

10 *Iudex in causa sua vel suorum, etsi quis esse nõ possit, si tamen iudicaret, & pars non opponeret, valeret processus & sententia.*

INsequendo texturam præcedentis dubitationis quæro, an illa quæ non possunt fieri, & prohibentur fieri, si tamen fiant, & nil opponatur à parte, valeant? firmo, quòd valent.

1 Probo ex eo quòd singulariter † dicit Bar. in l. post mortem in fin. ff. de adopt. quòd ea quæ non possunt fieri per procuratorem, si fiant, & nihil opponatur, valent. allegatur glossa de qua. Bar. facit festum in §. liquis ergo vir. igitur licentia in auth. qui. mo. nat. eff. leg. & gl. in c. 1. in verb. criminales de iudic. in 6.

Idem probo ex eo quòd si aliquis iurauit se in veritate recepisse pecuniam, etsi non possit dicere vel probare contrarium, tamen si probauerit istam negatiuam, & nil sit oppositum, valebit probatio, etiam debebit absolui, ita singulariter vult. Bal. in l. fin. propè fin. C. de non num. pec. Alex. consi. 89. vol. 2.

Probo etiã, quia licet regula sit, quòd post aperta, & publicata dicta testium, non possint produci noui testes super eijdem capitulis vel contrarijs, timore subornationis testium. Auth. qui semel. C. de probat. clem. 2. de testi. tamen si fuerint recepti noui testes parte non opponente, plenè probabunt. glo. in d. clem. 2. in verb. produceret de testi. Bartol. in d. Auth. qui semel. in fin.

Habemus ẽt quòd sententia nõ debet
2 ferri sub condiuone, tamen † lata tenet.

12.§.biduum. ff. quando appell. ſic,& gl. in l.fin.C.de his quibus vt indig.vbi licet impuberes non debeant examinari, tamen examinati faciunt indicium. Alex. in l.ſæpe. ff.de re iud.

Licet etiam poſt concluſionem in cauſa, & ſic poſtquam partes renunciarunt omnibus probationibus, non debeant amplius admitti articuli ad probandum, maximè quando concluſio in cauſa facta eſt ad inſtantiam actoris, nõ debent amplius admitti articuli rei ad
3 probandum,† tamen ſi ſint admiſſi, valẽt, quia intelligitur tacitè reuocata illa concluſio in cauſa,quòd dic verum ſi iudex cauſæ ſciebat eſſe in cauſa concluſum,alias ſecùs.clem. 1. de procurat.& §. planè inſti.qui da.tu. poſſ. & præſumitur ſciuiſſe, ſi ipſemet iudex admittens articulos eſt ille,coram quo fuit in cauſa cõcluſum;ſecùs ſi eſſet iudex ſubrogatus in locum demortui,vel remoti.l.qui in alterius.ff.de reg.iu.Abb.in cap.quoniam cõtra de probat.maximè ſecundum eum,ſi admiſſio articulorum fuit facta per iudicem parte preſente,& non contradicẽte per not.in c. cum cauſa in fi. de teſti. idẽ vult.Bal.in l.peremptorias. C. ſent. reſc. non poſſ. Alex.conſi.72.vol. 3.

Inferas ẽt quòd licet poſt ſententiã definitiuam à qua non eſt appellatum,& ſic quæ tranſiuit in rem iudicatam, probationes amplius ſuper meritis cauſæ admitti non debeant, quia per talem diffi-
4 nitiuam,† à qua non eſt appellatum, eſt impoſitus finis liti,ſi tamen pars de facto aliquas probationes induxerit, puta, teſtes,vel inſtrumenta,parte non opponẽte, talia inſtrumenta, tales teſtes,& talia producta valebunt, & plenè probabunt & ſi apparebit de iniuſtitia ſententiæ reſcindetur ſententia.Paul.de Caſtr. & alij Modern. vbi etiam Iaſ.in l.admonendi. ff. de iureiu.

Quãuis pariter requiratur vera cõtumacia ad hoc vt quis poſſit mulctari ſecundum.Bart.& alios in l vn.§.fi.ff.ſi quis ius
5 †iudic.non obt.cum concord. tamen ſi iudex ex facta contumacia mulctaret, & nõ appellaretur,valeret ſecũdũ. Bal.in l. & in mulctis.C.de appell.quem ſequitur ſimpliciter.Alex.d.l.vn.§.fin.vlterius abſolutio à iuramento non debet fieri par
6 te † non vocata, & tamen ſi fiat, tenet. vt not.in c. qua fronte de appella. Abb. conſi.12.vol. 2.

Præterea licet cõuentus poſſeſſorio recuperandæ, non debeat audiri ante reſtitutionem ſuper proprietate,tamen ſi de
7 facto † fuerit admiſſus, & eam probauit, debet iudex pro eo ferre ſentẽtiam.Inn. in cap conſtitutus.de fil. præsb.

Si alicui etiam in opere facta eſt nunciatio noui operis, & ille ſpreta nunciatione ædificauit,debet totum quòd ædificauit, demoliri, nec aditur, volens docere de iure ſuo vt eſt text. in §. 1. l. ſed etſi is & in l.præter in princ.§.hoc interdictum il 2.ff.de op.no.nunc.& in c.2. eod.titu.tamen ſi iſte talis qui ædificauit ſpreta nunciatione, fueri admiſſus per iudicem ad probandum de iure ſuo prin-
8 cipali,† iſto caſu ceſſat demolitio operis ita tenet.Bald.in conſi.113. vol.1.

Et ſi pariter non poſſit agi contra tertios poſſeſſores bonorum,vel contra fi-
9 deiuſſorem,niſi prius excuſſo principali Auth.hoc ſi debitor.C.de pigno.& Auth.præſente.C.de fideiuſſ. Tamen ſi ageretur, & nihil fuiſſet oppoſitum, valet proceſſus;& melius ſecundum. Bart.in l. 2.ad fin.C. comm.diuid.Iaſ. in §.item ſi quis in fraudem.col.29.Inſtit.de actio.

10 †Quamuis etiam quis non poſſit eſſe iudex in cauſa ſua vel eorum.l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſd.om.iud.†Tamen ſi iudicaret, & pars non opponeret, valeret proceſſus,& ſententia.text.d.in l.priuatis in verb.habere poteſt.ff.de iud. Archid. in c.ſtatutum.§.1.de reſcrip. in 6.Paul.de Caſtr.in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iud.

DVBITATIO LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Aequalitas semper laudatur à lege parentibus inter filios.*

2 *Leges & statuta sequuntur naturalem intellectum, & semper debent ita interpretari, ne statuentes mereantur reprehensionem.*

3 *Praesumptio in dubio est iuris, quòd pater velit aequaliter tractare filios.*

LEx vtrum semper hortetur parẽtes ad æqualitatem seruandam inter filios? dicas quòd sic, per tex. in l. cum pater. §. euictis, & ibi gl. ff. de leg. 2. Dec. consi. 59. col. 3. & cons. 319. in fine ratio ea esse potest, quia sic
1 † suadeat æquitas, vt pater tantum relinquat iuris, filio vel filiæ quantum alteri, vt in proposito dotis quæ debet cõgruè dari tàm vni quam alteri sorori, scribit. Dec. in consi. 26. cùm dos succedat loco legitimæ ex solito stylo, & iure vt per Sal. in auth. res quæ in 2. notab. C. communia de leg. & dos non debeat esse minor legitima. Alb. consil. 23. num. 2. & 3.

Leges namque, & statuta sequuntur, & recipiunt naturalem intellectũ, vt in-
2 quit † text. in l. cui pacto. ff. de seruis export. & in l. non sine. C. de bon. quæ lib. & leges, ac statuta ita semper debent interpretari, ne statuentes mereãtur reprehensionem vt ait Soc. consi. 63. col. pen. num. 13. vol. 1. per text. in l. Saluius. Arist. ff. de lega. præstan. tangit. Abb. consil. 96. num. 3. & seq.

Imò lex semper præsumitur in dubio
3 quòd pater velit æqualiter tractare filios §. 1. auth. de nupt. l. fin. Cod. communia vtr. iud.

DVBITATIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex inferior vtrum possit transgredi canonẽ vel legem superioris.*

2 *Pupillo committẽti homicidiũ ratione ætatis, potest commutari pœna mortis.*

3 *Magistratus ob metum periculi, vel scãdali, potest legem transgredi.*

4 *Iudex statuta transgrediens ob multorum salutem excusatur in syndicatu, item ob casum terribilem; item nec dicitur periurus qui ex causa statuta transgreditur. ibid.*

5 *Legem transgredi quandoque æquum est.*

6 *Procurator generalis ex magna causa, potest inhibere procuratori speciali.*

Episcopus ex magna & euidenti causa potest statuere contra ius canon. ibid.

Inferior potest immutare pœnitentiam iniunctam a Papa. ibid.

7 *Emergentia casus horribilis, inducit iustam legum transgressionem, ideò si clericus committat homicidium pro parricidio, vel assassinamento non habet locum dispositio. c. cum non ab homine de iudic.*

8 *Criminis ob immanitatem fertur sententia etiã contra mortuum, etiam pecus traditur morti, & reo denegatur audientia.*

9 *Transgredi leges, & statuta licet ob scientia eminentiam.*

10 *Episcopus potest ex magna causa statuere, quòd certo casu iramentum non validaret contractum.*

11 *Executor nudus ex causa magna, potest admittere exceptionem.*

Papa ex magna causa potest exercere temporalem iurisdictionem in præiudicium gladij imperialis. ibid.

Consuetudo potest ex nona causa induci contra legem reprobatem omnem consuetudinẽ. ibi.

Visitator generalis potest corrigere malefactũ à speciali visitatore. ibid.

Legatus à latere, potest ex magna causa corrigere propriam constitutionem, alias non ibid.

Ordinarius ex causa magna po. est se impedire de causa commissa delegato. ibid.

12 *Testatoris bona habens distribuere, potest ex superuenienti paupertate sui monasterij retinere bona pro ipso monasterio.*

13 *Causa est exprimenda vbi fiat contra regulas iuris.*

Iudex

Digitized by Google

IVdex inferior vtrum poſſit tranſgredi canonem, vel legem ſuperioris? reſpondeas quòd non, niſi tamen adſit
1 magna † cauſa, nam tunc ex magna cauſa poteſt tranſgredi leges vt ſentit. Inno. in c.1.in vlt.gl.& ibid.Fel.num.48.cui addo ego.Nauar.conſil.3.libr.3. de celebr. Miſſ.vbi poſt.Bald.in l. omnes populi. ff. de iuſt.& iu.firmat, quòd Epiſcopus poteſt ſtatuere contra ius canonicum ex magna & euidenti cauſa, inferas hinc, quòd in pupillo committente homicidium ratione ætatis poteſt commutari
2 pœna mortis, & hoc eſt dictum.Bald.in l.etſi ſeuerior col.3. C.de infam.

Imò & propter metum periculi, vel
3 ſcandali poteſt † magiſtratus legem trāſgredi.Bald.in l.ſiquis filio. §.hi autem. ff. de iniuſt. teſta.

Et excuſat in ſyndicatu is qui ob multorum ſalutem tranſgreditur ſtatuta.
4 † Bal.in l.obſeruare in 10.queſt.ff. de off. procon. & lega.

Et propter caſum terribilem licitum eſt tranſgredi leges.Bal. in c. obertus. tit. qualiter olim feud.alie. poſſ.

Prout nec dicitur periurus qui ex cauſa tranſgreditur ſtatuta.Bal. in l.quòd ergo §.pœna grauior.ff. de infam.

5 †Aequū enim qñque eſt legē trāſgredi.Bal.in ca.2.de re iud. & iſtud dictū ſaluat multos aſſeſſores, & ſicut p̄tor iurat ſeruare ſtatuta, ita etiam leges, ideò eas imitando poteſt ex cauſa tranſgredi ſtatuta, vt dicit.Sal.in d.l.etſi ſeuerior. C. de infam. Abb.in c.ſuper his de accuſ.Bald. in c.1.§.iniuria de pa.iur.firm.

Hinc etiam firmo, quòd procurator generalis ex magna cauſa poteſt inhibe
6 re † procuratori ſpeciali per text. in l. ſi hominem.ff.mand per quem tex.ideò dixit.Bald.in d. l. omnes populi, quòd epiſcopus ex magna, & euidenti cauſa, poteſt ſtatuere contra ius canonicum, & idem. Bald. dicit in Rubr. C. qui adm. in prin.quòd poteſtas ex magna, & euidenti cauſa poteſt venire cōtra ſtatuta iurata per quem text. dicunt domini de Rot. in nou.deciſ.262. quòd epiſcopus ex magna cauſa poteſt diſpenſare contra ius canonicum etiam concilij.

Ideò dicit.Abb.in cap.etſi clerici.5.de adu.6.col.de iud.& gl.in c.tempora.25.q. 7.& in ca. latorem. 32.q.3.quòd inferior poteſt mutare pœnitentiā iniunctam à Papa ex magna cauſa, & quòd emergen
7 gentię caſus horribilis inducunt † iuſtā tranſgreſſionem legum, & ob id in homicidio horribili commiſſo per clericū puta pro aſſaſſinamento, vel parricidio non habet locum diſpoſitio tex.in ca.cū non ab homine vbi.Abb. de iud.

Hinc propter immanitatem criminis fertur ſententia contra mortuum. Abb.
8 in c.1.† de homic.facit.gloſ.in §.per contrarium inſti.de hæred.quæ ab int.de fer. & propter immanitatem criminis reus mortuus tradi poteſt beſtijs in cibum. gloſ.in l.2.ff.arb.furt. cęſa. & pecus traditur morti c.mulier 15.q.1. & propter criminis immanitatem reo denegatur audientia.l.per omnes. C. de defenſ. ciuit.

Sicut etiam dicimus quòd propter eminentiam ſcientiæ alicuius, licitum eſt
9 cum eo † tranſgredi leges, & ſtatuta. vt not.Bal.in l.ſed & reprobari.§. fi. in verſi. maximè diſciplinatos homines. ff.de excuſ.tut.facit. c. de multa in fin. de præb. Rom.conſi.308. Bal.in c. Rodulphus de teſti.& in auth. & nouo iure in 3. notab. C.de ſeru.fugit.Innoc.in c. 1. de conſt.

Et ex magna cauſa poſſet epiſcopus facere ſtatutum quòd certo caſu iura-
10 mentum † non validaret contractum. Bald.in repet. l. 2. ff.de iureiur. & ex magna cauſa puta ſi epiſcopus eſt abſens, poteſt appellari à delegato epiſcopi ad Vicarium epiſcopi, & in d.l.ſi hominem. ff. mand. procurator generalis prohibet procuratori ſpeciali ne attentet negotium ſibi commiſſum.

Et ex magna cauſa poteſt nudus executor admittere exceptionem. Abb. in
11 c.de cętero † 3.colu. de re iud.prout etiā ex magna cauſa Papa poteſt exercere iuriſdictio-

iurisdictionem temporalem in præiudicium gladij imperialis. Abb. in c. nouit. 4.col. de indic.

Ex causa noua potest induci consuetudo, contra legem reprobantem omnem consuetudinem. Abb. in cap. 2. col. pen. de probat. & c. fi. ante fi. de consuet. & generalis visitator potest corrigere malefactum à speciali visitatore Bald. in l. si in aliquem. ff. de off. procon. & leg. & legatus de latere potest corrigere propriam constitutionem ex magna causa, alias non. Rom. cons. 36. & ex causa magna ordinarius potest se impedire de causa commissa delegato. c. significauit de off. ord. Card. in c. studuisti vbi glo. de off. deleg. & Abbatissa habens distribuere bona testatoris, potest ex superueniẽ
12 ti † paupertate sui monasterij, retinere bona pro ipso monasterio. Pet. de Anch. cons. 80. Card. in clem. 1. 30. quęst. de test.

Collige tandẽ ex præmissis, quòd vbi aliquid fiat contra regulas iuris ex causa, illa causa est exprimenda secundum.
13 Rom. † consi. 483. Innoc. in ca. præterea. de dilat. quem refert, & sequitur. Oldrad. consil. 287.

DVBITATIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Lex nunquid extendatur in obligatorijs, & pœnalibus?*
2 *Extensio fit in pœnalibus quando agitur de remouendo fraudem, & vbi agitur de vtilitate publica.*
3 *Æquiparatio debet fieri per viam regulæ.*
4 *Ecclesię vel animæ fauore constitutio pœnalis extenditur. Item ex identitate rationis.*
5 *Lex extenditur, & restringitur secundum mentem legislatoris, & rationis.*

NVnquid in odiosis, & pœnalibus, & alijs obligatorijs lex extendatur? declara, illam extẽdi quatenus verba eius in pro
1 prio † significatu se extendant. Leum le-

ge vin. glos. ff. de testa. commendata in hoc pro Aret. in c. de testibus colu. 3. de testi. & allegatur per Nauar. consil. 18. li. 3. de celebr. miss.

Secùs esset dicendum, si ageretur de lata significatione, quia tunc illa in materia non attenditur, vt per Dec. in l. fem per in obscuris. ff. de reg. iu.

Fit etiam extensio legis in pœnalibus, quando agitur de remouendo fraudem, nè dispositio eluforia reddatur. c. si ciui-
2 tas † vbi Domin. in 2. notab. de sent. excomm. in 6. & glo. fin. in cap. quamquam de vsur. in 6.

Vbi etiam agitur de vtilitate publica, tunc etiam in materia pœnali extensio fieri debet, ne delictum sit impunitum. l. 2. §. exercitmun. ff. de his qui not. infam. Bart. in l. quemadmodum in 1. not. per illum text. C. de agric. & cens. l. 11. Dec. cõsil. 65. & Rom. consil. 105. Paul. de Castr. consil. 32.

Quando pariter duo sunt ęquiparata de iure antiquo, pęna statuta in vno, habebit locum in alio, & ista extensio est facta à lege vt not. Bart. in l. si quis seruo, & per gl. ibi. C. de furt. & debet æquipara
3 tio † fieri per viã regulę, vt not. Matthes. in tract. extensionis quem refert, & sequitur Aret. in §. iurs autem ciuile de instit. de iur. nat.

Si agatur quoque de fauore ecclesię,
4 tunc constitutio † pœnalis extenditur. vt not. gl. in c. sciant cuncti de elect. in 6. Abb. in c. nihil. col. antepen. de elect.

Eodem modo si agatur de fauore fidei. vt not. Abb. in cap. 2. in fin. de diuort.

Similiter si agatur de fauore animarum constitutio pęnalis extẽditur. Abb. in c. ex tenore qui fil. sint leg. Bart in aut. sacram. puberum col. pen. versic. quæro vtrum. C. si adu. vend. Rom. consil. 285. Alex. consil. 42. lib. 1. Tunc etiam fit extensio in pęnalibus si ratio sit expressa. Alex. in l. cum mulier per illum tex. in 5. not. ff. sol. mat.

Et generaliter dici potest, quòd etiam vbi agitur de pœna fit extensio de similibus

libus ad ſimilia ab identitate rationis vt no. Bal. per gloſſ. ibi in l. ſi quis id quod. ff. de iur. omn. iud. vbi Alex. column. pen. Aret. in d. §. ius autem ciuile. Inſti. de iur. nat. gen.

Concludas pariter quòd lex extenditur, & reſtringitur ſecundum mentem le-
5 giſlatoris, † & ratione. Mart. Nauar. præcitato conſi. 18. num. 2. vbi citat. Abb. in c. dua geſtum & meminimus de appell.

DVBITATIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Lex partim fauorabilis partim odioſa qualis ſit reputanda?*

2 *Lex diſponens aliquid adarcendum dolum & malitiam cenſetur odioſa, & legis ratio conſiſtens in doli præſumptione cenſetur odioſa.*

3 *Penalia ſunt odioſa, & reſtringenda prout exorbitantia.*

4 *Lex non omnis reſpiciens vtilitatem publicam eſt fauorabilis, ſed quę principaliter, & immediate.*

Diſpoſitio potentius influit immediata, & propinqua quàm in remota, & quæ incontinenti ſunt ineſſe videntur. ibid.

SI quæratur, an lex partim fauorabilis, & partim odioſa, qualis ſit reputanda? reſpon-
1 de quòd † reputãda eſt odioſa, ſi principaliter in odiũ lata eſt, ideò quam reſtringenda, l. qui exceptionem. ff. de cond. ind. qui tex. probat, quòd ſenatuſc. Maced. quod inducit exceptionem pro filijsfam. ad arcendum dolum fęneratorum, & votum captande mortis alienæ, vt habetur in l. 1. ff. ad Maced. eſt odioſum, & ideo reſtringendum, adeò vt tutus eius exceptione ſi ſoluat, non repetat. licèt regulariter tutus exceptione perpetua repetat ſolutum toto tit. de condit. indeb.

Et quòd conſtitutio quæ partim eſt fauorabilis, & partim odioſa, debeat reputari odioſa ſi principaliter facta eſt in odiũ, licèt minùs principaliter reſpiciat fauorem alicuius, hoc patet argumento l. quæritur. ff. de ſta. hom. & notant. Dom. & Fran. in c. ſciant cuncti de elect. lib. 6.

Imò, & lex diſponens aliquid ad arcendum, & euitandum dolum & mali-
2 tiam, cenſetur † odioſa; vt ait. Bald. communiter receptus in l. pen. nume. 5. C. de pact. dicens quod ſi ratio legis conſiſtit in præſumptione doli, cenſetur odioſa.

Et quod iura pœnalia ſint odioſa, &
3 reſtringenda legitur in c. pęnę, de pœnit. diſt. prima, & in l. interpretatione. ff. de pęn. & cap. in pœnis de reg. iur. in 6.

Prout eſt tenendum, quòd iura quæ exorbitant à iure cõi, & regulari, odioſa ſunt & reſtringenda. c. quæ à iure de reg. iu. in 6. cum concord.

Et lex non omnis reſpiciẽs vtilitatẽ
4 publicam † eſt fauorabilis, ſed quæ principaliter, & immediatè. l. ſi quis ne cauſam. ff. ſi cert. pet. & diſpoſitio potentius influit in immediata, & propinqua, quã in remota, iuxta illud, quæ incontinenti fiunt in eſſe videntur. l. lectæ. ff. ſi cert. pet. prout dicitur quòd quis nõn fit irregularis eo quòd det cauſam remotam homicidij iuxta gloſſ. ſing. in c. de cætero de homic.

Ex quibus conſequens eſt, conſtitutiones pœnales non ideò debere dici fauorabiles quòd ſecundariò, & minus principaliter inducant vtilitatem publicam, vel priuatam; ſed quando fiunt immediatè, & principaliter ad illã inducendã.

DVBITATIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex de non extrahendis equis quæ ſeruatur in regno parthenopæo an obliget clericos etiam in foro conſcientiæ.*

2 *Lex ſecularis etiam fauorabilis, & generaliter loquens non includit clericos, ſi prohibendo vel præcipiendo loquatur.*

3 *Statutum prohibens alienare in non ſubditum non includit clericum.*

4 Lex

4 *Lex imperialis generaliter loquens rationabilis & fauorabilis cui non contradicunt canones, etiam locum habet in clericis, dummodo non sit eis prejudicialis, & est cõmunis resolutio.*

3 *Laici extrahentes equos suos in suis equitijs genitos non peccant mortaliter.*

6 *Lex humana etiam iusta si non est recepta non non obligat, & licet sit recepta quoad pœnam temporalem fori exterioris, non tamen videtur recepta quoad pœnam fori interioris quę est æterna.*

7 *Lex Principis secularis prohibens equos extra regnum exportari non obligat in foro conscientię clericos, nec laicos extrahentes equos in suis equitijs genitos.*



Ersæpè accepi, dùm Romæ degerem, legem adesse in regno parthenopęo de non extrahendis equis. Vnde mihi † fuit facta quæstio, an illa
1 lex de non extrahendis equis obliget ĕt clericos in foro conscientiæ, & sic in foro diuino?

Pro resolutione huius quotidianę quęstionis dico, quòd lex imperatoria etiã generaliter loquens, & nullam de clericis specialem mentionem faciens non includit clericos, si est præiudicialis; imò etiamsi esset fauorabilis, non obligaret clericos attẽto quòd loquitur per verba præceptiua, vel prohibitiua, quantum etiam secundum receptiorem sententiam lex secularis etiam † fauorabilis,
2 & generaliter loquens, non includit clericos, si prohibendo vel pręcipiendo loquatur. vt post alios tradit. Dec. in cap. ecclesia Sanctę Mariæ num. 24. & 27. de constit.

Secundò præfata lex videtur præiudicialis. partim quia est pœnalis, & partim quia nemo vocat legẽ huiusmodi fauorabilẽ, quia est odiosa, & in odium delicti inducta ideoque restringenda. c. pœnæ de penit. dist. 1. & l. interpretatione. ff. de pœn. cum concord.

Tertiò facit in fauorem clericorum quòd ipsi possint in foro rei extrahere
3 † equos suos in suis equitijs tantum genitos non obstante prædicta lege principis secularis, quia statutum prohibens alienare in non subditum, non includit clericum secundum. Io. And. in c. fin. de immun. eccl. in 6. quem communiter receptum probat. Fel. in d. ca. ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 9. de constit.

Concludas ergò, quòd communis resolutio se habet, quod lex imperialis ge-
4 neraliter † loquens, rationabilis, & fauorabilis, cui non contradicunt canones etiam locum habet in clericis dummodo non sit eis prejudicialis. arg. cap. 1. de nou. op. nunc. & c. si in adiutorium 10. distin. & colligitur ex Abb in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ quo verò ad laicos, qui equos suos in suis equitijs genitos extraxerint, dicas illos non peccare mortali-
5 ter, † quia vt per Nauar. in suo manu. conf. cap. 23. nume. 48. 54. & 57. & 62. lex humana etiam iusta, si non est recepta non obligat, nec etiamsi est recepta quo ad illud quod non est recepta, & con-
6 sequenter quòd licet lex † sit recepta quoad pœnam temporalem, & exteriorẽ fori exterioris, non tamen videtur recepta quoad pœnam interiorem interioris fori, quæ est æterna; lex etenim principis secularis, prohibens vel iubens aliquid sub pœna temporali, non videtur ad pœnam æternam obligare, nisi cùm id quòd prohibet, vel iubet, per aliam legem naturalem diuinam, vel humanam esset sub pœna peccati mortiferi prohibitum, vel iussum: & habet locum hoc dictum, etiam cum adijcitur pœna grauis scilicet amissionis magnorum bonorum famæ, vel vitæ. Vide in præpositio præmissæ quæstionis in terminis terminantibus eund. Nauar. cons. 40. libr. 1. de constit.

Teneas ideò qđ in foro conscientiæ lex principis secularis prohibens equos extra regnum suum asportari, non obli-
7 gat † in foro conscientiæ clericos, imò nec laicos extrahentes equos suos in suis equitijs genitos.

DVBI-

DVBITATIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Electionibus si lex constituatur quòd ad electionem talis dignitatis eligantur nisi duo vel tres de tali natione, an talis lex teneat.*
2 *Eligendi libertas debet esse plena in electionibus.*
3 *Electionis libertas potest restringi multis modis, ita quòd maneat tanta quanta est necessaria, ad hoc vt valeat electio.*
4 *Cõsuetudo ut Abbas certi monasterij eligatur, solum de certo monasterio valet.*
5 *Beneficium vt conferatur alicui propinquo illius patroni, statui potest & valide?*
6 *Eligendi libertas non tollitur, eo quòd electio restringitur ad certum genus hominum.*
7 *Papa de collegio tantum Cardinalium eligẽdus, & electus dicitur statuere vt Papa, cum respondet interrogatus vt Papa, & cum interrogatur vt doctor, videtur respondere vt doctor, etiamsi id non exprimat.*
8 *Papa censetur velle id quod respondet.*

IN electionibus solet vt plurimum constitui lex quòd ad
1 electionem talis † dignitatis eligantur nisi duo, vel tres de tali natione, opportunum est quærere, an talis lex teneat, & sit valida?

Prima facie videretur dicendũ quòd non est valida, quia in electionibus de-
2 bet † esse plena libertas eligendi sicut & in matrimonio carnali cõtrahendo, debet etiam esse plenè libertas, potest tamen aliquo modo restringi remanente ad id necessaria, vt tradit. Abb. in cap. cum terra de elect. & in cap. licèt num. 12. cod. titul.

Idcò non obstat hoc fundamentum quia multis modis potest restringi libertas electionis, ita quòd maneat tanta,
3 quanta † est necessaria ad hoc vt electio valeat sicut dixi in matrimonio carnali.

Nec obstaret etiam si lucretur quòd prædicta constitutio contra bonum publicum, & videatur cogere ad eligendos indignos quia multis de causis est valida dicta lex, vti rationabilis, scilicet, ne detur alijs causa superbiendi, vel murmurandi, vel tribuendi nimium sugenti, vel nationi. Tum etiam quia va-
4 let consuetudo, † vt Abbas certi monasterij, eligatur solum de certo monasterio. c. cum dilectas de consuet.

Et valet illa lex quia institui potest beneficium conferẽdũ alicui propinquo patroni iuxta tradita per Roma. in c. cũ in ecclesia sua de præb. in 6. num. 5.

Nec censetur tolli eligendi libertas, eo quòd electio restringatur ad certum genus hominum. vt tradit. Abb. commu-
6 niter † receptus in d. cap. cum terra de
7 elect. vnde, & Papa † de collegio tantum Cardinalium eligatur, qui Papa electus dicitur statuere vt Papa, cum respondet interrogatus vt Papa, & cùm interrogatur vt doctor, videtur respondere vt doctor, etiamsi id non exprimat per illam conclusionem quæ colligitur ex c. pastoralis de excep. vbi. Felv.

Similiter Papa id quòd respondet, de iure respondendo alicui quærenti, vel inrerroganti cum super aliquo dubio
8 iuris, † censetur velle, vt in similibus casibus respondeatur vid. Felv. loco præcitato, & hæc de Papa sint dicta incidẽter.

DVBITATIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia incogitãtia, & inaduertentia legis num excusent in foro Dei, tam secũdum Theologos quàm secundum canonistas?*
2 *Ignorantia, & incogitantia legis pœnalis non ligat in foro conscientiæ.*
3 *Humana lex malè intellecta, vel nullatenus intellecta, nec ad memoriam reducta non ligat in foro animæ.*
4 *Transgressor legis humanæ cum bona fide putans se habere iustam causam transgrediendi non peccat mortaliter.*

Digitized by Google

5 *Ignorantia legis vt excuſet à peccato quot requirat.*
6 *Ignorantia quę dicatur inuincibilis, & probabilis, & quę affectata.*
7 *Craſſa ignorantia quæ dicatur, & quæ iuſta, & probabilis.*
8 *Lex non ligat antequam promulgetur.*
9 *Ignorantia vt conſtet in foro Dei, & conſcientię ſtatur dicto rei.*

QVia deduximus præmiſſa, quę ſpectant ad forum animæ, nō erit graue quærere, numquid ignorantia, incogitantia, &
1 † inaduertentia legis excuſentur in foro Dei reſoluo tam ſecundum Theologos, quam ſecundum canoniſtas excuſare prę notata à Santo Thom. in 1. 2. qu. 88. art. 5. & 6. quæ canoniſtas in c. ignorantia de reg. iu. in 6. & in c. turbat. §. notandum. quæſt. 4.

2 † Potiſſimum quando lex eſt pęnalis, quæ etiam ipſo iure pęnam continet, nam talis ignorantia, & incogitantia, nō ligat in foro conſcientię. iuxta gl. celeb. in c. fraternitas 12. q. 2.

Lex namque humana, malè intellecta
3 non ligat † in foro animę. iuxta. Innoc. in c. per tuas de ſimo. quem cum aliis ad id opportunis refert. Felv. in c. fin. num. 7. de re iud. & à fortiori nullatenus intellecta, nec ad memoriam reducta.

Quia etiam qui bona fide transgredi-
4 tur † legem humanam, putans ſe habere iuſtam cauſam tranſgrediendi, non peccat mortaliter vt poſt alios tradit doctiſſimus Nauar. in ſuo manu. confeſſ. c. 23. nume. 43. & in comment. de alien. 2. eccleſ. nu. 9. & 19.

Sed clarius diſcutias, quòd ignorantia legis vt excuſet à peccato tranſgreſsio-
5 nis illius requirit † duo, nempè quòd ſit cauſa peccati; & quòd ſit ignorantia iuſta ſiue probabilis.

Ignorantia quæ eſt cauſa peccati, tollit ſcientiam qua exiſtente non fieret illud, ita reſoluit S. Thom. 1. 2. quæſt. 76. articul. 8.

Ignorantia inuincibilis, & probabilis
6 dicitur, quę † eſt de eo quòd quis tenetur ſcire, vel non poteſt adhibita diligentia, quæ ab alijs ſuæ conditionis arbitrio viri prudentis adhiberi debet, iuxta mentem Sancti Thom. in d. q. 76. & probatur in c. 2. de conſtit.

Hinc conſequenter reſoluas, ignorantiam, quamquis habet, qua non vult ſcire, vt liberius peccet, quæ appellatur affectata, ob negligentiam laborandi, & efficiendi, quòd ad ſciendum homines ſuæ conditionis arbitrio prudentis viri efficere debent, quæ appellatur craſſa, non excuſare. vt per S. Thom. loco præcitato, & probatur p illud Apoſt. 1. Cor. 14. Ignorans ignorabitur, quòd intellige de eo qui noluit intelligere vt faciendo id, quòd debet ad intelligendum argumēto. l. magna negligētia. ff. de verb. ſig.

Affectata ea propter ignorantiā etiā quia quis ignorat id, quòd ſcire tenetur, quia non vult ſcire, quo liberius abique ſuæ conſcientię contradictione, vel alia de cauſa peccet, iuxta illud Pſal. 68. relati in c. ideò 37. diſt. Noluit intelligere, vt bene ageretur quæ ignorantia adeò nō excuſat aut minuit peccatum, vt etiam augeat ob circumſtantiā mali deſiderij.

Craſſa ſeu ſupina ignorantia dicitur,
7 qua quis ignorat id, quòd † communiter omnes ſui ordinis ſciunt, quòd contingit per culpam latam, quæ excuſat à tanto, ſed non à toto.

Iuſta verò, & inuincibilis à Theologis dicta, & à Canoniſtis probabilis appellata eſt, qua quis ignorat quòd non oportet eum ſcire, qualis eſt eius, qui petit conſilium à iuris habitis pro præditis ſcientia, & conſcientia in id ſufficienti, qui falſo illi conſulunt. argum. capi. capellanus iuncta gloſ. 3. de fer. & eod. 3. quæ tradit Alex. conſ. 1. col. 4. volum. 2. & hæc omninò excuſat, quando ea cauſa actus ignorantiam, interdum eſt cauſa peccati, interdum nō, ſed eius comes eſt cauſa, quando actus non fieret, niſi ignoraretur, eſt ſolum comes quando peccaretur

Digitized by

retur etiamsi sciret vt, & hæc nunquid à culpa excusat, illa vero interdum omninò, interdum ex parte. Et ad hoc, vt quis dicatur legis trangressor, & ob id peccare non sufficit, vt sciat legem esse faciendam, vel fieri, nec esse factam, etiam in publico concilio, vt rectè tenet. Dec. contra Abb. in cap. 1. de postul. prælat. num. 19. si nondum est promulgata, quia
8 lex non ligat, † antequam promulgetur. c. leges 4. distin. de essentia enim legis. c. promulgatio.

De ignorantia verò, vt constet, in foro dei, & conscientiæ statur: dicto Bart. arg.
9 c. humanæ aures. 22. q. 5. & gl. sing. in cle. 1. in verb. non habita de priuileg. & in c. pen. in verb. elect. de sent. & re iud. in 6.

DVBITATIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia probatur etiam quoad forum exterioris, & qualiter.*
2 *Iuramenti probatio admittitur, quia ea quę sunt in animo aliter probari non possunt.*
3 *Iuramento eius contra quem est præsumptio legis non est standum.*
4 *Probatio per iuramen ñ tollitur etiam per alias coniecturas probabiles, seu per probationem quòd erat publicè notum.*
5 *Probatio per iuramentum tollitur quando qualitas personę vel alia inditia, in contrarium mouent.*

QVid dicendum erit in foro exteriori, & hanc quæstionem, etsi supra tetigerimus, iuuet modò suggerere, quòd ignorantia probatur etiam quoad
1 † forum exterius, primò per iuris præsumptionem, qua regulariter præsumitur do nec scientia probetur ca. presumitur de regu. iu. in 6. cuius glossa ponit alios tres modos probandi puta per iuramentum c. pastoralis de except. c. si verò 2. de sent. excom. 2. probando aliquid, quòd necessariò consequitur ignorantiam, vt quòd erat infans, vel furiosus. cap. indutus. 3. q. 9. c. cum dilectus de succes. ab int. 3. probando aliquid quòd verisimilis ignorantia consequitur, vt probando absentiam cap. fin. qui matr. accus. non poss.

Probatio iuramento admittitur, quia regulariter ea quæ sunt in animo ali-
2 ter probari non possunt † iuxta glo. sing. in §. aliam. Inst. de act. vt in c. significasti il 1. de homic. quo fit, vt si contrarium probaretur non crederetur iuramento. gl. no. & recepta in c. proposuisti 8 2. dist. in verb. non probatur, & in cap. cos in verbo. affectata de tempo. ord. in sexto probatio tollitur etiam per præsumptionem iuris contra quam aliqui iura-
3 uerint per regulam. Bart. † in l. inter omnes. §. ratio. ff. de furt. scilicet iuramento eius contra quem est præsumptio legis, non esse standum.

Tollitur etiam probatio per iurm p alias coniecturas probabiles, seu per
4 probationem, quòd † erat publicè notũ vt ait gl. in c. proposuisti. 82. dist. verb. nõ probatur.

Tollitur etiam probatio per iuramentum, quando qualitas personæ vel alia
5 † inditia in contrarium mouent secundum. Bal. in l. 1. C. de collus. detegẽ. quem inter alios sequitur. Dec. in cap. 2. lect. 2. de constit.

DVBITATIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Scientia qua requiratur vt quis à lege ligetur.*
2 *Lex inferioris à principe, statim incipit ligare subditos à tempore scientiæ.*
3 *Lex de stylo, & consuetudine ligat omnes prouinciales à die publicationis post bimestre. Et de iure non ligat subditos extra prouinciam degentes etiam post duos menses, donec in Metropoli promulgetur. Infertur in casu si Romæ nona lex promulgetur quòd absentes vel nescij non ligentur.*
4 *Naturę, & Dei lex dictat, vt insidè ignorantes legem, non ligentur.*

Imò legiſlator præſumitur ferre legẽ ſub conditione, ſi fuerit recepta, quia etiam iuſta cauſa excuſat à peccato violationis humanæ S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 6. & 2. 2. q. 147. art. 3. Archid. in c. vtinam. 76 diſt. & iſtam cauſam videtur quis habere non ſeruandi legem, quod ab alijs non ſeruatur, nec cepit ſeruari, cũ enim lex reſpiciat vtilitatem communem. c. erit autem lex. 4. diſt. non videtur eius lator velle vnum vel alterum ligare ad ſeruandum, quòd alij conſubditi non ſeruant, nec ſeruare incipiunt.

Et qui non ſeruant a principio legem iuſtè promulgatam, peccant, ſi tamen
2 † ſciente id ſuperiore, & potente cogere, & non cogente ſeruare, non ſeruant, nõ videntur peccare, eo quòd videatur ſuperior eam ſuſpendere, vel tollere iuxta gl. ſing. in d. cap. 1. de treug. & pac. quam. Abb. & communis ibi, & alij alios approbant, quos refert Fel. ibid. num. 7.

Nec ligat lex, quæ decennio non eſt recepta vt poſt multos tradit. Fely. in
3 † d. c. 1. de treug. & pac. num. 13. & primi non recipientes poſſunt excuſari à peccato ex capite probabilis ignorantiæ.

Et nota quòd iuſtior eſt cauſa non obſeruantium legem, eo quòd ignorãt eã, quàm eorum qui ſcientes eam nolunt recipere, nec vti ea: & ratio, quare lex non recepta non ligat, eſt quia non eſt firmata vſu, vt in l. de quibus. ff. de legi. & hęc ratio æquè militat, cum deſinit ſeruari per ignorantiam, ac ſi deſineret ſeruari per renitẽtiã ſiue voluntatem, ſiue, vt ita dixerim, nolentiam ſeruandi. Nec ſunt paria legem reuocari à legiſlatore,
4 & eam à † ſubditis non recipi, caſu enim priore extat lex, licèt non liget, donec recipiatur, poſteriore verò non extat lex nec recipi poteſt, ſicut in ſimili non ſunt paria, reſcriptum eſſe ipſo iure, nullum vt in cap. 1. de reſcript. in 6. & eſſe validum, ſed elidibile per exceptionem vt in cap. cæterum de reſcr. illud namque etiam aduerſario non opponente, & cõſentiente eſt inutile iuxta gloſſ. communiter receptam in d. c. 1. Hoc verò parte
5 non opponente † valet iuxta communem in d. c. cæterum, & c. ex tenore cod. tit. tùm quòd lex iam lata, & promulgata nondum reuocata, licèt à principio non recipiatur à ſubditis, poteſt tamen poſtea mutata volũtate recipi; quia ſubſtantia eius durat, reuocata verò minimè, niſi denuò feratur à legiſlatore, quia iam ſubſtantia eius perijt, & quòd extinctum eſt, nõ poteſt reuiuiſcere, niſi author potens illud denuò produceret.
6 † l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. &c. quam periculoſum iunct. gl. 7. q. 1.

Ex quo ſequitur, quòd leges nouum ius inducentes licèt nondum ſint receptæ † in aliquot terris, quibus notum eſt
7 eas eſſe conſtitutas, non cenſentur perijſſe, nec reuocatę quoad illas, ſed quadantenus ſuſpenſæ, ſimul ac vniuerſitates illarum eas receperint, vim ligandi habituræ, ſequitur etiam, legem quæ nõ eſt recepta in aliqua terra, ob ignorantiam eius, ſimul ac habita eius ſcientia, recepta fuerit, perinde ligaturã eos qui terram illam incolunt, ac ſi à principio fuiſſet recepta, quoad actus per dictam ſcientiam, & receptionem conſecuturos. Nauar. conſ. 1. nu. 29. lib. 1. de conſt.

DVBITATIO LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex vſu non recepta non ligat.*
2 *Legis humanæ vires tolluntur per non vſum decennalem, & legis canonicæ iam receptæ vires tolluntur per tempus 40. annorum.*
3 *Dubitandi locus non eſt, vbi habemus caſum legis.*
4 *Principis tolerantia approbatiua, ſed non promiſſiua excuſat ab obſeruatione legis.*
5 *Principis tolerantia circa ea quæ ſunt iuris humani, videtur inducere diſpenſationem.*

Vbi

VBi quæratur an lex vſu non recepta obliget, reſponde, premiſſa in præcedenti quæſtione connectendo, quòd non
1 ligat, nec habet vires iuxta † c. in iſtis. §. leges diſt. 4. vbi habentur hæc verba, leges inſtituuntur, cùm promulgantur, & firmantur cùm moribus vtentium, approbantur, ſicut etiam moribus vtentium in contrarium nonnullæ ſæpè hodie abrogantur per quem tex. gl. ſolemnis, & reputata ſingularis in c. 1. de treug. & pace dixit tranſgreſſorem legis vel canonis non recepti minimè peccare nec puniẽdum eſſe, cuius rei exemplum eſt in d. c. 1. quo ſtatutum fuit, ne bellum etiam iuſtum fieret in aduentu, vſque ad octauã Epiphaniæ nec à ſeptuageſima vſque ad octauam Paſchæ, quòd tamen non ligat quia non fuit receptũ, & duo ſimilia exẽpla ponit Gratianus in c. ſtatuimus, & c. denique 4. diſt. & eſt concluſio recepta per omnes communiter, vt copioſiſſimè tradit. Felyn. poſt alios in d. c. 1. de treu. & pace num. 6. & in alijs ſeqq. Card. Alexan d. §. leges, & confirmatur per tex. in c. fin. de conſuet.

Et quamuis adſit controuerſia, tamen verior reſolutio videtur, quòd ſufficiat tempus decem annorum ad tollendum
2 † vires legis humanæ non receptæ, quãuis ad tollendas vires legis canonicæ iã receptæ, requiratur tempus quinquaginta annorum; vt tradunt Calderinus, & Imol. in d. c. 1. de treug. & pac. relati, & approbati à Felyn. ibid. nume. 13. vbi ergo
3 habemus caſum † legis, non eſt dubitandum, nec dubitandi locus. l. ancillæ. C. de furt. Nota pariter in propoſito, quòd ab obſeruatione legis excuſat̃ tollerantia principis approbatiua, ſed non per-
4 miſſiua. iuxta glo. celebrem, quæ de hac duplici permiſſione meminit in c. denique 4. diſt. quia princeps per ſolam tollerantiam approbatiuam dicitur excuſare fraudantes legem. c. cum iam dudum de præben. & cum aliqua contemndo eſt notoria in vrbe, vel aliquo loco, quam præſumitur princeps ſcire, & tollerare, huiuſmodi principis tollerãtia circa ea, quæ ſunt iuris humani, videtur inducere diſpenſationem iuxta ſingularem glo. ab Abb. putatam celeberrimam, & à præpoſ. menti tenendam in c. quia circa de conſang. & affin.

DVBITATIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Ratio legis vel canonis dominatur verbis ſicut anima corpori.*
Limitata cauſa limitatum parit effectum ibid.
Ratio adiuncta facit recedi a proprio ſignificatu verborum antecedentium, & operatur, quòd illud quod dubitatiuè eſt dictum, habetur pro dicto ſine aliqua dubitatione ibid.
Teſtimonium teſtis deponentis per hæc verba, credo contenta in articulo eſſe vera, quia vidi & præſens fui, non ratione dicti, ſed vi rationis adiunctæ valet. ibid.
2 *Lex recipit reſtrictionem à ratione.*
3 *Etiamſi ratio non ſit ſcripta in lege, vel ſtatuto; & fieret præiudicium tertio imò etiamſi ratio non ſit expreſſa, fiet reſtitutio.*
4 *Statutum generale non reſtringitur per rationem vbi non cauetur illud debere ſeruari prout iacet ad literam.*
5 *Legi eſt ſtandum nec recedẽdum à verbis illius.*
6 *Reſtrictio legis non fiet à ratione, quando quis non perderet lucrum indebitè prout, & quando expedit Reip. legem non reſtringi.*

SOlet dici paſſim, q̃ ſicut anima dominatur corpori, ita ratio legis, vel canonis dominatur verbis. l. ſcire legis. ff. de le-
1 gi. †. l. cum mulier vbi Doct. ff. ſol. matr. l. non dubium cum ibi not. per gl. & Doct. C. de legi. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus iunct. gl. ff. de verb. ſign. c. fi. vbi Dy. de reg. iu. in 6. Intelligentia immediatorũ ſumenda eſt ex cauſis dicendi. c. intelligentia, & c. præterea de verb. ſig. & generaliter dici ſolet, limitata cauſa, limitatũ parit effectũ. l. in agris. ff. de acquir. dom.

Felyn.

Bely. in c. cum ordinem de reſcript. Imò quòd plus eſt ratio adiuncta facit recedi à proprio ſignificatu verborum antecedentium, & operatur, quòd illud quòd dubitatiuè eſt dictum, habeatur prodicto ſine aliqua dubitatione. text. c. in l. ſi ſeruus. §. qui quinque. ff. de leg. 1. vbi Bal. & Paul. de Caſt. qui per hoc ſingulariter dicũt, quòd valet teſtimonium teſtis deponentis per hæc verba, credo contenta in articulo eſſe vera, quia vidi, & præſens fui, non ratione dicti, ſed vi rationis adiunctæ per quam, verbum credo, ponitur affirmatiuè, & non dubitatiuè, licèt hoc non ſit de ſui natura.

Quæro propterea, an lex recipiat reſtrictionem, vel interpretationem reſtrictiuam à ratione † poſita, ſeu ſcripta in lege? & firmo quòd recipiat per text. in l. cum patre §. dulciſſimis. vbi Bar. & alii. ff. de leg. 2. & in l. adigere. §. quis vbi ẽt. Bar. ff. de iure patro. Sal. in repet. l. 2. C. de noxa. act. Abb. in c. eccleſiæ de immn. eccl. ratio eſt ſupra deducta, quia ratio eſt anima legis, d. l. ſcire cum concord. 2

Et procedit huiuſmodi concluſio nõ ſolum quando ratio eſt expreſſa in lege, vel ſtatuto, imò quando vnica tantum poteſt coniecturari. Ita Paul. de Caſtr. in d. l. non dubium. Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præter. Abb. in c. ad audiẽtiam de deci. & in c. fin. de reſcr. ratio eſt, quia vbi non poteſt reddi vna ratio ſtatuti, illa habetur pro expreſſa in ſtatuto gl. ord. in d. l. quamuis, & ibi. Bal. Paul. de Caſtr. C. de fideicom.

Fit etiam reſtrictio legis vel ſtatuti generalis etiamſi ratio non ſit ſcripta in lege, vel † ſtatuto, quando per aliam legẽ vel ſtatutum reperitur facta reſtrictio. d. l. quamuis, & ibi. Angel. & per doct. in d. l. non dubium. 3

Fit pariter reſtrictio etiamſi ratio non ſit ſcripta in lege, vel ſtatuto, quando reſultaret abſurditas, ſi non reſtringeretur lex, vel ſtatutum generaliter text. eſt not. in l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de exc. tut. & facit tex. in l. vt gradatim. §. etiamſi lege. ff. de mun. & hono. & l. 1. iũct. gl. in verb. vnuſquiſque. C. de ſacroſ. eccl. & l. Cæſar. ff. de publicat. & l. fin. C. de teſtam. mil. cum ſimil.

Fit quoque reſtrictio etiamſi ratio nõ ſit expreſſa in lege, vel ſtatuto quando fieret præiudicium tertio, ſi non fieret reſtrictio. text. eſt not. in l. ſi quando in prin. C. de inoff. teſt. & eſt ratio, quia princeps cõcedẽdo legẽ generalẽ, vel cõcedendo alicui priuilegiũ generale non videt velle reuocare leges ſpeciales, vel p̃iudicare tertio. c. eccleſia veſtra il 2. de ele. l. 2. §. ſi quis à principe, & §. merito. ff. neq. in loco pub. & c. quãuis de reſc. in 6.

Imò etiam ſi ratio non ſit expreſſa, fiet reſtrictio in lege, vel ſtatuto, quando quis indebitè damnum pateretur in perſona, vel rebus, niſi fieret reſtrictio. text. eſt not. in l. 2. C. de noxal. act. vbi Salyc. & Doct. & pulcher tex. in c. ad audientiam de cler. non reſcid. & in c. cum dilectus de conſuet.

Vbicunque verò in ſtatuto generali habente rationem ſcriptam, vel non, ca- 4
uetur † debere illud ſtatutũ ſeruari, put iacet ad litteram, tunc non reſtringitur per rationem, ita expreſſè probatur in l. perſpexit, quæ hoc modo intellecta habet ſpiritum. ff. qui & a quibus.

Et vbi in ſtatuto nulla eſt expreſſa ratio, & dubia eſt cauſa ſtatuti quia neſcitur, quid potuit mouere ſtatuentem ad faciendum tale ſtatutum, tunc ſtandum 5
eſt legi, & verbis legis, † & ab illis non eſt recedendum. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exorc. & l. non aliter. ff. de leg. 3. ita. Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præter.

Quando pariter quis perderet lucrum indebite, ſiue ratio ſit expreſſa in lege, ſi- 6
ue † non, tunc non fiet legis reſtrictio à ratione. d. l. proſpexit.

Prout, & quando expedit Reipub. legem non reſtringi, tunc enim intelligitur generaliter, & non reſtringitur. l. 1. C. de præci. imp. offf. Bal. in l. cum mulier. ff. ſol. matr. lat. latè in l. 1. §. nuntiatio. ff. de no. op. nunc. vbi te remitto.

DV-

DVBITATIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Lex ſemper eſt punctuanda, vt decidat caſum dubium.*

2 *Lex vel canon habens plures intellectus, non poteſt præcisè allegari ad deciſionem cauſarum.*

Quod multipliciter intelligitur, illius veritas ignoratur. ibid.

3 *Præcepto diuino vel eccleſiæ in cuius intellecta ſunt variæ opiniones, ſequendo vnam earum non peccat contrafaciens pendente declaratione præciſa per eccleſiam, licet poſtea illa opinio quam prius ſecutus eſt reprobetur.*

4 *Sententia lata contra legem vel canonem habentem plures intellectus, non eſt ipſo iure nulla, ſed debet appellari ab ea.*

5 *Vbi plures ſunt intellectus, debet in dubio capi ille intellectus qui eſt dubitabilis.*



Ex quandoque habet plures intellectus, velim ſcire quid ſeruandum ſit in illius declaratione?

Primo ſciendum eſt quòd quando lex poteſt dupliciter punctuari, & vno modo punctuata, decidit caſum dubium, alio autẽ modo punctuata non decidit caſum dubium, ſemper eſt ita punctuanda, vt de-
1 cidat caſum † dubium. arg. l. quòd labeo. ff. de carbon. edic. & l. 1. ff. ad municip. Lud. Rom. in ſuo ſingul. 748. & in conſil. 509. & eſt de mente gloſſ. in c. 1. in verb. clericum de tempo. ord. in 6.

Rurſus ſciendum eſt, quòd quandocunque lex, vel canon habet plures intellectus, tunc huiuſmodi canon vel lex non poteſt efficaciter, & præcisè allegari ad deciſionem cauſarum ita ſingulari
2 ter † dicit. Bartol. in l. ambiguo. ff. de reb. dub. & ſequitur. Alex. in l. 1. 2. col. ff. ſol. matr. & Fel. in c. 1. circ. fi. de conſtit. quòd enim multipliciter intelligitur illius veritas ignoratur, vt decidit. Bal. in l. data opera 10. colu. C. qui accuſ. non poſſ. & idem. Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum in princip. ff. de offic. procon. & lega.

Vlterius ſciendum eſt quòd ille qui facit contra legem præcepti diuini, vel Eccleſiæ, in cuius intellectu ſunt variæ opiniones, ſequendo vnam earum non peccat, quamdiu non eſt facta præciſa declaratio per eccleſiam, licèt poſteà
3 illa opinio † quam prius ſecutus eſt reprobetur. ita ſingulariter dicit glo. rectè intellecta in c. capellanus, & ibi. Io. And. de Butr. Abb. & alij de fer. & Alex. conſi. 1. 2. volum. & faciunt notat. per Innoc. & Bald. in c. ne innitaris de conſtit. & eſt bona gl. in c. vn. ſuper ver. de cætero, de poſtul. prælat. in 6.

Inſuper notandum eſt quòd ſentẽtia lata contra legem vel canonem hominũ plures intellectꝰ vel lecturas hñs, nõ
4 eſt † ipſo iure nulla, ſed debet appellari ab ea, alias tranſit in rem iudicatam tex. eſt ſing. in l. cum probatis vbi hoc firmat Io. de Imol. ff. de re iud. & c. paſtoralis cũ ibi not. per Abb. & Felin. & alios, de fid. Inſtrum.

Eſt pariter aduertendum, quòd quandoquando in lege ſunt plures intellectus, debet in dubio capi ille intellectus, qui
4 † eſt dubitabilis. l. quòd labeo. ff. de carbon. edic. & 2ult. Abb. in c. eum in iure peritus de elect. quidem verum etiamſi talis duplicitas intellectus, vel amphibologia, ſurgat ex diuerſo modo punctuandi, etiam in conſtitutione penali vt ten. tex. iunct. gl. ſing. in c. 1. in verb. de clericum de temp. ordin. in 6.

DVBITATIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua non liceat ei reſilire.*

Vltima voluntas eſt ambulatoria vſque ad vltimum vitæ ſpiritum. ibid.

Contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt-

facto

facto neceſſitatis. ibidem.

2 *Papa & Imperator habent plenitudinem poteſtatis, & ſunt ſupra legem poſitiuam, & ſi obligentur ex contractu.*

3 *Contractus principis habet vim legis.*

4 *Succeſſores Papæ, & Imperatoris, non tenentur ſeruare pacta, & contractus contra naturam ſuæ dignitatis.*

Papa, & Imperator eligitur, ideò ſucceſſor eorum non habet cauſam à defuncto. ibid.

Succeſſores Regum Ducum Marchionum.

5 *Comitum, & huiuſmodi tenentur ſeruare cõtractus defuncti, niſi alienatio a defuncto facta tenderet in magnam diminutionem iuriſdictionis.*

6 *Donatio Conſtantini Imperatoris facta Eccleſiæ probatur.*

7 *Papa habet verè, & propriè plenitudinem poteſtatis, & vtranque iuriſdictionem vnam in actu, aliam in habitu.*

Imperator verò ſolum habet iuriſdictionem temporalem, quæ per Papam impediri non debet. ibid.

Papa eſt maior imperatore, quia eum confirmat, vel reprobat, & ſemel admiſſum deponit, rationabili cauſa ſubſiſtente. ibi.

Papa eſt luminare maius, licèt ipſe, & Imperator ſint duo luminaria magna. ibid.

8 *Diſputare non licèt de potentia principis in iis quæ ſpectant ad ſuam iuriſdictionem, de ſciẽtia ſua benè licet diſputare, quia quandoque errat.*

Principi nulla fit iniuria, cum dicimus ipſum quandoque errare, ſed eum reputamus bonum, & æquum imò maieſtas ſua per illa duo nomina conſeruatur in eſſe ibid.

9 *Principis mandata, & reſcripta debent intelligi cum iuſtitia, & ſalno iure tertij, & cum clauſula, ſi preces veritate nitantur.*

HAbemus in iure, quòd nemo ſibi legem poteſt imponere, à qua non liceat ei reſilire. l. ſiquis in principio, vbi Bar. & alij. ff. de leg. 3. & l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. cum ſimilibus, & licèt hoc procedat in vltimis voluntatibus, quæ ſunt
1 ambulatoriæ † vſque ad vltim. vitæ ſpiritum. l. 3. in fin. cũ l. ſeq. ff. de adim. lega. & c. cum Marthę de celebr. miſſ. non autem procedit in contractibus, quia principio ſunt volũtatis, & ex poſt facto neceſſitatis. l. ſicut cum gloſſ. & Doct. C. de actio. & oblig. ſed quid dicendum erit in Papã, & in Imperatore in dic, quòd in illis eſt plenitudo poteſtatis, nõ enim ſubſunt legibus, ſed ſunt ſupra legem. l. digna vox C. de legib. l. princeps. ff. eod. l. ex imperfecto. ff. de leg. 3. c. ad honorẽ de auctor. & vtiu pall. c. illa de elect. cum ſimilibus.

Intelligit tamen de lege poſitiua, nã
2 illi, non ſubſunt Papa, & Imperator, ſed legi diuinę ambo ſubſunt, vt filij eccleſiæ iuxta not. per gloſ. in auth. ad hæc C. de vtiu. & eſt tex. in c. quidam 25. q. 1. qđ tamen declara, vt per glo. in c. poſſt tranſlationem in fin. de remunc. vbi Io. And. quo inter alia dicit, quòd Papa nihil poteſt contra euangelia quatenus concernunt fidem, & ea quæ ad eam pertinent, in alijs autẽ anima ſua eſt in manica ſua, quia eſt ſupra omnia concilia, ſecundum eund. Io. And. qui ibi allegat tex. in c. ſignificaſti de elect.

Declara quoque vt vterque eorum obligetur ex contractu. c. 1. vbi omnes Doct. de probat. & c. 1. vbi Bald. de nat. feud. in vſibus feudorum Paul. de Caſtr. & alij in l. digna vox. C. de legib. aliàs vt dicit Bal. in l. princeps. ff. de legib. & in l. 2. c. de ſeru. & aqua. qui eſt omniũ præſul, eſſet tàmquã exul, & ſi in hoc principes vellent vti plenitudine poteſtatis dicerentur ea abuti, & eſſet potiùs plenitudo tempeſtatis, quam poteſtatis.

Hinc inferas, quod contractus principis habet vim legis, & poſſunt allega-
3 ri ſicut lex. † l. donationes vbi Bartol. & Bal. C. de donat. int. vir. & vxor. & idem Bart. in l. Cæſar. ff. de publica. & in l. Ciuitas. ff. ſi cert. pet. hinc quotidie allegãtur tractatus pacis initi cũ principibus, gloſ. in auth. de defenſo. Ciuit. collat. 2. in verſ. iuriſdictione in fin. allegat pacẽ Conſtantiæ, quam fecit Federicus ſecundus

cundus cum Lombardis, & Ciuitatibus Italiæ.

Et licèt Papa, & Imperator teneantur
4 ſeruare pacta, † & contractus; ſucceſſores tamen eorum non tenentur, niſi cõuenta eſſent de natura, vel conſuetudine ſuæ dignitatis, prout eſt infeudare', & eſt ratio, quia ſucceſſor non habet cauſam à defuncto, ſed vterque tàm Papa, quam Imperator eligitur, vt de Papa legitur in c. licet de elect. & in c. vbi periculum eo. tit. in 6. & de Imperatore habetur in c. venerabilem de elect. & in c. ad apoſtolicæ in fin. de re iudic. in 6. ita ſingulariter dicit Bald. in l. 1. vbi ſequitur. Iaſ. ff. de conſtit. prin.

Sed aliud eſt dicendum in regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, & huiuſmodi, quia talia deferuntur per
5 † ſucceſſionem. o. licèt de voto cum ibi not. per Doct. & nedum ipſi ſed etiam eorum ſucceſſores tenentur ſeruare pacta, & conuentiones ſeu cõtractus per generalem regulam. l. cum à matre. C. de rei vendic. & in c. abbate ſanè de re Iudic. in 6. niſi tamen rex dux, Marchio, comes, vel baro, alienaret aliqua, quorum alienatio tenderet in magnam diminutionem iuriſdictionis regalis ducatus, Marchionatus, Comitatus, vel baroniæ, quia tunc non valeret etiamſi interueniret iuramentum. c. intellecto vbi Doct. de iureiu. niſi fieret alienatio in eccleſiam, vt videri poteſt in donatio
6 ne † conſtantini de qua in c. Conſtantinus vbi pulchrè per præpoſit. 96. diſt. & in c. fundamenta de elect. in 6. & in cle. Romani de iureiu. & habetur per Bart. Bald. & omnes in proœmio. ff. veteris, & de hac materia idem. Bar. in l. prohibere. §. planè. ff. quòd vi aut clam. & per Bald. in extrauag. de pace Conſtantiæ, & per eund. in l. pen. C. de bon. quælib. & per Paul. de Caſt. in d. l. digna vox.

Differunt autem maximè inter ſe Papa, & imperator, quia in Papa verè, & propriè dicitur eſſe plenitudo poteſta-
7 tis, † quia ipſe habet vtranque iuriſdictionẽ, vnam in actu, & aliam in habitu iuxta not. per Doct. in c. nouit. de iud. & in c. licèt ex ſuſcepto de fo. compet. & in c. cauſamque, & in c. per venerabilem qui fil. ſint legit. Imperator autem ſolum habet iuriſdictionem temporalem, quæ per papam impediri non debet d. c. cauſam, & papam eſſe maiorem Imperatore, patet ex eo, quia eum confirmat, vel reprobat, d. c. venerabilem, & ſemel admiſſum deponit rationabili cauſa ſubſiſtente. d. c. ad Apoſtolicæ de re iud. in 6. cum ibi nota. licèt enim ambo ſint luminaria magna, vnum tamen eſt maius vt eſt text. in c. ſolitæ de maior. & obed. cum aliis vulg.

Et quamuis non liceat diſputare cum principe de potentia in ijs, quæ ſpectãt
8 ad ſuam † iuriſdictionem. vt in l. 2. vbi gl. Salyc. & alij. Doct. C. de crim. ſacrile. & in c. ſi quis ſuadente diabolo. §. qui autem 17. q. 4. & habetur per canon. in c. litteras de reſtit. ſpoliat. & per legiſtas in l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. publ. Nihilominus de ſcientia ſua benè licèt diſputare, quia quandoque errat, vt eſt tex. in l. 2. ff. de ſuppl. elect. lega. & ſimiliter de voluntate ſua vt in l. ex facto. ff. de vulga. nec vllam per hoc iniuriam facimus principi, ſed cum reputamus bonum, & æquum, imò maieſtas ſuper illa duo nomina conſeruatur in eſſe d. l. ex facto vt de omnia mandata, & reſcripta principis
9 † debent intelligi cum iuſtitia. & ſaluo iure tertij, & hinc eſt, quod quotidie videmus in practica contra reſcripta principum, opponi de ſubreptione, & obreptione, quia in eis debet ſubintelligi clauſula, ſi præces veritate nitantur. c. 2. & c. ſuper litteris de reſcrip. & l. 2. C. ſi contra ius vel vtil. pub. cum ſim. ita notat. Archid. in d. c. ſi quis ſuadente in §. qui autem, & Io. And. in c. à nobis il 2. de ſent. excom. & Bald. in l. 1. ff. de conſtit. princ.

DVBI-

DVBITATIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa, an ita indistinctè debeat vti plenitudine potestatis, & in dubio an ita præsumatur?*
2 *Papa non est sustinendus si sine causa rationabili aliquid attentet contra vniuersalem statum ecclesiæ, & contra eum potest resisti per concilium generale.*
3 *Clausula de plenitudine potestatis, & illa ex certa scientia idem important.*
4 *Bulla vel rescriptum continens clausulam ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis si in parendo imminet scandalum, potest retardari ab eius executione, & laudandus qui eo casu supersedet.*
5 *Dispensare potest Papa circa mutationem diuini officij, non tamen vt clericus non teneatur dicere aliquod officium.*
6 *Papa vbi præcipiat aliquod iniustum laico circa temporalia, non est ei obtemperandum.*
7 *Papæ non licet nec principi absque causa legitima auferre alicui dominium, & causa subsistente non licèt, nisi data recompensa rationabili.*
8 *Episcopo qui causa vitandi scandali, cogitur renunciare episcopatui, debet dari bonum cambium.*
9 *Constitutionibus Papalibus, & si censeatur derogatum per clausulam generalem, non tamen censetur derogatum constitutionibus conciliorum, sed requiritur specialis derogatio.*
10 *Papæ potestas etsi amplissima sit, tamen in arduis nil debet facere, sine consilio Cardinalium.*
11 *Principis summi tam secularis quam Ecclesiastici plura sunt singularia priuilegia.*

PRæmissæ quæstionis seriem subsequendo, velim scire nũ quid Papa ita indistinctè debeat vti plenitudine potestatis? & dico, quòd non, sed rarò, & subsistente causa, & in dubio non præsumi-
1 tur † vti potestate absoluta, sed ordinaria, ita singulariter dicit. Innoc. in c. in-notuit de elect. & sequitur. Abb. in c. illa quotidiana de elect. & Fely. in c. cum inter de except.

Nec ideò Papa est sustinendus si sine causa rationabili aliquid attentare velit contra vniuersalem statum ecclesiæ, imò in hoc casu, ecclesia vniuersalis vel concilium generale, ecclesiam re-
2 præsentans potest † resistere Papæ, licèt etiam non veniat contra fidem; ita singulariter vult. Innoc. in c. quanto vbi. etiam. Abb. de consuet. & per eund. Innoc. in c. inquisitioni de sent. excom.

Et est animaduertendum, quòd illa clausula de plenitudine potestatis, & illa clausula, ex certa scientiã, idem im-
3 portant † ita singulariter vult gl. ord. & post eam. Abb. Fely. & alij in c. adhęc de rescrip. & sentit. Bald. in l. eos in prin. C. de appell. & Rom. in suo singul. 760.

Imò etiam vbi Papa in bulla vel rescripto inserit clausulam, ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, si in parendo, & obediendo imminet scanda-
4 lum, † potest super sederi, nec est reprehendendus, imò laudandus, qui eo casu supersedet. ita singulariter volunt Card. & Io. de Imo. inc. si quãdo de resc. & idem Card. consi. 242. & Per. Anchar. consi. 240. Fely. in d. c. si quando, & ca. 2. de rescript.

Licèt enim vt speciale exemplum afferatur summus Pont. possit dispensare
5 † circa mutationem officij diuini clem. 2. de celeb. miss. non tamen potest, dispẽsare, vt clericus non teneatur dicere aliquòd officium, cùm alia sit ratio in toto quàm in parte. Abb. in c. 1. de celebr. miss. Et vbi Papa præciperet aliquid iniustum laico circa temporalia, non est
6 obtemperandum. ita † singulariter vult Innoc. & sequuntur omnes. Doct. in c. inquisitioni de sent. excomm.

Nec ob id licèt Papæ vel Principi cessante causa legitima, auferre alicui dominium, & causa subsistente, adhuc nõ
7 † licèt nisi data recompensa rationabili, ita singulariter dicit. Archid. in c. per

principalem 9.queſt.3.& Paul.de Caſtr. in l.digna vox.C. de legi.& pro hoc dicto eſt bonus tex.in l.ſerui. C. pro quib. cauſ. ſer. præ liber. accip. vbi expreſsè. Bald. & eſt text.in l. vendito.§.ſi conſtat vbi.Paul.de Caſt.ff.communia præd. & hoc tene,quicquid dicat.Angel.in l. itē ſi verberatum.§.primo per illum tex. ff. de rei vendic.pro quo etiam facit ſingulare dictum. Innoc. in c. niſi cum pridē de rentū.vbi eleganter dicit, quòd epiſcopo qui cauſa vitandi ſcandali cogi-
8 tur † renunciare epiſcopatui, debet dari bonum cambium, in pace tamen videtur ſpeciale, vt recompenſa alia non detur, quia pax ipſa ſit ſufficiens recōpenſa, vt videtur probari in c. in noſtra de iniur.& facit.l.1.C.de ead.toll.& videtur de mente.Card.in conſ.85. & de hac materia abundè diſſerunt.Doct.in proemio digeſtorum,& in l.fi.C.ſi contra ius vel vtil.pub.& per Abb.& Fely.in c.quæ in eccleſiarum de conſtit. & in c. in noſtra de iniur.

Et ſcito,quòd plenitudo quam habet Papa contra ius, difficilius extenditur
9 ad conſtitutiones conciliorum,† quam ad alias, quia licèt conſtitutionibus, Papalibus cenſeatur derogari per clauſulam generalem, nō obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus apoſtolicis, &c. non tamen per dictam clauſulam generalem cenſetur derogatum cō ſtitutionibus conciliorum, ſed requiritur ſpecialis derogatio, ita ſingulariter dicit Bald. in l.humanum. C.de legi. poſt Archid.in c.1.de conſtit.in 6. Fely. in c.nonnulli.de reſcrip.

Licetq; poteſtas Papæ ſit ampliſſima, tamen in arduis nihil debet facere ſine
10 conſilio Cardinalium.† ita ſingulariter dicit Io.Monachi in c.ſuper eo de hæreſ. in 6. & Hoſt.in ca.2. de cler. non reſid.ſi tamen contrarium fecerit actus nihilominus valebit. ita ſingulariter dicit prepoſ.in cap.1. in princ. in tit.Epiſcopum, vel Abbatem feudum dar.non poſſ. in vſibus feud.& Abb.ac alij in c.2.de cler. non reſid.& Doct. cum gloſ. in clem.ne Romani de electio.vnum verò non eſt ignorandum, quòd plura ſunt ſpecialia in Principe, quæ poſſunt videri magiſtraliter collecta per Bald. & alios in l.
11 reſcripta. † de prec.Imp. off. per gloſ.& canon.in c. quod translationem de off. legat.in c. propoſuit de conceſſ.præbē. & pleniſſimè per Specul. in tit. de legat §.nunc oſtendendum., & per Iacob. Aluar.in tit.quis dicatur dux, marchio,comes,in 6.col.Iacob.de ſancto Georg.in tract.inueſtituræ in ver. Princeps Pedemontium, in omnibus iſtis locis plura habes ſingularia priuilegia ſummi Principis tàm ſecularis, quam eccleſiaſtici in practica quotidie occurrentia.

DVBITATIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Leges & ſtatuta laicorum reſpicientia ordinem procedendi, etiam contra clericos obſeruari debent in foro ſeculari vbi agitetur cā.*
2 *Clericus litigans in foro ſeculari non poterit appellare ante ſententiam de foro Ciui. nam poſſe, vel non poſſe appellari reſpicit modū procedendi, & non cauſæ deciſionem.*
3 *Interlocutoria qua pronunciatum fuit non poſſe appellari habet vim diffinitiuæ, & talis pronunciatio reſpicit deciſoriam.*
4 *Clerico litigenti in foro ſeculari ſeruabitur inſtantia iuris ciu. etiam contra clericum.*
5 *Compromittere tenetur etiam clericus litigāte in foro ſeculari in quo viget ſtatutum, quod debeant fieri compromiſſum.*
6 *Forenſis litigans in foro alieno obligatur ſtatuto illius fori, inferas etiam ad alia.ibid.*

VTrum legis, & ſtatuta laicorum, quæ reſpiciunt ordinē procedendi etiā contra clericos obſeruari debeant? reſolue. † quòd ſic, vbi cauſa in foro ſecu-
1 lari agitetur gloſ.eſt quam omnes ſequūtur in c.quòd clericus de for. compet.& eſt regula communis, quòd in his, quæ ſpe-

ſpectant ad litis ordinationem, attenditur ſtatutum, vel conſuetudo, vbi cauſa agitur l. 3. §. fin. vbi Bart. ff. de teſti. idē Bar. in l. 1. col. 6. verſ. quæro. C. de ſumm. Trin. nam cum iudicium naſcatur, vbi agitatur, legibus, & ſtatutis illius loci ſubijcitur Raph. Cuma. conſ. 139. & habet locum etiam reſpectum clericorum, qacùm lex canonica cōſentiat, quòd cauſa ibi agitetur, ſecundum regulam, quę eſt, quod actor forum rei ſequatur c. cūſit generale de for. compet. videtur velle, quòd ſecundum leges illius iudicis cauſa tractetur, vt per Io. Andr. in rubr. de conſti. Cuma. d. conſ. 138. non poteſt enim lex canonica dare modum procedendi in foro ſeculari, niſi aliter in tali materiā puta vſurarum, à iure canonico diſponatur: inferas; quòd clericus litigans in foro ſeculari, non poterit appellari ante ſententiam, † ſecundum quòd iura ciuilia diſponunt. ita voluit Archid. in c. non ita 2. q. 6. & Abb. in c. qualiter 2. not. de iudic. nam poſſe appellari reſpicit modum procedendi, & non deciſionem cauſæ, vt not. Alex. in l. 1. circa fin. ff. deleg. 2. & conſ. 166. l. 2. circa fin. & hoc de plano procedit, quādo agitur de appellatione ante ſententiam, & ſic de appellatione ob interlocutoriā, quia ex hoc, ius partis perimitur, ſecus videtur, ſi præcisè tollatur appellatio etiam à diffinitiua, quia tunc hoc videtur reſpicere deciſionem cauſæ, ideò tale ſtatutum non preiudicaret clerico litiganti in foro ſeculari, quia ſicut interlocutoria, qua pronunciatum fuit non poſſe appellari, habet vim diffinitiuæ, † vt not. Bal. in rub. C. ne lic. ter-prouoc. col. 2. & Bart. in l. Titia. ff. de accuſ. ita videtur, quòd talis pronunciatio reſpiciat deciſoriam.

Inferas quoque, quòd clerico litigan ti in foro ſeculari, ſeruabitur inſtantia iuris ciuilis etiam contra clericum, & ideò ſtatutum laicorum limitans tempus inſtantiæ, † ſeruabitur etiam contra clericum litigantem in curia ſeculari Salic. in auth. Caſſa 1. quæſt. C. de ſacroſ. eccleſ.

Prout etiam in caſu: ſi adeſſet ſtatutū laicorum, quòd debeat fieri compromiſſum, illud dicimus habere locum contra clericum litigantem in foro ſeculari, quia compromittere eſt de proceſſu litis † vt not. Bald. in l. ſi iudex in fin. ff. de his qui ſunt ſui, & ideò exceptio, quæ impedit proceſſum impedit compromiſſum, vt not. Bald. in l. fratris. ff. de tranſact. & ſic videtur, quòd clericus teneatur ad compromiſſum, quia in reſpicientibus ordinem, & proceſſum, clericus litigans in foro ſeculari obligatur, & per iſtam rationē concludit Paul. de Caſtr. conſ. 73. quòd forenſis litigans in foro alieno, † vbi viget tale ſtatutū cogatur ad compromiſſum, & idem tenet idem Caſt. conſ. 66. Corn. conſ. 114. libr. 2. hoc tamen videtur procedere, quando ſtatutum ſingulariter cogit ad compromiſſum, & vlterius non diſponit, ſecùs ſi per ſtatutum vlterius procedatur, vt quia dicatur, quòd laudum ſecutum ex tali compromiſſo habeat paratam executionem, vel quòd reductio ad arbitrium boni viri peti non poſſit: nam tali caſu non tolluntur remedia iuris contra iniquitatem arbitrorum, & ideò ſtatutum videtur deciſionem reſpicere, ita Bald. in c. fin. verſ. quid ſi ſtatutum, vt lite pend.

Inferri poteſt etiam ad alia quæ notantur per Doct. Abb. & alios. præcipuè per Dec. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 45. & ſeqq. de conſtit. vbi te remitto.

DVBITATIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Lex loquens in caſu vero, extenditur ad caſū fictum in diſpoſitione iuris vbi eſt eadē ratio.*

2 *Lex loquens in caſu vero, etſi in pœnalibus nō comprehendit caſum fictum, tamen in diſpoſitione iuris extenditur ad caſum actum vbi eadem ſit ratio.*

Delictum

3 *Delictum ſtupri leuius eſt adulterio, & leuius punitur, etiam in caſu ſuſpicionis adulterii dotes amittuntur; etſi ſuſpicio minor ſit quã adulterium, & ſtuprum commiſſum.*

LEx loquens in caſu verò, an extendatur ad caſum fictum? affirmes, quòd extenditur in diſpoſitione iuris, vbi eſt ea-
1 dem ratio. † l.1. §.deceſſiſſe.ff.de vi & vi arm. Doct. præſertim Imol.in l.Gallus.§. & quid ſi tantum col.2. verſ.tu potes dicere.ff.de liber.& poſth.quem refert, & ſequitur. Alex.conſ.82. nu.8. vol.2.

Ideò licèt in pœnalibus lex loquens in caſu verò, nõ comprehendat caſum fictum.l.3. §.hæc verba. ff.de negot.geſt. tamen contrarium eſt verius in diſpoſi.
2 tionis, † quæ loquens in caſu vero extenditur ad caſum fictum, vbi eadem ſit ratio.vt per Oſaſc.deciſ.72.num.32.

Et quamuis lex pœnalis loquens in caſu vero, non extendatur ad caſum fictum etiam reſpectu eiuſdem perſonæ, quãdo minor eſt ratio in caſu ficto, q̃ in caſu vero.vt exẽplificat in delicto ſtupri quòd leuius eſt adulterio, quia leuius
3 punitur. §. item † lex Iulia inſti. de pub. iud. leuiorque eſt iniuria quæ fit defuncto, quam quæ fit viuenti, ergò vnum ad aliud extendi non debet.vt per Rip. in l.2.num.8.ff.ſol.matr. Attamen etiam in caſu ſuſpicionis adulterij dotes amittuntur, & nihilominus ſuſpicio minor eſt quam adulterium, & ſtuprum commiſſum, vt per Oſaſc.d. deciſ. 72. nu. 32. vbi vide omnino.

DVBITATIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ſeu remedium ſtatuti annullantis actum in fauorem alicuius, ipſo iure debet peti, alias ſibi non ſuccurrit.*
2 *Peculium aduentitium patre conſentiente, expreſsè vel tacitè poteſt alienari.*
3 *Dotales res non poſſunt alienari etiam conſentientibus viro, & vxore; ſed talis alienatio inter ea valet, donec is, cuius fauore fuerit prohibita petierit eam reuocari.*
4 *Iudex poteſt quandoque ex officio ſupplere, parte etiam non petente, nec opponente.*

NOn eſt nouum in iure, quòd beneficium legis non conceditur niſi petenti, quæro an lex, vel ſtatutum quando aliquem actum in fauorem alicuius etiam
1 ipſo iure annullat, debeat intelligi ſi petatur? & affirmo quòd debet peti, alias illud remedium ſibi non ſuccurrit per Dec.conſil.313.num.1. vbi rerum fideicommiſſo ſubiectarum alienatio tenet, niſi à fideicommiſſario reuocari petat.

Infero quòd peculium aduentitium patre conſentiente, expreſsè, vel tacitè
2 poteſt † alienari.l.cum dominus.§.filius vbi, Bart. ff.de pecul. lega. dotales verò res non poſſunt alienari, etiam conſentientibus viro atque vxore. Inſtit. quib. alien.lic.vel non in princ. Sed talis alienatio interea valet, donec is, cuius fa-
3 uore † fuerit prohibita voluerit, & petierit eam reuocari.l. quoties la 1. C. de fideico. Bald.conſi.174.in fin. volu.5. faciunt not per Iaſ.in l.vniuerſa nume. 2. & ſeq.C.de præcib.Imp.off.Felyn. in c.ſi autem col. 3. nu.4.& ſeq.de reſcr. Alex. conſ.96.num.1.vol.4. quem refert, & ſequitur.Curt.iun.in l.edita num. 85.C.de eden.vid.Oſaſc.deciſ.94.num. 23.

Notandum verò eſt, quòd iudex poteſt quandoque ſupplere ex officio, par-
4 te etiam † non petente, nec opponente, ſed per hãc concluſionẽ vide. Alex. in l.1.C.vt quæ deſ.aduoc.par.iud.ſuppl.

DVBITATIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps vel iudex, non tenetur officium ſuum non poſtulatum impertiri in his, quæ ſine aliqua cauſæ cognitione expediuntur, etiamſi lex vel ſtatutum loqueretur per verba præciſa*

ciſa,& neceſſitatiua.

2 *Lex vbi dicit aliquid ipſo iure fieri, intelligitur, ſi petatur etiamſi lex certum diem præfigat.*

3 *Iudex tenetur repellere procuratorem in cauſa criminali in qua ingeritur pœna ſanguinis, etiam quòd nullus petat.*

4 *In fauore piæ cauſæ vel ob reuerentiam ſuperioris, iudex poteſt impertiri officium ſuum non petitum.*

5 *Iudex ad priuatam vtilitatem non poteſt officium non petitum impertiri, in officio iudicis nobili, & mercenario.*

6 *Iudex in criminalibus ex officio poteſt nouas probationes inducere per innocentiæ vel nocentia partis.*

Idem poteſt facere pro abſentibus, ſed quando accuſator eſt abſens, reus autem præſens, tũc iudex in criminalibus ex officio non poteſt nouas inducere probationes. ibid.

Vcceſſiuè quæri poteſt, an iudex vel princeps qui dicitur lex animata, teneatur impertiri officium ſuum non poſtulatum, & cõcluſiuè dicas quòd non, vt per Bar. Rip. & alios in l. 4. §. hoc autẽ iudicium. ff. de dam. infec. Iaſ. in l. de pupillo. † §. meminiſſe, & §. qui opus. ff. de op. no. nunc.

Quæ concluſio eſt vera, etiam in his quæ ſine aliqua cauſæ cognitione expediuntur, vt eſt actus citandi partem, vel nunciandi nouum opus, vt per Iaſ. in d. §. meminiſſe.

Etiamſi lex vel ſtatutum loqueretur per verba præciſa, & neceſſitatiua, non debet iudex ſuum impertiri officium non poſtulatum. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. & hinc. Rip. in d. §. hoc autem, infert ad varia ſtatutorum exempla.

Imò quamuis lex dicat aliquid ipſo iure fieri, intelligitur enim ſi petatur. gl. in l. ſi conſtat. C. de compenſat. prout etiam idem dicitur in iudice, cui pars aliquid facere promiſit, nam intelligitur, ſi à iudice petatur. Rip. d. §. hoc autem.

Adeoque vera eſt huiuſmodi concluſio, vt etiamſi lex præfigat certum diem iudici, adhuc non tenetur iudex niſi petatur, & idem dicitur ſi dies fuerit præfixa per iudicem parti; quia intelligitur ſi petierit, & locum ſibi vendicat etiam in officio iudicis mercenario; nã iudex nõ tenetur repellere partem niſi aduerſa pars opponat. Bar. & Rip. in d. §. hoc autem.

Non tamẽ vera eſt premiſſa regula, quando agitur de fauore publicæ vtilitatis. l. congruit. ff. de off. prætid. & ideò
5 iudex † tenetur repellere procuratorẽ in cauſa criminali, in qua ingeritur pœna ſanguinis, etiam quòd nullus petat, quia intereſt Reip. ne nocens abſolnatur. Et licèt iudex non poſſit cogere partes ad concordiam tamen ne ex lite aliquorum magnatum turbetur reſp, tenebitur cogere, vt diuerſi modè exemplificat. Rip. d. §. hoc autem nu. 18. & ſeq.

In actibus etiam pijs, & fauore perſonę miſerabilis piæ cauſæ, prout & ob reuerentiam iudicis ſuperioris, iudex po-
4 teſt † impertiri officium ſuum non poſtulatum, vt etiam in cauſa dotis, & alimentorum, & pro pupillis, & alijs perſonis, abſentibus, vel huiuſmodi q̃ neſciũt vel non poſſunt officium iudicis implorare, vt per ſcriben. d. §. hoc autem.

In officio autem iudicis nobili, & mercenario, iudex non poteſt ad priuatam vtilitatem officium non petitum impertiri, imò nec tenetur præcipuè in officio iudicis nobili, quòd loco actionis proponitur in quo eſt offerendus libellus ſicut in actionibus. Rip. d. §. hoc autem num. 36. & ſeqq. vbi ampliat, & limitat diuerſimodè, vt ibi per eum abũ de habes.

In criminalibus verò iudex ex officio
6 põt † nouas pbationes inducere pro innocentia, vel nocentia partis. l. ſi defendãtur. ff. de pœn. & notat. Bar. in d. §. hoc autem col. fi.

Et in criminalibus, poteſt idem facere iudex pro abſẽtibus qui ſunt accuſati

de

de delictis, in quibus ponitur pœna vsque ad relegationem, ratio est, quia sicut potest hoc facere contra absentem vsque ad diffinitiuam vt l.absentem. ff. de pœn. poterit etiam in fauorem eius inducere probationes, quòd cum possit in ciuilibus, multo fortiùs in criminalibus, vbi maius est periculum, imò quilibet admittitur pro absente ad allegandũ causas absentiæ tex.est, & Bart. in l.inter accusatorem. ff.de publ.iud.

Quando vero accusator est absens, reus autem est præsens, tunc iudex non potest in criminalibus, ex officio nouas probationes inducere.l.libellorum. §.fi. vbi Barto.ff.de accusat.& idem Barto.in d.§.hoc autem.

DVBITATIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Regressus non datur contra ementem à principe, vel habenti causam à fisco, sed hoc non procedit in inferiore à principe.*
2 *Idem iudicatur de principe non recognoscente superiorem, sicut de Imperatore.*
3 *Declarant alij casus in quibus non procedit regula præmissa de regressu.*

LEx vult, quòd contra ementẽ à principe, vel habentẽ causam à fisco, non detur regressus, vt in l.bene à Zenone C.de quadr. præscr. † quaro an semper procedat, & dicas, quod procedit tantum in imperatore, non autem in interiore à principe secundum Bald. in c.ad apostolicæ de re iudic.in 6. 1

Imò habet locum etiam in principe, qui in territorio suo regalia, & iura fiscalia à Papa, vel ab Imperatore habeat, vel non recognoscat superiorem, vel possedisset regalia, & iura singularia, fiscalia per tantum tempus, cuius initij memoria non extaret. c. super quibusdam §.præterea de verb.sign. l.hoc iure. §.ductus aque.ff.de aq.quot.& esti.faciũt not.per Bar. in l.2. C.de iur. fisc.nam iudicatur de inferiori Principe non recognoscente superiorem, sicut de imperatori, secundum Bart. in l.infamem. ff. de pub.iud. & in l. hostes. ff.de capt. & postl.reu.Bald.in c.cum venissent de eo qui mitt.in poss.Inno.in c.cum P.tabellio de fid.instr.& Abb.in c.quę in ecclesiarum de constit.

Tunc autem modo habet locum dicta iuris regula, † quando princeps non possedit rem alienatam secundum Bar. in l.fin.C.si contra ius, vel vtil.pub. 3

Placet nec procedit, quando princeps esset in mala fide, vt quia scit rem esse alienam, glo. not.in l.1. C.de vend. re fisc. lib.10. & in l.2. C.de com.re.alie. Abb.in c.2. de re.eccl.non alie.

Item non habet locum, nisi constet, quòd princeps velit vti plenitudine potestatis.secundum Bal. in proem. decretal.refert tamen Barbat.in cap.2.de reb. eccl.non alie.in ciuitate Mantuæ se cõsuluisse,quòd d. regula. l.bene à Zenone, procedit in absoluta potestate Imperatoris.

Item non procedit, quando venditꝰ res nomine creditoris secundum Bald. in d.proem.decret.

Nec etiam habet locum in rebus ecclesiasticis secundum Archid.in c.conuenior.23 9. fin.nec in reb.ecclesię alienatis à principe, vel à fisco.glo.in c.quicunque militum 12.quæst.2.& in c.2.de re. eccl.non ille vbi Abb.

Imò nec locum sibi vendicat in minore, quia minor potest petere restitutionem in integrum. l.1. C. si aduers.fis.

Nec etiam, & pro nunc vltimo habet locum, quando princeps alienat ante traditionem Bald.in c.1.§. fin. de no.for.fideli. Marti lauden. in tracta.de principibus 2.col.Bald.in l.fin. C.de iure emphyt. vbi tex.dicit.quod si emphyteuta alienat rem emphyteuticam inconsulto domino, & non tradidit possessionem, quod non cadit à iure suo. Dicit tamen Abb.in d. ca.2. de re. eccl.

non

non alien. quòd ſpeciale eſt in principe, vt ſi habet rem communem cum priuato, poſſet tunc de illa in totum diſponere, & ſatisfacere priuato de æſtimatione, ergo ſecùs, vbi non datur illa commeditas.

DVBITATIO LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Verba legis ſemper debent interpretari ſecundum communem vſum vulgarem loquendi.*
2 *Ceſſat communis vſus vulgaris loquendi, vbi ex ſtatuto verba debent intelligi proprié, & prout ſtant.*
3 *Communis vſus ſicut prænalet, ſic communis error facit ius, declara, vt ibi regulam de cõmuni errore, & plura ibi habes de teſtibus, & Notario.*

DVbitatur nunquid legis verba ſemper debeant interpretari ſecundum communem vſum vulgarem loquendo? & reſpondeo affirmatiuè, † quod ſuper 1 tex. in l. librorum. §. quòd tamẽ Caſſius. ff. de legatis 3. & in l. labeo, §. idem Tubero. ff. de ſuppell. leg. & in l. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de verbo. ſignific. Bart. in l. 1. C. de iur. cal. Inno. in c. cum cauſa. & in c. cum clamor de teſtamento. Bartol. in l. cum delanionis. §. aſinam molendinariam. ff. de fund. inſtr.

Prænalet enim communis vſus loquendi proprię, verborum ſignificationi l. malam. §. viduam. ff. de verb. ſignif. l. fugit. ff. eod.

Et in tantum vera eſt huiuſmodi reſponſio affirmatiua, vt etiam procedat in ſtatutis, & in vltimis voluntatibus. Bart. in Rub. ff. de nou. oper. nunc. & in l. librorum, §. quòd tamen Caſſius. ff. de legat. 3.

Quando verò ad effect ſtatutũ, quòd verba debeant intelligi propriè, & pro- 2 ut ſtant, † tunc non procederet dicta affirmatiua concluſio, ratio eſt, quia licèt communis vſus loquẽdi deroget, propriæ verborum ſignificationi, non tamen eſt propria ſignificatio. Bart. in d. l. labeo. ff. de ſuppell. lega.

Sed adde, quòd ſicut communis vſus prænalet, ſic etiam communis error facit ius. Doct. in materia l. Barbarius. ff. de offic. præto.

Niſi quando induceretur aliquid qđ eſſet contra communem vtilitatem. l. quòd non ratione. ff. de legib. quia tunc non facit ius communis error;

Prout, & quando quis tractaret de damno, & ſuo non intereſſet, quòd cõmunis error faceret ius. vt l. fi. ff. de hær. inſtit. vbi tractatur de fama mortis illius mulieris, quam teſtator reliquerat hæredem, ſuper qua fama fundatus alteram inſtituerat, & ſic illius mulieris deinde viuæ interierat, & voluntatis ipſius teſtatoris hæreditatem adire, tanquam primo loco inſtitutæ.

Declara hanc regulam, quòd communis error facit ius, procedere concurrente titulo, & quaſi poſſeſſione, vt notãt ſcrib. in d. l. Barbarius, aliàs ſecùs.

Et quando defectus eſſet in ſolemnitate, vel in cauſa materiali puta in teſtibus adhibitis in teſtamento, qui reputabantur idonei, tunc verum eſt, quòd procedit reg. l. 1. C. de teſtam. ſed ſi defectus eſſet in ſubſtantia, ſeu in cauſa efficienti, puta, quia teſtator erat ſeruus, & reputabatur liber, vel erat in poteſtate patris, & reputabatur ſui iuris, tunc ſi faceret teſtamentum nõ valeret, nec faceret ius, quia defectus in cauſa efficienti nõ ſic de facili diſpenſatur, ſicut in ſolemnitate not. Iaſ. in d. l. Barbarius num. 22.

Prout, & quando quis eſt in ſtatu inualido, ſed tamen ille ſtatus poteſt validari, vt quia notarius eſſet priuatus officio propter falſitatem, non poteſt amplius creari notarius, tunc communis error non facit ius ad ſuſtinendum inſtrumenta facta per eum. Iaſon. loco prælegato.

Digitized by Google

Et quando creatio notarij non præceſſit per habentem poteſtatem, tunc communis error non facit ius. quã opinionem tamquam veriorem, & communem celebrat Iaſo.in d. l. Barbarius. num.48.

Siquis verò neget talem eſſe notarium, non ſufficiet probare eum multo tempore in quaſi poſſeſſione tabellionatus fuiſſe, ſed oporteret probare, eũ verè eſſe Notarium, vt per Iaſ.ibid.numero 48.

Qui author extendit abundè dictam concluſionem ſub num.64. cum ſeqq. ideo ad eum te remitto.

DVBITATIO LXXXV.

SVMNARIVM.

1 *Clauſula ipſo iure requirit factum hominis. Ablatiui abſoluti important conditionem ibi. Verbum, vel clauſula habens plura ſignificata: ſemper benignius eſt eligendum ibid.*

2 *Clauſula ipſo facto, & dictiones prorſus, penitùs, & omnino, requirunt factum hominis declara, vt ibid.*

3 *Citatio requiritur in ſententia cenſuræ, & interdicti, vbi quis incidiſſet in excommunicationem, vel pœnam ipſo facto.*

4 *Differentia nulla eſt quoad iuris effectum inter iſta verba, ipſo iure, & ipſo facto, & horum vel horum effectus declaratur ibid.*

5 *Iura omnia mundi, quæ dicunt pœnam ipſo iure, vel facto imponi intelliguntur, dummodo ſit ſecuta ſententia declaratoria.*

6 *Declaratoria iudicis non requiritur ſuper iure caducitatis, ſed ſat eſt voluntas domini ad declarandam ipſam caducitatem.*
Franciſci Pendaſii olim celeberrimi in Alma Vrbe Aduocati, hodieque meritò Albenſiũ Epiſcopi commendatio ibid.

7 *Clauſula ipſo facto pluribus iuribus declaratur videnda.*

8 *Pœna à ſtatuto debita ante lapſum totum tẽpus præfixum non incurritur, ſecùs, quando deberetur ex conuentione hominis.*

9 *Pœna impoſita à iure pro negligentia, & culpa negatiua requiritur monitio, ſeu interpellatio, vt quis in pœnam incurrat.*

10 *Annullans lex aliquid, ipſo iure debet intelligi ſi petatur, aliàs ſecùs.*
Verbum, ipſo iure appoſitum in feudo intelligitur, ſi dominus velit. ibid.

SAepius leges, vel ſtatuta, cõcipiunt illam clauſulam, ipſo iure, quæro qualiter intelligatur, & quid importet.

Primo concluſionem, quòd requiri-
1 rit † factum hominis. l.lineæ margaritarum ff.ad l.Falc l.ſcimus.C.de inoff.teſt. l.2. & fin. C.de iur.emphyt. l.qui in carcerem. ff.quòd met.cauſ.Iaſ.in l.vniuerſa.C.de præc.imp.offer.ratio eſt, quia ablatiui abſoluti important conditionem, vt in rub.ff.ſol.matr ſed iſta clauſula, ipſo iure, eſt concepta in ablatiuo ergò 2.ratio eſt, quia quotieſcunque vnum verbum, vel aliqua clauſula habet duo ſignificata, ſemper benignius eſt intelligendum, & eligendum.l.benignius.ff. de legibus, ſed iſta clauſula importat duo ſignificata, nam importat actum nullũ, & annullandum, ſed actus annullandus eſt benignior actu nullo, ergò.

Idem dicas in clauſula, ipſo facto, & in dictionibus, prorſus pœnitus, & omnino, † Auth.Gazaros.C.de hæret.Bar.
2 in l.ſiquis in tantam.c.vnd.vi.

Et procedit ſiue clauſula ipſo iure cõcipiatur per verba futuri temporis, ſiue per verba dubia, ſic not.in apoſtilla ad Bart.in l.Imperator. ff.de iur.fiſci.

Quotieſcunque verò clauſula ipſo iure concipitur per verba præſentis tẽporis, vel præteriti, tunc non requirit factum hominis. l.ſi vnquam. C.de reuoc.donat.l.ſancimus. C.de teſtam. Iaſ. in l.pacta nouiſſima.C.de pact. Auth.ei qui.C.de temp.appell.

Ex iſta concluſione præmiſſa inferas, quòd magis communis opinio Docto. eſt, quòd etiam quando iudex declarat
3 aliquem incidiſſe † in aliquam excommunicationem, vel pœnam ipſo facto, requi-

Digitized by Google

requiritur citatio etiam in ſententia cẽ ſuræ & interdicti. ita tenet glo.in clem. præſentem verb.conſtiterit de cenſibus quam omnes approbant, vt dicit Soci. conſ.20. nu.16. in fin. Rip.in l.is cui bonis nu.27. ff.de verb.oblig. Hanc etiam communem opinionem dicit Dec.in c.reprehendibilis poſt numerum ſecũdum de appellat.& dat, quòd in aliquo caſu ſuſtineri poſſit illa opinio, quòd ad ſententiam declaratoriã cenſuræ nõ requireretur citatio, certè in ipſa diſcuſſione negotij, & cauſę, propter quam prouenitur ad ipſam ſententiam declaratoriam, vtique requiritur citatio, & in hoc non diſcrepat. aliàs enim eſſet tollere partiſuas de ſenſiones, qđ nulli modo eſt faciendum clar.§ final.pract. crim.quæſt.31.verſ.Item adire.

Et notandum diligenter, quòd inter
4 iſta verba,† ipſo iure,& ipſo facto,quoad iuris effectum, nulla eſt differentia, vt not.per Archid.in ca.1. de hom.in 6. & in c. fælicis de pœn.eo.lib.de quibus verbis ibi fit mentio in tex. in c.cum ſecundũ leges de hæret.in 6.& §.1. in authen.de inceſt.nupt.cum alijs concord.

Et horum nempè verborum effectus ille eſt, quia lex ipſa facit executionem ſuper diſpoſitione illa, in qua verba huiuſmodi apponuntur,dum tamen priùs ſuper facto ipſo, ſuper quo fieri debet executio, ſententia proferatur: exempli gratia, ſi lex communis, vel ſingularis diſponat, qui commiſerit tale crimen, ſint ipſo iure, vel ipſo facto bona eius publicata, vel ſit infamis, eſt neceſſe, qđòd prius pronuntietur crimen eſſe commiſſum, quo declarato, fiet executio primò per legem, deinde per iudicem. vt not. Archid. in d. c.fęlicis,& per Docto.in d.§. 1.auth.de inceſt. nupt.& l.ſiquis in tantam. C.vn. vi.

Si quis verò diceret, ſi eſt ſuper facto neceſſaria ſententia; ergò ſunt fruſtra appoſita illa verba,ipſo iure ſed reſpondetur,quòd multum operantur, nam à tempore criminis habetur ratio fructuũ, & interdictę alienationis bonorũ proutel ganter not.Iac.de Belu.§.1. in auth.de inceſt. nupr. & faciunt not. per Bar.in l. poſt contractum. ff. de donat.

Sicque teneas, quòd omnia iura mũdi,quæ dicunt pœnam ipſo iure,vel fa-
5 cto † iinponi, intęlliguntur,dummodo ſecuta ſit ſententia declaratoria, per quam declaratum ſit commiſſum fuiſſe id, propter quòd imponenda eſt illa pęna vt pulchrè.Bec. conſil.57.à nume. 9.vſque ad 16.excluſiuè lib.1.& eſt communis opinio relata à Villal. inter communes opiniones verſ. priuatio, quam declara, vt per Iaſ.in l. ſi quis in iquum. § quòd autem ait. ff. quòd quiſque. Iur. Rol.à Val.conſil.212.Alb.in l.lex vectigal.ff. de pign.vbi loquitur.in confiſcatione bonorum prout etiam loquitur. Bec.d.conſ.57.faciunt not.per Oſaſc.deciſ.29.num.12.Rol.à Val.conſi.22.num. 42.& conſi.90.col.3. poſt Iaſ. & Cagnol. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Fel. in c.Rodulphus de reſcr.& Dec.conſ. 146. vbi in pęnis quæ ipſo intelliguntur neceſſaria eſt ſententia declaratoria, quę concluſio limitatur vt per Bart. in l. cõmiſſum.ff.de public.

Quid verò ſit dicendum ſuper iure caducitatis,reſpondeas nullam iudicis
6 declaratoriam requiri, & † videri, ſatis eſſe voluntatem domini ad declarandum ipſam caducitatem,& huiuſcemẽ tis eſt celeberrimus olim in Alma vrbe Aduocatus hodie meritiſſimus Albæ Antiſtes Reuerendiſſimus Franciſcus Pendaſius Patritius Mantuanus inſula, & purpura verè dignus, qui ſolet non præcipitanter, ſed maturè terminos ſeruare legales, & in illis non hallucinari, ratio eſt quia pœna caducitatis non habet locum niſi domino volente,vt optimè idem Reuerendiſſimus differebat ad mentem Rotæ Romanæ, & de communi tẽſtatur.Cur.iun. conſ. 109.nu.11.

Et ante eum eſt doctrina. Bart. in l. 2. num.2.C.de iur.emphyt. Alex. conſil.6. nume.22.lib. 3. vbi ſatis eſt quòd dominus

nus declarauerit alteri cõcedendò, imò hanc esse magis communem opinionẽ sequitur. Dec. consi. 146. num. 2. licèt. Rota Bonon. decis. 37. contrarium tenuit, post Crau. cõsi. 212. nu. 3. & seq. li. 2. postquam verò dominus voluntatem suam declarauit quòd scilicet, velit esse locũ caducitati, tenendum est quòd statim facta declaratione per dominum directi, emphyteuta, qui cessauit in solutione canonis, cadat ipso iure, neque requiratur iudicis sententia, vel declaratio vt per Doct. citatos per Clar. in §. emphyteosis quæst. 9. qui subdit ita communiter obseruari, & licet in puncto iuris multa dici possent non tamen esset in practica ab hac opinione quam communis. Doct. sententia, & consuetudo approbauit, aliquo modo recedẽdum.

De clausula ipso facto est videndus
7 tex.† in l. semper. ff. per Soc. Bar. in l. qui ad ciuilia. C. de appell. & in l. 1. ff. de his qui not. infa. & gl. in verb. facto, in clem. 2. de vit. & hon. cler. & in c. quicquid autem in clem. extra. de regul. & faciunt quę scribit. Ias. in l. quòd te post num. 31. ff. si cert. pet. quòd ad hoc vt alicui possit imponi pęna privationis iuris, quòd habet à lege, requiritur quòd expressè sit cautum in lege, vel canone, & si quæras, an quis incidat in pœnam à statuto debitam ante lapsum totum tempus
3 præfixum, † dicas quòd non, secùs quando debetur ex conuentione hominis secundum. Ias. in l. non eius primo responso col. 3. in fi. ff. si cert. pet.

Et quando imponitur pœna à iure
9 pro negligentia, & † sic pro culpa negatiua, seu non faciendo commissa nõ adiecto tempore, dic requiri; quòd præcedere debet monitio, seu interpellatio, vt quis in pœnam incurrat secundum communem relatam per Bec. cõs. 37. num. 10. lib. 1. vbi inter alia allegat. Innoc. in c. extirpandæ. §. quia verò de præben. cuius dictum ibi communiter approbatum refert. Dec. cons. 37. col. 5. in fin. cuius innocentij distinctio non procedit in feudis, sed iure communi scribit. Rol. à Val. cons. 18. col. fi. in prin. lib. 2. & consil. 22. nume. 42. eod. lib. post Dec. consi. 140. col. 2.

Quando verò lex in alicuius fauorẽ
10 annullat aliquid etiam † ipso iure, teneas, quòd intelligi debet, si petatur, alias secùs teste. Otasc. decis. 29. num. 12. & faciunt quæ scribit. Rol. à Val. consil. 22. num. 24. & consil. 90. libr. 3. post Dec. consi. 140. vbi de verbo, ipso iure, apposito in feudo, vult, quòd intelligatur, si dominus velit.

DVBITATIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex lege tunc datur, quando lex inducit aliquam obligationem, & non prouidet de nomine actionis.*
2 *Verba legis quando referuntur ad iudicem tunc oritur officium iudicis declara. vt ibid.*
3 *Statutum si dicat, quòd index prouideat, ne damnum detur, ne iniuria inferantur, intelligitur officio iudicis, sed si dicat, quòd index debeat tueri tales patientes iniurias tũc illi datur actio.*
4 *Actio vbi competeret ex qualitate rei, & natura contractus tunc non attenditur, quòd verba ad iudicem referantur.*
5 *Actio tunc nascitur si ratio fiat ad ius.*
6 *Condictio ex lege an sit actio, an iudicis officium, quomodo differant, & quando competat vnum, & quando alterum.*

OCiosum non erit quærere an quando lex inducit aliquam obligationem, & non prouidet de nomine actionis nulla † detur actio, & firmo, quòd tunc datur condictio ex lege. not. gl. in c. cum liberum de sepult. & in c. si canonici. de off. ord. in 6. & tex. in l. vn. ff. de cond. ex lege. Bartol. in l. ex placito de rer. perm. Doct. in l. legitima. ff. de pact.

Hinc infero vnam conclusionem quòd quando legis verba referuntur ad iudicem

2 iudicem, † tunc oritur officium iudicis text. eſt in l. ſi ſoror. C. de collat. & glo. fin. in l. ſi res obligata. ff. de leg. 1. Bart. in conſi. 12. in fin.

Intellige tamen quando verba reſpiciunt modum agendi ſi referuntur ad iudicem, & tunc oritur officium iudicis, ſi referuntur ad partem, tunc actio parti competit: ſecùs quando verba reſpiciunt exequutionem, & condemnationem, quia tunc ſemper verba à iudice referuntur, & ex tali relatione reſpicit executionem, modus agendi non diſtinguitur, hincque colligo, quod præmiſſa concluſio quòd quando verba legis referuntur ad iudicem, tunc oritur officium iudicis, non habet locum quando verba perſonaliter proferuntur, nec quando verba executionem reſpiciunt, & intelligitur quando verba affirmatiuè proferuntur ſecùs ſi negatiuè vt not. Bart. per illum tex. in l. metum. §. quòd prætor. ff. quòd met. caut. & in d. l. 1. colu. 3. ff. de condit. ex lege.

Interas hinc, quòd ſi ſtatutum dicat quòd iudex prouideat, ne damnum de-
3 tur † ne iniuriæ inferantur, intelligitur officio iudicis ſed ſi ſtatutū dicat, quòd iudex debeat tueri tales patientes iniurias tunc illi datur actio. l. ſtatuas. ff. de acq. re dom. Bar. in l. cum ſcimus. C. de agr. & cenſi. l. 11.

Procedit pariter d. cōcluſio in dubio prout loquitur, & intelligitur, ſecùs ſi cō ſtaret ex qualitate rei, & natura contra-
4 ctus † quod actio competeret, quia tūc non attenditur quòd verba ad iudicem referantur, qa tali caſu verba ꝙad iudicē referuntur intelliguntur de officio iudicis mercenario quod deſeruiat actioni, quam conſtat competere ex natura, & ita procedit tex. in l. ſi paſcenda cum gl. C. de pact.

Et tandem habet locum concluſio quando verba referuntur ad factum iudicis, ſecùs ſi ratio fiat ad ius quia dica-
5 tur, † iudicium dabo, quia tunc actio naſcitur. l. 1. in princ. ff. de his qui deie. & l. ſi quis id quòd in prin. ff. de iuriſd. omn. iud. & ita declarat. Bar. in d. l. 1. ff. de cōd. ex lege, & Dec. in dict. l. ſi ſoror. C. de collatio.

Et ad declarationem præmiſſorum commodè ſeruiunt notata per Abb. in
6 c. ſæpè num. 11. de † reſt. ſpol. vbi quærit an conditio ex lege ſit actio, an ſit iudicis officium, & per hoc cognoſcitur in quo differat condictio ex lege, à iudicis officio, & quando competat vnum, & quando alterum ad quorum cognitionem, & elucidationem collegi ego declarationes per me præmiſſas.

DVBITATIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Lex omnis in dubio præſumitur fauorabilis.*
2 *Ratio legis principaliter eſt aduertenda ad cognoſcendum, an lex ſit introducta in fauorem an in odium.*
3 *Vbi non conſtat de ratione legis, eſt diſtinguendum.*
4 *Iuramentum non validat contractum qui vitiatur odio contrahentis principaliter etſi iuramentum obliget iurantem, & declaratur ibi contractus cum filioſa factus.*
5 *Iuramenti vinculum non tranſit ad hæredem, eo magis quando iuramentum non vitiat cōtractum, quia alter ex contrahentibus eſſet enormiſſimè læſus nedum vltra dimidium iuſti pretij ſed etiam in duplo.*
6 *Læſio vbi eſt enormiſſima ineſt dolus reipſa, & poteſt veniri cōtra iuramentum, & ſubeſt iuſta cauſa præſumendi.*

NOneſt prætereunda quæſtio, an & quando diſpoſitio legis dicatur odioſa, & quando fauorabilis, circa hanc quæſtionem reperio Theoricam Bald. in l. ſiquis in conſcribendo. C. de pact. ſub num. 5.

Et eſt relatus per Corn. conſ. 236. incip. diligenter, in litera, H. vol. 4. à quibus

1 bus colligo,† quòd in dubio omnis lex præsumitur,& censetur fauorabilis.arg. l.qui exceptionem.ff.de cond.indeb.

Ad cognoscendum ergò, an lex sit introducta in fauorem, an in odium, aduertas principaliter ad rationem le-
2 gis ipsius,† nam aut ratio legis consistit in doli præsumptione,& tũc est in odiũ, aut in præsumptione imbecillitatis,vel in alia æquitate,& tunc est in fauorem. d.l.qui exceptionem, ratio autem legis ex proœmio ipsius colligitur, vt plurimum, vt datur exemplum ex.l.fin. ff.de hær.instit.

Si autem non constat de ratione, di-
3 stinguas, aut lex prohibet, aut permittit, si prohibet, & annullat,tunc censetur ex odio nec potest ei renunciari, vt est casus in l.1. c. Ne fideiuss. dot,dentur nam si principale est nullum, clausula renunciationis erit similiter, & nulla; vbi verò lex non prohibet, sed permittit, tunc præsumitur fauorabilis, & huiusmodi legi potest renunciari, nisi expressè appareret, quòd esset introducta in odium, vel fauorem, quia vt dixi, in dubio omnis lex præsumitur fauorabilis;hæc faciunt ad statutum de non cõtrahendo cum filiofam. in illius rubro, & nigro verba sunt prohibitiua nõ permissiua, quæ diriguntur ad contrahentes non minoribus, & ad non minores,idcò debet iudicari statutũ odiosum, & non fauorabile ex dicta Theorica Bald. in d.l.siquis in conscribendo.

Hinc etiam infertur, quòd iuramen-
4 tum non validat contractum, † qui vitiatur odio contrahentis principaliter, licèt iuramentum obliget iuratem.c. significante de pignori.c.1. & c.debitores de iureiur.Doct.communiter in authen. sacramenta puberum. c. si aduer, vend.ex Bar.in l.siquis pro eo.ff.de fideiuss.& per scrib.in c.cum contingat de iureiur.cõtractus ergò est nullus factus cum filiofam.vigore d. statuti, vti non firmatus iuramento,licèt iurans potuisset astringi ad obseruantium iuramẽti, nisi petijsset, & imperasset absolutionẽ à iuramento d.c.significanti, & d. c.debitores, tamen nota, quòd vinculum
5 iuramenti non transit ad hæredem. c. veritatis vbi Innocent. & Doctor. de iureiurand. ideò super vacanea esset absolutio, & eo magis, quando iuramentum non iuuat contractum,quia alter ex contrahentibus esset enormissimè læsus, nedum vltrà dimidiam iusti pretij,sed & in duplo,quando autem est enormis læsio,tunc inest dolus reipsa l.
6 † si quis cum aliter.ff.de verb.obl.& potest veniri contra iuramenta vt per gl.& Docto. in c. veniens de iureiur. quia ex enormi lesione,vt dixi, præsumitur dolus, & subest causa præsumendi secundum.Ant.de Butr.in d.c.cum contingat de iureiur.

DVBITATIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex scripta præfertur æquitati non scriptæ nisi princeps aliud statueret.*

2 *Iudex in his quæ scripta sunt seruat decisionẽ legis,in his quæ committuntur eius arbitrio, seruet æquitatem.*

3 *Princeps solus facit interpretationem generalem, & necessariam, & in scriptis redigendam inter æquitatem, & ius scriptum;iudex verò facit interpretationem necessariam non tamen generalem,procedendo de similibus ad similia.*

4 *Interpretatio probabilis non necessaria potest fieri à quolibet Doctore, cuius opinioni nullus cogitur stare.*

5 *Æquitas præfertur rigori.*
In subtilitatibus iuris sæpiùs perniciosè erratur. ibid.
Vbi aliquid committitur censura censetur cõmitti de æquitate nisi lex scripta repugnet. ibidem.
Æquitas præfertur rigori etiam in contractibus.ibid.& infra num.8.declara.

6 *Opinio vltrana glosæ vel vlterius Doctoris cẽsetur approbata intellige. vt ibid.*

Ius

7 *Ius ciu. diſponens æquitatem præfertur iuri canonico diſponenti rigorem.*

8 *Æquitas vbi non eſſet ſcripta rigor verò ſic, tunc præfertur rigor ſcriptus regulariter verò æquitas præfertur etiam in iudicijs, & quando rigor præferatur. ibid. & quid in arbitrarijs.*

9 *Æquitas quid ſit, quid ſit rigor, & quam normam æquitatem an rigorem ſeruare debeat iudex in regulando libero arbitrio, & quando dolus malus in omnibus abeſſe debeat ibid. remiſſ.*

1 INtrat modò dubitatio; an lex ſcripta præferatur æquitati non ſcriptæ, & affirmo concluſiuè; † quòd præfertur, per tex. vbi Bart. in l. 1. C. de legi. niſi tamen princeps aliud ſtatueret vt in d. l. 1 iudex namque in his quæ ſcripta ſunt, ſeruat deciſionem legis, in his quæ committuntur eius arbitrio ſeruare debet æqui-
2 tatem. † ita Innoc. in c. 1. extra de conſtit. Bald. in l. 1. & l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iu.

Hinc colligo quod interpretationē generalem, & neceſſariam, & in ſcripris redigendam inter æquitatem, & ius ſcri
3 ptum facit † ſolus princeps. vt in d. l. 1. interpretationem vero neceſſariam non tamen generalem, licèt in ſcriptis redigatur, facit quilibet iudex: procedendo de ſimilibus ad ſimilia vt habetur in l. non poſſunt. ff. de legi.

Interpretatio verò probabilis non eſt neceſſaria, & poteſt in ſcriptis redi-
4 gi, & fieri à quolibet † Doctore, cuius opinioni nullus ſtare cogitur Bart. in d. l. 1. C. de legi.

Inferas exinde quòd æquitas præfertur rigori, l. in ſumma. §. item varus vbi gl.
5 † in verb. etiamſi iure. ff. de aq. plu. arc. ideò iudex debet ſemper habere æquitatem ante oculos l. quod ſi Epheſi in fi. ff. de eo quod cert. lo. nam in ſubtilitatibus iuris perniciosè ſæpiùs erratur. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. obl. & iudex ſicut lector debet ſequi æquitatem, licet aliquādo non ſequatur, oculo iudicis caligante vt dicit. Bald. in gl. l. inter filios. C. fam. ercis. & vbi aliquid committitur cenſuræ, cenſetur committi de æquitate, niſi lex ſcripta repugnet. ca. 1. de tranſact. hæc illatio de prælatione æquitatis, procedit etiam in contractibus, vbi æquitas ſimiliter præfertur rigori contractus l. 2. vbi Bald. C. de reſcind. vend.

6 † Et licèt vltima opinio gloſſæ vel alterius doctoris cenſeatur per eum approbata, vt not. Bar. in l. bona fides cum concord. ff. de poſit. hoc tamen nō procedit quando prima opinio ſapit æquitatem, & vltima rigorem: tunc enim prima potiùs cenſetur approbata. Franc. de Arc. conſ. 163. incip. diligenter, & maturè in 5. col. vbi adhoc allegat. gl. in l. ſi cum exceptione. §. ſedet ſiquis. ff. quòd met. cau.

Imò Archid. in c. quòd à partibus. 85. diſt. ſignanter tenet, quod etiam in ſpe-
7 ctantibus ad † forum canonicum attēdimus ciuile, quando diſponit æquitatem, & ius canonicum diſponit rigorē, & ponit exemplum in clerico, qui iurauit ſoluere tali die, quòd attendāmus diem ſecundum ius ciuile, & ſic ſecundum text. in l. more romano. ff. de ferijs quia æquius eſt quam ius canonicum.

Dixi quòd æquitas præfertur rigori in contractibus vt in l. 2. C. de reſcind. vend. idem dico in iudicijs per text. in l.
8 placuit vbi Lal. C. de iudic.

Quando verò æquitas non eſſet ſcripta, rigor verò ſic, tunc præfertur rigor ſcriptus vt in l. proſpexit. ff. qui & à quibus d. l. 1. vbi Doct. C. de legi.

Prout, & quando æquitas eſſet ſcripta in genere, vt eſt neminem debere locupletari cum aliena iactura, rigor verò ſit ſcriptus in ſpecie, vt in vſucapionibus, & præſcriptionibus, tunc rigor præfertur æquitati, vt ſpecies generi ita p. obatur in l. 1. vbi Doct. ff. de vſucap. & l. nam hoc natura vbi Bartol. ff. de cond. ind. Dyn. in reg. poſſeſſor de regul. iur. in ſexto.

Pari-

Pariter, & quando rigor ſcriptus eſt in lege poſteriori, quia derogat æquitati legis præcedentis. gloſ. in c. extirpandæ de præben. Alex. in d. l. placuit. C. de iudic.

In Arbitrarijs quoque iudex poteſt ſequi rigorem ſcriptum, & nõ ſequi prout libet, vt pet Bald. in l. 1. C. de legib. ſed & æquitatem ſeruare is debet, qui liberum arbitriũ habet vt cenſuit Bal. cõſ. 177. incip. In eccleſia Regina col. 2. lib. 1. AEquitas namq; eſt Thiriaca contra venenum. ſic reſpondet Gozad. conſ. 54. num. 10.

Et quid ſit æquitas, & quid ſit rigor,
9 notant Doct. in dd. 1. C. de legib. & in d. l. placuit. C. de iud.

Quam verò normam, an æquitatem, an rigor, ſeruare habent iudex in regulando libero arbitrio, & quando dolus malus in omnibus abeſſe debeat, mirificè docet veridicus D. præceptor meus Menoch. de arbitr. quæſt. 13. cui nil addere audeo, ne ſolem facibus ego minimus eius alumnus uidear illuſtrare.

DVBITATIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Verborum à propria ſignificatione legis, vel ſtatuti licet recedere, niſi mens legis aliud ſuadeat.*
2 *Statutum fauorabile extenditur ad caſum contentum largè, & impropriè datur ibi exemplum.*
3 *Teſtamentaria, vt ſuſtineatur ſit larga, & impropria interpretatio, & quid in legatis.*
4 *Statutum trahitur ad caſum improprium fauore publico, vt delicta puniantur qualitas perſonæ ad quam verba referuntur, dat intellectum etiam in caſu impropriſſimo.*
Item, & cauſa honeſtatis ſeruandæ recedimus à proprio ſignificatu ibid.
Item, & reſpectu rationis receſſus fit à proprio ſignificatu. ibid.
6 *Verba hodie impropriantur in legatis, vt deſeruiant menti defuncti intellige vt ibid.*
7 *Verba ſtatutorum, an & quando non intelligant propriè, & ſtatuti.*

AN liceat à propria ſignificatione verborum legis, vel ſtatuti recedere? firmo quòd ſic, niſi mẽs legis, vel ſtatuti aliud ſuadeat ita Bart. in l. non dubium. C. de
1 legib. & facit quòd not. † Abb. in c. ad audientiam per illum tex de decim. in 1. & 2. not. vbi dicit tenendum menti, quod l cèt priuilegium alteri nociuum ſit ſtrictè interpretandum, non tamen adeò, vt recedamus à proprra verborũ ſignificatione, & ſubdit, quòd ille text. ſolet quotidie allegari contra peruertentes intellectum iurium, & improperantes vocabula legum, nam ſine neceſſitate hoc fieri non debet.

Pulchrè autẽ declarabis, quòd quando ſtatutum eſt fauorabile, tunc extenditur ad caſum, qui large, & impropriè
2 continetur ita. † Bald. in l. qui ſe patris in vlt. col. C. vn. lib. vbi tenet quòd ſtatutum diſponens, quòd agnati teneatur compromittere, quia fauorabile extendum eſt vt comprehendat filium emancipatum, & nepotem natum, & nepotum poſt emancipationẽ, & alios ex eis deſcendentes, quamuis largè, & impropriè ſint agnati, & cum illa deciſione, tenet ibi Paul. de Caſtr. in pen. col. & reputat eam ſingularem, & ſequitur. Alex. ibid.

Et licèt contra hanc declarationem poſſes inſurgere, quòd legata ſunt fauorabilia. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. c. cum dilecti de donat. & tamen verba ibi debent accipi propriè, & non impropriè. l. non aliter vbi gloſ. & Bart. & l. liberorum. §. quòd tamen Caſſius, & l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. tamen dicas, quòd illud ſolum ibi fit, quia teſtator præſumitur grauare heredem minùs, quam ſit poſſibile; vel dicas, quòd quando agitur de ſuſtinendo ipſo teſtamento, tũc ſit larga, & impro-
3 pria interpretatio, quòd ad publicam

pertinet

pertinet vtilitatem, quòd teſtamenta ſuſtineantur. l. vlt. negare. ff. quemadm. teſt. aper. gloſſ. in l. Gallus. §. quid ſi is in verb. vtilitatem. ff. de lib. & poſth. ſecùs autem fit in legatis, quia fauorabilior fit interpretatio in inſtitutione, quam in legato, vt not. per gloſ. fin. in l. ſi plures. ff. de cond. inſtit. & in l. pen. §. 1. & §. illo. C. de neceſſ. hære. inſtit. hinc eſt qđ in legatis conditio appoſita debet ſtatim impleri, quam primum poteſt, aliàs habetur pro defecta. l. hec conditio ſi in Capitolium. ff. de cond. & demonſtr. tamen ſecùs eſt in inſtitutione vbi tractatur de maiori præiudicio, vt glo. notab. in l. ſiquis inſtituatur hæres in princ. in verb. præfinit tempus. ff. de hær. inſt. Bart. in d. l. hæc conditio.

Imò & tunc ſtatutum traditur ad caſum improprium, † vbicunq; tractatur
4 de fauore publico principaliter, puta, quòd dicta puniantur Bart. in l. quemadmodum circa med. C. de agric. & cēſ. lib. 11. ſicut dicimus, quòd ſit extenſio, quando tractatur de fauore publico. Bart. in l. ſi conſtante quæſt. 9. 1. part. ff. ſol. matr. & eſt bonus tex. in l. hoc modo in fin. ff. de cond. & demonſt.

Propter etiam qualitatem perſonæ ad quam verba referuntur, recedimus à proprietate uocabuli, & intelligimus etiam in caſu improprijſſimo. ita tenet Alex. in l. 1. in princ. col. 4. ff. ad l. Falcid. prout, & cauſa honeſtatis ſeruandę tūc recedimus à proprio ſignificatu, vt probatur in l. 4. §. prætor ait cū gl. in ver. in infinitū. ff. de in ius voc. vbi Alex. notat.

Ratio quoque iuncta facit recedi à
5 proprio ſignificatu verborum antecedētiū ſecundum Bal. in is ſi ſeruus legatus. §. qui quinque per illum text. ff. de lega. 1. facit text. in l. filium habeo. ff. ad macedon. & in l. libertum. §. 1. ff. de ritu nupt.

Imò vt verba aliquid operētur, quādoque trahuntur ad improprium ſignificatum ſecundum Bald. in c. paſtoralis 1. col. ad fin. de appellat. per text. quem ad hoc reputat ſingularem in l. hæredibus. §. fin. ff. ad Trebell. facit text. in l. ſi quando in princ. cum ibi not. ff. de leg. 1. imò plùs etiā in materia pœnali verba contra ſuam ſignificationem latè interpretantur, & impropriè, quando alias diſpoſitio redderetur fruſtratoria tex. eſt in c. ſi ciuitas de ſent. excomm. in 6. qui allegat per Abb. in c. fin. de præb. ‡

Notandum ergò de iure hodierno verba impropriari in legatis, vt de ſer-
6 uiant menti defuncti, † non enim curādum de verbis, vbi conſtat de mente. l. in legatis. C. de lega. l. ſiquis filium. C. de lib. præter. etſi voluntas teſtatoris ſit tātum coniecturata l. cum auus. ff. de cōd. & demonſtr.

Prout & impropriantur verba in cōtractibus, vt deſeruiant menti contrahentium. l. ſi vno. ff. locat.

In volūtate autem teſtatoris inepta, vt quando ſumus in dubio, verba non impropriant in legatis. l. ſeruo. §. ineptas ff. de leg. 1. l. labeo. §. id Tubero. ff. de ſuppell. lega.

Et verba ſtatutorum licet debeant
7 propriè, & ſtrictè intelligi. † l. 2. §. ijs qui nauem. ff. de exercit. tamen non procedit hæc concluſio in ſtatuto conformi iuris cōmunis. l. 2. C. de noxal. & quando tractat de fauore publico. l. hoc modo. ff. de cond. & demonſtr. & quando concurrit paritas rationis. Iaſ. in §. omnium Inſtitu. de act. num. 34. & quando repugnaret communis vſus loquendi. l. duo. ff. de verb. ſig. l. frugem. ff. eo. Bartol. in l. labeo. ff. de ſuppell. legat. l. non aliter. ff. de legat. 3. vbi niſi de teſtatoris menti contraria appareat nō eſt à verborum ſignificatione recedendum. Alciat. libr. 1. num. 32. pagin. mihi 21. de verbor. ſignific.

DVBITATIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuſcuiuſque ſiue in contractibus, ſiue*

sine in testamentis ad dispositionẽ iuris debent referri, sed intellige vt ibid.

2 *Filiorum appellatione etsi fœminę contineantur, id tamen ex præsumpta mente est introductum.*

3 *Fratrem, & eius filios siquis hęredes instituat, creditur vocasse simul eos, & etsi ex dispositione legis admittitur priùs pater, quam filij.*

4 *Pater si ex statuto filios & filias instituat tunc simul mares, & fœminæ succedent, nisi vltrà statutum aliæ ad sint coniecturæ.*

5 *Verba generaliter concepta ex dispositione legis etiam restringuntur, vt exemplificatur in locatore.*

6 *Casus omissus refertur ad dispositionem legis, quando nec verba nec mens repugnant.*

7 *Verba impropriantur, vt contractus valeat, & actus sustineatur.*

Mens potiùs quam verba contrahentium inspicienda. ibid. amplia in testamentis, in sententia, in libellis, & in verbis appositis per Notarios in instrumentis, quæ impropriantur. ibid.

LEgis tàm potens est virtus, & excellens, vt non sit dubitãdum, an secundum leges ẽt municipales, quis agere voluisse præsumatur, sed an verba vniuscuiusque siue in contractibus siue in testamentis ad dispositionem legis, & iu-
1 ris referri debeãt, & affirmo cõclusiuè, quòd debent, ex præmissa ratione, & ex tex. in l. quidam. ff. de verb. oblig.

Sed intelligo verum cum verba ex proprietate, dispositioni legis conueniunt, licèt enim mens alia præsumatur, tunc stamus verbis, quoniam coniectura mentis verborum succumbit, vt exemplificat in fideicommisso. Bart. in l. hæredes. §. cum ita. ff. ad Trebell. & per Alciat. de verb. signifi. lib. 1. pag. mihi 19. num. 15. veluti, si relinquatur fideicommissum (si vterque hæredum sine liberis decesserit) fœminæ, si prior hæres cum masculis moriatur licèt admittatur in eam partẽ vltimo loco decedentis, tamen si ex statuto existentibus masculis fœminæ excluderentur, fideicommisso non erit locus, quoniã fœmina in hoc casu, ex præsumpta mẽte aduersus vim verborum admittitur, quæ præsumptio propter legem cessat, videtur enim ex legis suæ sententia testator voluisse fœminas, stantibus masculis admitti, & altera est ratio, quia si pater filios instituat de masculis tantum intelligitur, quamuis enim appellatione filiorum etiam fœminæ conti-
2 nentur † id tamen nõ ex sermonis proprietate, sed per interpretationem ex præsumpta mente introductum est, quę præsumptio per cõiecturam statuti tollitur, vt à proprietate verborum non recedatur.

Sed quoties sermonis proprietas repugnat, ad eam potiùs attenditur, quã ad legis imitationem, & ideò qui fratrem, & eius filios hæredes instituit, simul eos propter naturam coniunctam
3 vocasse creditur, † quamuis ex dispositione legis in successione priùs pater, quam filij admittantur c. Raynutius de testam. hac eadem ratione si etiam caueatur statuto, quòd pater filios, & filias
4 instituat, † tunc simul mares, & fœminæ succedent, quòd probant Docto. & præcipuè Castr. in l. in his. ff. de cond. & demonst. secùs tamen si vltrà statutum aliæ adsint coniecturæ veluti cum præter legis, vel naturæ ordinem etiam institutionis necessitas hoc suaderet, vt dicitur in patre filium, & ex eo nepotes instituente. l. Gallus ff. de libe. & posthu. Cùm etiam verba generaliter sunt cõcepta propter dispositionem legis restringuntur, veluti, si locator conductorem intra quinquennium non eijcere promisit, intelligitur hoc dummodo conductor pensionem soluerit, natura namque contractus etiam verborum proprietati præpollet. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. l. insulam. ff. de præscr. verb.

Quando verò nec verba, nec mens qui-

quiquam repugnant, sed casus est omissus, tunc non est dubium ad dispositionē legis referri. vnde qui promittit solu-
1 uere centum, intelligitur de moneta à lege permissa, & qui domum conduxit, intelligitur secundum morem patriæ conduxisse Alciat. loco præcita. nu. 31.

In contractibus parirer teneas, quòd verba quæ non possunt intelligi secundum propriam significationem, debent
6 intelligi impropriè, † vt contractus valeat, & actus sustineatur. l. si tibi pecuniam vbi Docto. ff. si cert. pet. hinc dicimus, quòd in contractibus debemus atendere potiùs mentem quā verba cō trahentium. Ias. in d. l. si tibi pecuniam, qui ampliat in testamentis, vbi largissima fit interpretatio, & ampliat in sententia, & libellis, & in verbis appositis per Notarios in instrumentis, quæ si nō possunt propriè intelligi, improprientur, & limita quando verba posita in dispositione neque ex proprio, neque ex improprio significatu possunt comprehendere casum in quo dispositio valeret, tunc enim non soluitur dispositio, sed redditur inutilis iuxta latè deducta per Ias. in d. l. si tibi pecuniam num. 5. ff. si cert. pet.

DVBITATIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Lex si contradicat canoni, cui standum sit distingue vt ibid.*
2 *Papa etsi non subijciatur legibus ciuilibus tamen non potest ipsas tollere quoad forum seculare.*
3 *Laicus non subiectus Papæ temporaliter, non tenetur ei obedire si quid graue præcipit in non pertinentibus ad spiritualia.*
4 *Papa in terris Imperij cum agitur de materia concernente animam potest disponere cōtra ius ciuile.*
5 *Canon præualet legi ciuili in vtroque foro in terris ecclesiæ, & in terris imperij, vbi peccatum intenditur, est standum iure canonico, & non ciuili.*
6 *Ciuis lex si non contradicat, seruatur in foro canonico; & vbi ius cano. statuit rigorem, ius ciuile æquitatem, standum est iuri ciu.*
7 *Clericus si iurat dare intra decem dies etiam quoad pœnam periurij diem à media nocte inspicimus secundum ius ciuile; sed secundū ecclesiam a vesperis.*
8 *Iuri canonico, an ciuili stetur quoad prolis legitimationem, & quoad præsumendum, & probandum matrimonium.*
9 *Dubium quoties oritur in iure ciu. standum est interpretatione iuris canon.*
Canones seruandi etiam in foro ciuile in causis miserabilium personarum, vel pauperum vbi contrariantur legibus. ibid.
10 *Ius ciuile vbi foueret lucrum odiosum proximo, vel rigorem quendam, tunc non est seruandum in foro canonico licèt expressè non probetur.*
Leges an sint seruandæ in foro ecclesiastico distingue remissiuè ibid.

Vcundum erit dubium, nō si lex contradicat canoni, cui erit standum; videlicet, an lex contraria canoni, & è contrà, seruetur, resoluo;
1 † cum Bart. in l. priuilegia num. 2. C. de sacros. ecc. quòd aut loquimur in spiritualibus, & pertinentibus ad fidem, & stamus canoni, vt in casu d. l. priuilegia, & in ca. ecclesia sanctæ Mariæ de constitu. & aliis concord. Aut loquimur in temporalibus, & tunc aut in terris subiectis ecclesiæ, & stamus decretalibus, aut in terris subiectis imperio, & tunc aut seruare legem est inducere peccatum, vt quòd præscribat possessor malefidei, & tunc stamus canonibus vt c. 2. de regu. iur. in 6. aut non inducit peccatum, & tunc stamus legi vt est casus in cap. per venerabilem extra qui fil. sint leg.

Inferas hinc quòd Papa quamuis nō subijciat̄ legib. ciuilibus c. filius de testa.
2 † & c. inter hæc 33. q. 2. tamen non potest ipsas tollere quoad forum seculare

ſecundum gl.ord.in regula poſſeſſor de reg.iur.in 6.Bal.in c.fi.de re iud. & Abb. in c.eccleſia Sanctæ Mariæ 7.colum.de conſtit.Idcoque dicit gloſſ. ſolemnis in clem. diſpendioſam in verb. vſuras arte fine de iudic. quòd Papa non intendit nec poteſt tollere ordinem iudiciarium in terris Imperij.

Hinc etiam dicit. Innoc.in c.inquiſitioni de ſent. excom. quòd laicus non ſubiectus Papæ temporaliter non tene-
3 tur † ei obedire, ſi quid graue præcipit in non pertinentibus ad ſpiritualia.

Si tamen ageretur de materia concernente animam, poſſet Papa diſponere contra ius ciuile, etiam in terris imperij.vt per Specul. in tit.de diſpu. &
4 alleg.† §.porrò verb. ſed nunquid cauſa & Innoc. in c.cum contingat 4. colum. de iureiu.& Abb. in c. licèt ex ſuſcepto colum. 7.de foro comp. verſicul. 24. caſus, & per omnes in cap. peu. & fin. extra de ſecundis nup.

Item vbi eſſemus in terris eccleſiæ, quia in vtroque foro præualet canon
5 legi ciuili,vt per † Bar.& Bal. in d. l. priuilegia, tractando quando leges ciuiles operentur inter eccleſiaſticos.

Idem etiam eſt in foro ciuili inter laicos etiã in terris imperij,quia vbi peccatum immineret, ſtandum eſt iuri canonico,& non ciuili.Abb.conſi.94.ſub num.5.in 2.parte.Fely.in c.1.in 3.declaratione de conſtit.Alex.conſi.167.in fi. volumn.2.

Si autem lex ciuilis non contradicat an ſeruetur in foro canonico?dic q; ſic,
6 per ea quæ tangit.† Abb. in conſil. 3. quæſt. 14. in 2. par. & vide. Alex.conſil. 92.in fin.vol.4.& conſi.24.vol. 3.

Imò etiam in his quæ ſpectant ad forum canonicum, & ius canonicum ſtatuit rigorem, ius verò ciuile ſtatuit æquitatem,ſtabimus iuri ciuili. Archid. in c. quod a patribus.75. diſt.

Et per hoc ſi clericus iurat dare intra 10. dies etiam quoad pœnam periurij
7 inſpicimus diem † à media nocte ſecundum ius ciuile. vt not. in l. more. ff. de fer. ſed ſecundum eccleſiam à veſperis vt dict. l. more quia æquius eſt ius ciuile in hoc.

Et an quoad legitimationē prolis, & quoad præſumendum, & probandum
8 matrimonium ſtetur iuri ciuili † vel canonico.vide. Bald. in l. etſi contra. C. de nupt.

Nota tamen quòd quoties dubitatur de aliquo in iure ciuili, ſtandum eſt in-
9 diſtinctè † interpretationi iuris canonici. c. per venerabilem extra qui fil. ſint legit.& not. in cap. licèt ex ſuſcepto de for.compet.in cap. Raynutius de teſtib. & in l.quamquam.ff.ad l. falc.

Et in cauſis miſerabilium perſonarũ vel pauperum,canones ſi contrariantur legibus,ſeruari debent canones etiã in foro ciuili.

Et quamuis vbi ius ciuile non reprobatur ab eccleſia, nec in ſe continet peccatum,debet ſeruari ab eccleſia c.1.
10 † cum ibi not.de op. nou. nunc.tamen declara, niſi lex ciuilis. foueret lucrum odioſum proximo vel rigorem quemdam,tunc enim non eſt ſeruandum in foro canonico, licèt expreſsè non reprobetur, ſic declarat. Abb. per illum tex.in cap.filius de teſtam.& facit tex. in c.dilecti de iudic. & in c.1. de dolo, & contum.

Tandem an in foro eccleſiaſtico ſint ſeruandæ leges,diſtingue,vt per Petr.de Anchar.in c.canonum ſtatuta de conſt.

DVBITATIO XCII.

SVMMARIVM.

1 *Mens legis potiùs attendenda quam verba.*
2 *Mens legis eſt ratio ipſius legis & ratio legis eſt ipſa lex.*
3 *Dictum quintiliani.*
4 *Ratio legis eſt mens legis, & eſt ſicut anima & verbum,ſicut corpus ſine ſuperficies, & hæc probantur.late ibid.*
5 *Mens non ſolum in legibus ſed etiam in contra-*

vtilibus potius eſt attendenda.

Idem dicitur in mandatis, in dictis teſtium, in excommunicatione in omnibus diſpoſitionibus, & in ſtatutis in vltimis voluntatibus ibid. latè.

6 *Voluntatis quæſtio admittitur in dubijs, ſcias in claris, & ſola voluntas ſeruatur in fideicommiſſis.*

7 *Vbi non conueniunt verba, conuenit quandoque mens & ratio, latè ibid.*

LEgis mens an conſideretur potiùs quàm verba, dubitare non erit inutile, & reſoluo, quòd potiùs mens eſt attendenda quam verba l. non dubium. C. de
1 legi. † l. ſcire. §. aliud. ff. de excuſ. tut. & l. 3. §. conditio. ff. de adim. leg. vbi habetur melius eſſe ſenſum magis, quam verba amplecti. & ibi concord. in gloſſ. & in l. pen. ff. ad exhib. vbi concinnè ſcribitur, non oportere ius ciuile calumniari, neque verba eius captari, ſed qua mente quid dicatur animaduertere, ideò in d. l. non dubium ſcribitur, in legem cum committere, qui verba legis amplexus ℈ legis nititur voluntatem. Cor enim eſt imperator linguæ, & ideò verba ſub iugo mentis conſiſtunt, tamquam ſub ſuo originali, ideò nos capimus voluntatem Deam, & Reginam verborum, & non minùs eſt proponenda verbis mēs, quam animas corpori. capitul. ſedulo. 28. diſtinct.

Mens verò legis eſt ratio ipſius legis, & ratio ipſius legis eſt ipſa lex ſecundū.
2 Bald. in c. † dilectus filius extra de reſcr. & conſi. 467. in fin. lib. 2. Abb. in c. 2. col. pen. extra de probat. & ſicut homo eſt ex anima, & corpore, ſic & lex etiam mēte & ratione & verbis, verba autem tanquā corpus, & ſuperficem eſſe, rationē verò vt animam, & ſpiritum. ita Bald. in l. ſi quis ſeruo verſi. ex his apparet. C. de furt. & idem Bald. in c. 1. colum. 4. verſic. item ſtatuta de conſtit. vbi dicit, quòd virtus legis in ſubſtantia rationis conſiſtit, quia mens legis idem eſt quòd anima & ſpiritus ipſius ſcripturæ, nam ſcriptura ſine mente nihil eſt, & legimus in c. Marchion. 1. q. 1. Euangelium non in verbis eſſe, ſed in ſenſu. nam vt tradit. Bal. in c. mandatum poſt prin. de reſcr. ſemper eſt recurrendum ad intentionē diſponentis, quia lingua cedit cordi, & ſub iugo mentis verba conſtituit, tanquam ſub ſuo originali, & dignion.

Hinc quintilianus ſenior declar. 317.
3 † ſcribit, in omnibus legibus ſolam ſpectare oportet ſcribentis voluntatem, & quintilianus iunior lib. oratoriarum inſtitutionum capite 7. & M. Tullius lib. 2. de inuentione confirmant, inter quæ hæc ſunt, non omnia ſcriptis, ſed quædam quæ perſpicua ſunt, tacitis exceptionibus caueri, legem in ſententijs, non in verbis conſiſtere.

Ratio enim vt dixi, legis, eſt mens legis, vt per Dyn. in cap. fin. ad fin. de regu-
4 iur. in 6. & Bart. in d. l. non † dubium. col. 2. verſ. ſecundum dubium eſt. C. de legi. Bar. Bald. Alex. & Caſtr. in l. cum mulier in prin. & omnes per illum text. ff. ſolut. matr. & dicit. Bald. in l. 1. col. vlt. in prin. ff. ſi cert. pet. quòd ratio eſt mens, & medulla ipſius ſtatuti, & in conſil. 2. incip. verba ſtatuti lib. dicit tria hæc vnum, & idem operari, ſcilicet verbum, rationē, & mentem. Card. Floren. confundens cauſam, & rationem ſcribit in c. ſi quando ad fin. de reſcr. mentem legis, & rationem idem eſſe, ideoque rationem ſeu cauſam legis eſſe ipſam legem.

Et ratio ſeu mens legis eſt ſicut anima, & verbum ſicut corpus, ſiue ſuperficies ita. Bald. in l. ſi quis ſeruo colu. vlt. verſ. ex his apparet. C. de furt. & ratio eſt anima ipſius ſcripturæ, idem. Bald. in l. vlt. in quæſt. 16. C. de hær. inſti. & in c. 1. §. & quia vidimus col. antepen. verſ. extra quæritur tit. quæſt. 15. C. de hær. inſti. & in c. 1. §. & quia vidimus col. antepen. verſ. extrà quæritur titul. qui feud. dar. poſſ. dicit, quòd eſſentia legis vel ſtatuti conſiſtit in mente ſtatuentium, & in c. dilectus 1. lect. col. 1. verſ. itē nota quòd

appellatio-

appellatione, de reſcrip. notat quòd ſicut ſentẽtia vel ſtatutum inducit diſpoſitionem, ita ratio ſtatuti l. emptor. §. fin. ff. de rei vendic. quia ratio ius facit, & Bald. in conſi. 275. col. 3. verſic. ſi autem ratio lib. 2. dicit, quòd ratio legis ſiue cõ ſuetudinis ſeruari debet tanquam anima & ſpiritus eius & notat. Abb. in cap. nihil col. 5. verſ. nec obſtat ſi dicatur de elect. quòd ſic ſe habet ratio legis ad verba, ſicut anima ad corpus, vnde ſicut anima dominatur corpori, ita ratio verbis.

Et quòd mens & ratio legis, ſit ipſa lex, non obſcurè voluit gl. in l. 2. in verb. rationem vel legem paulo poſt prin. C. quæ ſit long. conſuet. Bald. conſ. 467. de iure communi in fin. li. 2. & gl. in c. giboſus in verb. faciem 48. diſt. ſubdit rationem eſſe cordis faciem.

Hinc plerique illud aſſumunt, id qđ venit ex mente & ratione legis, ex ipſa lege, & non ex extenſione vniri, ita vt ex ea competat directa actio. per text. in l. nominis, & rei §. verbum ex legibus. ff. de verb. ſign. & l. 1. ff. vti poſſid. Nam vbi eſt omnimoda ratio ibi non dicitur nec eſt extenſio aut ampliatio, vt per gloſſ. in capitul. 1. in uerbo. Italiæ de temp. ordin.

Non ſolum autem in legibus mens
5 potiùs eſt † attendenda, quam verba, ſed etiam in contractibus, illis enim nõ minùs conſiderantur verba quam mẽs l. iuriſgentium. §. prætor ait vbi ſcrib. C. de pact. l. in conuentionibus. ff. de verb. ſign. l. ſi. C. quæres pig. obl. poſ. vbi Bald. not. Alex. in l. ſi tibi pecuniam in 3. not. vbi Iaſ. ff. ſi cer. pet. Corn. conſ. 40. col. 4. lib. 4. Soc. conſ. 44. col. 3. verſic. præterea hæc concluſio lib. 1. Iaſ. conſil. 84. libr. 3. Dec. l. in l. eum quid, ff. ſi cert. pet. & in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regu. iu. & in conſ. 26. & 63. & 183. Alb. Brun. cõſ. 12. incid. comederunt.

Idem dicas in mandatis. l. fin. ff. mandat. ex qua dicit. Bald. in rubr. extra de off. deleg. quod verba mandati recipiũt interprætationem; imò non licet recèdere à forma, etiamſi mandatario expediat l. ſiquis pro eo. ff. mand. etſi is ad cuius fauorem mandatum eſt, velit, reſque adferat minùs præiudicij. ca. cui de non ſacerdotali. §. ſimiliter. & §. fi. de præben. in 6. vbi, & eius ea redditur ratio, quia mandati fines diligenter ſunt cuſtodiẽdi. l. diligenter. ff. mand. ex quo tradit. Bald. in l. non abſtulit ad fin. C. de non. mandati verba verè, & propriè eſſe intelligenda; nam & mandatum ex ſuapte natura reſtringi debet. ca. cum in illis. §. cum autem de præbend. in 6. & tamen vides in eo quoque mentem verbis præferri.

In teſtimonijs ſupradictis teſtium idẽ pariter affirmes mentem ſcilicet, & effectum verbis ipſis eſſe præferendum, ex eo quòd ſcribit. Bald. in c. cum eccleſia Sutrina col. 2. verſ. 5. nota de cau. poſ. & propr. id ſcilicet quòd teſtes vacillantes præſumunt periuri, ſi vacillant verbis, & mente, non etiamſi verbis tantum per tex. in l. teſtamentum. C. de teſta. ſequitur. Franc. Curt. Senior in tracta. teſtium concluſ. 46.

Similiter affirmes idem in reſcriptis, quamuis ſint ſtricti iuris, magis ſpectatur mens quàm verba. gloſſ. in c. ſi propter tua debita de reſcr. in 6. & in c. ſignificante vbi gl. & c. Rodulphus, & c. ſignificauit extra de reſcr. ſemper enim admentẽ reſcribentis eſſe recurrendum docet. Bald. in l. ex facto 4. not. ff. de vulgar. & pupill. Barbat. conſi. 4. Soc. conſil. 26. lib. 4. Fely. in c. cauſam quæ colum. 8. verſi. 2. declaratio extra de reſcr. & Soc. in l. non omnis colu. 1. ff. ſi cer. pet. & idẽ dicas in priuilegijs, vt probat tex. in c. ex multiplici vbi gloſſ. de decim. & in cap. dilecti vbi gloſſ. eo. tit. & gloſſ. in c. mandatum extra de reſcr.

Et idem de excommunicatione tradit. Abb. in c. præterea col. pen. ext. de appell. dùm dicit quod ſententia excommunicationis magis regulatur à mente proferentis, q̃ à conceptione verborũ.

Prout

Prout idem dicas in iuramento, vt in eo mentem ac intentionem iurantis inſpiciamus per tex.in c.ad noſtram, ibi, habens in mente extra de iureiu. ideò in l.cum pater.§. donationis.ff. de leg. 2. ait Papien.non quæri oportet,cum quo de ſupremis quis loquatur, ſed in quem voluntaris intentio dirigatur.

Imò in omnibus publicis, & priuatis diſpoſitionibus, & in ſtatutis quæ alias ſtrictè ſunt, & propriè interpretanda, mentem & rationem ſtatuentium, ſcripto,& verbis ſtatutorum anteponimus Bald.in l.1.ff.ſi cer.pet.Barto.in l.contra legem.ff.de legi.vbi dicit,quod licèt offendere verba ſtatuti vt mens ſeruetur, & in l.omnes populi in 6.q.pr. ff. de iuſt. & iu.dicit quòd verba ſtatuti impropriã tur vt mentem ſequamur.Soc.conſ.108. lib.3.& conſ.127.col.3.verſ.2. concluſio lib.4.Paul.de Caſtr.conſ.148.lib.1. idem dicas ſeruari in conſuetudinibns. l. non dubium.C.de legib.Iaſ.in d.l.iuriſgen. §. prætor ait.num.18.C. de pact.

In ſubſtitutionibus, & teſtamentis, quoque mens,& voluntas potiùs quam verba inſpicienda.l.hęredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell. etiamſi actus redderetur nullus. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. dummodo tamen iſta voluntas poſſit colligi ex diſpoſitis, alioquin dicitur voluntas abortiua.Rip. in d. §. cum ita.nu. 31.cum ſeq.

Et iſta quæſtio voluntatis admittitur
6 in dubijs,† ſecùs vero in claris in quibus non eſt opus coniecturis l.ille aut ille. §. cum in verbis. ff. delegat. 2. Rip. dict. §. cum ita.

Sola voluntas ſeruatur in fideicommiſſis vt per Illuſtriſſimum.Card. Mantic.in ſuo ampliſſimo tract. de coniectu. vlt.vol.per tex.in l.pen.ff.deleg.1. l.cum pater.§.donationis,vbi voluntas intentio.ff.deleg. 2. l. in conditionibus. ff. de cond.& dem.hincque dicebat. Bald. in l.quidam. C. de ſeru. hær.inſti.quòd lex pedetentim vadit poſt mentem teſtatoris ſicut venator poſt leporem. & nota quæ congerit copioſſimè. Tiraqu. in l.ſi vnquam in verb.libertis ſub num.42. & ſeq.C.de reuoc.donat.

Præmiſſa tamen intelligas procedere in dubijs,vt tetigi, non autem in claris, nam in his, verba legis ſunt inſpicienda, nec vltrà eſt ipſius diſpoſitio trahenda.L.quòd conſtitutum,ibi,quantum ad verba eius,ff. teſta. mil. vbi Bart. in prin.dicit eam legem ſolere allegari in materia ſtatutorum quod ſcilicet à verbis ſtatutorum non receditur.

Vbi enim verba non conueniunt nec conuenit diſpoſitio l.4. §. toties. ff.de dam.infec.cum multis ab eod. prę citato.Tiraqu.congeſtis in d.l. ſi vnquã in verb.libertatis ſub nume. 2. 3.& 4.ac ſeqq.C.de reuoc.donat.

Aduertas dumtaxat ne vbi non cõueniunt verba, conueniat tamen mẽs,
7 † & ratio atque diſpoſitio, quia vbi eadem eſt ratio,ibi idem ius conſtituitur. l.illud in princ.ff.ad l.Aqu.l.à Tito.ff.de verb. obl.

Hinc cenſuit Bald. in l. quamuis in princ. C. de fideicom. quòd vbi eadem eſt ratio in duobus caſibus non fit extenſio, ſed intellectiua interpretatio. Vbi enim aliquid in legis diſpoſitione omiſſum eſt, pro omiſſo debet haberi, cap. penult. de iureiur.Bald. in l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtitut. Dec. conſilio 188. alios copioſiſſimè citat. Tiraquell. à quo non diſcedas in hac materia loco præcitato, vt commendat. D. præceptor meus, Menoch. de arbitr. caſu. 63. ſub numero octauo, & duobus ſeqq.

DVBITATIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Leges an tollant conſuetudinem præſcriptam?*
2 *Lex poteſt caſſare conſuetudinem, & ſtatutum locorum, & ſtatutum inualidum non excuſat à delicto.*
3 *Epiſcopus debet legitimis hæredibus bona eorum*

Google

rum tradere, quibus non repertis ea in pias causas expendere, hospitesque tenentur bona episcopo assignare sub triplici pęna.

Superior, quando cassat consuetudinem, & statuta, sufficit apponere clausulam generalem. ibid.

Imperator, vel princeps, non potest priuare Duces, nisi priùs iudicentur indigni, nec potest statuere contrarium nec abusiuas facere dignitates. casus ibi præsupponitur.

Prohibitio iuris communis importans necessitatem, repellit, & inualidat consuetudinem contrariam.

Actum gerens contra ius, prætextu consuetudinis etiam praue nondum declarate, non debet puniri, sed tolerari.

Leges possunt tolli per desuetudinem, & sic per non vsum.

Licet quærere, an leges tollant consuetudinem præscriptam reperio, quòd tex. in Auth.nauigia. C.de furt. vbi gl. in verb. consuetudine tenet, quòd consuetudo non prævalet legi, vt in illo casu res naufragorum auferri non possint prætextu alicuius consuetudinis, vel statuti, vt simili scasus est in l.deprecatio.ff.ad l.Rhod. de iact. vbi nulla lex potest aduersari consuetudini nautarum, & consuetudo debet seruari in illis tantum, in quibus non contradicunt leges.

Hinc nota quòd lex potest cassare cõsuetudinem, & statutum locorum, ad eò quòd statutum sic inualidum, non excusat à delicto.† ita Bal.in Auth.omnes peregrini per illum tex. C.commu. de succ. vbi episcopus debet legitimis hæredibus bona eorum tradere, quib. non repertis, ea in pias causas expendere, hospitesque tenentur bona episcopo assignari sub pęna triplici, non obstante aliquo statuto, vel consuetudine contraria.idem Bald. in auth.nauigia. C.de furt.& in l. iuttè in fin.ff.de aq.pos.

Sed & nota, quod quando superior cassat consuetudinem, & statuta, iuxta cit opponere generalem clausulam, licet non apponat tenorem statutorum, & istud est notatu dignum pro literis papalibus, quæ ad beneficia concedãtur. vt per eund.Bal.in d.auth. nauigia, & in d.auth.omnes peregrini.

Hinc inferas, quòd Imperator, vel Princeps † non potest priuare Duces, nisi priùs per pares iudicentur indigni, nec potest statuere contrarium, & abusiuas facere dignitates, vt habetur in c. 1. de natur feud.nam consuetudo, quæ disponit in ipsum principem, maior est ipso principe, nisi consuendo tendat ad euersionem, vel quasi status imperij ita. Specul.in tit.de instr. edit.§.nunc autem vers.fin.

Ideoque præsuppone casum, quòd fuerit facta, quædam reformatio contraria statuto, & statutum ante, & post fuerit practicatum, quid dicẽdum erit an pro reformatione, an pro statuto, & resolue expremissis, quòd cùm reformatio non fuerit more vtentium approbata, statutum prævalet: quia non dicitur interruptum aliàs, quòd semper viguit. Archid.in c.fin.4. dist.

Nota insuper, quòd quando prohibitio iuris communis importat necessitatem, non valet consuetudo contraria, † exempli gratia, lex dicit, non mechaberis, ecce contra eam non tenet contraria consuetudo. Archid. in c.de epistolas.19.dist.

Elicias insuper,† quòd gerens actum contra ius, prætextu consuetudinis etiã prauæ, ex quo prauitas consuetudinis adhuc non erat per ius declarata, non debet puniri tanquam legis transgressor, sed debet tolerari prætextu consuetudinis.gl.1. in fin. in ca.cum venerabilis vbi. Abb. nu.5.de consuet.& glos.in c.denique 4.dist. quæ dicit, quòd licèt praua consuetudo excuset quoad pœnam huius seculi, non tamen quoad Deum, sed intelligendum hoc putat. Abb.d.c.cum venerabilis, quando ignorantia prauæ consuetudinis esset crassa & supi-

& ſupina, puta, contra ius naturale; vt in c. flagitia 32. q. 7. ſecùs vbi eſſet probabile dubium ſuper validitate conſuetudinis, nam tunc ignorantia legis non eſt peccatum. l. regula. ff. de iu. & fa. ign. Inno. in c. per tuas de ſimo. an verò areſta prætextu prauæ conſuetudinis debeant tolerari iud. Abb. in c. fin. de cõſt.

Et nota quòd leges poſſunt tolli per deſuetudinem, & ſic per non vſum, ſicut poteſt tolli per contrariam legem,
7 † & conſuetudinem, vt per Ias. in l. de quibus nu. 6. ff. de legib. vbi dicit etiam quòd in cauſis decidendis quod non reperitur lex ſcripta, debet attendi cõſuetudo, quæ cuſtoditur per legem nõ immeritò. & iudex pronuntians contra conſuetudinem ita facit litem ſuam, ſicut ſi iudicaret contra legem ſcriptam. Ias. ibid. num. 7. & ſeqq. vbi plura habes in materia cõſuetudinis, & quòd leges non tollantur per deſuetudinem, ſed per contrariam tantum conſuetudinẽ iud. Doct. in l. fin. C. de iu. dot. Bartol. & Alex. in d. l. de quib. gl. & doc. in proem. inſtit. §. penult.

DVBITATIO XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Leges ligantes in contractibus an habeant locum in contractibus.*

2 *Quaſi contractus dicitur eſſe quædam mixta ſpecies.*

Mixta ſub ſimplicibus non comprehenduntur in ſtatutis ibid. datur exemplum in quaſi poſſeſſione ibid.

3 *Contraria recitatur opinio tenentium quaſi contractum eſſe ſimpliciter contractum.*

4 *Diſpoſitio loquens in contractu non procedit in quaſi contractu, nec è contra, & ſic tenendũ pro veritate ibid.*

5 *Statutum loquẽs de poſſeſſione procedit in quaſi poſſeſſione.*

Concordantur ibi opiniones.

6 *Statutum diſponens quòd mulier nõ poſſit cõtrahere non poterit nec poſſit quaſi cõtrahere.*

QOtidiana ferè eſt dubitatio, nunquid leges loquentes in contractibus habeãt locum in quaſi contractibus, & generaliter reſpondeo, quod ſtatuta loquentia in contractibus non habent locum in quaſi contractibus. † Alex. cõſ.
1 8. in fin. lib. 3. Corn. conſ. 21. coium. 1. & vlt. lib. 1. Franc. Aret. in l. ſi tibi pecuniã 4. notab. ff. ſi cert. pet.

Et leges loquentes de contractu de iure communi non procedunt in quaſi contractu per tex. in l. 2. §. omnes. ff. de iudic. & ff. eod. nam appellatione contractus non venit quaſi cõtractus, niſi largiſſimè, vt dicit glo. in c. fin. in verb. ſeu contractus vbi Abb. de for. comp.

Et ſi hoc procedit in legibus, quæ ſi loquantur de contractu, non procedũt in quaſi contractu, multò magis id obtinuit in ſtatutis, quæ ſtrictè, & propriè. ſunt intelligenda. l. 1. §. is qui nauem. ff. de execut. cum concord.

Vlterius quaſi contractus dicitur eſſe quædam mixta ſpecies, vt colligitur ex
2 gl. in §. omnium inſtit. † de act. & tenent recentiores in l. 2. ff. de verb. oblig. & in l. 2. ff. de leg. 1.

Sed in ſtatutis ſub ſimplicibus, mixta non comprehenduntur ex ſententia. Bart. in l. certi condictio. ff. ſi cert. pet. & Bald. in l. omnes populi col. 7. vers. ita ſi ſtatutum dicit. ff. de iuſt. & iur. cum alijs concord. vnde conſequens eſt, vt quaſi contractus veluti ſpecies mixta, non comprehendatur ſub ſtatuto, ſeu conſuetudine loquente de contractibus.

Videmus namque in re non abſimili, quòd quaſi poſſeſſio cuiuſmodi eſt in iuribus ſiue in rebus incorporalibus, cũ non ſit propria poſſeſſio, ſed veluti res quædam diſtincta, & ſeparata, non cõprehenditur in ſtatuto loquente ſimpliciter de poſſeſſione hoc affirmat Alex. in l. poſſideri in prin. 1. notab. ff. de acq. poſſ. vbi Ias. quoque colu. 2. & 3. motus ſupradicta ratione, quòd ſtatuta debẽt propriè intelligi.

Contrariam opinionem multi tenẽt,
3 quia adſunt iura † quæ quaſi contractũ appellant ſimpliciter contractum, vt l. interdum.§.fin. ff.de iudic.& l. ſed & cũ aliquis. ff.de neg.geſt.qui loquuntur de negotiorum geſtione, quæ haud.dubiè quaſi contractus eſt, & eſt tex.in l.vlt. ſſ. in quib.cauſ. pig. vel hypot. quæ & in l. ex contractibus. ff.de act.& obl.quæ iura loquuntur de tutela, quæ & ipſa eſt contractus, & pariter eſt tex.in l.apud Iulianum. §.fin.cum l.ſequ. ff.ex quibus cauſ. in poſſeſſ.catur ,& in l.eandem rẽ. ff.de duob.reis , quæ iura loquuntur de aditione hæreditatis, quæ dicitur contractus, & quaſi contractus.

Imò legimus gl.in c.fin.de for.comp. vbi Abb. cum eã dicit quaſi contractũ largiſſimè contractum dici , & Abb.ibi trahit conſtitutionem illius c.loquentẽ de foro ratione contractus ad quaſi cõtractum prout, & Bart.in auth.ſacramẽta puberum.C.ſi adu.vend.trahit eandẽ auth.quæ aliàs eſt iuris communis correctoria , loquentem de contractu ad quaſi contractum, ſcilicet ad iudicium.

Teneas ergò, quòd aliàs vbi non eſ-
4 ſet eadẽ ratio in contractu, † & in quaſi contractu, certè diſpoſitio loquens in vno non procedere in altero , & ob id. diſpoſitio.l.2.§.omnes. ff.de iudi. loquẽs in contractu non procedit in aditione hæreditatis,vt eſt text. in d.l.de eo. ff.de iudic.quia vt ibi dicit Bartol.diuerſa eſt vtraque ratio, quòd ſi eadem eſſet ratio, ſecùs eſſet, vt patet ex tex.in d. l. interdum.§.fin.ff.de iudic.vbi diſpoſitio.d. §.omnes procedit in negotiorum geſtione,quæ & quaſi contractus eſt,quoniam eadem eſt ratio in ea , vt in cæteris contractibus, vt dicant Doct.in d.l. de eod. prout ſimiliter in l.1. §. tutores verſ. ſed etſi iure. ſſ.de falſis. prohibitus contrahere non prohibetur hæreditatem adire , quoniam in illo caſu diuerſa eſt vtriuſque ratio.

Et quòd ſupra dixi pro 1. opinione,
5 ſtatutũ loquẽs de poſſeſſione nõ procedere in quaſi poſſeſſione, in hoc plurimi contrarium tenent , & inter eos eſt glo.quam omnes ſequuntur in l.ſiquis in tantam in verb.rerum. C.vnd. vi.trahens vllam pœnalem. conſtitutionem loquentem de poſſeſſione ad quaſi poſſeſſionem iurium , & Bald. in capit. licèt cauſam in fi.de probat. dicit , quòd ſtatutum loquens de turbante poſſeſſionem,trahitur ad turbantẽ quaſi poſſeſſionem per text.in l. nam & poſtea. §. item ſi curauero. ff. de iureiu. quo loci . Iaſ.col.fin.in 2. not.id dicit multum notandum ſit pœnale qui tamen concordant has opiniones contrarias, ita dicunt quòd ſi quaſi poſſeſſionẽ obtineat eadem ratio quæ in poſſeſſione , tunc ſtatutum loquens de poſſeſſione, habet locum in quaſi poſſeſſione , alias ſecus ita.Soc.in præcitato.l.poſſideri in princ. ff.de acq. poſſ.& Rip.in rub. ex. de cauſ. poſſ.& propr.& Alciat.li. 2. de verb. ſig. pag.mihi 9.quo loci tractat de limitatoria diſpoſitione.

Et præmiſſa ſunt ſignanda quia plurimum cõferunt , potiſſimum vbi adeſt ſtatutum quòd mulier non poſſit con-
6 trahere † ſine conſenſu proximiorum , nam tunc omiſſis varijs diſputationibus, & opinionibus Doctorum , teneas non poſſe mulier ſine ea ſtatuti ſolemnitate quaſi contrahere vt hæreditatẽ adire,& huiuſmodi,vt poſt opinionum prolixam ſeriem tenet plures citans. Tiraq. in tract. deleg. connub. ita gloſſ. quinta in tex.contrahere num. 125.

DVBITATIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Lex noua an trahatur ad ius quæſitum ſpe.*
2 *Nihil habens poteſt cedere bonis ratione ſpei non tamen debet intelligi quòd videatur cedere bonis futuris.*
3 *Priuilegium poteſt cõcedi in ijs quæ non ſunt, ſed ſpes eſt ea fore.*
4 *Datur caſus in quo habetur ratio ſpei quæ non habet.*

habet ius de præſente, & ſpes diſtat à veritate.

4 *Rei appellatione non continetur ſpes.*

6 *Spes vendi & in contractum deduci poteſt. Dictum terentianum. ibid.*

7 *Priuari quis non poteſt eo iure quòd in ſpe tantum habet, niſi conſentiat.*

8 *Experiri quis non poteſt ſine actione poteſt agere quis ratione ſpei, etſi actionem non habeat in principio ibid.*

9 *Damnum ſpei cohærens corpori venit in actione. l. Aquiliæ propter ſolam ſpem cauetur ſicuti propter rem. ibid.*

IN utilis non erit dubitatio, an lex noua trahatur ad ius quæſitum ſpe, & tenet negatiuam quòd ſcilicet, non trahitur
1 † ad ius quæſitum ſpe. Et facit optimè tex. in c. quamuis de reſcrip. in 6. ex quo probatur, quòd reſtitutio facta à principe, intelligitur ſine præiudicio iuris alteri ſpe tantum quæſiti, & loquitur ille tex. de eo, qui habebat litteras expectatiuas ad beneficia vacatura, quæ ſine dubio priuſquam beneficium vacet, non conferunt, niſi ius conditionale, quòd non poteſt dici quæſitum, niſi ſpe vt voluit. Bart. in l. is poteſt. ff. de acq. hered. poſſet enim expectans premori, & ſic expiraret gratia, & ideò dicitur ius queſitum ſpe vt tradit. Io. And. in cap. ignorantia de reg. iur. in 6. in Mercur. & ſicut lex, vel noua conſtitutio non trahitur ad ius quæſitum de præterito re ipſa, ita nec ius conditionale, quòd non poteſt dici quæſitum niſi ſpe, & faciunt conſulta per Domi. conſil. 107. ſuppoſito dubio ad fin. quòd ius alterius quòd in ſpe eſt tãtum, dẽt exprimi in impetratione beneficij per not. in c. in noſtra, & in c. litteris de reſcr.

Et licèt Bald. in l. cum filijsfam. C. qui bo. ced. poſ. & glo. ibi dicat, quòd nihil habẽs poteſt cedere bonis ratione ſpei,
2 non tamen † debet intelligi, quòd videatur cedere bonis futuris per not. in l. fin. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. ſed ne poſtea conueniatur, niſi in quantum facere poteſt.

Ideò in ijs quæ non ſunt, ſed ſpes eſt ea fore, poteſt concedi priuilegium, a-
3 liàs ſecùs per tex. † in l. ſi ſecutus. §. futuro. ff. de ſeruit. vrb. præd. Bald. conſ. 339. col. 2. lib. 1.

Si fortè dicatur iſta intelligi ſecundũ dictum. Bar. in d. l. is poteſt, quia, videlicet, ſpes in his caſibus erat ex cauſa de præſenti. Nihilominus datur caſus, in quo habetur ratio ſpei, quæ non habet ius de præſenti, vt in l. 3. §. ſi quid minori. ff. de minor vt etiam notat. Bart. in l.
4 poſt † emancipationem §. 1. in fin. ff. de lib. lega. & in l. Gallus. §. videndum. ff. de lib. & poſth. vbi notat quòd ſpes pro veritate habetur, & ſpes tantum diſtat à veritate, quantum cum ea e diuerſo illud conuenit vt per text. in c. 1. in verbo expectes, vbi gloſſ. 14. q. 3. imò ſola ſpes facit vſurarium, & ſimoniacum vt voluerunt. gloſſ. fin & Doct. in c. tua nos ex. de vſur. & quòd ſpei ratio ſit habenda tradit tex. in l. ſtatu liber. ff. de quæſtio. & in l. ſtatu liberi à cæteris in princip. ff. de ſtatu lib.

Et quamuis rei appellatione ſpes nõ
5 contineatur, † vt voluit. Rom. in d. l. is poteſt col. 1. ff. de acq. hær. per tex. in l. ſpem & l. conſtante. C. de donat. & l. nec emptio. ff. de contrahen. empt. etſi rei nomen ſit generale vt in l. 1. §. rei. ff. ſi cert. pet. vt potè quòd latiùs pateat, quàm nomen pecuniæ. l. rei appellatio. ff. de verb. ſign. etſi appellatione pecuniæ omnes res ſignificentur vt in l. fin. C. de conſtitut. pecu.

Nihilominus ſpes, & vendi, & in con-
6 tractum deduci † poteſt. l. nec emptio. ff. de contrah. empt. & l. ſpem. C. de donat. vbi gloſſ.

Et vſque adeò hoc procedit, vt in ſpe vendita habeat locum remedium. l. 2. C. de reſcin. vendit. habita, videlicet, ratione prætij, quòd communiter datum fuiſſet pro ea ſpe. vt per Imol. in fin. in c. cum cauſa extra de empt. & vend.

Etsi legamus illud terentianum in Adelphis, ego spem prætio non emo, attamen propter solam spem quis mittitur in possessionem bonorum absentis. l. si filiofam. ff. qui ex cauſ. in poſſ. catur, & ibi not. Ang. & Zasius. Sedet propter eandem & solam spem datur in integrum restitutio. l. 3. §. siquid minori, ff. de minor.

Nec aliquis priuari potest eo iure qđ
7 in spe tantum † habet nisi consentiat l. in diem. §. non autem. ff. de aqua plu. arc. idque adeò est verum, vt ius mihi spe tantum per aliquem quæsitum ex iuris dispositione, non possit per illum mihi auferri, per tex. in l. si constante in verb. exceptis. C. de donat. ant. nupt. quem. Bald. ibi ponderat, & adducit concord. & si in contrarium videatur. text. in l. 3. & quòd ibi not. Bart. ff. de ferū export. & in l. 1. vbi Bald. l. si. mand. ita fuer. distinguit. Alex. in l. qui Romæ. §. flauius. ff. de verb. oblig.

Imò etsi regulariter quis non possit sine actione experiri l. quoties. si tempo-
8 rali. ff. de adm. † tut. cum concord. tamē si speratur actio in contestatione litis potest quis agere ratione illius solius spei, tametsi actionem non habeat in principio. l. Titius. ff. de verb. oblig. vbi Bart. & alij.

Prout, & in actione legis Aquiliæ venit damnum spei cohærens corpori. l. proinde. §. 1. & l. inde. Neratius. & l. in lege. Aquilia. ff. ad l. Aquil. & Bald. consil. 182. lib. 1.

Prout etiam propter solam spem canetur, sicuti propter rem vt est text. in l. si vsusfructus mihi. ff. vsufruct. quemad. caueatur.

DVBITATIO CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Leges loquentes de viro, & vxore an intelligantur de putatiuis.*
2 *Matrimonium putatiuum, etsi habeat quoddam priuilegium circa dotem putatiuam nō tamen habetur circa alia.*
3 *Matrimonium putatiuum nō habet priuilegia veri matrimonij.*
4 *Maritus verus lucratur fructus dotis, non tamen putatiuus qui nec lucratur dotem ex pacto vel statuto de dote lucranda.*
5 *Maritus verus lucratur dotem ob vxoris adulterium, putatiuus tamen non id lucrum consequitur.*
6 *Vxor putatiua non sequitur forum viri putatiui.*
7 *Soluto matrimonio transit dominium dotis in vxorem, sed non sic in putatiuo.*
8 *Priuilegia vera dotis competunt, & putatiua.*

NVlli potest esse nocumento quæstio illa, an leges loquentes de viro, & vxore intelligantur de putatiuis, dicerem quod non, videlicet iura loquen-
1 tia † de maritō, & vxore non habere locum in ijs, qui putantur tantum maritus & vxor esse, non sunt tamen, per text. in l. si concubina in princ. ff. rer. amot. vbi vxor putatiua non habet priuilegium, ne furti conueniatur, sicut vera vxor.

Hinc nota quòd licèt matrimonium putatiuum habeat quædam priuilegia circa dotem putatiuam, per text. in l. si
2 † cum dotem. §. transgrediamur. ff. solut. mat. non tamen habet huiusmodi priuilegia circa alia, cui annotatione accedit tex. not. in c. 1. in verb. totam dotem extra de donat. int. vir. & vx. vbi maritus putatiuus non habet priuilegium veri mariti, ne videlicet, conueniatur, nisi in quantum facere potest vt not. Abb. in d. c. 1. & Bald. in l. diuortio. §. impendia ad fin. ff. sol. matr. Rip. in Rub. ff. sol. matr. num. 63. Dec. consi. 153.

Nec etiam matrimonium putatiuum habet priuilegia veri matrimonij, nam
3 licèt † in vero matrimonio dos habeat priuilegium vt non possit opponi exceptio compensationis per tex. in l. vn. §. ta ceat. C. de rer. vx. act. non tamen in matrimo-

trimonio putatiuo, ſecundum gloſſ. in d.§.impendia, quam ita intelligitur, & ſequitur. Alex. ibi.

Hinc apertè colligitur, quòd licèt maritus verus lucretur fructus dotis per
4 tex. in d.§.impendia, non tamen putatiuus per tex. in l. inſulam. §. fructus. ff. ſol. mat. quam gl. ſequuntur communiter omnes in dict. §. impendia, & Bald. in l. penult. §. Iulianus. ff. quòd fal. tut. autor.

Pariter nec lucratur maritus putatiuus dotem ex pacto vel ſtatuto, de dote lucranda, vt de primo ideſt, de pacto per tex. in l. 1. vbi. Bald. C. de cond. ob cauſ. Rip. in Rub. ff. ſolut. matr. Hippol. Marſil. ſing. 129.

Licèt etiam maritus verus lucretur dotem ob vxoris adulterium. l. conſenſu. §. vir quoque. C. de repud. c. plerumque extra de donat. in vir. & vx. Tamen
5 †putatiuus maritus id lucrum non cõſequitur vt expreſſim voluit. gloſſ. in d. §. vir quoque in verbor. ſibi habere, & Alex. in l. ſi cum dotem. §. fin. col. 2. ff. ſolut. matr.

Imò nec maritus putatiuus habet dilationem quæ veris maritis conceditur ad dotis reſtitutionem ſed illico debet eam reddere æquè ac quælibet extraneus, ſecundum glo. in l. vn. §. ex actio in gl magna poſt principium. C. de rei vx. act. & Abb. in c. de prudentia extra de donat. int. vi. & vx. & Alex. in d. l. ſi cum dotem. §. fin. ff. ſolut. matr.

Vxor pariter putatiua non ſequitur forum viri putatiui. l. de iure. §. fin. ff. ad
6 munic. † gl. in c. eos. 32. diſt. Bart. in l. fin. §. item. reſcripſerunt lect. 2 in 3. quæſt. ff. ad munic. Bald. conſ. 439. col. 2. verſic. itẽ nuptiæ lib. 4.

Et quamuis ex vero matrimonio diſſoluto ipſo †iure tranſeat dominium
7 dotis in vxorem l. in rebus. C. de iur. dot. non ſic autem ex putatiuo. l. 1. ff. vſufru. quemadm. cau. §. ſic itaque. inſtit. de act. Bald. in d. l. ſi cum dotem. §. fin. ff. ſolut. matrimon.

Declara tamen vt generaliter omnia veræ dotis priuilegia competant, & putatiuæ, vt per Specu. de dote poſt diuor.
8 †reſti. §. formatis verſi. ſed ſi mulier agit, ibi, ſed ſi matrimonium ſed hæc procedunt quando agitur de fauore mulieris intereſt. n. Reip. vt fœmina dotẽ quibuſcũque modis cõſequatur, vt deinde nubere poſſit, vt per tex. loquentẽ de vxore putatiua in l. 2. ff. de priuil. cred. dum reddit rationem præcedentis. l. 2. §. fina. priuilegium doti putatiuę cõcedentis, quę ratio non habet locum ex parte viri putatiui, & ideò non debet conſequi priuilegia conceſſa viris, ſed ad vlteriorem præmiſſorum declarationem aduertè ad Tiraquel. gl. 8. De ſommarij num. 234. 253. & ſeqq.

DVBITATIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Lex atque ars, an imitetur naturam.*

2 *Quærere legem, vel rationem vbi naturaliter ſentimus nil aliud eſt, quam infirmitas intellectus.*

3 *Lex nunquam fingit, quòd natura iudicatur impoſſibile.*

4 *Ratio naturalis eſt potentiſſima etiam in ſtatutorum interpretatione.*

5 *Papa non poteſt diſpenſare contra legem canonicam fundatam in dicta minore rationis merè naturalis, nec contra legem fundatam in ratione iuriſdiuini.*

6 *Ratio etſi nam exprimatur in lege illa, ante debet coniecturare, quæ potuit mouere legiſlatorem.*

7 *Ius ſcriptum vbi deficit, debemus recurrere ad naturalem rationem, & poſſumus argumentari à ratione naturali abſq; iurium allegatione.*

IVcunda eſt dubitatio, an lex atque ars imitetur naturam, firmemus, quòd ſic, vt per tex. in l. adoptio. ff. de adopt. vbi adoptio in hiſtãtum
1 perſonis †locũ habet in quibus etiam natura poteſt habere; & §. minorem

Inſtit.

Inſtit.eod.tit.& Bar.in l.ſi is qui pro emptore col.12. verſ.eius, quòd eſt impoſſibile.ff.de vſucap. cuius legis quoq; teſtimonio. Angel.conſ.10. col.5. verſic. fatetur fiſcus, dicit, naturam legis eſſe pędagogam, & per d.§.minorem dicebat Bald. in l. quoties, quæ eſt vlt. poſt princ. C.de ſuis, & legit.virtutem legis in naturali ratione conſiſtere.

Quod lex ſeſe ſpeculetur in natura, probat Fely. in c.toa vos de iureiu.ideò quòd apparet per rerum naturam non indiget probatione.Bald.in cap.1.col.5. verſ.item quæritur tit. an agnat.vel fil.

Et ſufficit ratio naturalis ſine lege vt not.Bald. in l.ſcire etiam oportet. ff. de excuſ.tut. & Iaſ.in l.illam col.3. verſ. limita tamen C.de collat. vbi ex hoc limitat id quòd per eum rex.ibi dici ſolet,quòd erubeſcimus cum ſine lege loquimur. Hinc dicebat. Abb.in c. 1. col. 3. verſ.nota, ibi ,intentione, de iuram. cal. quòd propter naturalem rationem etiam non ſcriptam poſſumus recedere à verbis legis, naturale enim, & rationabile aliquod dictum ſine lege, ita debet mouere iudicē, vt ipſa lex. And. Iſern.in proem. feud. colu.fin.verſ.nam rationabile. Hinc dicebat Ariſtoteles, quærere legem, vel rationem, vbi naturaliter ſentimus, nihil aliud eſſe, quã
2 infirmitatē intellectus arguere † vt per Ang.conſ.366.col.2. verſ.1.quia capta, quē ſequit.Iaſ.in auth.ſi qua mulier col. 2. verſ.contrariã opinionem.C. de ſacr. eccl.& in l.illam. C.de collat.

Lex præterea nunquam inducit fictionem aut preſumptionē contra naturæ potentiam ſiue impotētiam, ideſt, lex non fingit id quòd natura iudicatur
3 impoſſibile glo.in l. Gallus.§.ſi eius glo. magna vbi Bart. & alij. ff.de liber.& poſthum.gl.in l.3. ff.pro ſocio.vbi Bald.dicit, quod fictio imitatur naturam. Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff.de vſucap. naturalis enim ratio auctoritate legis non poteſt immutari.l.2. ff.de de vſufr. earum rer. quæ vſu conſum.

Imò ratio naturalis eſt potentiſſima etiam in ſtatutorum interpretatione.
4 † Bald.in c.1. col.14. verb. aliquid,tit.de pac. Conſtan.& refert. Iaſ.in d.l.ſi is qui pro emptore num.62. & ratio naturalis certa eſt ratio, quæ in dubio habet pro lege ſcripta, Ange.conſ.345.col.2. verſ. ego in hac diſputatione vbi ſubdit, qđ naturalis ratio idem eſt, quòd iuſtitia naturalis præualens rationibus coniecturalibus.

Hinc Papa non poteſt diſpenſare cõ
5 tra legem canonicam † fundatam in dictamine rationis merè naturalis,vt nec contra legem fundatam in ratione iuris diuini. Abb. in c. per tuas de arbitr. Felyn.in c.ad audientiam lect.2. colu.5. verſ.benè fateri, quòd vbi lex de reſcr.

Et licèt ratio nõ exprimatur in lege, tamen illa debet coniecturari, quæ potuit naturaliter mouere legislatorem.
6 † Abb.in cap.fin.verſ.& licèt ratio de re iud.& in c.2.requiris col.1. 1.not.de appellat.& ibi in vlt.not.vbi dicit, quòd in deciſionibus cauſarum licitè allegatur ratio naturalis.

Pariter dicebat idem. Abb.in c.cum ſint col.1. in vlt. not. de decim.quòd cũ ius ſcriptum deficit, debemus recurrere ad rationem naturalem, & ſeq. Curt. ſen.conſ.37. num.7. imò.dicit idē Abb.
7 in c.nulla in 1.not.de præben. † quòd poſſumus argumentari à ratione naturali abſq; allegatione iurium, & ſequit Felyn.in c tua nos col.2. verſ.in tex. vbi res de iure,iur.

DVBITATIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Legibus an exemplis ſit iudicandum, Veneti, habent caſus deciſos vulgò caſi ſeguij ibid.*

2 *Sanctorum exempla poſt ſacros canones ſequenda, & præferuntur deciſioni papali ſi inhæraut ſanctorum exemplis, auctoritati veteris, vel noui teſtamenti.*

3 *Exempla principum, an faciant legem, &*

quid

quid de exemplis superiorum ibid.

4 *Exemplа sanctorum tam in scriptis, quam in factis sunt obseruanda.*

5 *Exempla peritorum in arte sua probant.*

Authoritas diuinæ paginæ potest allegari tãquam lex.

1 LEgibus an exemplis sit iudicandũ quandoque dubitari contingit, & non esse iudicandum exemplis, sed legibus 1.loco affirmamus per text.in l.nemo.C.de sent. & interloc.omn.iud. & l.singuli. C.de accusat.sed Socin. in sua regul. 280. dicit dictam conclusionem non procedere in tribus casibus annotatis ibi per eũ,prout ego addo dictam conclusionẽ procedere, quando adest lex,vel similc legis.gl.in l. de quibus in verb.inueterata. ff.de legib.præterea , vt per Abb.Felyn. & alios canon.videre potes non vendicat sibi locum in casibus per eos obseruatis in c.2.de præsumpt.

Nolo recensere omnes casus,in quibus non procedit præmissa conclusio, qa relata p alios, nisi quadã necessitate, comexionis non intendo referre,quia optimè scio quòd in specie,Resp.Veneta quæ est antiquis,& modernis temporalibus amplissima habet catus decisos, vulgò casi sequij per excellentissima cõsilia ex quorum decisionibus pendet illius Reip.authoritatis, & nimis graue esset decisa ex concilio tantorum procerum scriptis domandare.

Nolo tamẽ omittere quòd exempla Sanctorum post sacros Canones sunt sequenda.per text. in c. submittitur 21. dist.& c.de quibus 20.dist, Luc.de penn. in l.exempo.C.de decur.lib. 10. numer. 2. 3. & 4.

2 † Imò si exempla sanctorum inhæreant auctoritati veteris vel noui testamenti,auctoritatis huiusmodi contemplatione præferuntur decisioni Papali secundum gloss. in cap. de libellis. 21. distinction.

Idem dicendum ferè in exẽplis principum,quæ an faciant legem, & sint sequenda potes intelligere à gloss. in l.2. in fin.versi.relegauit.ff. de his quòd sunt sic vel aliu.

Pariter idem censeo in exemplis superiorum qui tenentur dare inferioribus bonum exemplum,& qualis 8. 9. 5. & c. nolo 2. qu. 1. sicut etiam vita pastorũ debet esse exẽplum discipulis c.pastoralis 2.q.7.

Et quia dixi de exemplis sanctorum addo, quòd tàm in scriptis quàm in factis prospicaciter sunt obseruanda. c.de
4 quibus.20.dist.& c.† vides.23. q. 7.huiusmodi namque exempla sunt fomenta ad æternam gloriam futuram præcipuè quando sunt munita authoritate noui vel veteris testamenti gloss. est in c.de libellis verf.illorum.20.dist.

Exempla etiã Doctorum, poetarum, aliorum peritorum † in arte sua probãt
5 Fely.in c.proposuisti num. 7. de probat. Saly.c.in l.comparationes.ff.de fid. instr. donec saltem de contraria, & incõuincibili ratione liqueat.l. in tantum in fin. ff.de rer.diuis.l.septimo mense.ff.de stat. hom.& l.si pater meus. ff. de solut.

Quid dicam de exemplis diuinis illa. nempè sunt obseruanda omninò,& nõ prosternanda, & qui aliter faciunt, ruinam & laqueum præparant animæ suę & ædificant ad gehennam,quia authoritas diuinę paginæ potest allegari tan-
6 quam lex ita Felyn.in c. ex parte nume. 16. de rescr.

DVBITATIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Legislator formans factum vel casum affirmatiuè, & nil respondens expresiè intelligendus est ac si affirmatiuè respondisset.*

2 *Legislator quando aliquid decidit in aliquo casu rationem frequentioris contingentiæ illud non importat mysterium iuris.*

3 *Colonus qui promisit plantare vineam, & dare quartam partem fructuum domino, si plãtaueris*

tauerit alias arbores tenetur de alijs dare quartam partem, quia vineę frequentiùs solent plantari.

4 *Ablatiui absoluti positi gratia frequentioris contingentiæ non important misterium iuris nec conditionem.*

5 *Verba narratiua facti non faciunt argumentũ.*

6 *Verbum, fortè in assignatione causæ appositum non importat causam finalem sed impulsiuam.*

Positum à consultore verbum fortè, in consilio suo non inducit dubitationem ibid. idem dicitur de sententia. ibi.

7 *Testis deponens per verbum fortè, credo, nil infert, nec relenat.*

QVæsitum non erit scire, an legislator formans factum, vel casum affirmatiuè, & postea nihil respondens expressè, intelligatur affirmatiuè respondere in iure, & dico intelligendum esse ac si affirmatiuè respondisset in iure per text. in
1 l. cũ fundus. † §. seruum tuum imprudẽs, ibi. Alex. ff. si cer. pet. l. quòd sæpè. §. seres versic. sed videamus. ff. de contrahend. empt. l. in rebus post prin. versic. sed accidendum. ff. commod. Iaſ. in l. seruum. §. si pupillus num. 6. ff. de vulg. & pup. & in l. Barbarius num. 19. ff. de off.

Imò, & legislator quando aliquid decidit in aliquo casu ratione frequentioris contingentiæ, illud non importat
2 mysterium † iuris, nec per hoc excludit alium casum vt per glosſ. in l. moribus, ibi, sed hoc frequentius contingit. ff. de vulg. & pup. & ita limitatur regula. text. in c. nonne benè dicimus de præsumpt. & l. cum prætor. ff. de iudic. vbi vnius exclusio alterius est inclusio.

Hinc dicebat Io. And. in tit. de locat. §. 1. versi. quid si colonus, de rustico qui promisit plantare vineam, & dare quartam partem fructuum domino, quod si plantauerit alias arbores, similiter tenẽ
3 tur † de alijs dare quartam partem; ratio est secundum Io. And. ibi quia de vineis est dictum, quod frequentius consueuerunt plantari, & per hoc est glosſ. in auth. imò in verbor. patentibus. C. de act. & obl. & in l. si is qui §. quòd dicitur. ff. de iur. dot. & in l. aduersus in glosſ. fin. ff. de acqu. poss. & idem vult Bart. in l. 1. §. 1. in 1. oppositione. ff. ad Treb.

Et collige hinc, quòd ablatiui absoluti quando ponuntur gratia frequentioris contingentiæ, tunc non important
4 mysterium † iuris, & consequenter non resoluuntur in conditionem importantem causam finalem vt not. Iaſ. in dict. l. moribus num. 13. ff. de vulg. & pup.

Legislator pariter quotiescunque narrat facti contingentiam ex talibus
5 verbis narratiuis † facti non licet sumere argumentum. Iaſ. in l. quoties num. 22. C. quando non per. par. pet. accuſ. & in l. illam num. 16. C. de collat.

Vbicunque etiam in assignatione causæ legislator apponit illud verbum,
6 † fortè, illa causa non est censenda finalis sed impulsiua, vt per eund. Iaſ. in l. in substitutione. num. 6. ff. de vulg. & pup.

Verbum enim, fortè, appositum à cõsultore in consilio suo non inducit dubitationem iuris. l. commodato. §. cum autem. ff. commod. c. dilecti de elect. c. iuuenis de sponſ. glan c. nisi de renunc. glosſ. & Innoc. in c. tua de sponſ. Iaſ. in d. l. in substitutione. num. 5.

Idem dicas de sententia lata p verbũ fortè, quia valeret, quia verba sententię impropriantur glos. in l. & puto. ff. fam. ercisc. vt not. Alex. in d. l. in substitutione, & quia sententia lata per verbum, credo, tenet vt per text. in l. si quis filio exhæredato. §. irritum vbi Bald. notat. ff. de inũ. rupt. irri. testa. in gl. l. diẽ proferre. §. si plures. ff. de arbit. Alex. in l. cum quo. ff. ad l. Falc.

De teste verò qui deponit per verbũ,
7 credo, fortè † nideretur quòd nihil valeret eius dictum, quia ambiguum dictum testis nil relcuat. Iaſ. in d. l. in substitutione nu. 5. in fin. ff. de vulg. & pup.

DVBITATIO C.

SVMMARIVM.

1 *Lex an poſſit factum infectum facere?*
2 *Factum quòd non ſit factum, implicat contradictionem.*
Sententia Agathonis, qui fuit Platonis diſcipulus ibid.
Plinij auctoritas. Alex. de Ales Diui Thomæ, & Auguſtini. ibid.
3 *Legislator actum repugnantem non poteſt in actum producere, nec ipſe Deus, Sancti Hyeronimi auctoritas ibid.*
4 *Papa non poteſt tollere infamiam facti.*
5 *Deus non poteſt remouere veritatem à veritate.*
6 *Donatio etſi non valeat, ſi quid donatum ſit, & datum, lex non poteſt facere, quòd non ſit traditum.*
7 *Declaratur regula ſe habens, factum infectũ reddi non poſſe, qualiter in iure intelligatur.*
8 *Lex poteſt facere, vt ſcriptum proſcripto habeatur, & geſtum pro non geſto, adiectum pro non adiecto, traditum pro non tradito.*
9 *Papa poteſt reuocare, quæ ſunt iuris poſitiui.*
Princeps poteſt facere, vt res facta habeantur pro infectis, etiam quoad effectus præteritos ibid. etiam in præiudicium alterius, quòd tamen declara vt ibid.
10 *Factum haberi pro infecto hoc eſt ex fictione.*
11 *Dominium poſſeſſionis conſtitutitia ſiue precaria, an transferatur ex contractu inutili?*
12 *Facta non præſumuntur, niſi probentur declaratur hæc regula, quando procedat, vel non ibidem.*

NOn emittendũ exiſtimo dubium illud, an lex factũ poſſit infectum facere? memor illius tritiſſimi, & in puerili ætate à me accepti Adagij, Manutiani, factum infectum reddi non poſſe, primo loco teneo, quia legum auctoritas non tollit veritatem naturalem, nec 1
poteſt illam ab eſſentia ſuæ realitatis eradicare, vt inquit Bald. in c. contingit col. 2. verſ. dicunt Doct. de dol. & contu. & quæ facta ſunt ſecundum veritatem, lex non poteſt infecta facere. vt ex tex. in l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtl. reu. ideoque Bald. in cap. fin. col. 2. verſ. ſed nunquid conſuetudo extra de conſuet. dicit, quòd facta, nulla iuris conſtitutione mutari poſſunt, & in ca. cum in eccleſiarum col. 3. verſ. ſed nunquid ſtatutum de conſtit. vult, quòd factum nulla conſtitutione tolli poſſit. Hinc per text. in l. verba. C. de teſta. aſſerimus teſtatorem non poſſe factum infectum facere, & in l. verùm. ff. de regul. iur. vbi habentur hęc verba. Verum neque pacta, neque ſtipulationes factum poſſe tollere, quòd impoſſibile eſt, neq; pacto neque ſtipulationibus poteſt comprehendi.

Implicat nãque contradictionem dicere, quòd factum non ſit factum, vt in §. 1. verſ. quæ igit̃ in auth. de æqual. dot. vbi ad verbum dicitur, quòd enim factum eſt, infectum manere impoſſibile eſt, ideò peccatum ſemel admiſſum, vt per Procopiũ de bello Vandalico lib. 4. nunquam efficies, vt ſit infectum, & quòd ſemel euenit, peractumque eſt, vt ex Agathio peregr. hiſtor. lib. 3. quominùs effectum ſit, natura nequaquã admiſerit. 2

Hoc vno, Agathonis, qui fuit Platonis, diſcipulus ſententia eſt per Ariſtotelem libr. 6. Moraliũ Nicomachiorum c. 2. probata, Deum priuari, quòd factum infectum facere non poſſit. Vnde vates Satyrius lib. 3. Carminum ode 29. de Ioue loquens ait, Non tamen irritum, quòdcunque eſt, efficiet, retro neque diſtingit, infectumq; reddet qđ fugiens ſemel hora vexit Perpulchrain hoc auctoritas eſt Plinij lib. 2. cap. 7. qui ait, imperfectæ in homine naturæ præcipua tolatia, ne Deum quidem poſſe omnia. Namque facere non poteſt, vt qui vixit, non geſſerit, qui honores geſſit, nullum habere in præterita ius, niſi obliuionis.

Eiusdem sententiæ assertores sunt Alex.de Ales sentent.lib.1. dist.42.& in 1.part.suæ summæ, quæst.21. membr.5. art.4.signat Doctor Angelicus Diuinus Thomas,& Sanctus Augustinus Theologorum Dux lib.25.aduersus faustum.

Idem tenent Bar.& Bald.in l.non dubium.C.de legib.& Ange.cons.187. qui
3 dicit,† quòd legislator actum repugnantem nō potest in actū perducere, imò, nec summus Deus l.vbi repugnantia.ff. de reg.iur.

Attende Diuum Hyeronimum in c. si Paulus 32. q.5.audacter dicam, cùm omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam, quòd etiam affirmat per illum tex. gl.in l.vn.post prin. in verb.nō potest. C.de rapt.virg. & alia gl.in c.super eos in gl.magna ante fi.de bigam. quòd & astruit Ouid.in Epistola 5. quæ est Oenonis ad Paridem, Nulla reparabilis artè læsa pudicitia est, deperit illa semel,idest, irreparabiliter, & irrecuperabiliter, & irreuocabiliter.

Hinc Abb.in c.cum te col.3. vers.sed
4 pro clariori de re iud.negat Papam posse tollere infamiam facti.

Nec Deus potest remouere veritatē
5 à veritate,† vt verum nō sit verum,quia omne verum est necessarium.ita Bald. motus auctoritate Diui Pauli in l.ex his verbis in fin.C.de testam.milit.quia nec Deus potest ea, quæ implicant contradictionem, vt per Bald.in l. tanquam col.8. vers.quintū. C.de fideicom. ideoque nec quòd factum non est,vt sit factum,facere non potest.

Hæc iuuant ad arguendum in materia donationis, vt. s. si in donatione
6 viri,& † vxoris interuenerit vera traditio rei donatę,& possessio eius accepta, translata sit possessio in donatarium, etsi donatio non valeat, nec lex facere potest,vt quòd verè traditū est, quodq; verè acceptum est,traditum acceptum nè non sit:vt ex text. in l.1. §.si vir vxori vbi scribēt. ff.de acq.poss.licet ibid.Bart. Bald. & Salyc.videantur in hoc casu distinguere, videlicet,quòd ciuiliter non transit possessio,sed tantum naturaliter, siue transit, sed non effectualiter, quia citò auocari possit.

Sed ne erres cum grano salis intelligas,factum fieri infectum non posse nō solum à lege, vel homine, sed nec à
7 Deo: † vt scilicet, lex non possit facere, quin id factum sit, quantum ad rem ipsam, quòd semel factum est, potest autem facere lex, vel legislator, vt pro nō facto habetur quātum ad iuris effectū, siue reipsius validitatem:per tex.in l.iubemus nulli.§.1.in fin.ibi, ea quæ contra legem facta sunt,pro infectis habēda sunt.C.de sacrosecc.& in l.non dubium. C.de legib. ibi non solum inutilia, sed etiam pro infectis habeantē vbi Bart. col.3. vers.oppo. quòd secundum hanc, & in l.cum ea C.de transact.& l. 1.C.qui pro sua iurisd.& in l.creditor in fin. C.de donat. in vir.& vxo.& §.1. vers. si verò minùs fuerit in authent.de non alien. reb. eccles.vbi, & pro non facto ponit, vbi Accursius supplet,quantum est de iure, sed factum infectum fieri non potest, & in c.1. §.pactio nos tit.de pace Constan.& in c.quę contra ius de regul.iur.in 6 & not.in gl.ibi, eas habere volumus pro infectis in clem.1. de immun.eccles.vbi gl.ex eo putat excōmunicatū,vi cōstitutionū quę illic pro infectis habentur,non egere absolutione,sicut verò lex potest facere, vt factū pro infecto habeatur, sic & è diuerso, vt non factum pro facto authen.si qua mulier. C.ad Velle.& c.is qui fidem, de sponsal. tametsi facere non potest, vt non factum sit factum.

Lex potest etiam facere, vt non scri-
8 ptum pro scripto habeatur c. cum M. Ferrariensis vbi Bal.ext.de constit.sicuti è contrario potest facere scriptum pro non scripto. l. conditiones. ff.de cond. Institut. l.quæ in testamento, & l.quòd adhibitus.C. de his qui sibi adscri.l.lancimus in princ. C. de donat.

Et potest facere vt gestū habeatur pro non

non geſto.§.ſedet, quòd ſancitum eſt in auth.de nupt. Item adiectum pro non adiecto.l.ea quæ ad dandum. ff.de reg. iur.traditum pro non tradito. l.ſi me in vacuam.ff.de acq. poſſ.& Bart.in l.1 §. ſi vir vxori.ff.eo. Dec. cõſ.467. ſi enim lex facit, vt verè traditum pro non tradito habeatur, multò magis facere poteſt, vt quòd verè non traditum eſt, ſed pro tradito habetur, vt eſt in conſtituto, vel præcario, quæ non ſunt veræ traditiones,pro non tradito habeatur in cõ tractibus inutilibus, ſic quoque datum pro non dato, l.1. ff.de in ius voc.non ſcitum pro ſcito clem.1. de concel.preben. Alex. Brun. conſ.1. circa primum art. colu.6. verſ. poteſt enim princeps. Item poteſt facere inſtitutum pro non inſtituto. l.quoties. §. tantundem. ff.de hære.inſtit.

Exinde collige, quòd Papa poteſt reuocare ea, quæ ſunt iuris poſitiui, vt ex
9 tunc.d.clem.1.de immun. † eccl.vbi gl. ibi ita colligit.

Sicque Princeps poteſt facere, vt res factæ habeãtur pro infectis, etiã quoad effectus præteritos.Abb.& alij in c.quia diligentia colu. 3. verſ.3. quæro extr.de elect. etiam quoad præiudicium alterius Felyn.in c.1. col.7. verſ.ampli.2. de conſtitut. & licèt factum reſpectu ipſius non poſſit haberi pro infecto, poteſt tamen quoad effectum iuris. Abb.in c. quæ in eccleſiarum col. 1. de conſtit.& in c.nulli in fin de reb.eccl.non alien.& in c.per venerabilem col.5. verſic. pro concordia dicerem extra,qui fil.ſint legit.& in c.non debet in fin.de conſang. & affin.Alex.in l. Gallus. §. & quid ſi tñ col. antepen. verſ.2. limitat ff.de libe.& poſthu.laſ. in d.§.ſi vir vxori col.1. in 2. lect. Dec.in c.1. 1. le&. 6.not. de iudic.

De eo tamen, quòd dictum in præiudicium alterius Card. Florent. ſibi ex diametro contrarius,tenet in c.ad petitionem col.4.in 5.oppoſit.de accuſ.nẽpè eam clauſulam, haberi pro infectis, non habere locum in præiudicium alterius, cui ius interim eſt quæſitum; ſuper quo Dec.in d.c.fin.de conſtit.& cõſ. 252.col.fin.dicit id poſſe habere locum in iure quæſito alteri ex iure gentium, quòd à Principe tolli non poteſt ſine cauſa, vt notant canon.in c.quæ eccleſiarum de conſtit.& Bar.in l.vlt.C.ſi cõtra ius, vel vtil.pub.

Secùs dicẽdum eſt in iure quæſito ex iure ciuili, vt dominium quæſitum ex præſcriptione, vel ſententia, q̃ à principe ſine cauſa tolli non poteſt.Bald.in l.vlt. col.2. verſ.ſed immediatè opponitur. C.ſent. reſc. non poſſe. Caſtr.in l.3. colu.1. ff.de teſtam. & l.cum hæredes in princ.ff.de acq.poſſ. Alex.conſ.2.col.6. verſ.plus dicit lib.1.

Factum verò haberi pro infecto eſſe hoc ex fictione tenet. Bald.in c.præte-
10 rea col.fi.verſ.† ſed contra hoc opponitur de dilat. ita vt ex huiuſmodi fictione oriat vtile remediũ.l.in bello.§.factę. ff.de capt.& poſtl.reu.& l.cum à matrib. C. qui pet.tut.Nec ob id ei prodeſt,qui actum fecit,quin ex eo puniri poteſt,vt tenet.Bald. in l. non dubium col. 5.in 4. oppoſ.C.de legib. per text.in l. cum qui duas.C. de adult. & l.ſi reo.§. quòd vulgo.ff.de fideiuſ.& l. bona fides. ff. depoſit.ſubiungit adeſſet.Bald.ibi,Bartolum dicere aliqui habere pro infecto, eſſe quãdam fictionem, vnde licèt quatenus æquum eſt vt contra habeatur pro facto non fingitur infectum, quia fictio debet eſſe æqua,& rationabilis, æquum autem eſt vt habeatur pro infecto, quãtum ad ipſius commodum qui fecit, vt ſcilicet, nullum ex eo commodum conſequatur, ſed pœnam tamen non effugiet qui id contra leges facit, & tandem concludit.Bald.d.l. non dubium prohibita haberi pro infectis quantum ad firmitatem, & robur ipſorum per text. d. l. non dubium ſed non quantum ad eius punitionem qui fecit,q̃ in idem recidit.

An verò ex contractu inutili trãſferat
11 dñiũ vel poſſeſſio,præſertim cõſtitutia, ſiue præcaria hoc dignoſcitur à text. &

Digitized by Google

glo.in l.multum.C.seq.alter vel sibi,& l. contractus.C.de fid.instr.Bart.in l. 1. §. si vir vxore in fin.vbi Alex.ff.de acq. poss. Corn.consi.203.lib.3.& consi.263.eo. li.

Nec prætereamus postquam de materia d. §. factæ differuimus, quòd facta
12 nō† præsumūtur nisi probētur.l.1.C.de sol.d.l.in bello.§.facte.ff.de c.& post.reu.

Et non tantum hæc conclusio procedit in facto, verum etiam in eo quod dependet,vel oritur ab ipso facto,vt exemplificatur in homicidis l.1.§.item acquirimus.ff de acqu.poss.Dec.in l.quarenus ff.de reg. iur.

Prout procedit etiam in facto per longissimum tempus,nempè 30. annorum,secùs in antiquis temporibus. 1.cētum annorum.gl.in l. ar qui natura. §.sit cum me absente.ff. de neg. gest. & quid tempus antiquum notat. Ias. in l. cum aliquis.C.de iu.delib.num.7. & sequ.

In consuetis verò fieri tunc factum tanquam argumentum à solitis, & communiter accidentibus valet.Ias.in l.sciēdum num.2. ff.de verbor. obligat. vnde versus est. Nō facta latēt,sed facta patēt.

Quando etiam aliqua causa præcedit, ob quam præsumitur factum tunc non procedit præmissa conclusio. Bart. in l.fi.§.in computatione C. de iu. delib. & Ale.in l.cū seruus.n.4.ff. de verb. obl.

Quando pariter in aliqua scriptura
1. reperiretur verbum designans factum, tunc cessat reg. quòd facta non præsumantur nisi probentur. Ias.in d. l. sciendum num.2.ff.de verb.oblig. vbi habes quòd in claris nō est opus cōiecturis p tex.in l.cōtinuus.§cū ita. ff.de verb.obl.

DVBITATIO CI.

SVMMARIVM.

1 *Leges loquentes de Imperatore an habeant locum in Papa regibus principibus, & Comitibus, & quid de Venetis Lauretanis, & huiusmodi?*

2 *Auctoritas Lucæ,Domine ecce duo gladij, denotat duas potestates in orbe,& declaratur.*

3 *Papa, & Imperator debent se ad inuicem in necessitatibus adiuuare nō contēdere inuicē.*

4 *Rex persarum non est subditus Impe.Roma.*

5 *Nationes plures sūt liberę ab Imperio Roma.*

6 *Rex Galliæ Christianissimus Imperatorem non recognoscit.*

Reges Francię vnguntur Chrismate seu vnguē to cœlitùs misso per columbam quæ rostro suo illud apportauit in amphora in monasterio Sancti Remigij,qui primum Regem Franciæ Clodoueum baptizauit.ibid.

Pipinus pater Caroli magni dedit bononiam, & Romandiolam Ecclesiæ.ibid.

7 *Reges quatuor unguntur à summo Pont. rex Franciæ,rex Hyerosolymitanus,rex Siciliæ, & rex Angliæ, sed alij non, nisi habeant ex consuetudine, vel priuilegio.*

Rex Franciæ soli Papæ facit subiectionē. ibid.

Rex Frāciæ appellāt primogenitus ecclesiæ.ibi.

Rex francorum est francus à iure Romano.

Regis francorum contra prima vexilla ucma præsumat honorem.ibid.

Rex francorum super omnes Reges Christianorū obtineat coronā libertatis,& gloriæ.ibi.

Rex Franciæ iure optimo dat episcopatus in regno suo. ibid.

Rex Franciæ ad solum manus tactum certas sanat infirmitates. ibid.

Regi Franciæ lilia pro insignibus fuere transmissa diuinitus. ibid.

8 *Hispaniarum rex Catholicus Imperatorem quoque non recognoscit, quia de faucibus infidelium eruit regnum.*

Rex Hispan.inter Reges omnes verè potentissimus, verè Catholicus verè,Imperator in suis Regnis,potissimum hodie viuens Philippus semper Augustus Dux Mediolani in quo Ducatu non recognoscit Imperatorem. ibid.

9 *Dux Sabaudiæ Serenissimus nec Imperatorem nec superiorem recognoscit de iure.*

Ratio est quia eo ipso quòd Imperator creauit eundem Ducem Serenissimum in dominio ipsius non exercet aliquam potestatem seu iurisdictionem nisi per ipsum Ducem,& ex hoc videtur transtuliſſe,& transtulit in eum omnē potestatē imperialē in dominio ipsius Ducis

Meritò idē Dux sacra Sindone vti Speciali priuilegio,& pignore D.N.I.Christi insignitur et dom', & ciuitas Augusta Taurinorū ibi.

Dux

Dux Sabaudiæ ab origine Rex, & inter Reges hodie adſcribendus. ibid.

Dictum Guarini equitis in Comico Carmine de Duce Sabaudiæ al cui ſenno, al cui petto alla cui deſtra, commiſſe il Ciel la cura delle Italiche mura. ibid.

Dux Sabaudiæ præciſo iure in ſuo dominio, & territorio ea poteſt quæ Imperator in ſuo. ibi.

10 *Mantuæ Sereniſſimus Dux meus, & Montisferrati, qui vt ait Apoſtolus, non ſine cauſa gladium portat ratione vtriuſq; dominij, obtinet, & exercet iure Imperij, & idē de ipſo apud iuriſcōſultos legit & de Duce Mediolani.*

11 *Parmæ Ducatum Romanæ eccleſiæ ſubeſſe Reſpondens iuriſconſulti inferentes aſſenſum a ſummo Pont. nempè à primo domino mediato requiri debere in certis caſibus, etſi crediderim Sereniſſimos Parmæ, & Vrbini Duces exercere iure Imperij in ſuis dominijs prout exercet Sereniſſimus Dux Mutinæ extenſis proſapiæ antiquiſſimæ, & glorioſiſſimæ, hodie affinitate meritò iunctus Duci Sereniſſimo Sabaudiaco.*

12 *Montisferrati, & Finarij Marchiæ tandem habuere originem.*

13 *Venetiarum Reſp. Ianuenſium, Lucenſium ac aliæ extant ciuitates non recognoſcentes ſuperiorem ob id non licèt Imperatori præcipuè in Venetæ Reip. & ciuitatis in mari qđ eſt nullius, extructa locis, & ciuitatibus voluntariam exercere iuriſdictionem.*

Abba Pompeia, Aſta, & Pollentium memorantur. ibid.

14 *Albamerum, & mixtū Imperium ac iuriſdictionē cumulatiuè obtinuit à Federico Impe. anno 1222. de ea ciuitate, & de Aquis ſtatyellorū, ac de Aſta mentionē habet plinius.*

15 *Marchiones, & comites perpetuò inueſtiti omnia poſſunt in eorum ſubditis quæ poteſt Imperator in terris ſuis latè ibid.*

16 *Principes non recognoſcentes ſuperiorem exercent poteſtatem imperialem, & eorū ſtatuta habēt vim iuris ciuilis; & cæſaris vicē ſuſtinēt.*

17 *Idem dicendum de dominis inferioribus caſtrorum quibus ius eſt perpetuus.*

18 *Imperator non eſt terrius mundi dominus etiā quoad iuriſdictionē, & protectionē, nec pōt indicere bellū gentilibus vt ex. Couar. ibi. cit.*

19 *Vaſallus habens vtrunque Imperium dicitur princeps in ſuo territorio intellige vt ibi. latè.*

20 *Ciuitates Italiæ quæ ſunt principes ſibi ipſis eadem habent iura quæ principes non recognoſcentes vt ibid. latè.*

21 *Feudatarij Status Mediolani non poſſunt concedere gratiam ſubditis niſi quoad bona, & pœnam quæ eis applicatur.*

22 *Inferiores ſoli qui ſuperiorem non recognoſcūt poſſunt & Papa, & Imperator in terris ſuis.*

23 *Rex in ſuo regno dicitur Imperator ratio aſſignatur quare inferiores ſuperiorem non recognoſcentes tali præmiſſa poſſint.*

24 *Principi reſeruata nō veniūt in generali cōceſſ.*

25 *Inferiores non recognoſcentes ſuperiorem non poſſunt ius alicuius tollere.*

26 *Principes non debent abuti eorum ſuperioritate à qua intelligitur exceptū ius honeſtatis.*

Princeps ſi inuitat dominas ſubditorum ad tripudium non tenentur ire de iure, ſicùs ſi inuitaret eas cauſa aſſociandi conſortem. ibid.

Princeps debet ſe abſtinere ab omni re illicita, & reprehenſibili magiſquam alij ideò non debent grauari ſubditos quia Papa poteſt deponere de iure ſi nimis ſubditos grauēt. ibid.

Princeps poteſt ob defenſam Status ſuper indicta ponere. ibid.

Iniuſtitiæ fuere in cauſa, & facit translatū Imperiū ab eccleſia à Græcis in Germanos. ibid.

27 *Princeps non poteſt occupare aliena.*

Reſponſio Venetorū facta Duci Sabaudiæ. ibi.

28 *Princeps eſt dominus quoad protectionem, & iuriſdictionem.*

Cauſa in Principe non præſumitur, vt priuare poſſit aliquem iure ſuo. ibid.

29 *Papa ſicut ſol in planetis ſolus habet plenitudinem poteſtatis, poteſt adæquare quadrata rotundis, non poteſt priuare Romam ſiue ab ea ſede non poteſt mutare, quia ex Antiochia, precepto Dei fuit ſedes Romā tranſmiſſa Deus duas habet eccleſias principales. ibi.*

Princeps tenetur tueri ſubditos ne offendant ab alienigenis, & iniuria facta ſubdito dicit ipſius domini, & dūs pōt proca appellare.

30 *Bona feudalia non poſſunt ob debita accipi inſolutum, ſed tantum redditus. ibid.*

31 *Princeps habeē auctoritatē pecuniā cudēdæ.*

32 *Principis teſtimonium maius eſt, quam cuiuſli-*

iuslibet Notarij vnius.

33 *Principi excõmunicato, vaſſalli nõ teneť obedi.*

34 *Princeps non poteſt ſine cauſa expellere forenſes habitantes in ſua iuriſdictione.*
Princeps iracundia motus ſine cauſæ debent grauare ſubditos quia Papa poteſt eos deponere, de iure ſi nimis ſubditos grauent. ibi.
Princeps poteſt ob defenſam ſtatus ſuperindicta ponere. ibid.
Iniuſtitia fuere in cauſa quòd fuit translatum imperium ab eccleſia à Græcis in germanos.

35 *Cognitione ſi mandauerit crudeles vindictas vel quid irrationabile contra ſubditos, debet differri executio vſque ad triginta dies.*

36 *Princeps non poteſt ſine peccato expellere iudæos, & Saracenos è ſuo regno, & territorio; imò Papa debet eos tollerare niſi Chriſtianis immineat ſcandalũ, vel periculũ, vel damnũ.*
Subditi diuites nerui ſunt principis. ibid.
Principis boni eſt ſtatum ſuum amplificare potiùs hominum adiectione quàm pecuniarum copia. ibid.

37 *Principes non recognoſcentes ſuperiorem vel Comites perpetuam habentes iuriſdictionem poſſunt condere decreta.*

38 *Dominus quilibet, & quælibet vniuerſitas poteſt legem, & ſtatutum facere quoad adminiſtrationem, & exercitium iuriſdictionis.*

39 *Iudæi debent tolleravi à Papa, probatur lupanaria tollerantur vt euitentur deteriora. ibi.*

40 *Iudæi non ſunt moleſtandi, & in temporalibus ſubijciuntur legibus principum.*
Iudæis quæ prohibeanť, & quæ tollerenť. ibid.

41 *Imperator eſt iudex in cauſa propria, & ſuorum ſidem de Papa.*
Concilium nec etiã Papam poteſt iudicare. ibi.

42 *Papa de honeſtate debet cauſam ſuam alteri delegare.*
Pontificis mala fama debet liberari criminum ſuſpicione ne miniſterium vituperetur. ibid.

43 *Papa non eſt iudex in crimine hæreſis, ſed ab alijs iudicari debet.*

44 *Papa hæreticus in eo quòd eſt hæreticus minor eſt quolibet Chriſtiano; & tali caſu concilium erit iudex.*

45 *Papa vbi in delicto ſcandaloſo eſſet incorrigibilis poteſt accuſari.*

46 *Inferiores à Papa, & Imperatore non poſſunt in cauſa propria iudicare.*

47 *Aduocatus in cauſa propria patrocinium alterius quærat.*

48 *Dominus feudi etiam inferior in facto notorio poteſt eſſe in iudex in cauſa propria.*
Idem dicendum in ordinario ſecùs in delegato iudice ibi. & intelligе in notorio facti permanentis ſecùs in notorio facti tranſeuntis. ibid.

49 *Prælatus iudicare poteſt in cauſ eccleſiæ declara. vt ibidem.*

50 *Sententia lata in cauſa propria non valet, etiã aduerſario conſentiente.*

51 *Papa eſt ſupra Imperatorem, & in his quæ ſunt iuris poſitiui abſolutam habet facultatem confirmatur ex pluribus.*

52 *Imperator licèt ſe dicat Romanum, Romæ tamen non poteſt ſtare niſi per tres dies, poſtquàm eſt coronatus ibi remanere non poteſt niſi per vnum diem.*
De Papa plura dicta notabilia. ibid.

53 *Papæ & Imperatori à Deo poteſtates limitatæ ſunt tributæ.*

54 *Papa tenetur ſeruare leges ciuiles quia à lege diuina deriuantur, & ab ipſo Papa ſunt approbatæ, & confirmatæ.*

55 *Papa poteſt errare in iure, & facto.*
Papa vtitur excuſatione, & timet ne reprahẽdatur. ibid.

56 *Papa intentio talis creditur, qualis eſt legis ſcriptæ, & rationis naturalis ideò tenetur ad obſeruantiam contractus, & quamuis lege poſitiua non obligetur, non eſt tamen ſolutus rationis dictamine.*

57 *Papa errare, & oblinifci poteſt in iure tamquam homo.*

GRauis accedit dubitatio, an 1 leges loquentes de Imperatore, habeant locum in Papa Regibus, Principibus, & Comitibus, & quid de Venetis, & Ianuenſibus, & huiuſmodi.

Præmitto quod duæ de notantur poteſtates in orbe Domine ecce Duo gladij; hinc iſta verba Euangeliſtæ Luc. 22. 2 nobis indicant principaliter iura eccleſtis, & terreni Imperij, Petro, vtrunque gladium habenti commiſſa, hincq; Papa

pa tàm in temporalibus, quam in ſpiritualibus habet poteſtatem, ſed & ecce duo gladij, poteſtatem Papæ, & Imperatoris nobis diſtinctè ſignificant. vt in c. nouit per gl. in verb. iuriſdictionem, & per notata ab Abb. ibid. extra de iudic. & per Iaſ. in l. Imperium vbi gladiũ habes ſumi dupliciter, in princ. ff. de iuriſdic. omn. iud.

Ecce duo gladij, hic vt oſtendat, q̃ Papa, & Imperator debent ſe ad inuicẽ in neceſſitatibus, adiuuare, non autem contendere, & ſe ad inuicem peturbare c. ſi imperator 96. diſtin. & c. princeps 23. quæſt. 5.

Quia fecit Deus iſta duo luminaria magna. Geneſ. 1. vt Pontificialem, & cę ſaream dignitatem in orbe præcellere nobis oſtẽderet: hinc̃que falſa cẽſenda eſt illa multorũ, ꝓpoſitio q̃ Imperator ſit totius Mundi dominus, quia de iure etiam diuino non admittitur, imperatorem totius orbis eſſe dominum, ſed eius tantum partis, quæ Romano ſubdita fuit imperio.

Prout nec humano, cæſareo, poſitiuoque iure conceditur, Imperatorem eſſe dominum totiùs vniuerſi, nec quoad dominium, nec quoad iuriſdictionem, aut protectionem etiamſi legitimè ſit electus, & ſummorũ Pontificum confirmationis corona inſignitus. Rex enim perſarum non eſt ſubditus Romano Imperatori, & habet ſibi ſubiectos homines qui Imperio Romano minimè ſunt ſubiecti, † hoc fatetur ipſemet Imperator in l. mercatores. C. de commerc. & mercat. ad idem facit l. 2. C. de vet. iur. enucl. l. 1. C. de off. præfec. præto. & l. poſtliminium in princ. ff. de off. de capt. vbi mentio fit populorum qui liberi eſſent ab Imperio Romano, & liber is dicitur qui dit oni Romanæ non eſt ſubditus. l. non dubito. ff. de capt. & poſtl. reu.

Innumeræ ſunt nationes quæ liberæ ſunt à Romanorum † & Cęſarum Imperio, iuriſdictione, & protectione vt arguitur ex l. 1. C. de ſumm. Trin. & l. omnibus ff. ad Trebell. & l. fin. C. de ædif. priu. in hac materia iud. Gabriel. concl. 3. tit. de acq. rer. dom.

Sed & vt Barbaros, Turcas, Saracenos, indos, & alios Chriſtiano nominis apoſtatas omittamus, Galliarum Chriſtianiſſimum Regem adeamus, qui Imperatorem † non recognoſcit, vt probat. Oldr. conſ. 69. Io. Igneus in l. neceſſarios. §. non aliàs 4. parte num. 58. ff. ad Syllan. & in l. donationes. nume. 3. C. de donat. Petr. Rebuf. in l. vn. num. 52. C. de ſent. quæ pro eo quòd intereſt. Iaſ. in l. 1. 1. lect. C. de ſumm. Trin.

Nec mirum, quia Reges Franciæ ſpeciali, etiam priuilegio à Deo fuerunt donati, quia vnguuntur Chriſmate, vel vnguento cælitus miſſo per columbam, quæ roſtro illud apportauit in amphora, in monaſterium Sancti Remigij, qui primum Regem Franciæ Cludouerum baptizauit. ſecundum Gemin. in c. 2. de præben. enim in c. quid Pap. quæſt. 114. 2. de præbend. in 6. & refert Mart. de Caraz. de Laudendum in ſuo tract. de principibus tract. 434. & 506. vbi habes, quòd Pipinus pater Caroli Magni dedit Bononiam, & Romãdiolã eccleſiæ, quòd etiam refert. Specu. in tit. de reſcrip. §. nouo. verſitem, quòd obtentum, & idem Mart. Lud. in cod. tract. nume. 76. Scribit ex Alberic. in rub. 1. C. quòd quatuor Reges vnguntur à Summo Pont. Rex Franciæ, Rex † Hyeroſolymitanus, Rex Siciliæ, & Rex Angliæ, ſed alij non, niſi habeant ex conſuetudine vel priuilegio. Idem author nu. 60. dicit, quòd conſuetudo ſeruat in Francia, quod ſoli Papæ facit ille Rex ſubiectionem.

Et perſæpe audiui Romæ regem Frãciæ habere, & nuncupari primogenitũ eccleſiæ. Ideò Bald. in conſi. mihi. 217. incip. ego puto in vlt. col. vers. illud etiã vel 3. dicit Francorum Regem eſſe Francum à iure Romano, & in princ. eiuſdẽ conſilij ait, quòd contra Regis Franciæ decorem, ideſt prima vexilla inuictiſſimi

mi

mi Regis francorum, nemo præſumat honorem. & conſ. 118.incip. petita venia volum.3.refert, quòd ſuper omnes Reges Chriſtianorum, Rex francorum obtineat coronam libertatis, & gloriæ. & Rex Franciæ iure optimo dat epiſcopatus in Regno ſuo vt latiſſimè in addi. ad Butrig.in l.cunctus 4. col.C. de ſum. Trin. & Rex Franciæ ad ſolum manus tactũ certas infirmitates ſanat.Io. Mon. & Gem.in cap.2.de præbend. in 6.& illi Lilia pro inſignibus tranſmiſſa fuere diuinitus refert. Io.Neuiz. inter conſilia.Alex.Brun.conſ.12.num. 12.

8 † Hiſpaniarum Rex Catholicus, Imperatorem quoque non recognoſcit, quia de faucibus infidelium eruit regnũ.gl.in c.Adrianus il 2.63.dif.Abb.in c.nouit de iud. Bal.in l.ex hoc iure poſt med.pen. colu.in verſ.3.quæritur. ff. de iuſt.& iu.Gomeſin §.fuerat num.5.Inſti. de act. quidam Doctor in conſuetud. Pariſien. in prin. nu. 20.& inter Reges verè potentiſſimus,verè Catholicus, verus Imperator in ſuis Regnis meritò eſt habendus hodie viuens, & imperãs Philippus ſemper Auguſtus,cum præcipuè ſit Dux Mediolani, in quo Ducatu Imperatorem non recognoſcit. Curt. ſen.conſ.49.& 50.& 66.& 74.

Prout nec imperatorẽ nec ſuperiorẽ
9 recognoſcit Sereniſſimus † Dux Sabaudiæ Ro.cõſ.59.Caſſa. in Cathalogo gloriæ mũdi p.12.conſiderat 58.Purpur.in Rub.ff.de iuris om.iu.n. 20.Iaco.à Sãcto Georg.in ſua Inueſtit. in verb. Carolus Dux verſ.dubitatur etiam.Iaſ.conſ.227. col.8.lib.2.Soci.conſ.4.nu.23.vol.3.quẽ refert,& ſequitur. Pariſ.conſ.1.n.39.vol. 1.ratio eſt inter cæteras, quia ex ipſo, q Imperator creauit prælibatum Sereniſſimum Ducem,& in dominium ipſius non exercet aliquam poteſtatem, ſeu iuriſdictionem, niſi per ipſum Ducem ex hoc videtur tranſtaliſſe in eum omnem poteſtatem Imperialem in Dominio ipſius Ducis, per ea,quæ dicit Baid. in l.ea lege.C.de cond.ob cauſ.& refert Iacob.à ſancto Georgio loco precitato.

Iureq; meritò Sacroſan. Sindone,vti ſpeciali priuilegio D.N. Redemptoris Ieſu Chriſti inſignitur eius domus,& ciuitas Auguſta Taurinorũ,et ipſe decoratus tali tãtoq; pignore inter omnes mũdi Principes nobiliſſimus Dux, imò ab origine Rex,& inter Reges adſcribẽdus eſt,varijs legitimiſq; ex cauſis, ab Hyſtoricis decantatis;quas recẽſere, locus hic non patit,cùm ex ſacræ Sindonis cõceſſione murus ſit & antemurale totius Italiæ.vt ſatis apertè cecinit Eques Guarinus ſuo carmine comico.

Al cui ſeno, al cui petto, alla cui deſtra
Commiſſe il Ciel la cura
Dell' Italiche mura.

Poſtquàm in ſuo dominio,& territorio tantũ poteſt, quantũ imperator in ſuo. vt adductis de Oſaſc.deciſ.154.

De Sereniſſimo D.meo Duce Mantuæ. Qui vt dicit Apoſtolus non ſine cauſa gladium portat ſuperfluum eſt aliquid addere cum reſpectu vtriuſque do
10 minij ſatis notorium † ſit,quòd obtinet & exercet iura imperij, præcipuè reſpectu antiquiſſimi Marchionatus, hodie ducatus Montisferrati patriæ meæ, & poteſt in ſuo territorio idem quòd Imperator in vniuerſo imperio vt poſt plures idem quòd de Duce Mediolani, & Mantuæ iudicat. Curt. iun. conſil. 1.nu. 29.& 30.conſi.61.nume.8 & ſequ. Natt. conſil.487.num.9.Oſaſc.deciſ.154.num. 1.de Duce Mediolani quòd poſſit in eius ſtatu quod Imperator in mundo.notat.Pariſ. conſ.1.num.25.vol.princepſq; ſupremus dicitur. Mohedan. deciſ. 45. Alb.Brun.conſi.29.num.4.Iaſ.conſ.111. num.3.vol.4.Dec.conſi.403.num.7. Marian.Soc.iun.conſi.73.nu.24.vol. 1. Burſat.conſi.4.num. 21. quo loci ſub nume. 32.Ducatum parmæ Romanæ eccleſiæ
11 † ſubeſſe,reſpondet, inferens aſſenſum à ſummo Pontifice nempè à primo domino mediato rejicere debere in quibuſdam

iſdam caſibus, etſi Sereniſſimum Ducem Vrbini Parmæ, & hodie exercere rediderim iura Imperatoris in ſuis dominijs, & finarijs, & quoad Marchiam Montisferrati illam ſcito eandem habuiſſe † originem vt per Soc.iun.conſ. 6.num.64.lib.1.Alciat. reſponſ. 199. & reſpondit.D. meus præceptor. Menoc. in reſponſo 2. cauſæ finarie. num.126. Sunt & Reſpub. imò & ciuitates quæ non † recognoſcũt ſuperiorẽ de iure, ſed de facto, vt Venetiarũ Reſp. & dominiũ: ob idque non licèt Imperatori in eiuſdẽ Reip.locis & ciuitatibus volũtariã ẽt iuriſdictione exercere, prout & alia ciuitas Florẽtina, & Reſp. Lucẽſiũ, & Genuenſium, vt latè per D. meum. Menoch.in præcitato reſponſo 2. cauſæ finarien. nu. 52. 63. & ſeqq. quo loci num.82.etiam memorat Albam pompeiam Aſtam, & Aquis Statyellorum ac polentiam oppidum, eſſe liguriæ, in ſpecie quòd Albẽſis ciuitas merum imperium † & mixtum ac iuriſdictionẽ cumulatiuè obtinuit à Federico Imperatore anno 1222. ita vt nulli iudici habenti ordinariam, vel delegãtam iuriſdictionem liceret ſingularem perſonã eiuſdem ciuitatis vel diſtrictus ad aliud examen trahere, cùm commune ipſius ciuitatis eſſet paratam plenariam iuſtitiam ſeſe conquærentibus exhibere: ita egit. apud. Abb.Brun.conſi. 47.num.3. etiam relatum.Menoc.de arbitr. quæſt. 60.num.5.de ciuitatibus Albæ Pompeã, de Aſta, & Aquis ſtatyellorum pariter mentionem habet.Plin. lib. 3. Natt. hiſto. cap. 5. vbi oſtendit à Nicea Maſſilienſium vſque ad Albam Aſtã, Aquis, & pollentiam liguriam eſſe.

Quod dictum eſt de regibus, & Ducibus extendas habere etiam locum in Marchionibus, & comitibus perpetuò inueſtitis qui omnia poſſunt in ſubditis eorum quæ poſſet Imperator in toto orbe.Bald.† in l. receptũa ſub num. 1. vbi, quia comes magis aſſimilatur principi, C. de conſt. pecun. Paul. de Caſtr. conſ.225. quem refert.Alex.conſ.2.vol. 1.Barbat. conſil. 34. Angel. conſil. 193. And.de Hern.in cap. 1.de vaſal.decrep. æta.Franc.Cur.conſi. 1.col. 14. vbi citat. ſex.in c.licèt extra de voto.

Inferas quòd Rex, Dux, Marchio, Comes, poteſt condere legem in territorio ſuo, dummodo habeat merum imperium. Bart.in l.omnes populi. ff. de iuſt.& iur. licèt teneat contrarium Ang. in l. imperium.ff.de iuriſd.omn.iud. ſed ſaluando.Ang.dicas, quòd ſequitur in eo qui non habet dictum imperium.

Principes namque non recognoſcẽtes ſuperiorem, poſſunt exercere etiam poteſtatem imperialem, & ea quæ prin
16 cipi ſunt † reſeruata in illis terris.Bar.in l.relegati.ff.de pœn.Alex.conſi.2. nume. 9.volum.2.

Et quę ſtatuit princeps in ſua ditione, habent vim iuris ciuilis, ſecundum gl.Bart.& alios in l.5.ff.de verbo. obl. & l.neque pignus.ff.de regul. iur. l. 1.§.qui magiſtratum. ff. quòd quiſque iur. vbi gloſſæ dicunt, quod tales in eorum territorijs poſſunt condere legem etiam iuri communi contrariam: refert etiam Rip. in l. nemo poteſt nume. 17. ff. de leg. primo.

Cùm propterea ex præmiſſis habeas Papam, Reges, Duces, Principes, Marchiones Comites, Reſpub. & ciuitates aliquas perpetuò inueſtitas de mero mixtoque imperio, & iuriſdictione, in territoriis ſuis; ea poſſe quæ imperator in ſuo imperio, & in ditione ſua Cæſaris vice eſſe, vt per Brun.conſi.3.num.7. Caſtr.conſi.34.col.3.lib.2.Rom. conſil. 59.Ang.conſi.217.Cum.conſi.158.Dec. in c.paſtoralis.num.2.de appell.& conſil.191.& conſil.40.Iaſ. in l.ex hoc iure num.15.ff.de iuſt.& iu.& conſil.1. col.5. & conſil.70.lib.3.Curt.ſen.conſi.48. nu. 21.& conſi.ſeq.num.50.& conſil.65.nu. 5.Run.conſil.212.& conſil.28.num.17. lib.1.Pant.conſil.9.nu.25.lib.1.

Et præcipuè de Marchione tradit Ruid.conſ.28.Soc.iu.conſ.92.n.3.li.1.

Et nominatim in Marchione hodie Duce Montisferrati patriæ meæ Iaſ.conſi.235.col.2.lib.2.Rol. a Vall. de lucro dot.q.3.in fin.

Et quòd idem ius eſt ſeruandum in comitibus ſcribit Ruin.d.conſi.18. in fi. l.2.& conſ. 83. lib.3.Soc. iun.d.conſ.92. num.3.lib.2.

Et de dominis inferioribus Caſtro-
17 rum quibus † ius eſt perpetuum, idem eſſe placuit.Ruin.conſi.130.colum. fin. & conſi.134.col.3.2.med.lib.5.

Et præmiſſa colligit.Crau.conſi.702. vbi latè diſſerit pro Repub. Illuſtrium Comitum, nobilitatiſque totius patriæ Montisferrati rogatus præcipuè Illuſtris D. Theodori ex comitib. ſibi Georgijs, & Blandratæ.

Cùm ergo ex præmiſſis, vt dixi, habeas huiuſmodi principes exercere iura Cæſaris, conſequenter habes etiam quòd loquentes in Imperatore habent locum in prænominatis iuxta propoſitam dubitationem.

Et quia propoſuimus incidenter Im-
18 peratorẽ † nõ eſſe totius mũdi dñm ẽt quoad iuriſdictionem, & protectionẽ, & exinde inferre potes, ab eo iuſtè bellum non poſſe indici gentilibus, & infidelibus ea ex cauſa, quòd infideles parere, & obedire recuſent Cęſaris imperio cuius prouincias minimè occupauerint; vt in hoc articulo tibi ſuppetãt rõnes, & auctoritates, recurre ad Couar ru.in ſua prælect.part.2.§.9.in regul.peccatum, vbi copioſiſſimè diſſerit, & ſic vt præmiſi concludit de iure contra Bartolum, quia hanc concluſionem reputat hæreticalem, exinde ſucceſſiuè notandum eſt, quòd vaſſallus habens vtrũ
19 que † imperium cum regalibus in territorio, & cum perpetua adminiſtratione, dicitur princeps, & in eo ſibi locum vendicant, quæ de principibus in materia iuriſdictionali ſancita reperiuntur; ſic hunc terminum declarat. Iacob. de Sancto Georg. in inueſtitu. ſua feud. in verb. princeps pedemontium.Cur.iun. conſi.61.num.9.Soc.iun.conſil. 105.nu. 17.volumn.3.

Sed hoc dictũ clarius intellige, quia aut dicere volumus, quòd vaſſallus habeat omnia iuriſdictionalia in ſuo territorio, ex quo habet nedum merum, & mixtum imperium, ſed & perpetuã adminiſtrationem, quia iſtud procedit tantum in Ducibus, Marchionibus, & Comitibus habẽtibus perpetuam adminiſtrationem vt per Curt.iun. in conſil. 1.col.3.& conſil.61. nume.9. vbi inquit hanc eſſe communem opinionem, & concluſionem. Caccialup. in l. omnes populi num.24. ff. de iuſt.& iur. aut volumus loqui in inferioribus, & iſti licèt habeant merum, & mixtum imperium & omnimodam iuriſdictionem tamen non poſſunt omnia iuriſdictionalia in ſuo territorio exercere vt ex notat.per Dec.in l.1.ff.quod quiſque iuris.

Nam ſi vera eſſet opinio prima, ſequeretur quòd vaſſallus poſſet nedum cognoſcere de primis cauſis ſuorum ſubditorum, ſed etiã de ſecundis, de quibus habet cognoſcere princeps, vt per Bal.in l.1.q.43.ff.de rer. diuiſ. Boſſ.in tit. de foro comp.n.45.& in tit.de principe n.281. cũ aliqbus ſeqq.Bru.cõſ.102.lac. de ſãcto Geor.in ver.et cũ mero, & mixto imperio col.3.verſ.ſed an ille, vbi inquit, quòd cognitio cauſarum appellationum non comprehenditur ſub conceſſione meri, & mixti imperij, & omni modę iuriſdictionis, niſi nominatim exprimatur in inueſtitura.purpur.in l.imperium num.75.ff.de iuriſd.omn.iud.

Illud igitur quòd dicitur de habente perpetuam adminiſtrationem cum mero & mixto imperio, habet locum in Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, non autem in inferioribus ab eis, ratio ea eſt, quia eo ipſo quòd quis creatur Dux, Marchio, non ſolum regalia, de quibus in tit.qnæ ſint regalia, videntur in eum tranſlata, verũ etiam & omnia alia quæ ſunt reſeruata in ſpecie principi ſoli & imperatori propter excellen-

cellētiam, hinc videmus quòd poſſunt legitimare in ſuo dominio, & quoad ſuum dominium naturales, & ſpurios, vt per Iacob. de Sancto Georg. in Inueſtit. ſua feud. colu. 1. verſicul. dubitatur quem ſequitur Boſſ. in tit. de Regal. col. 1. hincque dicit idē. Iacob. in verb. princeps in 58. ſpecialitate, quòd Dux Sabaudiæ poteſt in ſuo territorio creare Marchiones, & Comites.

Sed dato non tamen conceſſo, quòd inferioribus habentibus mirum, & mixtum imperium, & iuriſdictionem, cōpetat facultas ſtatuendi contra ius cōmune, non tamen circa ea, quæ ſunt principi reſeruata, cum ea non veniāt in quacunque generale conceſſione, niſi ſpecialiter exprimantur. vt per Purpur. in l. imperium num. 62. ff. de iuriſdict. omn. iud. & nu. ibid. 300. poſt alios per eum ibi citatos.

Ciuitates quoque non prætereo, Italiæ quæ ſunt principes ſibi ipſis, & ſimiliter † omnes ciuitates quæ habent licentiam condendi ſtatuta in negotijs magnis poſſūt facere leges, vt exules reuertantur, & tunc habebunt licentiam redeundi auctoritate legis & principis qui conceſſit, quòd poſſint facere huiuſmodi leges, & ſtatuta l. phibere. §. plane ff. quòd vi aut clam. Iacob. de Sācto Georg. in inueſt. ſua feud. in verbo, & cum mero & mixto imperio colum. 2. verſ. ſed an inueſtitus. Bald. in l. imperium prima lect. ff. de iuriſd. om. iud. §. Afflict. in c. 1. col. 2. verſi. 7. quæ ſint regalia, vbi etiam dicit quòd ſolus princeps concedit indulgentias ac priuilegia reſtitutionis, & contra ſententias abſolutiones in criminibus. 20

Ideò feudatarij ſtatus Mediolani nō poſſunt concedere gratiam ſubditis ſuis, niſi quoad † bona & pœnam, quæ eis applicantur. Iacob. de Sācto Georg. in præcitata. Inueſtit. in 17. ſpecialitate principis. Boſſ. in pract. crim. tit. de remi. ex ſola clemen. prima. num. 51. verſ. an feudatarij: ſoli propterea inferiores qui 21

ſuperiorem nō recognoſcunt poſſunt quæ † Papa, & Imperator in terris ſuis nam tales vtuntur iure principis vt p Abb. in c. paſtoralis de app. & in c. paſtoralis in 1. no. de off. deleg. Bar. in l. 1. §. de qua re. ff. de poſt. in l. 3. ff. de min. Oldra. cōſ. 271. vbi dicit l. pe. C. de dona. int. vi. & vx. ꝗloquit de imperatore, hēre locū in rege, nam in ſuo regno rex dicitur imperator. vt not. Bald. in l. exemplo col. fin. C. de probat. & in c. cum veniſſent colu. 2. de eo qui mitt. in poſſ. & in auth. hoc amplius colu. 2. C. de fideico. & Oldradum in d. conſ. ſequitur. Bal. in l. pen. C. de don. in. vi. & vx. & in c. imperialem. §. fin. in verſic. quæro vtrum de prohib. feud. alien. per Feder. 22 23

Ratio verò quare inferiores ſuperiorem non recognoſcentes talia poſſunt vt fuit præmiſſum, vt ſunt Duces, Marchiones, & Comites, eſt quia plus poſſumus in eo quòd iure proprio habemus, quàm in eo quòd nobis competit iure ſimplicis commiſſionis. vt not. Bal. in l. more 3. not. ff. de iuriſd. omn. iu. & in proem. fforū. col. 3. verſ. itē not. vbi loquitur in rege qui dicitur in ſuo regno ſupremam habere poteſtatem in ſubditos, & ideò à ſententia regis non appellatur licèt ſuperiorem recognoſcat vt per Bald. in l. 1. in final. ff. de off. præfec. præto. Paul. Caſtr. conſil. 225. ſuper primo dubio vbi loquitur de Duce Mediolani, & concludit quòd poſſit omnia quæ poteſt imperator.

Et licèt in generali conceſſione non veniat reſeruata † principi. c quòd tranſlationem de off. lega. hoc intelligitur in conceſſione facta magiſtratui temporali, ſecùs in perpetuo, qui conſtituitur princeps, & dominus, & ideò Comites, Marchiones, & reges ſunt principis in terris ſuis, & quoad ſubditos omnia poſſunt quæ poteſt ipſe Imperator. 24

Intellige tamen quòd inferiores nō recognoſcentes ſuperiorem non poſſunt ius alicuius † tollere, quia illud cenſetur remiſſi à ſuperiore in cō- 25

cessione quantumuis generali. Io. And. addit. Specul. de iurisd. omn. iud. versic. vidisti duas. Ang. in l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius.

Nec abutantur principes eorum superioritate, quia ab eorum superioritate inrelligitur exceptum ius honestatis, † nec hodie Dei gratia viget illud 26 abusiuum priuilegium cum ijs, quia si princeps inuitat dominas subditorum ad tripudium, non tenentur ire. Bald. in leg. quòd ex liberta. Codic. de oper. liber. li tamen inuitaret eas causa associandi consortem tenentur ire, quia cessat causa in honestatis refert, & sequitur Mart. Laud. in tract. de Princip. num. 16. & 387. vbi Princeps debet se abstinere ab omni re illicita, & reprehensibili magis, quam alij.

Ideòq; Principes debent cauere non grauent subditos, quia Papa potest eos deponere, si nimis illos grauāt, vt not. Innoc. in c. quòd super de vot. & vot. redempt. Bal. in c. cum ab ecclesiarum de off. ordin. quod intellige sano modo, quando grauant sine causa, secùs si cū causa, puta propter deffensionem iustā status, quia tunc potest princeps superindicta ponere. l. 1. & per rot. l. de superindic. lib. 10. & not. in c. 1. quæ sint regal. in vsi. feud. Mart. Laud. tract. de princip. num. 7. & aduertant principes, quia propter iniustitias fuit translatum Imperiū à Græcis in Germanos ab ecclesia. cap. per venerabilem vbi Innoc. & alij nota. de elect.

27 † Nec possunt Principes occupare aliena, quia licèt hodie nonnulli Principes malè occupent de facto aliena Castra, & aliorum Ciuitates per Psalmū cælum cæli domino, terram autem dedit filijs hominum, subaudiendo, & illam occupanti, quia quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit, tamen de iure non sic eis licet, quia distincta sunt dominia, & Regna: nec valet illa respōsio, quòd quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit, vt quandoque legi, ita respōdisse Venetos Ducì Sabaudiæ petenti insulam Cypri, quia non est responsio legalis, notat̄ in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. Io. de Lign. in c. super eo de paroch. & Io. And. in c. quòd super de vot. & vot. redemp.

Princeps namque non est dominus rerum singularium, personarū, nisi quo- 28 ad protectionem, † & iurisdictionem: gl. approbata in l. benè à Zenone. C. de quadr. præscr. nec sine iusta causa Princeps potest priuare quem dominio rerum suarum. Imoc. & Io. And. in c. quæ. in ecclesiarum de constit. & notatur in l. fin. C. si contra ius vel vtil. pub. Bart. in Rubr. ff. vect. & in l. 1. §. per hac. ff. de rei vendic.

Nec in dubio causa præsumitur, nisi probetur. Bart. in l. rescripta. C. de præcib. Imper. offer.

Etenim ipse Papa, qui est sicut Sol in planetis, vt ait Bal. in c. bonæ, li. 2. c. de postula. prælat. illi licitum non est di- 29 cere † cur ita facis, quia solus habet plenitudinem potestatis, & potest adæquare quadrata rotondis Iac. de Leon. inter consilia Bruni cons. 114. nu. 20. & sequent.

Non potest priuare Romā, seu ab ea sedem non potest mutare, quia ex Antiochia fuit sedes Romæ transmissa ex præcepto Domini. ca. rogamus 24. q. 1. vbi Archid. & Oldrad. consil. 64. & 89. vbi dicit, quòd Deus habet duas ecclesias principales, & peculiares, pro quibus multum facit, & quas multum dilexit & a quibus propter peccata hominū videtur faciem eius auertisse, & ideò nimis afflictæ sunt, & desolatæ, vna est Hyerosolimitana, quā D. N. Iesus Christus pretiosissimo suo sanguine Sacrauit, alia Romana, quam ipse solus fundauit. vt dicit tex. in c. 1. 22. distin. & sanguinem Beatorum Apostolorum fundatorum nostræ fidei dedicauit. Mart. Laud. in tract. de princip. nu. 89. Romę enim sedem esse constitutam, non est de fide, diuino & immutabili præce-

pto,

pto, sed probabilissima, & pijssima sententia est non posse separari Petri Cathedram à Roma, & proinde Romanã ecclesiam non posse absolutè errare, nec deficere: quia tandiu mansit Rome sedes apostolica non obstantibus persecutionibus, & occasionibus recedendi; & quia Deus ipse iussit Romæ figi Petri Sedem, quæ autẽ iubet Deus, mutari ab hominibus non possunt, Id autem Deũ iussisse, testatur Beatus Marcellus Papa in epistola ad Antiochenos, vbi ait, Petrum iubente Domino Romam sedem suã ex antiochia trãstuliss̃e, testatur et Beatus Ambrosius in oratione de tradendis basilicis, vbi ait, Christum fugienti Petro dixisse, venio Romam iterũ Crucifigi, vt Petrus Romæ non crederetur. ita scribit elegantiss. Illustrissimus hodie Cardinalis Bellarmin. tomõ 1. controuers. lib. 4. cap. 6. de Romã Pontif. sed vt redeam quò abij, Princeps non est do-
30 minus † rerũ singularium, nisi quoad perfectionẽ, & iurisdictionẽ, quòd adeò verum est, vt imò teneatur Princeps tueri subditos, non offendantur ab alienigenis, & non iniurientur, quia iniuria facta subdito, dicitur esse ipsi domino, & dominus potest pro ea appellare. Innoc. in c. dilectus de appellat. & competit actiõ Principi l. 1. §. fi. vbi Bart. ff. de iniur.

Sicut etiam tanta est auctoritas Principatus Marchionatus comitatus, & huiusmodi Dominorum, vt propter debita, creditores non possint accipere in solutum bona feudalia nedum Marchionatum, vel Comitatum, sed tantum reditus, secundum Bald. in auth. ei qui iurat. C. de bon. author. iud. possid.

Tanta pariter est auctoritas Principis
31 † vt ipse solus habeat auctoritatem pecuniæ cudendæ, non autem ciuitas, nisi ciuitas habeat regalia, vel nõ recognoscat superiorem, vt in tit. quæ sint regal. & not. in Dub. C. de numism. Mart. laud. de Principo nu. 394.

Plus etiam valet testimonium vnius
32 Principis, † quam Notarij vnius, dummodo non agatur de commodo ipsius Principis. And. de Isern. in c. sancimus, in tit. quo tempore miles, in cassib. feud.

Sed licet Principis magna sit auctо-
33 ritas, † illo tamẽ excõmunicato vassalli non tenentur obedire. Io. Andr. in cap. fin. de pœnis, & propter iniustitiam Imperatoris potest adiri Papa. Bald. in extrauag. de pace Constan. in verb. pactiones.

Nec Princeps potest sine causa expellere forenses habitantes in sua iurisdi-
34 ctione, † licet à principio possit interdicere ne veniant. Bald. in c. 1. de forma fideli.

Et si Princeps iracundia motus sine causę cognitione aliquid irrationabile, vel crudeles vendictas mandauerit cõ-
35 tra subditos, debet differri executio vsque ad triginta dies, vt interim cesset iracundia Principis, text. est in l. si vindicari. C. de pœnis, qui text. esset aureis litteris pingendus, si obseruaretur.

Imò Princeps non potest sine peccato de regno, & territorio suo Iudęos, &
36 saracenos expellere, † neque eis auferre bona sua, imò Papa debet eos tollerare, neque Papa debet præcipere, vel persuadere principibus, vt eos expellãt, nisi christianis imminеat scandalum, vel periculum. ita notant Innoc. Host. & Io. And. in c. quod super his de vot. & voti redempt. Oldrad. plenè consil. 64. l. nullus. C. de Iudæis, & notat Alberic. in Rub. C. de Iudæis. Archid. in c. fraternitatis. 54. distinct. studere enim debent Principes huiusmodi expulsioni Iudæorum, quãdo preuiderint illos damno esse suis subditis, cum Principis optimi, & prudentissimi sit curare, vt subditi non damnificent, non vt deridеãtur, sed vt honoribus, & diuitijs cumulentur, quia Principis interest subditos habere locupletes. Cravet. cõs. 60. Nat. cons. 83. vbi scribit, quod subditi diuites nerui sunt Principis, idem Natt. consil. 592. nu. 17. & cons. 506. nu. 13. sicut etiam

boni

boni Principis eſt ſtatum ſuum amplificare potius hominũ adiectione, quã pecuniarũ copia. l. cũ ratio, §. ſi plures. ff. de bon. damn. Natt. conſ. 592. num. 16. quẽ refert, & ſequit. Bec. conſ. 41. nu. 25.

Principes inſuper non recognoſcentes ſuperiorem, vel comites perpetuam habentes iuriſdictionem, poſſunt condere decreta. Angel. in l. 1. in princ. ff. de quiſque iur. Barto. & alij in reperit. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. l. dudum in fi. C. de contrah. empt. l. 1. C. non licere metropol. lib. 11. Angel. in l. 5 §. fin. ff. de verb. obl. Dec. conſi. 199. etiamſi huiuſmodi decreta eſſent contra ius commune. Crau. conſ. 135. nu. 2. imò, vt ſupra tactum fuit, Comes in ſuo Comitatu magis aſſimilatur Principi, quam præſidi. Brun. conſ. 45. num. 20. Ioan. de Amicis. conſ. 110. nu. 15. & quòd iſti Comites, & Marchiones poſſint condere decreta etiam in preiudicium ſuperioris firmat Grammat. conſ. 103. num. 4. & imò poſſunt legi derogare, plures adducit Cephal. conſ. 58. nu. 69. Rol. à Vall. conſ. 29. num. 26. lib. 1.

Imò quoad adminiſtrationem, & ſic quoad exercitium iuriſdictionis poteſt
38 quilibet dñs, & quælibet vniuerſitas legẽ, & ſtatutũ facere, l. interturores, & ibi Bart. ff. de admin. tut. Bald. in c. 1. §. præterea de prohibit. feud. alien. Alberic. in ab eccdario iuris cano, in verb. feudum refert Mart. Laud. conſ. 15. nu. 1.

Et quia dixi, quòd Papa debet tollerare Iudæos, etſi hoc ſatis probauerim, addo text. in c. iuſtè 86. diſt. vbi legimus eccleſiam ex debito humanitatis illos tollerare, & qa. sũt teſtes paſſionis Chriſti tollerantur, etiam ipſamet lupanaria ad finem, vt vitentur deteriora c. nerui. §. fin. 13. diſt. gloſ. in c. inter cætera de ſponſ. Rip. in l. ſi plagij nu. 12. ff. de verb. obligatio.

39 Nec tollunt cultum diuinum Iudæi, obediunt: qui obid non ſunt moleſtandi. c. qui ſincera 45. diſt. qui in temporalibus ſubijciuntur legibus Romanorũ
40 principum. † c. quo iure 8. diſtin. l. Iudæi C. de Iudæi.

Sed ſicut eccleſia Iudæos in multis defendit, & tollerat: ſic, & in multis eos eijcit, Ne faciant nouas ſinagogas. c. cõſuluit de iudæ. Ne diebus lamentationum, ſeu hebdomadæ maioris, & ſanctæ exeant in publicum, ornati, c. nonnullis de Iudæ. repelluntur à communione Chriſtianorum, ne illos corrumpant, c. ſæpè 28. q. 1. repelluntur etiam ab officijs publicis, & ab actibus legitimis. Sed ordinarij locorũ illos inquietare non debent, nec eorum hæredes, nec bona poſt eorum mortem, ſed ſtare legum diſpoſitioni, ita reſpondit Io. de Lign. conſ. 19. in conſilijs criminalibus diuerſorum.

Quia pariter dubitatio tendit ad cognoſcendum, an quod poteſt Imperator, poſſint, & alij, prænominati, non debet omittere, an & quando Papa, vel ea Imperator poſſit in cauſa propria, & quid ſit dicendum in inferioribus.

Reperio in primis, quòd dubium nõ
41 eſt, quin † Imperator ſit iudex in cauſa propria ac etiã in cauſa ſuorum. l. proximè. ff. de his quæ teſta. delen. l. & hoc Tyberius. ff. de hære. inſtit. Fel. in c. cum veniſſent de iudic. Dec. conſ. 588. & cõſ. 360. Reſtaur. in tract. de Impe. at. quæſt. 91. nu. 2. Gozad. conſ. 1. num. 27. Papa quoque poteſt eſſe iudex in cauſa propria ſiue ſit cauſa patrimonij, ſiue delicti. gl. in d. c. cum veniſſent vbi Fely. & alij de iudic. & gl. in c. ſiquis pecunia 79. diſt. quæ dicit, quòd non cogitur Papa ſtare iudicio alicuius, per text. in c. aliorum 9. diſt. 3. in c. nemo an c. facta in c. cuncta per mundum 9. q. 3.

Et ideò videtur, quòd nec etiã Concilium Papam iudicare poſſit, vt arguit gl. per illum text. in d. c. nemo. & notat. Abb. in c. ſignificaſti in prin. de elect. & tex. in c. concilia §. hinc etiam verſ. Symachus Papa 17. diſt. & in ca. nunc autem 21. diſt. ſed in hoc vide contrarium per Ioan. Gerſon in tracta. de interdict.

Papæ

Papæ ab eccleſia, & in tract. de poteſtate eccleſiæ.

Si tamē Papa velit cauſam alteri delegare de honeſtate debet vt dicit Abb.
42 in d.c.cū veniſſent de iudic.† & ita multi Pontifices fecerunt, vt eorum Innocentiam expurgarent à criminibus quibus erant infamati: ſicque Damaſus Romanus de adulterio infamatus ſe purgauit, vt habetur in c. nos ſi incompetenter §. pen. 2. q. 7. ſic Sixtus fecit, cùm à quodam Baſſo iniuſtè perſecutionem ſuſtineret vt in c. mandatis 2. q. 5. ſic de Leone legitur cap. auditum eſt 2. q. 5. ſic ipſe Petrus Apoſtolus, vt in c. Petrus 2. q. 7. & Gregorius, vt in c. ſiquis ſuper 2. q. 7. & iſta fecerunt iſti Summi Pontifices, vt oſtenderent humilitatem qua nihil eſt in Summo Pontif. ſplendidius c. contra morem 100. diſt. & quando mala fama de Pontifice, vel prelato in lucē prodierit, expedit, quòd ſuſpicione criminum liberetur, ne infirmorum corda percutiantur, & miniſterium vituperetur. c. ſi mala fama 2. q. vltim. Rom. conſ. 522. & iſto caſu, quando Papa cōſiſtit, appellari poteſt à Papa ad Concilium vt Abb. concludit in d.c. cum veniſſent in crimine verò hæreſis Papa non eſt iudex, ſed ab alijs iudicari debet c. ſi Papa 40. diſt. in eſt enim admodū
43 pernicioſum ſi vera fides, † quæ in toto populo Chriſtiano, requiritur, in capite non reperiatur. c. miramur 61. diſt.

Ideò Papa hæreticus, in eo, quod eſt hæreticus, minor eſt quolibet Chriſtia-
44 no. gl. in c. † Acatius in verb. in hereſim 24. q. 1. & tali caſu concilium erit iudex contra Papam, vt notat Archid. in c. in Dei fauorem de hæret. in 6. & Abb. in c. propoſuit de conceſſ. præben. & in iſto caſu non congregatur concilium auctoritate Papæ, vt not. Bald. in cap. olim col. fin. in verſ. in hac congregatione de reſcript. aliàs autem cōcilium congregari debet auctoritate Papæ. c. ſynodū. 17. diſtin.

Vbi etiam in delicto ſcandaloſo Papa eſſet incorrigibilis accuſari poſſet, vt
45 † gl. concludit in d. c. ſi Papa 40. diſt. in verb. à fide. de qua gl. maximum fuit factum fundamentum in concilio Baſilienſi contra Eugenium quartum, quæ gloſa ab omnibus approbatur, vt not. Abb. in c. ſignificaſti colu. 2. de elect. & totus mundus illā ſequitur vt dicit Abb. in diſput. incip. Epiſcopus in ſolutione 21. dubij, & illam latè cōprobat Rom. conſ. 523. prout & quando duo contendunt de Papatu, tunc ipſi non iudicant, ſed congregatur concilium, vt per glo. not. in c. ſi duo 78. diſt. & Abb. in c. quia diligentia de elect. in ſupradictis enim caſibus concilium eſt ſupra Papam, vt per Abb. in prælegata diſput. & Rom. conſ. 521.

In inferioribus autem à Papa, & Imperatore affirmamus in cauſa propria
46 illis iudicare non licere. † l. vn. c. nequis in ſua cau. iud. cū concord. Oldr. cōſ. 7.

Quod ſiquidem procedit etiā in domino feudi, qui in cauſa propria iudicare non poteſt, ſed ad pares curiæ recurritur. c. 1. controu. feu. apud par. ter. in princ. & in c. Imperialē. §. fin. prohib. feu. alien. per Feder.

In Aduocato etiam conſilium, eſt vt
47 in propria cauſa patrociniū † alterius quæratur. vt not. Alber. in l. vn. in princ. l. nequis in ſua cauſ. gl. in c. de occidēdis in verb. pro ſe 23. q. 5.

In facto verò notorio non procedit,
48 † quia tunc etiam inferior, & dominus feudi poteſt eſſe iudex in cauſa propria, quia tunc ob notorietatem ceſſat ratio ſuſpitionis, cùm tali caſu potiùs videatur executor quam iudex vt per Abb. in d.c. cum venillent de iudic. poſt Innoc. in c. ex parte de verb. ſign. Bart. in l. ſiqs. §. 1. ff. de pœnis. Bal. & Salic. in d.l. vn. C. nequis in ſua cauſa Alex. conſ. 110. col. fin. in fin. lib. 3.

Hoc tamen intellige, quando pœna quæ imponitur pro delicto notorio eſt certa. Secùs ſi arbitrio iudicis imponatur. Abb. in d. c. cum veniſſent, & in c.

pro-

boni Principis eſt ſtatum ſuum amplificare potius hominũ adiectione, quã pecuniarũ copia.l.cũ ratio, §.ſi plures.ff. de bon.damn. Natt.conſ.592. num.16. quẽ refert, & ſequit. Bec.conſ.41.nu.25.

Principes inſuper non recognoſcentes ſuperiorem, vel comites perpetuam habentes iuriſdictionem, poſſunt condere decreta. Angel.in l.1.in princ.ff.de quiſque iur. Barto.& alij in reperit.l.omnes populi, ff.de iuſt.& iur. l.dudum in fi. C.de contrah. empt.l.1. C.non licere metropol.lib.11. Angel.in l.5 §.fin. ff.de verb.obl. Dec.conſi.199. etiamſi huiuſmodi decreta eſſent contra ius commune. Crau.conſ.135.nu.2.imò, vt ſupra tactum fuit, Comes in ſuo Comitatu magis aſſimilatur Principi, quam præſidi. Brun.conſ.45.num.20. Ioan. de Amicis. conſ.110.nu.15. & quòd iſti Comites,& Marchiones poſſint condere decreta etiam in preiudicium ſuperioris firmat Grammat.conſ.103.num.4. & imò poſſunt legi derogare, plures adducit Cephal.conſ.58.nu.69. Rol.à Vall.conſ.29. num.26.lib.1.

Imò quoad adminiſtrationem, & ſic quoad exercitium iuriſdictionis poteſt
38 quilibet dñs,& quælibet vniuerſitas legẽ,& ſtatutũ facere,l.interturores,& ibi Bart. ff.de admin. tut. Bald.in c.1.§.præterea de prohibit.feud.alien. Alberic.in ab eccdario iuris cano.in verb.feudum refert Mart.Laud.conſ.15. nu.1.

Et quia dixi, quòd Papa debet tollerare Iudæos, etſi hoc ſatis probauerim, addo text in c.iuſtè 86. diſt. vbi legimus eccleſiam ex debito humanitatis illos tollerare,& qa sũt teſtes paſſionis Chriſti tollerantur, etiam ipſanet lupanaria ad finem, vt vitentur deteriora c.nerui.§.fin.13. diſt.gloſ.in c.inter cætera de ſponſ.Rip.in l.ſi plagij nu.12. ff.de verb. obligatio.

39 Nec tollunt cultum diuinum Iudæi, obediunt: qui obid non ſunt moleſtandi.c.qui ſincera 45. diſt.qui in temporalibus ſubijciuntur legibus Romanorũ
40 principum.† c.quo iure 8.diſtin.l.Iudæi C.de Iudæi.

Sed ſicut eccleſia Iudæos in multis defendit, & tollerat ſic,& in multis eos ejicit,Ne faciant nouas ſinagogas.c.cõſuluit de iudæ. Ne diebus lamentationum, ſeu hebdomadæ maioris, & ſanctæ exeant in publicum, ornati, c.nonnullis de Iudæ. repelluntur à communione Chriſtianorum,ne illos corrumpant, c.ſæpè 28. q.1. repelluntur etiam ab officijs publicis, & ab actibus legitimis. Sed ordinarij locorũ illos inquietare non debent, nec eorum hæredes, nec bona poſt eorum mortem, ſed ſtare legum diſpoſitioni, ita reſpondit Io. de Lign.conſ.19. in conſilijs criminalibus diuerſorum.

Quia pariter dubitatio tendit ad cognoſcendum, an quod poteſt Imperator, poſſint, & alij, prænominati, non debet omittere, an & quando Papa,vel ea Imperator poſſit in cauſa propria,& quid ſit dicendum in inferioribus.

Reperio in primis, quòd dubium nõ
41 eſt,quin † Imperator ſit iudex in cauſa propria ac etiã in cauſa ſuorum.l. proximè. ff.de his quæ teſta. delen. l.& hoc Tyberius.ff.de hære. inſtit. Fel.in c.cum veniſſent de iudic. Dec.conſ.588.& cõſ. 360. Reſtaur.in tract.de Impe. at. quæſt. 91. nu.2. Gozad.conſ.1. num.27. Papa quoque poteſt eſſe iudex in cauſa propria ſiue ſit cauſa patrimonij,ſiue delicti. gl.in d. c.cum veniſſent vbi Fely. & alij de iudic.& gl.in c.ſiquis pecunia 79. diſt. quæ dicit, quòd non cogitur Papa ſtare Iudicio alicuius,per text.in c.aliorum 9. diſt.3. in c. nemo in c.facta in c. cuncta per mundum 9.q.3.

Et idcò videtur, quòd nec etiã Concilium Papam iudicare poſſit, vt arguit gl.per illum text.in d.c. nemo. & notat. Abb.in c.ſignificaſti in prin.de elect. & tex.in c.concilia §. hinc etiam verſ. Symachus Papa 17. diſt. & in ca. nunc autem 21. diſt.ſed in hoc vide contrarium per Ioan.Gerſon in tracta. de interdict.

Papæ

Papæ ab ecclesia, & in tract. de potestate ecclesiæ.

Si tamē Papa velit causam alteri delegare de honestate debet vt dicit Abb.
42 in d.c.cū venissent de iudic.† & ita multi Pontifices fecerunt, vt eorum Innocentiam expurgarent à criminibus quibuserant infamati: sicque Damasus Romanus de adulterio infamatus se purgauit, vt habetur in c. nos si incompetenter §. pen. 2.q.7. sic Sixtus fecit, cùm à quodam Basso iniustè persecutionem sustineret vt in c. mandatis 2. q. 5. sic de Leone legitur cap. auditum est 2.q.5. sic ipse Petrus Apostolus, vt in c. Petrus 2. q.7. & Gregorius, vt in c. siquis super 2. q.7. & ista fecerunt isti Summi Pontifices, vt ostenderent humilitatem qua nihil est in Summo Pontif. splendidius c. contra morem 100. dist. & quando mala fama de Pontifice, vel prelato in lucē prodierit, expedit, quòd suspicione criminum liberetur, ne infirmorum corda percutiantur, & ministerium vituperetur. c. si mala fama 2. q. vltim. Rom. cons. 522. & isto casu, quando Papa cōsistit, appellari potest à Papa ad Concilium vt Abb. concludit in d. c. cum venissent in crimine verò hæresis Papa non est iudex, sed ab alijs iudicari debet c. si Papa 40. distin. est enim admodū
43 perniciosum si vera fides,† quæ in toto populo Christiano, requiritur, in capite non reperiatur. c. miramur 61. dist.

Ideò Papa hæreticus, in eo, quod est hæreticus, minor est quolibet Christia-
44 no. gl. in c.† Acatius in verb. in heresim 24. q.1. & tali casu concilium erit iudex contra Papam, vt notat Archid. in c. in Dei fauorem de hæret. in 6. & Abb. in c. proposuit de concess. præben. & in isto casu non congregatur concilium auctoritate Papæ, vt not. Bald. in cap. olim col. fin. in vers. in hac congregatione de rescript. aliàs autem cōciliū congregari debet auctoritate Papæ. c. synodū. 17. distin.

Vbi etiam in delicto scandaloso Papa esset incorrigibilis accusari posset, vt
45 † gl. concludit in d. c. si Papa 40. dist. in verb. à fide. de qua gl. maximum fuit factum fundamentum in concilio Basilien si contra Eugenium quartum, quæ glosa ab omnibus approbatur, vt not. Abb. in c. significasti colu. 2. de elect. & totus mundus illā sequitur vt dicit Abb. in disput. incip. Episcopus in solutione 21. dubij, & illam latè cōprobat Rom. cons. 523. prout & quando duo contendunt de Papatu, tunc ipsi non iudicant, sed congregatur concilium, vt per glo. not. in c. si duo 78. dist. & Abb. in c. quia diligentia de elect. in supradictis enim casibus concilium est supra Papam, vt per Abb. in præallegata disput. & Rom. cons. 521.

In inferioribus autem à Papa, & Imperatore affirmamus in causa propria
46 illis iudicare non licere.† l. vn. c. nequis in sua cau. iud. cū concord. Oldr. cōs. 7.

Quod siquidem procedit etiā in domino feudi, qui in causa propria iudicare non potest, sed ad pares curiæ recurritur. c. 1. controu. feu. apud par. ter. in princ. & in c. Imperialē. §. fin. prohib. feu. alien. per Feder.

In Aduocato etiam consilium, est vt
47 in propria causa patrocinium† alterius quærat. vt not. Alber. in l. vn. in princ. l. nequis in sua caus. gl. in c. de occidēdis in verb. pro se 23. q.5.

In facto verò notorio non procedit,
48 † quia tunc etiam inferior, & dominus feudi potest esse iudex in causa propria, quia tunc ob notorietatem cessat ratio suspitionis, cùm tali casu potiùs videatur executor quam iudex vt per Abb. in d. c. cum venissent de iudic. post Innoc. in c. ex parte de verb. sign. Bart. in l. siqs. §. 1. ff. de pœnis. Bal. & Salic. in d. l. vn. C. nequis in sua causa Alex. cons. 110. col. fin. in fin. lib. 3.

Hoc tamen intellige, quando pœna quæ imponitur pro delicto notorio est certa. Secùs si arbitrio iudicis imponatur. Abb. in d. c. cum venissent, & in c.

pro-

propoſiũt de appell. in c. delictus de pœnis in ca. olim colum. 2. de accuſ. quòd tamen dictum. Abb. de pœna arbitraria videtur procedere in pœna ſpeciali in qua grauamen conſideratur. Secùs eſt in foro pœnitentiali in quo exceſſus grauaminis non attenditur, vt dicunt Moderni in d. c. cum veniſſent, & not. Domin. in c. plerique col. 2. verſ. tu ſalua de offic. ord. in 6. dummodo grauis eſſet exceſſus, non autem modicus vt ibi per Domin.

Quòd aũt dictũ fuit ſuprà de iudice, quòd in facto proprio notorio iudicare poſſit, hoc intelligitur in ordinario, ſecùs eſt in delegato. vt dicit Abb. in d. c. cum veniſſent de iudi. & in c. dilectus de pœn.

Intelliges etiam procedere in notorio facti permanentis, ſecùs eſſet in notorio facti tranſeũntis, in quo probationes requiruntur, in quibus iudex grauare poteſt vt per Abb. in c. propoſuit de appellat.

In cauſa etiam eccleſiæ prælatus iudicare poteſt vt per gloſ. & Abb. in d. c.
49 cum veniſſent. † Innoc. in cap. noſtri in princ. de elect. Angel. in præcitata. l. vn. C. nequis in ſua cauſ. Oldra. conſ. 7. ſed hæc declaratio nõ habet locum in bonis, quæ ſunt de menſa prælati, quia tũc cauſa propria videatur, & tali caſu nec prælatus teſtificari poteſt: vt per Innoc. in c. in ſuper de teſt. & in not. ab. quæſtione tradit Alex. conſ. 79. circa primũ lib. 1. vbi concludit, epiſcopũ non poſſe iudicare in cauſa, quam habet cum hærede vaſſalli, & Bald. in c. literas col. 1. de præſumpt. vbi inquit, quòd epiſcopus non iudicat, quando tractatur de proprio quæſtu bonorum: & licèt prælatus in cauſa eccleſiæ iudicare poſſit, reprehenſari tamen poteſt. vt Abb. in d. c. cum veniſſent.

Notandum etiam, quòd ſi ſententia
50 feratur in cauſa propria, † non valet ẽt aduerſario conſentiente. Dec. in prælegato. c. cum veniſſent num. 7. vbi latè.

Tandem poſt omnia, & ſingula præmiſſa occaſione propoſitæ dubitationis intendo concludere, nullo iure ſuſtinere poſſe, Imperatorem eſſe abſolutè dominũ totius orbis, ſed potiùs Papam, vt leges loquentes, imperat. nedũ habeant locum in Papa, Regibus Ducibus, & alijs prænominatis ſaltem in præmiſſis quæſtionibus, ſed imò ſuprà Imperatorem, ad eſſe vnum Pontificẽ,
51 qui eſt ſupra ius, † contra ius, & extrà ius, & omnia poteſt, vt per Bald. in c. ſuper colum. 7. de cauſ. poſſ. & propr. & in prælud. feud. colum. 9. & eſt omnia, & ſuper omnia: Deci. conſ. 588. volu. 4. quæ omnia ſine aliquo dubio procedunt in his, quæ ſunt iuris poſitini, ſuper quib. liberam, & abſolutam habet diſponendi facultatem. c. propoſuit de conceſſ. præben. notant Canon. in capit. 1. & in capit. quæ in eccleſiarum de conſtit. & legiſtæ in l. fin. C. ſi contra ius, vel util. pub. Curt. ſen. conſ. 50. verſic. 11. dicunt col. 2. cum ſeq. & Papa eſt cauſa cauſarum, & quod primum eſt, ante ſe nihil habere poteſt, Bald. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, col. 3. ex vtilit. pend. & venienti contra id, quod facit ſua ſanctitas, imponendum eſt perpetuum ſilentium: ſecundum Bal. in §. ſi quis autem verſic. imperialis in tit. de pac. conſt. & ſi aliter facit Papa, quã promiſit, tenet actus c. ſi Papa 11. diſt. Iaſ. poſt Bal. in l. reſcripta. C. de preci. Imp. offer. & adeo admirabilis eſt talis Papæ poteſtas, quod vnum tribunal facit cum Deo. Barbat. in l. de præſtantia Cardin. & conſ. 1. vol. 1. Vnde Beatus Auguſtinus hanc poteſtatẽ primo cognoſcens, & admirans in Beato Petro Apoſtolo in ſerm. Apoſtolorum Petri, & Pauli qui incipit, fortis, hic habet verba, ò mira potentia, & ineffabilis gratia Saluatoris qui plebeum piſcatorem, apoſtolorum facilè crederet Principem, & regibus obſiſtere, & leges ſanctificare, & regibus omnibus Imperare, mundum legibus refrenare quem refert Card. à Turre Crem. c. 114. de poteſt.

reſt. Papæ, & facit tex. in c. peruenerabilem extr. qui fil. ſint leg. vbi legis, quod Papæ ſpectat conceſſio feudorum; & regalium per text. in cap. vnd. de feud. marchiæ, qui textus cum loquatur tantum de Imperatore, ibi Bald. ante medium auſus eſt dicere, quod Papa vſurpat conceſſionem talium dignitatum quantum poteſt, ratio eſt, quia ſecundũ catholicam veritatem, Imperium, & omnes dignitates dependent à Papa, tanquam à primo principio, vt plenè traditur in c. ad apoſtolicæ, de re iudi. in 1. Ioan. Andr. & alij in clemen. paſtoralis de re iudic. gloſſ. in c. ad noſtra in verb. eccleſiæ de hæret. Bal. conſ. 233. volum. 3. ad Papam enim pertinet confirmare Imperatorem, C. ad apoſtolicæ, de re iudic. in 6. de cuius ſumma poteſtate habetur etiam per Doctores in d. c. 1. de feud. March. vbi Afflict. qui concludit quod vacãtibus regnis hodie ad Papam pertinet collatio, non ad Imperatorem, qui licèt ſe dicat Romanum Imperato-
52 rem, tamen Romæ ſtare nõ poteſt, † niſi per tres dies, vt ibi per Afflict. & poſtquam eſt coronatus ibi remanere poteſt, niſi per vnum diem ſecundum Bartol. de Capua in quondam ſuo conſilio de quo mentionem facit Afflict. in c. Inueſtitura, col. penult. in fin. de nou. for. fidel. vbi per eum, quòd hodie diminuta eſt potentia Imperatoris Alemaniæ a tanto tempore cuius initij non eſt memoria, gloſſ. in proem. conſtit. regni vbi Afflict. in præludiis 2. quæſt. & Bald. in c. 1. in prin. de pac. iur. form. Bald. in l. final. C. locat. & Afflict. in prælud. feud. colum. 2. & in effectu, Papa eſt dominus totius orbis ſecundum Barbat. conſil. 1. colum. 19. volum. 1. cum factum à Papa reputetur factum à Deo, cui quis audet dicere, quare huic parcis? c. quamuis de penit. diſtin. 3. Bald. in prælud. feud. §. aliqua, c. quanto de tranſlat. prælat. Barb. conſil. 1. col. 13. vol. 1. qui ſolus Papa habet plenitudinem poteſtatis, c. decreto, 2. quæſt. 6. cum concordan. allegatis per Dec. conſ. 312. & Canon. in c. 2. de conceſſ. præben. & in c. ſuper, de elect. Papæ enim ſubdita eſt omnis creatura, ſecundum Innoc. in c. 1. de conſtit. & eſt text. in c. vnam factam in extrauag. de maio. & obed. in fine, eiuſque poteſtas eſt maior, quam ſanctorum, C. de libellis. 20. diſt. Aluar. in tit. Epiſcop. colu. 5. & cum Papa aliquid diſponit ex certa ſcientia videtur omne obſtaculum tollere, quæ clauſula præiudicat etiam illi cui ius eſt quæſitum. Oldr. conſ. 257. Paul. de Caſtr. in materia donationis, conſ. 105. vbi allegat gloſ. in c. adhæc extra de reſcript. quem refert Curt. Iun. conſ. 174. colum. 2. cap. fin.

Verum tamen eſt, quòd Papæ, & Imperatori à Deo poteſtates limitatæ ſunt
53 tributæ, † & plura ſunt in quibus eorũ auctoritas verſari non poteſt Alexand. conſ. 226. volum. 2. Neuiz. conſ. 12. inter conſil. Bruni, docet enim Papa ſecundum leges viuere, quia augumentum Imperij eſt, ſecundum leges viuere, & illis ſe ſubmittere l. dignatiox. C. de legib. & pudor eſt, ſe illis non ſubmittere, l. quę, in adulterium, C. de adult. & quòd iuſtũ credit in aliis, debet in ſe credere, & ipſe ſolus debet iudicare ſecundum veritatem, & non ire per ambages. c. ad accuſationem extr. de accuſa. & ipſe ſolus iudicat, vt Deus. Bald. in l. ſancimus, Cod. de iudic. quia in terris eſt, ſicut Deus in Cælis, §. illud, in authent. de inſtrum. caut. & fid. in prin. princeps namque eccleſia, & Deus, pari paſſu ambulant. Bald. in l. legatis. C. ad l. Falc. & iudicium.

Princeps Dei conforme eſſe dẽt. c. vt noſtrum vt eccleſ. benef. & ſi non facit opera bona, miniſter Diaboli non Dei cenſetur. c. ſcelus. 2. q. 2. vt dicit. Aſſl. tit. quę ſint regalia colum. 10. quia quanto quis eſt maior, tanto debet eſſe virtuoſior: cùm eccleſia, & ſic Papa debeat eſſe cultrix, & auctrix iuſtitiæ, & honeſtatis c. 1. §. etſi clientulus in tit. de ſucceſſ. feud. præcipuè quia ſecundum Theo-

logos omne indecens eſt impoſſibile vt voluit Card. in repe. c. licèt ad euitandam de elect. & in repet. c. propendimus de ſent. excom. Barba. conſ. 1. colu. 7. in prin. vol. 1.

Actus namque papales trahuntur alijs in exemplum. c. præcipuè 2. qu. 3. & ideò tales ſunt ſubditi quales ſunt principum mores. Barbat. loco præcitato.

Ideò D. N. Ieſus Chriſtus cępit prius facere quam docere. actuum 1.

Et licèt Papa non teneatur ſeruare lege ciuiles eo quòd ab Imperatore ſeu principibus ſęcularibus ſunt cõſtitutę,
54 tamẽ † tenetur eas ſeruare, quia a lege diuina deriuantur, & quia ab ipſo Papa ſunt approbatæ, & confirmatæ vt porrò Canonicæ æquitati conſonæ ſecundum Card. de Turre Crem. in c. de capitulis diſt. 10.

Nec dubium eſt etiam quòd ſanctitas ſua poteſt errare in iure, & facto vt homo vt in c. Anaſtaſius 19. diſt. & c. ſi Papa 40. diſt. & Barba. d. conſi. 1. volum. 1. ideoque ſępè Papa vtitur excuſatione, & timet ne repræhendatur c. non de conſang. & c. nihil de auth. & vſu pal. not. Dec. in c. quæ in eccleſiarum colum. 14. de conſtitut. tamen Papę in-
56 tentio † talis eſſe ſemper creditur qualis eſt legis ſcriptæ, & rationis naturalis: vt inquit. Bald. in cap. 1. titu. apud quos contro. inueſtit. termin. Dec. conſil. 40. colum. fin. & facit tex. in l. ex facto vbi. Doctor. ff. de vulg. & pupil. & in c. licèt de off. ordin. ideò Papa tenetur de iure naturali ad obſeruantiam contractus, nam quamuis lege poſitiua princeps non obligetur, a dictamine tamen rationis non eſt ſolutus: vt dicit. Bald. in l. ſi aquam. C. de ſeruit. quem, & alios allegat, & ſequitur. Dec. in c. 1. in princ. extra de probat. & ijs expedita ſit præſens dubitatio Deiparæ ſuffragio.

† Papa errare, & obliuiſci poteſt in iure tamquam homo, & ob id ei dici poteſt, ſalua ſanctitate ſua res aliter ſe habet, & vos fallit obliuio vt per Iaſ. in l. admonendi col. 8. in fin. ff. de iureiu. Bald & Iaſ. in l. quòd principi. ff. de conſt. princ.

Finis huius §. Lex.

INS.

Digitized by Google

DVBITATIONES
IN §. PLEBISCITVM.
Inſt. de iure naturali. gent. & ciuili.

AB ALPHONSO MODITIO.
MONTISFERRATENSI I.V.D. CLARISSIMO.

Non vulgariter tractatæ ac ſolutæ.

DVBITATIO I.

SVMMARIVM.

1 *Populus, vel ciuitas an iura, imperiique ſuperioritatem, poſſit præſcriptione acquirere, dicitur, quòd ſic.*

2 *Præſcribi poteſt aduerſus ſupremam poteſtatem principis temporalis, & cenſetur cucurriſſe præſcriptio etiam contra ſuperioritatem imperij, quia interuenerit ſcientia Imperatoris. etiamſi non extaret titulus.*

3 *Spatium longiſſimi temporis de cuius initio non extet memoria in contrarium habet vim tituli, & per tantum tempus præſcribuntur regulariter, etiam ſolita præſtare in ſignum ſuperioritatis.*

4 *Præſcriptio virum curvat, vt quis non ſubſit Imperio.*

5 *Præſcriptio centum annorum, tenet contra imperium, & imperij ſuperioritatem.*

6 *Poteſtas ſuprema Papæ in ſpiritualibus præſcribi non poteſt, alias eſſet præſcribere contra Deum.*

7 *Præſcriptio contra Papam in temporalibus tenet, dummodo concurrant concomitantia ad præſcriptionem ſupremæ poteſtatis.*

IN aggreſſu præſentis apparatus, opportunũ exiſtimauimus, ſi poſthabitis elementarijs deffinitionibus plebis, & populi ac notiſſimis differentijs latiùs per iuſtinianum, & iuſtinianeos interpretes præcipuè Azetinum Ioannem Ferrarienſem Montanum. Nicaſium, Myſingerium, Oinotymum, & alios deſcriptos, in altum quæſtionũ nauim duxerimus illas ad portum ſolutionum dirigendo.

Prima igitur in mediũ vtilis afferatur
1 qõ, nunquid populus, † vel ciuitas iura, imperijq; ſuperioritatẽ, poſſit p̃ſcriptione acquirere, & affirmatiuam conſulendo tenuit. Oldrad. conſil. 69. Alb. conſil. 62. num. 34. & conſi. 64. nume. 91. & ſeq. Rol. à Vall. conſil. 3. nu. 82. & ſeq. qui poſt Socin. iun. conſil. 76. nume. 86. & ſequ. lib. 1. conſuluit in cauſa Marchionatus Montisferrati, relati omnes per Menoch. in 1. reſponſo cauſæ finarien. num. 72.

Ratio ea eſſe poteſt, quia præſcribi
2 poteſt† aduerſus ſupremam poteſtatem Principis temporalis, & cenſetur cucurriſſe præſcriptio etiam contra ſuperiotitatem Imperij, quia interuenerit ſciẽ-

tia Impetatorem ſecundum Bart.in l.1. §.denique num.5. ff.de aq.plu.arc.Iaco. de Sancto Georg.in ſua inueſtit.feud.in verbo, cũ mero,& mixto Imperio col. 3.& id vult Bart.procedere etiamſi non
3 extaret,† titulus,dummodo interuenerit ſpatium longiſſimi temporis de cuius initio non extet memoria in cõtrarium, quia habet vim tituli. leg.1.§.auctoritatis aquæ.ff.de aq.quotid.nam per tantum tempus præſcribentur regulariter etiam ea quæ ſolebant præſtari in ſignum ſuperioritatis. Abb. in c. ſuper quibuſdam col.2. de verb.ſign.

Et quamuis diſputabilis ſit articu-
4 lus,† vtrum currat præſcriptio, vt quis non ſubſit Imperio quo latè per Fely. in capitu. cum non liceat de præſcript. Roman. conſiliõ. 371. circa fin. Dec. conſ.307.

Nihilominus, quòd contra Imperiũ,
5 & imperij † ſuperioritatem teneat præſcriptio centum annorum,quę præſcriptio centenaria nunquam cenſetur excluſa, in tuto ponunt Doct. cõſulentes ſuprà relati, & hanc magis communẽ opinionem recenſit Crauet. de antiqu. tẽp. 4. particula quartæ partis principalis,nu.73.& 76.intelligendo tamen quoad Principem tẽporalem in Papa enim omnes cõueniunt ſupremam eius po-
6 teſtatem † in ſpiritualibus præſcribi nõ poſſe:quia cum ſit Vicarius Dei in terris, eſſet præſcribere contra Deũ, quòd cogitare abſurdiſſimum eſt.

Intemporalibus autem, & contra Papam præſcribi poſſe, dummodo concurrant concomitantia ad præſcriptio-
7 nem ſupremę illius† poteſtatis,prout requirit Abb.in c.fin. in 1.not. de conſtit., nulli debet eſſe dubium, vt per Crauet. loco præcit.faciunt notata per Balb. tracta.præſcript.in 5.part.princ.quæſt.7. Ruin.conſ.21.col.2.lib.1.

DVBITATIO II.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas quælibet,an habeat generalem iuriſdictionem cum mero,& mixto Imperio, à lege, vel conſuetudine, aut vſucapione.*
2 *Vniuerſitas, quæ conſtituit vnam prouinciam ſeu illius præſes habet omnem iuriſdictionem cum mero, & mixto Imperio.*
3 *Ciuitatis vniuerſitas, ſeu eius præſes habet ſimplicem iuriſdictionem in caſibus leuibus tantum; ſecùs dicitur de Ciuitate Romana, & alijs quibuſdam.*
4 *Caſtri vniuerſitas, quę ſubſit alicui ciuitati nulla competit iuriſdictio, imò ciuitas cui ſubeſt habet illam.*
5 *Caſtrum quod ſubeſt nulli Ciuitati, ſed præſidi, vel generali domino prouinciæ habet illam eãdem iuriſdictionem,quam habet quælibet Ciuitas de iure communi.*
6 *Collegium artificum habet ſimplicem iuriſdictionem, & inferiorem inter ſeipſos.*
7 *Vniuerſitatis nomen eſt nomen iuris non perſonarum, nec rerum, & quæ ſit perſonarũ & quæ rerum tantum.*
8 *Caſtrum,& Villa habens honorem diſtinctè, & iuriſdictionem vniuerſitas appellatur.*
9 *Vniuerſitas vna perſona cenſetur.*
10 *Teſtes poßunt eſſe ſinguli de vniuerſitate in cauſa vniuerſitatis, ſed non ſunt idonei teſtes, ſi ſingulos tangit cauſa, vt exemplificatur ibid.*
11 *Vniuerſitas differt à generalitate, & contractus ſuper genere celebratus cenſetur initus ſuper qualibet re ipſius generis, ſecùs in cõtractu celebrato ſuper vniuerſitate.*
12 *Vniuerſitas qualiter ſit ſumenda, vt locum habeat id quòd dicitur,quædam cum vniuerſitate tranſire, quædam ſpecialiter non tranſire.*

SVbordinatur quero nunquid quælibet vniuerſitas habent generalem iuriſdictionẽ cũ mero,& mixto Imperio,à le-
1 ge, vel conſuetudine,† aut vſucapione?

Hanc

Hanc materiam per diſtinctiones tra ctat Bar. in l. Imperium, ff. de iuriſd. om. iud. & in l. 1. ff. de damn. infect.

2 Colligas, † quòd vniuerſitas, quæ facit, ſeu conſtituit vnam prouinciam, vt eſt populus Montiſerrati talis vniuerſitas, ſeu illius præſes, habet omnem iuriſdictionem cum mero, & mixto Imperio, vt l. 1. & 2. C. de off. rector. prouin. & in l. illius. §. qui vniuerſas, ff. de offic. præſid.

Vniuerſitas verò quæ conſtituit ſolã ciuitatem, vbi extat, tum ipſius præſidi, 3 † vel Rect. de iure communi competit ſimplex iuriſdictio in caſibus ſecùb. tantum, non autem merum, & mixtum Imperium, vt l. 1. C. de defenſ. ciuit. & §. iudicare, & §. iuſiurandum in fin. in auth. de defenſ. ciuit.

Secus tamen dicitur de ciuitate Romana, vt in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præf. vrb. & in ciuitatibus Lombardiæ quibus merum, & mixtum Imperium eſt conceſſum per legẽ de pace Conſtãtiæ, & in aliquibus alijs ciuitatibus quæ hodie ſunt intimitæ, quæ omnem iuriſdictionem cum mero, & mixto Imperio ſibi præſcriptione longiſſimi temporis, aut imperiali ſucceſſione, quæ fierunt.

Vniuerſitas verò ſi cõſtituit aliquod ſimplex Caſtrum, & tunc aut Caſtrum ſubeſt Ciuitati alicui, & tunc nulla cõpetit ipſi Caſtro iuriſdictio, imo ipſa Ci- 4 uitas, cui ſubeſt, † habet illam quã exerceret in alio & eius vniuerſitate, vt in l. qui ex vico. ff. ad munic. facit tex. in l. 4. C. de nat. lib. in l. nulli. C. de epiſc. & cler. §. ſiquis igitur in authen. quib. mod. nat. eff. ſui.

5 Si verò tale Caſtrum nulli ſubeſt ciuitati, ſed ſolum præſidi, vel generali domino prouinciæ, tunc habet illam eandem iuriſdictionem de iure communi, quam habet quælibet ciuitas, vt patet in Caſtris aliquibus Montiſerrati, & Pedemontium, ſecundum Azon. in ſua ſumma Cod. de Magiſtr. munic.

Vbi autem eſſet vniuerſitas, quæ nõ conſtitueret Prouinciam, nec Ciuitatẽ, vel Caſtrum, ſed quoddam Collegium artificum, vt puta Lanificum, Cerdonum, pelliparíorum, & huiuſmodi, tũc 6 talis vniuerſitas habet ſimplicem, & inferiorem inter ſeipſos † iuriſdictionẽ vt l. pen. & fin. C. de iuriſd. om. iud. & notat plenè Innoc. in c. cum ab eccleſiarũ de off. ordin.

7 Et pro intelligentia ſignandum eſt, quòd hoc nomen vniuerſitas, eſt nomen iuris, † & non perſonarum nec 7 rerum, no. Innoc. in ca. grauem de ſent. excomm. Nicol. de Milis in repertorio in littera vniuerſitas nu. 7. quia quædam eſt vniuerſitas perſonarum tantum, vt populus, collegium, & ſimilia, quædã rerum tantum, vt grex, quædam rerum & perſonarum, vt hæreditas, peculium, dos, patrimoniũ, & ſimilia, vt not. Bart. in l. quòd dicitur. ff. de Impenſ. in re dot. fac. & ſuper Rub. ff. ſol. matr.

Item caſtrum, & villa, quia habet honorem diſtinctum, & iuriſdictionẽ vni- 8 uerſitas appellatur, † vt notat Inno. in c. ex literis de iure patr.

Vniuerſitas igitur, vt dixi eſt nomen iuris, nam vniuerſale non habet animam, ſed in iure, & in intellectu tantũ conſiſtit, habetur tamen vniuerſitas loco perſonæ ſingularis impropriè loquendo, & actor ipſius cogitur defendere ipſam vniuerſitatem non ſingulos de vniuerſitate; & ſic vniuerſitas habetur loco perſonæ, ſed non loco ſingularium perſonarum vnde licèt interuenientes ſiqui faciunt vniuerſitatem, dinumerentur in plures, eis tamen vni- 9 uerſitas vna perſona cenſetur † ita notat magiſtrale Bald. in l. ſi municipes. ff. quòd cuiuſque vniuerſ. nom. vbi etiam notat, quod in cauſa vniuerſitatis ſinguli de vniuerſitate poſſunt eſſe teſtes, & quando aliquid fit de vniuerſitate, 10 vel conſilio, † vnus de vniuerſitate poteſt eſſe ſcriba, vel tabellio, & opponere etiam in inſtrumento teſtes de vniuerſitate, quòd dicit verum. Bald. ibi in his

his quæ tangunt vniuersitatem quoad proprietatem, & vtilitatem, sed tunc non essent idonei testes, si singulos tangunt quoad vtilitatem, vt in vsu nemoris p homines Villæ, vel in pratis, vt in pascuis vbi de pascuntur bestiæ singulorum, & non sunt in hoc casu idonei testes, non ea ratione, quia sunt in eodē corpore, sed quia participant in vtilitate vt etiam extranei extrà corpus, si ad eos pertineret commodum repellētur, multo fortiùs repellūtur hi, qui sunt de corpore, & domestici, ita Bald. loco præcitato.

Vniuersitas etiam differt à generalitate, quia contractus super genere ce-
11 lebratus † cēsetur initus super qualibet re ipsius generis, secùs in contractu super vniuersitate celebrato, vt patet per Bart. in l. si ita ff. de auro, & arg. leg. Nic. de Milis Doctor. litera vniuersitas sub num. 7. vbi te remittit si cupis scire, qualiter vniuersitas sit sumenda, vt locum habeat id quòd dicitur, quædam cum vniuersitate transire, quædam specialiter non transire, & allegat Innoc. in c. ex literis de iurepatr. Bart. in l. si assiduus ff. de priuil. credit. & Bald. in l. 1. ff. de off. eius cui mand. est iurisd.

DVBTATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas, an & quando dicatur delinquere, & quòd possit delinquere, & puniri?*
2 *Excommunicari possunt illi de vniuersitate, qui contumaces, & rebelles sunt, & culpā contraxerunt.*
3 *Canonici capitulum constituentes, & mandato non obedientes possunt excommunicari.*
4 *Excommunicatio ligat eos, qui sunt de vniuersitate, & ob culpam censura sunt digni.*
5 *Vniuersitatem, vel collegium ingressi post censuræ pronunciationem non ligantur censura.*
6 *Ciuitas, locus, vel prouincia submittitur interdicto ob culpam domini illius loci ciuitatis, vel prouinciæ, effectus interdicti ibid.*
7 *Ciuis interdictus, qui culpæ particeps non est si seipsum ad aliam Ciuitatem causa mutandi domicilium transtulerit, immunis est ob ipso interdicto.*
8 *Ciuitas accidens episcopum priuatur episcopali honore.*
9 *Vniuersitas dicitur deliquisse, quando homines animo deliberato, & præcedente consilio alterius possessionem occuparent; idem si vniuersitas ratum habuerit. ibid.*
10 *Vniuersitas tenetur etiamsi congregato consilio, & animo deliberato possessionem alterius non occupauerit.*
Tollerantia in actu successiuo, dicitur quædam ratificatio actus. ibid.
11 *Resp. vel vniuersitas siquid fecerit, vel vbi deliquerit, facta cōgregatione dicit deliquisse.*

QVæro nunquid vniuersitas possit, & quando dicatur delinquere, ita vt ex delicto teneatur, paulatim enucleanda est veritas istius dubitationis.

Quod vniuersitas possit delinquere & puniri, & contrahere culpam etiam
1 excommunicationē dignam glo. c. quę hoc probat in l. sicut. ff. de cuiusq; vnic. nom. & præter Doct. ibi. ita scribit Abb. in c. in Genesi col. 3. de elect. Dec. in c. cum omnes prima lect. col. 7. de constit. nempè vbi omnes de vniuersitate concurrunt, & cōsentiunt in delictum, vnde vniuersitas puniri potest, etiam spiritali pœna; huic tamen fundamento respondent aliquot Iuris Pontificij Interprætes, vniuersitatem esse fictam repræsentatam quamdam personam, non veram, & ideo anima rationali carentem nec capacem spiritalis pœnæ, & excommunicationis, quæ non potest aptari animæ irrationali. cap. 1. de sent. exco. in 6. hæc tamen ratio non est sufficiens, constat enim vniuersitas ex personis quæ capaces sunt Canonicæ censuræ, nec aliud est ipsa vniuersitas, si ratio ipsam materialiter consideremus, quam personæ eam administrantes, nec aliud est ciuitas quā ipsa Ciuiū

collectio

collectio Card.in c.requiſiſti de teſtam. l. ciuibus.ff.reb.dub. Bart.in l. aut facta. §.fi.ff.de pœn. qua ratione abſq; dubio apparet vniuerſitatē poſſe excōicari,ga actus,& paſſiones vt conſiſtant in facto, & non ad factum referantur, ſingulis omninò tribuendæ ſunt non collegio, aut vniuerſitati:nam his tribuuntur, & eorum eſſe cenſentur quantum attinet ea res ad iuris effectum. per text. in c.2.de teſtibus in 6.colligitur ex Bar. in d.l.aut facta.§.fin.ff.de pœn. Excommunicatio verò non eſt in aliquem ferenda,niſi ob actum verè proprium, culpa mortalis criminis perpetratum. c. nullus,& c.nemo 11.q.3. qui quidem actus & ſi ab vniuerſitate proceſſerit, ad quē libet peculiariter re ferendus eſt,quoad pœnam excommunicationis, & ſimilem; cum non agatur de iuris effectu, ne ſi vniuerſitati tribuatur, abſurdum ſequatur,ſcilicet quòd puniātur hi, qui verè ſunt innocentes,ſicuti text.probat in c.Romana.§.in vniuerſitatem de sēt. excom.in 6.quo cautum eſt, ne ſententia excommunicationis in vniuerſitatem aut collegium proferatur,quia omninò punirentur, ſi excommunicatio poſſet ferri in vniuerſitatem, licèt hoc videatur mirū, quia vniuerſitas ex perſonis conſtat c. cum clerici de verbor. ſign.& per tot.tit. ff.quòd cuiuſque vniuerſi nom. & perſonæ poſſint excōmunicari,apparet igitur excommunicationem poſſe pronunciari contra illos de vniuerſitāte qui contumaces,& rebelles fuerunt, † culpamque contraxerūt. vt ex c.ſi habes 24.q.3.præpoſ.in c.ſicut vir 7. q. 1.Felyn. in c. reſponſo de ſent. excom.& in c. dilectæ col.2.de except. Iaſ.in l.1.§.fin.col.1.ff.de acq.poſſ.

2

Inferas quòd ſi citentur Decanus,& canonici, Decanus, & capitulum ſub excommunicationis cenſura, & in capitulo, cùm citatio eius proponitur, eiuſque certiores fiunt, certi quidem canonici reperiantur capitulum conſtituentes,ſi ipſi mandato non obedierint, † poterunt excommunicari, licèt contrarium placuerit. Rotæ Rom. deciſ.315. in antiq.

3

Eadem ratione ſi iudex malè pronunciet excommunicationis ſententiam in vniuerſitatem, nihilominus ligat eos,qui ob culpam, ea cenſura digni fuerint.ita Felyn.in c.dilectæ de except. † & iuxta hunc ſēſum poteſt intelligi 2.opinio præallegati c. Romana §.in vniuerſitatem de ſent.excom. in 6. in gl.2. in verb. penitus quæ opinio eſt tutior,tametſi ex iuris rigore prior opinio,ex qua omninò ea excommunicatio nulla cenſetur, eſſet tenenda. Curt. ſen.conſ.20.dubio 2. Imò quamuis iure poſſet excommunicatio ferri in vniuerſitatem,minimè ligarentur hi, qui poſt ipſam cenſuræ pronunciationem collegium, aut vniuerſitatem fuerint ingreſſi.† Bald.& Paul. Caſt.& alij in l.ſi grege.ff.deleg.1.Felyn.in c.reſponſo de ſent.excomm.Iaſ.in l.inter ſtipulantem §.ſacram.ff.de verb.obl.in fine, vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem cui ſuffragatur text.optimus in cap.1.in prin.de off.Vicar.in 6.

4

5

Hinc etiam inferas,quòd licèt ſit grauis cenſenda † pœna eccleſiaſtici interdicti,plerumque tamen ob culpam vnius, qui ciuitatis aut prouinciæ Dñs eſt,vel in ea habet ſecularem eccleſiaſticamve iuriſdictionem, tota prouincia, tota ciuitas ſubmittitur interdicto. tex. eſt in c. non eſt vobis de ſponſal. c. ſanè vbi Dec.de off deleg.

6

Iſta enim pœna ſpiritalis non eſt,nec afficit animam, quia non priuat communione ſuffragiorum eccleſiæ,ſed tā tum ſuſpendit interdictos auditione,& celebratione diuinorum officiorum, quæ quidem priuatio directè animam non afficit,& ſic diſtat ab excommunicationis cenſura. Vnde ciuibus interdictis, hi & interdicti cenſentur qui in locum aliorum ciuium poſt ſententiam ſucceſſēre in eam ciuitatem domicilium transferentes gl. communiter recepta

Digitized by Google

cepta in c.ſi ſententia de ſent.excomm. in 6.in verb.non competant, quam eſſe ordinariam aſſerit.Iaſ.in d. l. inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.obl.

Sic è contrario ciuis interdictus, qui
7 culpæ particeps † non eſt,ſi ſeipſum ad aliam ciuitatem cauſa mutandi domicilium tranſtulerit, immunis eſt ab ipſo interdicto. ſcrib. præcipuè franc. & alij in d.c. ſi ſententia.

Qua in re duo ſunt addenda, primũ quòd ſi iudex interdicto ſubijciat commune,alicuius ciuitatis,ꝓpone,& locus huic cẽſurę ſubiecta cẽſẽt'ſm Fed.cõſi. 188.Alterũ eſt quia is,q habitat in loco interdicto,ſi non eſt interdictus, poteſt in eccleſia extra locum interdictum ſe peliri ſecundum Feder.d. conſ. 188.

His omnibus accedat, quòd ciuites, quæ proprium epiſcopum occiderit,licèt omnes ciues nec peccati, nec criminis rei ſint,priuãtur honore,& dignitate epiſcopali ca.ita nos 15. q. 2. cuius
8 meminit. † Bald. in l. ſi nondum. C. de furt.Iaſ.in l.2.C.de inoff. teſta. id intelligentès,quando epiſcopus erat iam cõſecratus hæc etenim pęna temporalis eſt,& ideò ex iuſta cauſa poſſunt Innocentes eam pati.

Sit propterea ex præmiſſis etiam cõcluſio,quod ſi omnes ciues, vel incolæ nomine ciuitatis poſſeſſionem alterius occupent,videlicet, ſi vniuerſitatis homines, ſeu conſilium quòd totam refert vniuerſitatem animo deliberato, & præcedenti conſilio poſſeſſionẽ occupauerint, † ſieque deliquerint, vni-
9 uerſitas dicitur deliquiſſe; communem teſtatur.Pariſ.conſi.21.num.3.lib.4.Bar. in l.aut facta.§. nonnunquam de pœnis. num.9. qui in homicidio commiſſo loquitur, probat in propoſito textus qui in occupatione poſſeſſionis loquitur ſeu in impedimento præſtito in l. ſemper.§.2.ff.quòd vi aut clam.& in caſu homicidij reſpondet.Angel.conſil.165.ſic & in delicto turbatæ poſſeſſionis concludit.Afflict.deciſ.376.num.1. & in dãno dato concludit.Dec. conſi. 22 num. 2.Ruin.conſi.107.num. 4. lib.5. Plot. in l.ſequen.num.832.C. vn. vi. Felyn. in c. cum omnes num.25.de conſtit. in c. dilectus il 2.num.6.de ſimon.Iaſ. in l. ciuitas num.2.& ſeq.ff.ſi cert.pet.Natt.conſ. 83.num.9.lib.1.Corn.conſ.224.num.13. lib.4.vbi latè declarat,quæ debeant,cõcurrere,vt vniuerſitas teneatur.

Et ꝙ dixi de occupatione facta alterius poſſeſſionis ꝑ particulares,vniuerſitas illam ratam habuerit, & ſi non proceſſerit congregatio Concilij, & deliberatio, attamẽ tenetur adhuc tota vniuerſitas,ſic Bart.in præcit.§.nonnunquã num. 10.per text.in terminis noſtris in l. 1.§.deieciſſe, ff.de vi, & vi arm.Iaſ.conſi. 139.col.2.in prin.lib.4.& in l ciuitas, nu. 3.in fin.ff.ſi cert.pet.glo.vbi Bal. & Abb. in c.cum dilectus, de ord.cogn. Afflict. deciſ.376.nu.3.Pariſ.conſ.21.nu.32.libr. 4.Natt.conſ.494.nu.2. lib.30.

Procedit etiam eo caſu, quando ipſa vniuerſitas per aliquod tempus permãſiſſet in poſſeſſione ab altero inuaſa,&
10 occupata, nam cùm hoc delictum dicatur ſucceſſiuum, tenetur vniuerſitas, etiamſi congregato concilio, & animo deliberato, eam poſſeſſionem non occupauerit, ita reſpondit Anchar. conſi. 139. col.1. verſ.ſed his non obſtantibus, lib.4.Dec.conſil.667.in fin.Afflict.deciſ. 376.nu.2.Fely.in c.dilectus, il 2.nu.8. de ſimon.Pariſ.conſ.74.num.22. conſi.111. num.72.lib.1.Natt.conſ.494. nu.1.libr.3. Hæcque declaratio non differt propriè, & verè à præcedenti, quia hæc tolerãtia in actu ſucceſſiuo dicitur quędam ratificatio actus.ſic declarat Pariſ.conſi. 21.nu.32.& ſeq.lib.4. & in terminis,quãdo res occupata peruenit ad vniuerſitatem,reſpondit Aret. conſ.163. num.18. verſ.dico pro concordia vbi citat.huius ſententiæ. Butr. in ca.cum ad ſedem de reſtit.ſpolia.ex quo enim occupationis commodum peruenit ad vniuerſitatem dicitur ſuo nomine facta occupatio ſic Iaſ.in l.ciuitas, nu.3.& ſeq. ff.ſi cert.pet.

Quando

Digitized by Google

Quare inſuper facta occupatione nomine vniuerſitatis, & vniuerſitas non punit occupatorem cum poſſet, ſed eũ tollerat, tunc enim per coniecturam conſtare dicitur, vniuerſitatem fuiſſe in cauſa illius occupationis, vnde adhuc tenetur, vtex Felyn. in d.c.dilectus, il 2. nu.9.de ſimon. ſed hæc videntur aduerſari ijs, quæ tradit Aretin.conſ.163.& refert.Natt.conſil.83.num.10.libr.1.debet inquit, quòd etiamſi vniuerſitas ſe lętã oſtendat, ob delictum commiſſum ab altero ex vniuerſitate, non teneri.idem Natt.conſ.494.nu.11.lib.3.niſi dicamus. Aret.& Nattam loqui, quando non cõcurrit illa cõiectura, quòd nomine vniuerſitatis geſtum illud ſit.

Tandem aduertas, quòd ſi per vni-
11 uerſitatem, † vel Remp. aliquid fuit, facta congregatione, & præcedente deliberatione, tunc dicitur ipſa Reſp. & vniuerſitas delinquere l.metum, §.animaduertendum, vbi gloſ.in verb.collegium ff.quòd met.cauſ.l.aliud, §.aufertur, ff.de reg.iur. vide in hoc Menoch.in reſponſ. 1.cauſæ finarien. nu.37.

DVBITATIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Populus omnis, an poſſit condere ſtatuta de per ſe abſque ſuperioris auctoritate?*
2 *Prætores terrarum non poſſunt ſoli ſtatuere, niſi conuocato concilio.*
3 *Magiſtri Grammaticæ ſtatuentes, quòd ſcolaris qui tale quid fecerit, ſoluat decem malè faciunt, nec ſic debent ſtatuere, poſſunt niſi leuiter caſtigare.*
4 *Excommunicati, vel Interdicti, non poſſunt ſtatuta condere.*
5 *Statuta faciens cum non habeat poteſtatem punitur.*
6 *Caſtris infeudatus, an poſſit ſtatuta facere?*
7 *Populus habens omnem iuriſdictionem poteſt ſtatuere abſque ſuperioris auctoritate poteſt ſtatuere in concernentibus adminiſtrationem ſine licentia ſuperioris. ibid.*
8 *Collegia approbata poſſunt ſtatuere.*

SVm in dubitatione, an populus omnis poſſit condere ſtatuta de per ſe abſque ſuperioris auctoritate, me docent, text. in l. ſi quid extraordinarium. C. de legatio. libr.10. Bart. & Iaſ.in l.omnes populi, ff. de iuſt. & iur.regulam extare negatiuam, quòd
1 potiſſimũ procedit in Villis, † & Caſtris nullam iuriſdictionem habentibus, & ſimpliciter alicui ciuitati, vel domino ſubiacent, nam ſine licentia Principis non poſſunt condere ſtatuta, niſi tantũ exp.dire ea, quæ pertinent ad ſuorum bonorum adminiſtrationem, veluti de expendenda pecunia communi, & tũc facient ſtatuta, niſi eſſent decreta ambitioſa, vt l.ambitioſa, ff.de decr.ab ord. facien.Barto. in d.l.omnes populi, nu.3.

Imò idem dicas in quarterio alicuius ciuitatis, vel villæ, nam hominis illius quarterij, vel burgi non poſſunt facere ſtatuta ſine confirmatione totius populi ad cauſarum deciſiones, ſed tantum quoad modum expediendi, & quæ incumbunt ipſi parti, ſeu quarterio. Bart. in d.l.omnes populi, nu.70.

Prout idem dicendum in poteſtatibus, & rectoribus terrarum, qui ſoli non
2 poſſunt ſtatuere, † ſed benè inuocato concilio, & proceribus ciuitatis l.1. §.1. ff.quod quiſque iur.poterunt tamen tales rectores, vel poteſtates facere ordinationem, ſiue legem pro toto tempore ſuo ſpectantem ad exigẽtiam factorum, videlicet, quòd nullus extrahat frumentum de ciuitate, vel portet arma, vel nullus vadat de nocte ſine lumine, & huiuſmodi, vt l.fin.ff.de off.præf.vrb. Bar. in d.l.omnes populi, nu.8.

Hæc ob id etiam magiſtri Grammaticæ poſſunt ſcolaribus ſtatuere, quòd qui tale quid fecerit, ſoluat denarios 10.vt quidam magiſtri faciunt ob lucrũ,
3 nam ob mores non debet fieri pecunię receptio. l.1. §.taceat. C.de rei vxo. act. poſſunt benè magiſtri tanquam haben-

tes iurisdictionem in scholares leuiter castigare. l sed etsi. §. fin. ff. ad l. Aquil. & eis debet obedire sicut præcepto patris, vt per gl. in l. liberto. ff. de obseq. liber.

Minùsq, personæ excommunicatæ, & interdictæ valent statuta condere, vt
4 per † Bart. in d. l. omnes populi num. 13.

Et præmissa in tantum procedunt, vt faciens statuta, cum non habeat potes-
5 statem, puniatur lege Iulia † maiestatis. l. 4. §. fin. ff. ad l. Iul. maiest.

Quid verò sit dicendum in infeudato
6 to in Castro, videas † Bar. & alios scrib. in d. l. omnes populi.

Interim vero, quòd benè potest populus, seu vniuersitas facere statuta absque superioris auctoritate, quoties habeat
7 iurisdictionem † omnem vt in d. l. omnes populi, & in §. ius autem, & in §. sed ius quidem instit. de iure nat. gen. & l. Antiochensium. ff. de priuil. cred. potent etiam vniuersitas statuere, aduenientе superioris auctoritate l. fin. C. de testam. vbi consuetudo rusticorum est seruanda, quia Princeps suus illam approbauit.

Habentes quoque iurisdictionem limitatam, possunt facere statuta in his in quibus habent administrationem, seu iurisdictionem, in alijs non, sine superioris licentia, vt per Bart. d. l. omnes populi num. 5.

Collegia pariter approbata, possunt statuere in his quæ sunt iurisdictionis suæ, & quoad ea quæ ad ipsos pertinent
8 l. fin. C. de iurisd. omn. iud. † prout idem possunt maiores iudices, spectabiles, aut Illustres, vt Senatores, prætores, & præfecti prætorio, qui equiparantur Regibus l. non ambigitur, vt l. normam. C. de off. præfect. orien.

Collegia mercatorum possunt etiam statuere, & quoad eorum actus talia statuta obseruabuntur in quocunq; foro, puta, quòd credatur simplici scripturæ mercatoris, vel eius libro sine alijs testibus. per glo. in l. ex ea causa in verb. sententiam. ff. de postul. saluo, nisi statutũ mercatorum dirigat verba ad iudices mercatorum: puta, quòd iudices mercatorum debeant credere scripturæ, mercatorum, & non obseruabitur tunc in alio foro. Si autẽ disponat circa modum, & ordinem procedendi, puta, q̃ in causis mercatorum procedatur summario, simpliciter, & de plano, tunc nõ obseruabitur in alio foro. Ias. in d. l. omnes populi num. 39. de iust. & iur.

DVBITATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas, num possit liberè statuere in concernentibus administrationem.*
2 *Vniuersitas an possit statuere per indirectum in præiudicium singularium personarum, vt de coquendo pane in certo furno.*
3 *Regula quòd quilibet rei suæ est moderator, & arbiter, qualiter procedat.*
4 *Populus quid sit.*
5 *Statutum, quod hæredes veniant ad coquendum panes in furnis est rescindendum.*
6 *Princeps non potest facere, quòd omnes alicuius oppidi molant in tali molendino.*
7 *Præscribi possunt quæ priuata sunt facultatis.*
8 *Præscriptio non currit in ijs quæ sunt de iuregent.*
9 *Cautela datur ei, qui possidet loca publica, vt fundet se in priuilegio non in præscriptione.*
10 *Priuilegium nundinarum, vel ducendi aquam ex flumine publico perditur per nõ vsum spatio decennij.*
11 *Præscribi non possunt, quæ sunt facultatis.*
12 *Dictum de flumine declaratur.*
13 *Præscriptio non currit in his quæ sunt liberæ facultatis.*

Via tetigi, quòd vniuersitas in pertinẽtibus ad Reip. administrationem potest statuere, quæro nunquid sic possit liberè, etiam in præiudicium singularium personarum; reperio, quòd Bart. communiter approbatus tenet, † quod liberè possit vniuer
1 sitas

Digitized by Google

ſitas ſtatuere in reſpicientibus Reip. ad miniſtrationem, in l. omnes populi in 1. q. ff. de luſt. & Iu. & in l. vectigalia in prin. ff. de publi. Imol. in cont. 34. nu. 2. & in rebus ipſius communitatis quodlibet facere, cùm rerum ſuarum ſit arbitrix, & moderatrix l. in re mandata. C. mand. nam qui iure ſuo vtitur nemini iniuriã facere dicitur. l. nullus. ff. de reg. iur. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. l. 3. §. is tamen. ff. de lib. hom. exhib.

Sed nihil placet diſtinctio, quia vtitᷣ Oſaſc. deciſ. 17. nu. 15. vbi in propoſito,
2 quæſtionis, an vniuerſitas poſſit in prę iudicium ſingularium perſonarum ſtatuere per indirectum, vt homines vniuerſitatis veniant ad coquẽdum panes in furnis ipſius vniuerſitatis, poſt longã hinc inde opinionum diuerſorum relationem diſtinguit, quòd loquendo in terminis generalibus, quando vniuerſitas aliquid ordinat, vt ſibi principaliter proſit, ex eoque notabilem, & conſiderabilem ſuſcipit vtilitatem in vniuerſo, licèt damnum aliquod paruum particularibus ſubditis inferat, attamen tale ſtatutum ſiue decretum veluti ex iuſta cauſa factum valet, & tenet: nec illius parui damni priuatorum ratio vlla habetur, & ita dicit ibi Otaſcus procedere iura ibid. pro 1. opin. per eum adductas.

Aut vniuerſitas vtilitatem recipit, ſed ex ſuo decreto certis priuatis graue prę iudicium naſcitur, & tunc tale ſtatutũ, priuatis opponentibus, debet tanquam iniquum reuocari, & reſcindi, maximè ſi ſit contra eccleſiaſticam libertatem, & hoc caſu dicit ibid. Oſaſcus habere locum ſecundam opinionem ibi per
6 eum relatam, quia tunc euidens eſt cõiectura iniquitatis ꝙ ad æmulationem, & odium tertij fuerit factum huiuſmodi ſtatutum de coquendo panes in furnis vniuerſitatis, & in hoc caſu ſcribit Oſaſcus ibi communitatem teneri reficere æſtimationem damnis illati tertiò inſonti pro bono publico, & ex addu-
ctis ibidẽm per eum.

Inferas quod vniuerſitas non poteſt ſtatuere aliquid in præiudicium priuatorum in his quæ ad eos pertinent iure naturali Innoc. in c. quę in eccleſiarum de conſtit. & in c. venientes iureiur.

Et illa regula, quòd in ſuo quilibet eſt moderator, & arbiter, procedit quãdo diſponendo alteri nullum præiudicium afferretur ita reſpondet Rip. lib. 2.
3 † reſponſ. cap. 25. num. 8. 12. & 13. vbi adfert duas alias limitationes ad regulam prædictam.

Licèt verò populus nil aliud ſit, quã
4 ſinguli homines, vt per gl. in l. ſicut ff. ꝙ cuiuſq; vniuerſ. nom. illa glo. tamen debet intelligi de hõminibus collectiuè ſumptis, & aliter malè loqueretur, cùm homines vti ſinguli non faciant vniuerſitatem. Bald. in l. etiam colu. 3. verſ. ſed quid dices. C. de execut. rei iudic.

Statutum propterea prædictũ, quòd homines vniuerſitatis veniant ad coquendum panes in furnis ipſius vniuerſitatis, vt potè ambitioſum, † & iniquũ
5 decretum ſicq; eſſe reſcindendum cenſuit Senatus Pedemontanus, vt p Oſaſ. præcitata deciſione. Vbi habes etiam Decurionum decretum, vt ſit validum, debet eſſe honeſtum, iuſtum, & rationabile, & quòd paria ſint quid ſtatui, vel fieri ſpecialiter contra certam perſonam, vel generaliter, & tamen effectus eius porrigat ꝺ certã perſonã ẽt de hoc Bar. notat in l. fi. ff. de appel. recipiẽ. Iaſ. conſi. 161. num. 3. vol. 2.

Arguas ex præmiſſis etiã quòd Princeps non poteſt facere de iure, quòd omnes alicuius oppidi molant in tali
6 molendino, † imo nec præſcriptio iuuat in tali caſu, quia in his quæ ſunt publicæ, & liberæ facultatis non cadit prę ſcriptio. l. fin. ff. de vſucap. Iaſ. in l. quam diu la 2. ff. de acq. here. num. 16. Secùs dicendum in his, quæ ſunt facultatis priuatæ quæ poſſunt p æſcribi: benè verũ eſt quod dominus haberet ius molendinorum ex conſuetudine vel priuile-

7 gio † posset cogere subditos ad molen
dum in suis molendinis. Iaſ. in l. quo-
minùs. ff. de Flumin. Clar. in §. feudum
quæſt. 3. Idem dicitur de eo qui vult ędi
ficare ad æmulationem alterius, nam
poteſt prohiberi ne ædificet, vt per
Clar. ibid.

Præſcriptio quoque non currit in ijs
quę communia ſunt de iuregen. vt ſunt
loca communia, littus maris, & huiuſ-
8 modi. † d l. fin. ff. de vſucap. vt ſcilicet,
loca publica non poſſint præſcribi
præſcriptione longi temporis, ſed
benè præſcriptione temporis immemo
rabilis: hinęque infertur, quòd Veneti,
& Ianuenſes præſcripſerunt Gulfum eo
rum maris, imò Veneti poſſunt interdi-
cere Ianuenſibus facultatem nauigan-
di per eorum mare, ratione longiſſimę
poſſeſſionis per text. in l. ſanè ſi maris
cum gl. ff. de iniur.

Poſſunt etiam præſcribi ex priuile-
9 gio principis, quo † communia iuregẽ.
nobis acquirantur, & ideò cautela eſt
vt is qui poſſedit loca publica per tem-
pus immemorabile, fundet ſe in priui-
legio, non autem in præſcriptione, quia
ſuccumberet, & tale priuilegium proba
bit ex poſſeſſione immemorabili quæ
facit præſumi priuilegium ita. Rip. in d.
l. quominus. ff. num. 102. ff. de fluui. vbi
num. 97. cum ſeq. notat ſignanter quòd
priuilegium nundinarum vel ducendi
10 aquam ex † flumine publico à principe
lege, vel conſuetudine conceſſum, pro
ditur per non vſum ſpatio decennij. l.
1. ff. de nund. idem dicitur huiuſmodi
priuilegijs, ſi tamen facultas ſit poſita
in mera, & libera voluntate priuilegia-
11 ti, † vt ſi tibi conceſſum ſit quòd ad libi
tum voluntatis tuæ poſſis facere molẽ-
dinum in flumine publico nam tunc
quæ ſunt facultatis non poſſunt præſcri
bi. l. 2. ff. de via publ.

Et intelligas dictum de flumine, niſi
flumen interim exaruiſſet, vel præter
modum decreuiſſet, aut increuiſſet, ita
12 quòd priuilegiatus † non potuerit vti
cõmodè priuilegio. Rip. d. l. quominus.

Inferas etiam ex præmiſſis quòd ſi
quęratur an quis teneatur coquere ad
furnum domini alicuius loci, quòd nõ
13 tenetur † nam nec currit præſcriptio
vt poſſit quiuis coquere ad furnũ quẽ
mauult, ea ratione quia in his quæ ſunt
liberæ facultatis non currit nec cadit
præſcriptio, & de furno vid. Cœpoll. de
ſeru. vrb. præd. cap. 50.

DVBITATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Pater an teneatur pro filio condemnato in con
tumaciam extante ſtatuto quòd pater tenea
tur pro filio.*

2 *Ceſſans à ſolutione onerũ per 40. annos an ſit
tutus præſcriptione.*

3 *Principi debentur publicæ functiones nec in
eis præſcribitur.*

4 *Collectarum, & onerum ſolutione quis ad eã
teneatur poteſt præſcribi ſpatio 40. annorum
contra ciuitatem vel caſtrum.*

*Collecta ſeu tributi ſolutio quę præſtatur prin
cipi in recognitionem vniuerſalis dominij,
non præſcribitur, ſicut nec decimarum ſolu-
tio. ibidem.*

5 *Clerici, & omnes tenentur præſtare tributum
de bonis patrimonialibus in recognitionem
principis quoad onera ordinaria licèt ex
Clar. & alijs per nos adductis in §. lex du-
bitatione. 22. & 30. videatur colligi contra-
rium, & ex Bulla cœne domini quę generaliſ-
ſimè loquitur ne clerici, eo numquam bona
poſſint collectari.*

6 *Iuriſdictio generalis quęritur præſcriptione
cum patientia Principis.*

*Ius pedagiandi ſeu imponendi ibid. vectigalia
quęritur præſcriptione longiſſimi temporis,
ſed diſ ingue.*

7 *Conductori iuris pedagiandi an bello ſuper-
ueniente debeat fieri remiſſio in toto vel in
parte.*

8 *Iuris ſoluendi vectigalia fiſco, & Reip. & iuri
ſoluendi collectas quanto tempore præſcri-
batur.*

Libertas

Digitized by Google

9 *Libertas qualiter præſcribatur.*
10 *Regalia an præſcribantur.*
Cenſus debitus Imperatori, an poſſit præſcribi. ibidem.
Ius infeudandi quanto tempore etiam contra eccleſiam præſcribatur. ibid.
11 *Principis ſcientia non præſumitur etiam ſpatio centum annorum.*

VNiuerſitatem ſeu ciuitatem Villam vel Caſtrum, ſeu illius communitatem ſuprà deduximus poſſe ſtatuta cõdere in concernentibus adminiſtrationem, hac veritate retenta, quęro de pluribus dięt im contingentibus.

Primo ſi ſtatutum ſit, quod pater te-
1 neaꝫ p filio an † pater teneaꝫ de eo, qñ filius eſſet condemnatus in contumaciam, & ſe non defenderet, & dicas patrem non teneri, ſed tũc duntaxat, quãdo filius eſt per veras probationes conuictus ita Clar. §. fin. pract. crimin. quæſt. 86. verſ. ſed quæro nam vbicunque ex ſtatuto pater obligatur pro delicto filij vel filius ex delicto patris, ita demum vnus pro alio tenetur, ſi verè cõſtat de delicto, ſecundum Bar. cum quo communiter tranſeunt omnes in l. cum filiusfam. num. 4. vbi laſ. nume. 18. ff. de verbor. obligat.

Nam cum ſententiã condemnatoria contra filium proceſſerit ex ficta, confeſſione, nempè ex ſola contumacia, talis ficta confeſſio non cenſetur inclusa in dicto ordine vel ſtatuto campeſtri, in tantum vt non teneatur pater ꝓ filio fictè confitente ex quo ſtatutum non verificatur in caſu ficto. Abb. in c. cum dilectus de cler. non reſid. c. ex parte verb. ſign. Rol. conſi. 94. nume. 11. li. 3. Nec refragatur quod ſit ſtandum iuramento campegij ex ſtatuto, quia iuramentum non extendat contra tertium non delinquentem. Plot. in l. ſi quando num. 768. nec ſoli iuramento accuſatoris eſt ſtandum, quia cum tali iuramento debet probari damnum ad minus ꝑ vnum teſtem potiſſimum quando denuntians rem exportatam ſeu illam exportantem non habet in manu. Marã. 1. p. defertur aliquando iuramẽtũ n. 31.

Hocquæ procedere intelligas, quãdo verba ſtatuti ſunt concepta, vt appareat ſtatuentes voluiſſe patrem ex ipſo delicto filij teneri, puta, quia dicat, ꝙ vbicunque filius aliquòd delictum cõmiſerit, pater teneatur ad ſoluendum, nam eo caſu vtique opus eſt, vt de ipſo delicto verè appareat.

Vbi verò ſtatutum nõ delictum, ſed condemnationem tantummodo reſpiceret, puta quia diceret, quòd pater teneretur ſoluere condemnationem quãcunque factam contra filium: eo caſu, ſecuta condemnatione, liberè cõtra filium præſentem, ſiue in eius contumaciam poteſt pater cogi ad illam ſoluendam ita diſtinguit. Baſt. d. l. cum filiusfam. nu. 3. quam diſtinctionem communem dicit. Felyn. in c. cum Rotoldus nume. 2. de re iud. Alciat. regu. 3. præſumpt. 22. n. 2. Rol. à Val. conſil. 29. n. 28. & cõſ. 94. n. 19. lib. 3. qui de communiter teſtatur.

Cæterum ſi filius compareat, & ex eius confeſſione vel alijs probationibus conſtet de maleficio, tunc vtique pater tenetur virtute huius ſtatuti, eriã ſi in eo iudicio citatus non fuerit, & ex hac concluſione inferas valere ſtatutũ, quod villa teneatur pro maleficio cõmiſſo in eius territorio. Clar. de communiter de quæſt. 86. verſic. quæro vſque ad fin.

Et hæc faciunt pro ordinibus campeſtribus loquentibus, vt pater teneatur pro damno dato per filium, ideò ſignanda.

Quinto quæro, an vbi villa, vel Caſtrum habet merum, & mixtum imperium, & territorium, & confines per ſe ab alijs locis ſeparatos, intra quòd territorium, & confines aliquis habet cer-
2 tas proprietates † pro quibus prætendit ſe non ſoluiſſe aliqua onera ſpatio 40. annorum, & ſic ille dicit ſe tutum præſcriptio-

ptione, vtrum inquam, iſte talis ſit audiendus, & videtur primo aſpectu, illũ eſſe audiendum, quia iſta ſtant ſimùl, quòd tota iuriſdictio, & confines ſint vnius Caſtri, vel villæ, & tamen in eodem territorio, & eiuſdem confinibus poſſit res vel aliqua proprietas præſcribi vt in cap. auditis, & in cap. cum olim de præſcription. cum ibi in fine notatis.

Sed teneas in hoc contrarium, quia iſtæ ſunt publicæ functiones, quæ prin-
3 cipi debentur, † ideòque eis non præſcribitur, vt in l. competit, C. de præſcripti. 30. annor. Prac. Papien. in form. lib. ſeru. confeſſ in verb. plenã, & omnimodam iuriſdictionem ſub num. 18. & 19. vbi infert, quòd hodie libertas, nequis teneatur ad ſolutionem onerum, vel collectarum, poteſt contra ciuitatẽ, vel Caſtrum præſcribi ſpatio 40. annorum, & quòd in ſolutione tributi, quòd præſtatur in recognitionem vniuerſalis dominij, non præſcribitur, ſicut nec decimis. c. cauſam, de præſcript. c. dudum de decim.

Et quia admittitur præmiſſa præſcript o, vt ex allega. per Pract. papien. ibid.
5 inferas exinde omnes etiã clerici quoad patrimonialia teneri de iure communi ad onera ordinaria, l. omnes, C. de anno. & trib. lib. 10. l. 2. C. de mun. patr. licèt Clar. pluries allegatus in dubitatione 22. §. lex.

Inferatur etiam idem pract. papienſ. ibid. nu. 14. & is, quòd iuriſdictio generalis queritur preſcriptione per tex. in d. c. auditis, & c. cum olim de præſcr. dum
6 tamen interueniat ſcientia, † & patiẽtia Principis, ſeu illius, ad quem ipſa talis iuriſdictio pertinebat, ſecundum Bar. to. in l. iuſto, §. non mutat ff. de vſucapio. & ſcribend. in l. Imperium, ff. de iuriſdict. omn. iud.

Sicque etiam ius pedagiandi, ſeu vectigalia imponendi quæritur præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtat, c. quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignifi. dùm tamen interueniat ſcientia, & patientia eius contra quem præſcribitur: ſicut in cæteris iuribus incorporalibus: ſed aduertendum, quòd Bart. in l. ſi publicanus, §. in vectigalibus, ff. de publ. ſcribit diſtinguendo, aut præſcribitur hoc ius pedagiandi cõtra priuatum ad quem prius pertinebat, vel ex conceſſione principis, vel præſcriptione, & tunc ſufficit eius ſcientia, & patientia, & tempus longum 10. vel 20. ann. Aut præſcribitur contra principem, & tunc exigitur tempus cuius cõtrarij memoria non exiſtat à ſcientia ipſius principis, vel ſaltem præſidis prouinciæ ſcientia, & patientia, ad cuius Præſidis veram pertinet de talibus vectigalibus, adeo, quòd ſecundum Bar. inferre poſſumus, quòd multæ ciuitates, villæ, & caſtra vbi non interuenit præſidis ſciẽtia, nec illorum principis, propter illorum abſentiam, non dicuntur præſcripſiſſe ius pedagiandi.

Si quis tamen præſcripſerit ius pedagiandi de certis ſpeciebus, ſeu rebus putande lino, & lana nõ poterit ob id exigere de alijs rebus, puta de vino, & frumento, & alijs, vt in præcitat. loco dicit Bart. & adde Innocen. in cap. auditis de præſcript.

Quòd nempè ius pedagiandi, ſi pertinebat ad perſonam priuatam priuilegio, vel conſuetudine tollitur, & perditur ſpatio 10. annorum, eorum vtendo arg. l. 1. ff. de nundin. ſi verò illud ius pedagiandi pertinebat ad fiſcũ, ſeu Rempub. ciuitatis, tunc requiritur ceſſatum eſſe ſpatio 40. annor. l. omnes, C. de preſcript. 30. ann. ita diſtinguit Bart. in l. licitatio, § ear. rer. ff. de public.

Et in propoſito iuris pedagiandi, an
7 conductori illius † ſuperueniẽte bello debeat fieri remiſſio in toto, vel pro parte, Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximus, ff. de public. diſtinguit, aut bellum contingit ſine facto, & culpa ciuitatis à qua emit pedagium, & tunc non debet ipſi conductori, vel emptori fieri aliqua

remiſſio

remiſſio, ſed omnem periculum contingere cedit eius damno. Aut bellum, ſeu guerra contingit facto, vel culpa ipſius ciuitatis, vt quia contra eam fit guerra, vel ipſa ciuitas facit contra aliam, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè guerram, & tunc debet fieri remiſſio.

Sed in iſta materia iuris pedagiandi,
8 quanto ſcilicet, † tempore præſcribatur, ius ſoluendi vectigalia fiſco, vel Reip. & quid de iure ſoluendi collectas, quanto tempore illud etiã præſcribatur? iud. Rom. conſ. 252. Alex. conſ. 3. lib. 5. Corn. conſ. 22. col. 6. lib. 3. Iaſ. conſ. 102. col. fin. libr. 4. vbi ſufficiunt 20. anni ad præſcribendam talem libertatem, licèt Alex. conſ. 136. lib. 2. dicat debere concurrere quatuor de quibus per eum ibi, ſed requiſita per Alex. non habent locum in præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtat: teſte Rub. conſ. 22. & hanc dicit communem Alexand. conſ. 6. libr. 1. Dec. conſ. 85. quia tempus habet locum priuilegij, c. ſuper quibuſdam, §. præterea vbi gloſ. extra de verb. ſignifi. Iaſ. in l. quominus, ff. de flum. Fel. in c. ſi diligenti, de præſcri. & eſt videndus Balbus in tractat. præſcript. qualiter autem libertas præſcribatur, dicit gloſſ.
9 in c. non licet, † extr. de præſcript. & de tempore cuius initij memoria non extat in contrarium, quid operetur ad quid extendatur Balb. de præſcr. 2. part. prin. col. 4. & 2. par. 4 part. princ. quæſt. 4. Guid. Pap. quæſt. 419.

An regalia præſcribantur, & qualiter ſcribit Iaſ. conſil. 208. & ſeq.. & an poſſit
10 † præſcribi cenſus debitus Imperatori? idem Iaſ. conſ. 70. libr. 3. in l. Imperium, col. 8. & verſ. limita iſtam communem, ff. de iuriſd. omn. iud. Ius autem infeudãdi quanto tempore præſcribatur etiam contra eccleſiam, notat Curt. de feud. q. 3. 2. part. princ.

Et dic circa præmiſſa, quod in Princi-
11 pe non præſumitur ſcientia, † & ſpatio centum annorum iuxta nota. per Ruin. conſ. 26. lib. 1. vbi refert, in quo Bart. reprobetur, vel non, in l. licitatio, §. earum rerum. ff. de publ. & vectig.

DVBITATIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Campeſtris ordo, quod pro qualibet iura ſoluantur floreni quatuor pro banno, & totidem per immonda, an ſit tollevabilis de iure?*
2 *Senatus tollerat dictum ordinem campeſtrum ne agri damnificentur, & vineę.*
3 *Accuſans tenetur probare qualitatem rei ablatæ.*
4 *Sententia lata ſuper accuſatione generali, & obſcura, eſt nulla.*
5 *Accuſator tenetur iurare ſuper quantitate rei ablatę.*
6 *Accuſator, vel actor vbi eſſet ſibi contrarius, non credẽdũ eſt eius iuramento idem dicendũ quando iurans non habet veridicam informationem.*
Idem dicendum, vbi contrarium appareret. ibidem.
7 *Furans, vel fraudens, qui non eſt paſſus ſe perſeruari à domino damni, vel à ſaltuario, non cenſebitur obid furatum fuiſſe, niſi conſtet de re, & quantitate ablata, poſſet tamen puniri de reſiſtentia quatenus ea probaretur per teſtes. ibid.*
8 *Iuramento damni paſſi, vel camparij non eſt ſtandum, quando iurare volens non eſt veriſimiliter informatus.*
Iurare volens non auditur, ſi diceret ſe ſcire per famam. ibid.
9 *Vniuerſitas non tenetur, niſi præmiſſo ſono campanæ, vel tubæ, & cõmunicato conſilio.*
10 *Syndicus ſi fateatur in iudicio factum a communitate, præiudicat communitati.*
11 *Vniuerſitatis ſingulos non ſufficit conſentire ſeparatim, ſed collegialiter debent omnes cõſentire, vel maior pars.*
Senator quilibet ſi ſeorſum conſentiat non ſufficit, ſed debent ur conſenſus in forma collegij. ibid.

Solent

Digitized by Google

SOlent vniuersitates statuerę, quòd p qualibet vua soluantur, puta floreni 4. pro banno, & totidem pro emenda, an huiusmodi ordo campestris sit tollerabilis a iure? respõdeo de iure huiusmodi statutum esse etiam de æquitate intollerabile, nimisque excessiuum, 1 & potius ad terrorem,† illudq; esse modificandum, cum damnum passus non possit de iure agere, nisi ad duplum, §. in duplum, Instit. de actio. imò, nec pœna potest, aut debet esse maior, quàm sit damnum illatum, nec potest peti, nisi in quantum est interesse suum, c. 1. vbi Hostiens. de dol. & contum. & interesse non potest excedere duplũ damni dati, vt scribit de communi Plot. in repet. l. si quando, C. vnde vi, nume. 809. vbi etiãsi ex statuto sit standum iuramento veritatis, vel affectionis, vel iurantis de interesse suo, vltrà duplum veræ, & communis extimationis, in certis casibus nõ debet fieri condemnatio 5 quia si non potest, quòd interest, duplum excedere, quando verè probatum est interesse, vt per text. communiter receptum in l. vn. in verb. dupli, vbi glo. in verb. contractibus, C. de sent. quæ pro eo, quòd inter. a fortiori, quando interesse nõ est probatum, nisi per iuramentum, tunc iudex debet taxari, vt ipsum duplum communis, & veræ extimationis non excedat, vt per Doct. in d. l. vnic. & Plot. loco præcit. & per text. in l. qui restituere, ff. de rei vend. qui dicit sine taxatione in infinitum posse iurari, sed restringendum esse, vt non excedat duplum ipsum refert Plot. ibi præcipuè, quando esset standum iuramento alicuius absq; alijs probationibus, his tñ de iure nõ obstantibus solet Senatus Montisferrati, vt 2 plurimum inclinari in hanc partem, vt tolleretur dictum statutum campestre, ex eo, quia vniuersitas potest statuere in respicientibus administrationem, & vt caueant à furtis, & damnis delinquentis, seu in agris, vineis, & nemoribus damnificantes.

Sed aduertendum, quòd dato, etiam quòd probaretur factum præsentiale, actor in accusis huiusmodi tenetur probare, vel deducere qualitatem rei ablatæ. Abb. in c. licèt, † col. 14. de prob. Bar. 3 cons. 117. sequitur Marant. part. 6. rectè concipiatur libellus, memb. 30. nu. 17.

Et quoties agentis intentio, seu etiam accusantis dilatio non concludit, prout concludere debet in qualibet specie generis, vt per Io. Andr. in c. præterea, il 2. de accusat. sententia lata super huiusmodi nulla petitione, vel accusatione, etiam nimium generali, redditur ipso 4 iure obscura, inueri similis, † & nulla, ac si esset lata sine probationibus, Soc. cons. 134. vol. 1. Item actor, seu accusator tenetur iurare super quantitate rei 5 ablatę, †vel illam probare per testes, vbi eius iuramento ex statuto non creditur, ex quo agentis, vel denunciantis intentio debet esse clara, & certa, l. certum, ff. de confess. l. ampliorem, §. in refutatorijs, C. de appellat. ita, vt nihil ambiguitatis, & obscuritatis, vel contrarietatis contineat c. constitutus vbi Innoc. extra de reli. dom. omnia namque iura volentia credi iuramento damnum pas 6 si, vel saltuarij, vel camparij, † seu alterius nõ procedunt vbi ex actis constaret, quòd accusator, vel actor, vel alius iurare volens esset contrarius sibi, etiãsi esset clausula, omni meliori modo, puta quia in accusatione dixisset damnũ datum vno loco, vel modo, & in actis dixisset alio modo, vel loco. Alex. cons. 91. vol. 6. text. est in l. 1. vbi Ias. & Docto. C. de furt. l. eos, ff. de fals. Alex. cons. 110. volum. 5.

Prout etiam iura, ac statuta non procedunt vbi ex actis, vel ex iuramento constaret, quòd iurans non habet veridicam informationem, puta, si iurasset pro eo, quia ab vno dici audiuerit, vel de credulitate. Alexan. d. cons. 91. vol. 6. col. 2. versic. confirmatur, vel esset talis,

qui

Digitized by

qui neſciret veritatem, gloſſ. Bartol. & Doct. in l. maritus, ff. de quæſt.

Item nō eſt ſtandum iuramento, vbi ex dicto petentis damnum emendari, vel alterius, vel aliter in contrarium appareret, vel probaretur iniquum eſſe iuramentum, vel eſſe in eo errorem. Alex. d. conſ. 91. Socin. conſi. 55. vol. 1. col. pen. verſ. 2. quia Alciat. de præſumpt. regu. 11. præſump. 31. Plot. in rep. l. ſi quando. nu. 828. qui etiam prędictos rectores refert, & alios textus in iure, ibid. nu. ſeq.

Et adeò verum eſt, quòd quantitas rei ablatæ debet probari, vt fraudans, vel furans, vel in actus repertus fraudare, vel furari, qui non ſit paſſus ſe perſcrutari à domino damni, † vel à ſaltuario, 7 non cenſebitur fraudaſſe, vel furatum fuiſſe, niſi res, vel quantitas rerum ablatarum liquidè numerata, vel probata fuerit, ita firmat docendum, Bart. in l. 3. per illum text. C. de curis pub. lib. 12. quę doctrina noranda eſt, quia ſæpè de facto contingit, ex profeſſo ſequitur Ioan. Bertach. in tract. de gabell. 9. part. princ. num. 16. qui ſimul cum Bart. dicit benè poſſe de reſiſtentia ſola puniri, quatenus probari per teſtes poſſet.

Inſuper dicta ſtatuta volentia credere iuramento damnum paſſi, creditoris, vel ſaltuarij, hæredis, vel alterius non procedunt, quando iurare volens non eſt veriſimiliter informatus, gloſſ. 8 † Bart. & Bald. in l. in bonæ fidei. C. de re. cred. Afflict. deciſ. 169. Grat. conſ. 10. vol. 2. Doct. in l. admonendi, ff. de iureiuran. præcipuè vbi vellet iurare de auditu, vel credulitate, & iura, vel ſtatuta velint iurare de veritate Imol. conſi. 147. colu. 2. verſ. nec dicat, prout, nec auditur iurare volens etiamſi diceret ſe ſcire per famā, gloſ. & Bal. in d. l. in bonæ fidei, & Afflic. d. deciſ. 169. nu. 2.

Nec pariter procedunt dicta ſtatuta, vbi ageretur contra vniuerſitatem, & in accuſatione vel petitione diceretur; q̄ hoiēs, vel oēs homines talis oppidi dederunt damnum, vel commiſerunt delictum, nam non ſequitur homines, vel omnes homines oppidi fecerunt, er 9 go vniuerſitas tenetur: † quia non tenetur vniuerſitas niſi præmiſſo ſono Campanæ, vel tubæ, & communicato conſilio oppidi illud fecerint, quia vbi non interuenit ſonus Campanæ, & cōſilium ipſum, agi debet ſolum contra illos particulares, & non contra vniuerſitatem. Alex. conſ. 47. num 10. vol. 6. Pariſ. conſ. 27. nu. 102. volu 1. & conſ. 21. vol. 4. Bart. in l. aut facta §. non nunquam col. fin. verſ. vlterius, quæro. ff. de pęn. Ruin. conſ. 107. num. 4. vol. 5.

Sed hoc intelligas dummodo Sindicus fateatur in iudicio factum à com- 10 munitate, † quia tunc præiudicat communitati, ita vt illa teneatur. Doc. conſ. 221.

Et dicas tunc eſſe legitimum actum Collegialem, ſeu Capitularem, ſeu vniuerſitatis, quando collegialiter ſint cōgregati, & ita ſimul conſentiant, quia non ſufficit ſingulos de vniuerſitate, de conſilio, vel collegio, vel Capituli ſe- 11 paratim cōſentire teſte. † Iaſ. in l. ſiquis filio. §. patri num. 8. ff. de leg. 1. vbi plura habes de vniuerſitate, & Collegio, & vbi nu. 9. notat de Senatoribus dicens, quòd non ſufficit ſi quilibet Senator ſeorſum conſentiant, quia auctoritas Senatorum non eſt diſgregata per ſingulos, ſed iuncta apud collegium, & in forma collegij.

DVBITATIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas poteſt ſtatuere, vt ſtetur iuramento damnum paſſi, vel Camparij, vel huiuſmodi perſonæ in reſpicientibus adminiſtrationem.*

2 *Damnum diſtinguitur à furto, & contra furem iurari poteſt, & contra moroſum debitorem; & quando poſſit procedi per furtum commiſſum.*

3 *Damni dati quando non competat actio, &*

qua actio competat contra eum, qui faciat rem vtilem pro se, vel pro domino.

4 *Accusanō valet, nisi exprimatur annus dies, & mensis, ac locus cohærentiatus.*

5 *Accusator an excusetur si dicat se diem ignorare vel se non recordari de die.*

6 *Incertitudo vitiat accusam.*

Iuramento damnum passi, vel camparij ex statuto tunc credendum contra dolosum non autem culposum etiam ex lata culpa. quid dicendum in causis piorum locorum, dotium, & communitatum; & quid quando expressè statuta dicerent posse iurari in litem.

8 *Iuramento possunt decidi omnia accessoria vbi ex statuto decidi possint iuramento causa dānorum; quid si negaretur iurisdictio, vel causa. ibid.*

9 *Forensis non potest gaudere beneficio statuti loquentis, quòd credetur iuramento damnū passi, sed debet agere, vel accusare, nisi iste forensis solueret onera, vel collectas.*

10 *Clerici, etsi non soluant onera possunt gaudere beneficio statutorum laicorum, intelligē vt ibid.*

QVid dicēdum de statuto, quòd statur iuramento damnum passi, vel Camparij, siue creditoris, siue hæredis, vel alterius personæ?

Et quidem vniuersitas licèt possit sic statuere, vt statur iuramento damnū passi, vel camparij, vel alterius personæ in similibus respicientibus administrationem; illud tamen iuramentum recipit varias iuris declarationes.

Sed in primis dicamus, damnū distingui à furto, quia damnum est quædam patrimonij diminutio cum rei corru-
2 ptione, † absque exportatione, vel cōtrectatione: furtum verò cum rei amotione, & contrectatione: & est communis opinio text. vbi not. Bald. in l. si seruus seruum. §. oliuam. ff. ad l. Aqu. Dec. cons. 83. Alex. in l. 2. ff. de damn. infect. Grat. cons. 154. vol. 2. Bald. Alex. & Iaſ. in l. 1. §. fin. ff. si quis iusd. non obtemp. & licèt ex dicto statuto non possit agi nec iurari vbi interuenit rerum amotio, ex quo est furtum, poterit tamen iurari de iure communi cōtra furem: & est communis opinio relata per Illustrissimum Cardinalem Parif. cons. 109. col. 3. num. 30. & per tot. vol. 3. Bar. Cassānæus cons. 21. num. 35. prout & contra emptorem morosum in soluendo pretium iurari poterit, cùm fur et morosus æquiparētur. Bellon. libro 2. supputant iuris cap. 19. l. inter stipulantem. §. pen. vbi Doct. ff. de verb. oblig. Bar. in l. quod te nu. 11. vbi alij scrib. ff. si cert. pet.

Si feras, quod contra incidentem ligna cædua, vel non cedua, & ea exportantem, nec colligentem fructus maturos, vel immaturos, & eos exportantē non potest procedi per accusationem damni dati, sed per furtū cōmissum; nec agi vigore statuti, quod credatur iuramento damnum passi, nisi expressè statutum procederet etiam illud appellando damnum. Bal. cons. 436. col. 2. vers. in contrarium vol. 5. & cons. 4. 144. vol. 1. Maria. Soc. iun. cons. 146. num. 20. cum seq. vol. 1. Doct. in l. si seruus, seruum §. si oliua: ff. ad l. Aquil. & in l. nam, & ramos. ff. quòd vi aut clàm. & actio accusationē dati damni non habet locum contra eum, qui tāquam possessor percepit fructus. Bald. tit. de pact. Constan. in gl. verb. sine fructibus Io. Bertach. in repert. in verb. statuta de damnis, vbi statutum de damno non habet locū, prout nec habet locum contra eum, qui facit rem vtilem pro se, vel pro domino, possessore, fructus maturos colligendo, agrum arandum, vel seminandum, vel si tanquam possessor diceret se esse possessorem colligendi fructus, quia tūc non damni dati, sed possessionis turbatæ accusatio, & querela potest agi. vt per Bal. d. cons. 436. cū alijs supra citatis.

Et hæc damni dati accusatio nō procedit vbi est inepta, vel incerta, vel nulla, nec potest tunc super ea iurari, etiāsi in iuramento, vel probationibus exprimerentur

merentur, ſeu probarẽtur omiſſa in accuſatione Dec. c onſ. 83. columna 1. verſicul. nec iſta Bald. in l. 1. in fin. ff. de iuriſd. om. iud.

Et quòd plus non valet accuſa, nec condemnatio niſi exprimantur, non ſolum annus, menſis, & locus cohærentiatus damni, vel delicti commiſſi, vt l.
4 libellorum vbi † Bart. & Doct. ff. de accuſ. Alex. conſ. 91. volu. 1. Dec. in l. 2. de lib. obla. & in l. edict. nu. 38. C. de eden. verum etiã debet exprimi dies delicti, vel damni. Iaſ. in l. arbitraria. §. ſiquis epheſi. ff. de eo quòd cert. loc. excuſatur
5 tamen actor, vel pars ſi dicat ſe diem ignorare ſecũdum Nicol. Mil. in reper. verb. libellus etiam, quòd tamen non admittit, niſi ſit lapſum tantum tempus, adeò quòd veriſimiliter de die potuit actor, vel pars obliuiſci, nã ſi ſuſpectus eſt teſtis ego, & pars, quæ vel qui dicit ſe non recordari de aliquo, vbi veriſimiliter poteſt recordari Corn. conſ. 56. vol. 1. Crau. conſ. 9. nu. 9. arbitrio igitur iudicis erit remiſſum iudicare, an excuſandus ſit accuſator, dicendo ſe non recordari de die. Dec. d. conſ. 83.

Incertitudo accuſæ etiã illam vitiat,
6 vt per † Dec. d. cõſ. 83. prout etiam vitiatur accuſa, quando non eſt ſcriptus in ea locus porrectæ accuſationis. Bartol. conſ. 218. ideò accuſatus poteſt petere locum damni ſibi oſtendi ad oculum, maximè vbi non fuiſſet dictum à qua parte fundi eſſet illa pars, & interim iurari non poteſt nec procedi, l. quæ de tota. §. incertæ ff. de rei vend. l. 3. §. incertam, & l. locus. ff. de acq. poſſ. prout idẽ poteſt excipi in ciuilibus per reũ ℈ libellum actoris. Bart. in l. 1. num. 11. ff. de eden. pract. Pap. in for. lib. act. real. in gl. verſ. cohæret. num. 7.

Aduertendum quoque eſt, quòd vbi ex forma iuris communis, vel ſtatuti credendum eſt iuramento damnum paſſi, vel camparij: hoc intelligitur
7 † contra doloſum, non autem contra culpoſum, etiam ex lata culpa, ob quam non poteſt in litem iurari: ſed tãtum ob dolum malum: & eſt communis opinio tex. in l. in actionibus verbo. ob dolum vbi. Bar. & gloſſ. in verb. non ob culpã, vbi Alex. & Iaſ. ff. de in lit. iur. de cõmuni teſtatur. Dec. in d. l. in actionibus num. 17. & regulariter in omni inuaſore, val damnum dante vel turbatore ſeu committẽte actum clandeſtinum dicitur eſſe dolus verus l. fin. C. vn. vi. Bald. conſil. 119. vol. 2. Alex. conſ. 103. num. 8. volum. 1. l. 2. §. doli. ff. vi. bon. rapt. Bald. & Doctor. in l. 1. Cod. de interd. matr.

In cauſis tamen piorum locorum, dotium, & communitatum prout, & in actione tutelæ, & curæ poteſt iurari de damno dato, ob ſolam latam culpam. Sal. & alij in l. alio iure. C. de in lit. iur. glo. & Doct. in d. l. in actionibus. c. 1. & c. auditis de in int. reſt. l. orphanotrophos in prin. vbi tex. Bald. & Doct. C. de epiſc. & cler. l. Reſpub. C. ex quibus cau. mai. Euerard. in loco 31. ibi locus à minoribus, & in loco 28. ibi locus à pupillo & in loco 25. ibi locus à dote.

Prout quando expreſsè ſtatuta dicerent poſſe iurari in litem pro damno, vel alio delicto, tũc ſufficit culpa etiãſi non ſit dolus ad iurandum in litem. Iaſ. d. l. in actionibus. numer. 30. ff. de in lit. iur.

Et vbi damnorum cauſa poteſt iuramento decidi ex forma iuris vel ſtatuti, oẽs articuli, & omnia acceſſoria poſsũt etiam decidi iuramento. Bart. in l. ſolẽt num. 10. ff. de alim. Dec. conſil. 44. num.
8 † 6. Caſtr. in l. cum hi num. 5. ff. de tranſact. Bald. conſil. 358. vol. 3. Iaſ. in l. 2. nn. 6. C. de edic. diu. Adr. toll. Bald. in l. 1. C. de reb. cred.

Vbi verò negaretur iuriſdictio, vel qualitas, ſeu cauſa quæ dat facultatem iurandi, puta, ꝙ accuſator nõ eſt dominus, nec poſſeſſor, nec creditor, nec hęres, nec datiarius, ſeu publicanus, nec camparius, nec ſaltuarius nec officialis quibus ſtatutum velit credi, vel accuſa-

tus eſt forenſis, & negat locum in quo damnum datum eſſe in territorio iudicis ſub quo conuenitur, vel negat ſe dediſſe damnum, tunc præmiſſa non deciduntur nec probantur; iuramẽto: vel dicitur quòd talis non eſt iudex, ideò debent teſtibus verificari Cravet. conſ. 196. Rom. ſing. 255. Rip. in l. damnum. ff. de damn. infect. Alex. in l. fin. ff. de in lit. iur. & conſi. 41. volumn. 4. Dec. conſi. 61. & 83.

Et quia tetigi de forenſe, notandum eſt quòd forenſis pro damno dato in
9 † eius bonis, etiam quòd ſoluat onera merè realia in loco ſtatuti, non poterit gaudere beneficio ſtatutorum loquentium de damno, quòd credatur iuramento damnum, paſſi ita quòd vniuerſitas teneatur ad damni emẽdationem, nec aliorum ſtatutorum ſed debebit forenſis, ſecundum ius commune agere, vel accuſare, & eſt communis opinio. Dec. conſ. 550. Alexand. conſ. 41. vol. 7. Pariſ. conſ. 12. vol. 3. Fely. in c. cum P. M. nu. 3. de accuſ. Alex. conſi. 111. vol. 7. Bar. in l. quidam tabulorum. ff. de furt.

Si tamen forenſis ſolueret onera perſonalia, vel collectas impoſitas perſonis pro rebus, & habitat in loco ſtatuti etiamſi non habitaſſet per decem annos, nec in eo cõtraxiſſet domicilium: tunc talis forenſis gauderet beneficio ſtatutorum de communi. Pariſ. conſ. 12. n. 20. & 22. vol. 3. & conſi. 108. n. 49. vol. 1. Caſt. in l. oẽs populi in fi. ff. de iuſt. & iu. Rui. ꝯſ. 100. n. 7. vol. 7. Ale. ꝯſ. 111. vol. 7. idem dicas in forenſe qui non ſoluiſſet onera, ſed ſolum habitaſſet per decẽ annos, quia diceretur cõtraxiſſe domicilium, & gaudebit beneficio ſtatutorũ omnium. Pariſ. d. conſi. 12.

Clerici autem & omnes perſonæ eccleſiaſticæ etiamſi non ſoluantur onera, poterunt gaudere beneficio ſtatuto-
10 rorum † laicorum ex eo, quia ſuſtinent onera ſpiritualia. Alex. conſ. 41. num. 3. & 4. vol. 7. de communi. Caſtr. in d. l. omnes populi num. 3. & ibi. Cur. & Moder. per Rip. in 1. lib. Reſp. cap. 4. num. 9. in fin. deleg. & long. conſuet. Dec. cõſ. 114. Pariſ. conſ. 110. nu. 8. vol. 2. Brun. in trac. de ſtat. quòd ext. maſc. fœm. non ſucc. in vi art. princ. q. 11. niſi tamen ſtatuta expreſsè denegarent beneficia ſua clerici quia valent talia ſtatuta nec dicuntur cõtra libertatem eccleſiaſticã Dec. conſi. 83. num. 4. prout nec gaudent beneficio ſtatutorũ laicalium clerici non habitantes ſed forenſes, & non ſuſtinẽtes onera ſpiritualia nec temporalia in loco ſtatutorum. Dec. conſi. 114. ſed in his ſtandum eſt cum Sancta Romana Eccleſia.

DVBTATIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Damnificatus poteſt propria auctoritate retinere animalia dantia damnum, præcipuè, vt recognoſcantur, & donec ſoluantur alimenta poterunt vniuerſalia retineri.*

2 *Damnificans vbi ignoratur, tunc tenetur cuſtos agrorum, & qualiter.*

3 *Comentarienſis, vel cuſtos Archiuij vel ſcripturarum non exhibens ſcripturas quas ſemèl conſtat apud ſum fuiſſe, dicitur in dolo & qualiter hoc procedat.*

4 *Damnificans vbi ignoratur quibus modis dãnum datum præſumatur, & quibus indicijs.*

5 *Diffamatus in eodem genere mali ſola ex fama non poteſt torqueri.*

6 *Pax habita præcio, erit indicium ad torturam ſecùs ſi gratis.*

7 *Damnum extimandum per duos expertos.*

IN materia eiuſdem ſtatuti quæro etiam de plurib⁹.

Primo an damnificatus poſſit propria auctoritate retinere animalia dantia damnum, & reponere ea ſuper hoſpitio donec ſibi emẽdetur damnũ? dicendum eſt quòd ſic per tradit. per Pract. Pap. in form. Inquiſit. in gloſ. verſ.

contra-

contractando num.4. ſicuti videmus in ſimili, quòd creditor vel famulus non tenetur furti, ſubtrahendo tantum quã tum ſibi debetur. Alex.conſi.135. vol.1. Gramm.conſi.50.

1 † Et præcipuè animalia retineri poſſunt vt recognoſcantur. l. quintus cum l.ſeq. ff.ad l.aquil. Bart.& Doct. in l. hoc amplius.§.de his.ff. de dam. inf. l. capite quinto cũ ibi not. per Doct. ff. de adult. & facta recognitione vbi dominus animalium ſit ſoluendo, non poſſunt ea retineri donec ſoluatur damnum. Alcia. reg.1.preſump.50.de præſumpt. ſed donec ſoluantur alimenta, quæ venerunt in vtilitatem animalis poterunt retineri. Alciat. de præſumpt. 10. præſumpt. per text.in l. in ſumma arbi. Salyc. Cod. de pignor.

Et vbi datum eſt damnum ab animali bruto, tenetur dominus vel ſoluere damnum, vel dare animal pro damni emendatione. Dec.conſi.289.& per tex. & Doct. in titul.inſtit.ſi quad.paup.fec. dic. Alb.de Roſi.in 1.p.ſtat.queſt.76.

2 † Sed vbi ignoratur damnificans, in dubio tenetur cuſtos agrorũ, & poteſt contra eum iurari in litem niſi probauerit ſubtractionem vel amiſſionem abſque dolo factam de communi Corconſil. 318. volum.quarto. Bald.conſil. 80. volum. 3. & vbi conſtat rem ipſam ſemèl fuiſſe apud eum, qui modo eam non exhibeat, præſumitur illam & eelaſſe dolo malo, Rolan.d.conſi.80.& Corn.d. conſil.318. & ideò Mercator, & quiuis alius, qui dederit mulioni, vel Nautæ, vel alij, rem aliquam puta capſam, vel valiſiam cõducendam ad locum, puta ad vrbem Mediolani, ſi illam non conducat, nec reſtituat, poterit iurare in litem contra ipſum mulionem, Nautam, vel alium, qui titulo conductionis, vel depoſiti, vel alio quouis titulo receperit apud ſe rem ipſam vehẽdam, vel ſeruandam, probando ex ipſo ſolo iuramento rerum quantitates, & valorẽ, nec crederetur iuramento mulionis, nec Nautæ, nec alterius, qui recepit rem ipſam, ſuper amiſſione abſque eius dolo, & culpa facta de communi, Corn.d.conſ.318. vol.4.

Et ſi comentarienſis, vel aliquis cuſtos Archiuij, vel actorum, aut aliarum ſcripturarum, ſeu rerum non exhibeat ſcripturas, ſeu res quas conſtat ſemel apud eum fuiſſe, dicitur in dolo, nec ei
3 creditur, etiamſi iuraret ſe eos amiſiſſe, imo præſumitur res ipſas occultaſſe, ac ſubtraxiſſe, & poterit iurare in litem cõtra ipſum cuſtodem, prout etiam contra tutorem probando ex ipſo iuramento valorem ſcripturarum, & aliarum rerum damna, ac intereſſe, Bald.d.conſil. 80. Corn.conſ.præcitato.

Hoc tamen non procedit vbi comẽtarienſis, mulio, Nauta, vel alius cuſtos amiſiſſet res per eum habitas in cuſtodiam, vel ad vehendum abſq; dolo ſuo malo, quia tunc etiamſi fuiſſet in culpa etiam lata, leui, aut leuiſſima, & eſſet in caſibus in quibus teneretur non poſſet iurari in litem contra eum, ſed deberẽt teſtibus, res & rerũ quãtitates, & intereſſe probari. Corn.d.conſ.318. & vbi non probarentur per partem res, ac intereſſe, poſſet iudex ex ſuo officio, ſe de eis informare, & ea extimare. Corn. dicto conſ. 318.

Aduerte tamen, quòd vbi ignoratur damnum datum præſumitur illis modis
4 quibus furta, homicidia, † & alia delicta præſumuntur data, & indicijs Ioan. Bertach. in repert. verb. damnum, præſum. per text. in l. nauta, §. fin. ff. de nau. cauſ.

Et primum indicium ad inquirendũ imò, & ad torquendum erit vnicus teſtis de viſu damnificantis, vel vulnerãtis, aut homicidij, ſeu alterius delicti, dummodo ſit omni exceptione maior, de communi, gloſſ. & Docto. in l. ſi quis, C. ad l. Iul. maie. Bart. & Alexan. in l. 1. §. idem, Cornelio, in l. maritus, & l. fin. ff. de quæſt. Pariſ. conſ. 169. num. 64. & ſeq. vol. 4. niſi concurrat leuitas vitæ rei iuxta Carrer. pra ct. crim. nu. 110. verſ. 1.

Ruſus

Rurſus, & 2. inimicitia grauis, ſeu capitalis facit indicium ad inquirendum, quia omnia damna, incendia, homicidia, vulnera, & huiuſmodi præſumuntur illata ab inimico graui, & capitali. Dec.conſ.64.Specul.in tit.de præſumpt. §.ſpecies,verſ.& idem eſt,Fely.in c.aſſerte.col.fin.de præſumpt.Angel.de malef. verſ.fama publica,ſed non facit indiciũ ad torquendũ, niſi concurrant aliæ cõiecturæ, puta fama publica, mala qualitas, ſeu mala vita inimici,vel eius fuga, ſeu contumacia, vel quid ſimile adminiculum, & indicium etiam remotum à maleficio de magis cõi teſtatur Ludo. Carrerius pract.crim.nu.118. verſ.quartum indicium. Hippolit.Marſil.practic. crim.§.diligenter.

Et idem dicendum, vbi inimicus capitalis eſſet conſuetus talia facere, quia oritur contra eum indicium nõ ſolum ad torturam, verum etiam ad condemnationem. Crau.conſ.35. nu.3.

Alterum poteſt eſſe indicium, ſi in loco damni, furti, vel homicidij, aut delicti alterius commiſſi reperiatur in terra humida,niue,puluere,vel grano forma pedis alicuius, ſcala, vel arma, aut alia res, quia ille cuius erũt præmiſſa ex hoc ſolo poteſt inquiri, ſed nõ torqueri, niſi concurrant aliæ coniecturę, puta, mala fama illius, vel fuga, vel quòd ſit ſolitus talia facere, vel grauis inimicitia, vel mendacium, vel alia coniectura,Bar.in l.fina.ff.de quæſtio.Bald.conſ.427.vol.5. Iac.Nouel.tract.ad defenſam,num.151. verſic.ſcala. hoc tamen indicium tolli probando bonam vocem, & famam illius in cuius domo vel dorſo uiſa eſt res, & ꝙ nõ ſit ſolitus talia committere, vel probando à quo habuerit mutuo res ipſas, vel probando, quod alter accepit res ipſas, puta ſcalam, vel arma. Iacob.Nouel.d.verſ.ſchala.Salyc.d.l.fin. C.de quæſtio.

Imo etiam res reperta vrget ad inquirendum contra eum, pœnes quem fuit reperta.l.in ciuilem,& l.ciuile,C.de tur. Salyc.d.l.final. ſed non ad torquendum, niſi is pœnes quem reperiuntur præmiſſa ſit conſuetus committere furta.Alex. conſ.5. nu.2.vol.1. & niſi ſit ipſe, querelatus perſona grauis, honeſta, vel bonę vocis.Nouell.loco præcit.Hyppol.prac. crim.§.diligenter.nu.91.& 96.

Fuga, vel latitatio inſuper facit inditium damni dati, vel alterius delicti, & ante accuſationem, & inquiſitionem, ac excitationem cõtra eum factã, dummodo ſit poſt delictum commiſſum, quia etiam facit indicium ad torturam, vbi cum fuga concurrunt alia adminicula, puta fama, vel inimicitia cum leuitate perſonæ.Lud.Carrerius pract.crim. nu.112.verſ.tertium.Bart.Iaſ. & Doct.in l.admonendi,ff.de iureiur. prout, & fuga facit indicium, vbi quis fuit fugatus cum rumore propter delictum.Barto. l. fin. ff.de quæſtio. niſi tamen fuga poſſet colorari, puta ſi dicat ſe non deliquiſſe. ſed ſe abſentaſſe, quia timebat de facto occidi à conſanguineis occiſi, vel de facto capi, & detrudendi in carcerem, vel dicat ſe iuiſſe pro voto explẽdo,aut pro mercantijs, & ſi hæc poterit probare, probabit, aliàs ſtandum erit eius iuramento, cum præmiſſa conſiſtant in animo. Lud.Carrer.d.nu.112. verſ.tertium.

Aliud indicium damni dati, vel delicti eſt, vbi damnum datum, vel delictum cedebat ad commodũ imputati, & non alterius.Barto.d.l.fin.ff.de quæſt. Aliud erit indicium vbi minæ præceſſerint a ſolito, vel à potente exequi illas de communi. Ludou. Carrer.vbi ſupra, num.126. ſecus vbi minans eſſet in potens ad talia faciendum, vel homo bonæ vocis,& nõ ſolitus talia facere.Lud. Carr.ibid.

Indicium etiam damni dati, & alterius delicti erit variatio, & mendacium quæ ſi ſola ſunt, faciunt ſuſpicionẽ, ſed non indicium ad torturam, niſi ſint cũ alijs adminiculis,& coniecturis. Ludo Carrer.ibid.nu.119.verſ.quintum.

Vicinus quoque loci damni dati, vel delicti

delicti commiſſi præſumitur feciſſe dānum, vel delictum adeò, quòd poteſt torqueri, & idē contra habentem notā domum in qua præmiſſa ſint perpetrata, quia potuit torqueri, text. in l. dominus horreorum, vbi Bart. & Bald. ff.loca.& hoc vbi agitur criminali.& eſt pœna corporalis, quòd pro pœna pecuniaria quis non poteſt torqueri, niſi ſit pęna corporalis. Crau.conſ.137. niſi ſit vicinus bonę, famę quia cōtra eū nō militat iſtud indicium. Iaſ.in l.in actionibus col.pen.ff.de in lit.iur.

Si quis etiam viſus fuerit exire locū damni dati, vel furti commiſſi cum aliquo,etiamſi ignoretur quid ſit ſubueſte, hoc erit indicium ad torturā, niſi talis exiens ſit vir probus.Blanch.in l.fin.nu. 418. ff.de quæſt.

Prout etiamſi perſona ſuſpecta viſa fuerit de nocte ire ad locū ſuſpectum, puta in qua damnum, vel delictum ſit commiſſum,vel ex eo loco reuerti,hoc erit indicium ad torturam Blancus d.l. fin.ff.de quæſt.nu.419.

Idem dicendum in diffamato in eodē genere mali, & honore malæ famæ,
5 nam fama ſola publica † niſi cum aliis adminiculijs,& indicijs concurrat, non erit ſufficiens indicium ad torturam de communi Ludo. Carre: pract.crim.nu. 111: Bar.d.l.fin.ff.de quæſt.Crau.conſil. 41.num.6. niſi tamen etiam fama, vehemens,quia ſola facit indicium ad torturam Fely.& alij in c.veniens de teſtib. & relinquitur arbitrio iudicis, quæ dicatur fama, vehemens Hypol.ſing.97. in verb.fama.

6 Ad torturā † etiam indiciū erit pax habita pretio,ſecùs ſi gratis.Iaſ.& Doct. in l. tranſigere. C. de tranſact. Hyppol. pract.crim. §.diligenter verſ.quæro vlterius,niſi tamen pax fuerit facta in genere cuicunq; qui offenderit, notario ſtipulante, vel cum proteſtatione, quòd fit non animo confitendi delictum,ſed euitandi expenſas, & rancores. Iaſ.d.l. tranſigere. Hyppol.d.§.diligenter.

Et not.quòd damnum extimatur per duos extimatores, qui referant iudici,
7 † & prius iurabunt de extimando bonafide, & ſine fraude, & citari debent partes, quando iudex, vel extimatores vadunt ad vidēdum locum damni dati pro extimatione facienda Cagnol. in l.2. num.258, vbi Bart. nu.20. C.de reſc. vend. qui æſtimatores, ſeu exploratores,etiam poſſunt ad æſtimandum mitti poſt dēdicita teſtificata Cagn. ibi. nu. 265. poſt Bald.d.l.2.

DVBITATIO X.

SVMMARIVM.

1 *Damnum datum in frumento quod erat in herba vel in planta valdè iuueni, quomodo, & qualiter ſit æſtimandum?*

2 *Iuramento damnum paſſi ſtabitur; quando agitur probando geſtum de die.*

3 *Teſtes deponentes noctis tempore, luna non lucente, & abſq; lumine ſe cognouiſſe delinquentes ſunt ſuſpecti de falſo, & debent deponere, an luna luxerit.*

4 *Camparius vel accuſatore de nocturno tempore denuntiante an credatur.*

5 *Deponenti de viſu in nocte quando credatur, & quando accuſatori credatur de commiſſis de nocte.*

6 *Teſtes vel Camparius, deponentes ſe cognouiſſe ad vocem de nocte faciunt indicium ad torturam, & eis creditur.*

VTile etiam in propoſito præallegati ſtatuti erit dubium, quomodo, & qualiter ſit eſtimandum damnum datum in frumento, quòd erat in herba, vel in planta valde iuuene? reſolue quòd ſolum dubius euentus eſt extimandus; ideſt, quantum potuiſſet vendi ille dubius euentus perceptionis frumēti, vel arborum. Bald. conſ.181. incip. locata num.4.& ſeq.vol.1.Crau.conſ.40.num. 10. tex.in l.propter ſpecie vbi Alber. & alij.ff.fam.erciſc.ideò non debet extimari fru-

ri frumentum prout ſi eſſet maturum, nec arbor prout ſi eſſet magna, ſed ſolum dubius euentus.

Vlterius notandum eſt, quòd ſtatutum præallegatum, quòd ſtetur iuramẽto damnum, vel violentia, vel aliud delictum paſſi, vel cãparij, procedit quãdo agitur de probante actum, vel negotium geſtum de die, puta, quia per teſtes probetur violentia commiſſa de
2 die, † nam tunc ſuper rerum quantitate ſtabitur iuramento damnum paſſi. l.ſi quando C.vnd. vi.c.fin.quod met. cauſ.

Si verò ageretur de probãdo actum, vel delictum, vel damnũ commiſſum de nocte per teſtes, qui deponerẽt noctis tempore Luna non lucente, & abſque lumine, ſe cognouiſſe delinquentes, vel aliquid dicentes de nocte, vel
3 facientes aliud, † tunc tales teſtes in ciuilibus, & criminalibus non probarẽt, ſed eſſent de falſo ſuſpecti naturali ratione, cùm de nocte non poſſit videri nec cognoſci. Et idem vbi nihil deponerent, quòd Luna luceret, vel non luceret, & dicerent ſe cognouiſſe, & probaretur per computum dierum, quòd Luna non lucebat, quia tales teſtes nõ probarent. Iaſ in l.non minorem. C.de tranſa. Bal.& Ang in l.ſi cum exceptionem.§.in hac ff. quòd met. cauſ. Iaſ.in l. ſi non ſpeciali num. 10. C.de teſta. Fely. in c.ſicut col.4. de re iudic.

Et quod teſtes debeant deponere, an Luna luceret vide. Natt.conſ.18. num. 17.Clar.in§.fin. pract.crim.queſt.21.nu. 3. cùm ergo, per ipſos teſtes deponentes de delicto nocturno, vel actu doloſo nocturno nõ probaretur de delicto principali, nec de dolo, ex quo teſtes deponentes ſe cognouiſſe de nocte nihil probant, non poſſet iurari in litem, nec in ſupplementum probationis, nec iurari de damno dato per damnum paſſum, nec per alium cuius iuramento eſſet ſtandum ex forma ſtatuti. Bal.in l. qui accuſare col.1. verſ. aduerſitatis. C. de eden.

Hinc dicas conſequenter, quòd multò minùs probabunt camparius, vel dãnum paſſus, nec in hoc caſu nocturno
4 erit ſtandum eorum † iuramento: etiãſi dicerẽt ſe de nocte cognouiſſe, ex quo ſi ita deponerent etiam tanquam teſtes in cauſa aliena, non eſſent teſtes omni exceptione maiores, & eorum iuramẽto non crederetur cum ſint ſuſpecti de falſo, vt dixi ſuprà, ergò nec crederetur etiam in eorum cauſa propria, nec aliena Bald.d.l.qui accuſare vid.Cępol. caut.325. & ſeq.

Verum nihilominus eſt, quòd ſi facta experientia ex medicorum iudicio conſtaret, quod talis eſſet eius naturæ, quòd de nocte optimè videret ẽt abſque ſplendore Lunæ, & ignis prout teſte ſuetonio Tranquillo erat Tiberius, Cęſar, tunc enim tali deponenti de
5 viſu in nocte, † crederetur, ſicuti crederetur vbi deponerent de actu viſus in die ex quo tunc ceſſat ratio obſcuritatis noctis l. adigere. §.quamuis. ff.de iurepatron.

Si verò teſtes, camparius, vel alij iurare volentes dicerent ſe cognouiſſe de nocte, quia Luna lucebat, vel aderat lumen ignis, vel candelæ, vel lucernæ tũc eis crederetur, niſi probaretur contrarium, quod Luna nõ lucebat, nec aderant ignis, nec candelæ. Iaſ.& Doct.in l.non minorem. C.de tranſ. Dec.conſ. 163. Gramm.conſ.58.

Et quando teſtes, vel alij præmiſſi, cãparius, & alij iurare volentes dixiſſent ſe cognouiſſe de nocte, quia erant validè propinqui, tũc enim quamuis Luna non luceret, & ſtellæ ſplendidiores, & alia lumina ignis non lucerent, non obid falſi cenſendi ſunt, cum abſq; his ſæpè cõtingat noctes eſſe clariores imò probarent, niſi contra eos probaretur noctem illam fuiſſe obſcuram, & ipſos diſtaſſe per vnam baleſtratam, vel per aliam loci diſtantiã. Bald. in l. Arethuſa in 1.lect.ff.de ſtat.homi. ſed iſtud potius pendet ab arbitrio iudicis, qui vbi teſtes

de

igitized by Google

deponentes, vel camparius, vel & damnum paſſus eſſent bonæ famæ, & non probetur nox illa tenebroſa, & inuicē non diſcordent, & diſtantia loci non probetur magna, poterit eis credere, ꝙ ſine lumine Lunæ, & ignis, dixiſſent propè ſtantes ſe vidiſſe, & cognouiſſe, maximè vbi ex aeris nocturni reflexione, & ex eiuſdem aeris tenuitate, quæ maximè viget tempore autumni, & ex colore albo veſtium, vel parietum alborum propinquorum, vel ex niue, & ex cognitione, & familiaritate perſonarum, vel ex admonitione præcedente facta, vt aduerterent ad cognoſcendū tales teſtes, & alij, qui dicerent ſeſe de nocte cognouiſſe, affirmarent ex rationibus prædictis, vel aliqua ex eis ſeſe de nocte cognouiſſe, vt per Ariſtot. cap. 4. lib. 3. metheorum, & in lib. de ſenſu, & ſenſibile, prout hanc materiā metheorum audiui Romæ apud Ieſuitas religioſiſſimos.

Idem dicendū qñ teſtes dicerent, vel cāparius, vel damnū paſſus iuraretur, ſe cognouiſſe de nocte ad vocem, & ꝙ habent notas voces, quia tunc facerēt indicium ad torturam. Iaſ. in d. l. nō minorem num. 5. C. de tranſact. & eis crederetur.

DVBITATIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Accuſato an liceat probare contrarium vbi ſtat ſtatutum quòd credatur iuramento dānum paſſi, vel camparij, & qualiter contrarium probetur.*

INſuper quæro, an ſtante ſtatuto quod ſtetur iuramento damnum paſſi, camparij, vel alterius cuiuſlibet, liceat accuſato probare contrariū, vel appellare? & teneas concludenter quòd ſic, niſi ſtatutum expreſsè diceret, quòd nō poſſet probari contrarium vel procedi vlterius, vel quòd iuramentum eſſet ꝙ pleniſſima, vel omnimoda probatione. Hypolyt. ſing. 357. de magis communi. Oſaſc. deciſ. 61. nu. 8. Dec. in c. paſtoralis de exce. Ale. cōſ. 114. vol. 4. Ro. cōſ. 102.

1 Et contrarium probatur adducendo iudicem ad locum allegati damni, quo inſpecto, nō apparet damnum datum: nam tunc etiamſi fuiſſet iuratum, abſoluitur accuſatus. Bald. in l. contra negātem in fin. C. ad l. Aqu. Iaſ. in l. non erit. §. datus, & in l. 3. §. iurari in 3. not. & in l. eum qui. §. in popularibus num. 6. & ſeq. ff. de iureiur. nam probatio quæ fit per rei euidentiam oculorum, numquam intelligitur excluſa à lege, nec ſtatuto, etiam quòd aliàs ſit excluſa alia probatio: & probatio quæ fit per loci inſpectionem præfertur quibuſcunque alijs probationibus. Iaſ. d. §. in popularibus. num. 7. Alex. conſil. 186. volu. 2. Cæpoll. caut. 16. & 104. & omnis probatio vincitur, ſi aſpectus in contrarium teſtificetur. Bart. in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. & in l. 2 C. ſi adu. lib. gloſ. in c. quòd autem interrogaſti in gl. magna. 27. qu. 11. imò etiam publicatis teſtibus poteſt fieri probatio per euidētiam loci. Soc. in c. fraternitatis num. 73. verſicul. 38. de appell. & in tract. fallen. verſic. teſtes publicatis. ibid. 19.

Probatur etiam contrarium ſcilicet damnum non eſſe datum, vel delictū non commiſſum, ſi accuſatus probet, quòd tota alia die, qua damnum vel delictum dicitur commiſſum fuit abſēs à loco damni, vel delicto probando negatiuam, & arctatam loco, & tempore, vel probaret per cuſtodes, vel alios, qui fuerunt præſentes in ipſo loco dāni dati, aut delicti cōmiſſi, ꝙ non fuit viſus dare damnum nec delictum cōmittere, nec potuiſſet dare quin teſtes vidiſſent, ex quo ſemper fuerunt præſentes non viderunt. l. optimam. C. de comm. & contr. ſtipul. Bald. in l. 1. C. de re iud. Iaſ. in l. 2. §. ſi quis in fin. ff. de eo quòd cer. loc. Nam licèt poſitiones vbi

Digitized by G

eis non reſpondeatur habeantur pro confeſſis ex forma ſtatuti, tamen poteſt probari contrarium per illum qui habetur pro confeſſo, etiam contra latam ſententiam vigore poſitionum quę sūt habitæ pro confeſſis. Rom. conſil. 391. num. 4. Iaſ. in l. 2. nume. 6. C. qui teſt. fac. poſſ. Alciat. tract. præſumpt. regu. 3. præſumptionc. 22. & ſtatutum aut lex, quòd credatur iuramento a licuius, intelligitur ſemper in ſubſidium, & in defectū probationum. Sal. in l. 1. col. 1. verſ. vnū non omitto. C. de reb cred. in c. ſtatutū. §. ſed etiam in duobus de reſc. in 6.

Imò licèt vigore talis iuramenti præſtiti fuiſſet lata ſententia, & facta taxatio à iudice, poſſet nihilominus contra ipſam taxationem, & contra ipſum iuramentum, & contra ipſam ſententiam vigore iuramenti latam probari cōtrarium, cùm non tranſeunt in rem iudicatam, & hæc eſt magis communis opinio, & magis æquа, quæ etiam ita ſeruatur in l. admonendi vbi Rip. nume. 69. ff. de iureiu. Innoc. & Abb. in c. fin. quòd met. cau. Fely. in c. propoſuiſti de proba. nam licèt expenſæ litis probentur iuramento, tamen probando contrariū retractatur iuramentum. Innoc. in c. ſuper eo ad fin. quòd met. cau. Rip. in d. l. admonendi nume. 69. verſicul. ſed ſtat dubitatio.

Et ita tenendum eſt per iura præmiſſa, licèt Bartol. in d. l. admonendi, & ibi. Alex. & Iaſ. velint ſententiam ipſam nō poſſe retractari per inſtra de nouo reperta, & Iaſ ibi dicit quòd hæc eſt communis opinio. Sed non recedas à 1. opinione quæ eſt magis communis.

DVBITATIO XII.

SVMMARIVM.

2 *Operarij vel laborantes nomine alieno damnum dantes an poſſint accuſare, vel eos conducentes, vel mandantes, & quod excuſentur operarij?*

2 *Laboratores, & operarij quando non excuſentur, & quando habeant regreſſum contra dominum?*

VTrum vniuerſitas, vel quiuis alius paſſus damnum poſſit accuſare operarios, fabros vel laborātem nomine alieno? reſolue, quòd accuſatio debet porrigi contra mandantes, vel eos conducentes, vbi conſtat illis fuiſſe mandatū, gl. in l. in rem. §. ſignum vbi Bar. ff. de rei
1 vend. † Bald. conſi. 467. volu. 3. & conſil. 304. vol. 1. Iaſ. in l de pupillo. §. nūtiationem num. 7. ff. de op. nou. nunc. Pract. Pap. in for. lib. pro turb. poſſ. in gloſſ. §. animo, & intentione turbandi num. 3. quia excuſantur illi, vbi conſtat fuiſſe conductos à domino. l. velle vbi Dec. & alij. ff. de regu. iu. in iudicijs enim etiā poſſeſſorijs locum habet nominatio ad liberandum nominantem à iudicio de communi. Soc. in l. rem quæ nobis nu. 21. in 10. q. ff. de acqu. poſſ. Afflict. deciſ. 217. Abb. in c. quoniam frequentes. §. in alijs, vt l. t. non conteſt.

Vbi verò laboratores, & operarij cōtenirentur ex proprio eorum delicto, puta ſi ipſi verberaſſent, vel per vim turbaſſent, vel ſpoliaſſent: tunc ipſi tene-
2 rentur, † nec excuſarentur quòd fuerint conducti de mandato alterius: commu nem refert. Afflict. deciſ. 217. Alex. cōſi. 36. volumn. 1.

Prout etiam quando ipſis laboratoribus vel operarijs fuiſſet facta proteſtatio vel inhibitio, tunc ſi poſt inhibitionē iudicialem eis factam, ea ſprera, laborauerint, tenebuntur de damno dato, & poſſeſſione turbata ſi perſeuerant in opere. Alex. d. conſi. 36. Rip. in c. decernimus num. 41. de iud. & vbi non appareat, an inhibitio vel proteſtatio iudi cialis eſſet facta ante vel poſt locationem operarum, præſumitur in dubio locatio ſiue operarum conductio præceſ ſiſſe. Soc. ſen. conſ. 54. num. 30. vol. 4.

Vbi pariter operarij vel laboratores

feciſ-

Digitized by Google

feciſſent actum illicitum de genere prohibitorum, amouendo terminos, incẽdiũ ponẽdo vel fructus immaturos colligendo, aut deſtruendo, vel terram ſeminatam auertendo, vel ſcientes prohibendo aliquem vti re ſua, vel laborando in die feſto, poſſunt accuſari a vero domino, nec excuſabuntur. Iaſ. in l. de pupillo. §. nunciationem nu. 7. ff. de op. no. nun. Bald. in l. qui ſepulchro per illum text. cum gloſſ. verb. ædificando. C. de ſepul. viol. Alex. conſi. 36. vol. 1.

Vbi tamen laboratores fuiſſent ignoranter conducti ad opus illicitum, habent regreſſum de eorum damnis, contra eos conducentem. Iaſ. d. §. nuntiationem re, vbi in die feſto laborãt & nullo modo excuſantur. Bertach. in repert. verb. manna.

Inſuper quando operarij facerent actum contrarium, puta ſi prius laborans nomine meo in prædio, & poſtea in illud iuerunt nomine alterius abſq; voluntate mea, tunc poſſunt accuſari de damno dato, & de turbata poſſeſſione, & contra eos poteſt in litem iurari, nec excuſantur ſub prætextu quòd fuerint conducti nominando illos qui eos cõduxerunt, cùm omnes perſonæ quæ excuſantur ratione ignorantię iuris, vel facti, nunquam excuſentur, vbi faciunt actum contrarium, vel ſunt ſibi contrarij. Rom. ſing. 714. Fel. in c. quantum col. pen. de conſtit. facit tex. in l. 1. C. de furt. & in l. colonus cum. ff. de vi, & vi arm.

Idem dicendum quando conſtaret quòd operarij fuiſſent in aliquo dolo, puta, ſi incidiſſent arbores vel vites, vel ſciuiſſent rem fuiſſe poſſeſſã per aliũ, omiſiſſent facienda, vel ex confeſſione laboratorum vel ex fama publica, vel ex præſumptione vicinitatis eſſet, præſumptio, quòd laboratores ſciuiſſent alium poſſidere. Bald. in l. non ideò minus. C. de accuſ. & Angel. in tracta. malef. verſ. mandatorum hoc tamen non procedit vbi operarij vicini fuiſſent abſentes, vel infirmi, quia tunc non præſumũtur ſcire, & excuſantur. Ale. conſi. 87. num. 11. vol. 3.

Item quando operarij denocte, vel aliquid clandeſtinè feciſſent, tunc non excuſantur. Rom. ſing. 714. Bal. & Doct. in l. 1. C. de interd. mat. tex. gloſſ. & Doct. in l. qui contra. C. de inceſt. nupt. tex. in l. fin. ff. de rit. nupt. Felyn. in c. quoniam contra de conſtit. Rom. conſil. 506. nu. 5. Soc. iun. conſi. 31. num. 49. vol. 2. Bald. conſil. 441. volu. 5. Iaſ. & Doct. in l. clam poſſidere. ff. de acq. poſſ. Crau. conſ. 205. nu. 5. probatur ex dicto D. N. Ieſù Chriſti, qui malè agit odit lucem: titulus tamen excuſat a clandeſtinitate præſũpta, & a mala fide facit. tex. in l. igitur. §. ff. de lib. cauſ. & l. 1. in fin. ff. de abig. gloſ. in l. pen. C. de cui. c. licèt cauſam de probat. & excuſantur facientes actum de nocte à præſumpta clandeſtinitate vbi reperitur factus cum cauſa, & ſciẽte aduerſario, & fiat palam licèt ſit de nocte. Crau. conſi. 205.

Vbi etiam laboratores exceſſiſſent fines mandati, tunc tenentur, niſi iuſtã habuerint cauſam ignorantiæ. Bald. conſil. 436. volu. 5. Rip. in c. decernimus poſt num. 41. de iudic. nec pro laboratoribus excedentibus fines mandati tenetur dominus, vt locis præcit.

DVBITATIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum damnum paſſi non eſt credendum ſuper extimatione, & damni quãtitate.*

2 *Damnificans an teneatur ad emendam damni vbi damnum habet ad mixtam culpam damnificati.*

3 *Iuramento partis ſuper damni quantitate vtletur, quæ ſufficiant.*

4 *Dolus, & delictum commiſſum de nocte qualiter ſufficienterque probetur.*

5 *Iurantibus camparijs vel damnum paſſis non ſic indiſtinctè credendum, & quibus?*

Digitized by Google

6 *Spurij laudantur seu naturales vel bastardi qui excelluerunt.*

Aris infertur ex premissis quæstionibus, quòd damnũ passus, vel cãparius, vel quiuis alter ex prænominatis, debet prius aliter quam per ipsum iuramentum sibi admissum à dicto, staruto, probare per testes, vel per loci visitationem damnũ esse datum, quia tunc hoc probato, postea creditur eius iuramento super quantitate, extimatione, & qualitate damni, & quòd alioquin non est eius iuramento credendum super extimatione, † & damni quantitate, vt per Bar. 2 in l. diuus Adrianus. ff. de test. mil. Hypol. Marsling. 338. Dec. consil. 83. num. 3. & consi. 669. in fin. & consil. 410. nu. 6. Bart. & doct. omnes in c. fin. per illum. text. quod met. caus. Nunc opportuna erit dubitatio, de alijs contingentibus.

Et primo an damnificans teneatur ad emendam damni, vbi damnum habet † admixtum culpam damnificati, 2 & dicas quòd non tenetur, quia nõ potest iurari contra damnificantem, & ipse damnificans non tenetur ad emendationem damni. Crau. consi. 119. num. 11. Soc. consi. 156. vol. 1. Pariſ. cons. 158. vol. 4. damnum enim quòd quis sua culpa sentit, sibi, & non alij debet imputare. l. si fideiussor. ff. mand. l. si merces. §. culpa. ff. de locat. Hypol. sing. 350. Crau. consi. 202. vol. 2.

Secundo scias quòd vt stetur iuramẽto partis super damni quantitate, sufficit † damnum datum, & res amissas furto, 3 & earum interesse probari ex indicijs, & coniecturis legitimis. Grat. consi. 66. num. 5. vol. 1. Bart. & alij in l. siquis ex argentarijs. §. pen. ff. de eden. Dec. consi. 342. Iaſ. in l. fr. col. fin. C. de his quibus vt indig. sufficit enim actum clandestinũ puta furtum dolum, vel fraudes probari per coniecturas cum aliæ probationes haberi non possint. Hipp. prac. cri. in prin. num. 7. cum seq. Alex. consil. 24. num. 6. & consi. 69. vol. 1. debent tamen esse indicia perspicacia, clara, & manifesta ad probandum dolum. Crau. consi. 8. num. 1. l. dolum. C. de dolo sic ad probandum delictum nocturnum sufficiunt † leuiores probationes factæ etiã 4 per coniecturas. Alex. consi. 156. nume. 2. vol. 5. Bar. & doct. in d. l. siquis ex argẽtarijs. §. pen. ff. de eden. Gramm. consil. 17. num. 3. & 4. & sufficiunt socij, & familiares, & domestici ad probandũ furtum vel dolum rei vbi est difficilis probationis. Iaſ. in l. si quando nume. 43. C. vnd. vi. Grat. consi. 10. num. 7. vol. 2. dixerit in casu d. l. si quando non sufficere dolum probari ex coniecturis sed debere liquidò probari q non conceditur vbi difficilis esset probatio delicti ex natura rei. Grat. consi. 66. vol. 1.

Nec credas omnibus damnum passis, vel camparijs, seu saltuarijs vel alijs iurantibus fidem indistinctè adhiberi, 5 † quia duntaxat viris probis est credendum, & tali, qui in casu aliena esse testis omni exceptione maior, quia si non esset omni exceptione maior, non potest iurare, puta, si esset infamis de iure, vel de facto vel periurus, seu homicida, vel spurius, seu naturalis aut concubinarius, vel blasphemator, seu vsurarius pauper, vel condemnatus ex inquisitione, vel alio delicto, vel inimicus, vel omni anno non confiteretur eius peccata, & sacram non assumeret ecclesiasticam. Bal. in l. qui acuere. C. de edẽ. Hypol. sing. 74. & sing. 273. & sing. 458. Iaſ. in l. admonendi num. 113. ff. de iure iur. Grat. consi. 154. vol. 2. Soc. consi. 136. volu. 1. Crau. in 1. par. de antiq. temp. in 4. limit. num. 32. & 33. Alex. consi. fi. vol. 7. Rip. in l. damnum num. 6. ff. de damni infe. latè. Plot. in rep. l. si quando nume. 792. cum plur. seq. præcipuè sub num. 801. vbi differit de spurio, qui dicitur infamis, prout etiam est naturalis seu bastardus, saltem infamis de facto. Iaſ. cõs. 154. volu. 2. etsi loquendo de bastardis Plotus ibid. illos laudet, dicendo quòd

etsi

etſi prompti ſunt ad omnia deteriora,
6 non in bello † fortes, non in fide ſtabiles, nec in moribus continentes, plures tamen ſpurij ſeu naturales excelluerũt inter quos fuit diuus Petrus lombardus ſententiarum Magiſter in vrbe Nouariæ ex damnato coitu procreatus, & tamen eſt Theologorum princeps, vnde dicit, limitari præmiſſa in ſpurio, vel naturali, qui probaretur eſſe bonæ conditionis, & famæ Hypol. ſing. 273. de concubinario, blaſphematore, vſurario, paupere, inimico, & alijs prænominatis ſatis copioſè ſcribit præfatus loco præcitato.

DVBITATIO XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, quòd pater teneatur pro filio dominus pro famulo, frater pro fratre, non procedit indiſtinctè. & quando non procedat, & quid præſumendum de cõmunitate.*
2 *Incendium præſumitur ex culpa inhabitantiũ, & quomodo.*
3 *Abſentes, & infirmi non tenentur ſtatuto quo tenetur communitas pro delinquente.*
4 *Vniuerſitas, vel pater pro filio quomodo intelligatur teneri pro delinquente.*
5 *Duci Mediolani, etiam dicenti delicta fuiſſe commiſſa, alio non edocto, non creditur.*
6 *Statutum, quòd credatur iuramento damnum paſſi, vel camparij contra principalem delinquentem doloſum contra tertium non doloſum debet intelligi.*

QVæſtigimus ſuprà de ſtatuto diſponente, quod pater teneatur pro filio, dominus pro famulo, frater pro fratre, & vbi quis tenetur pro damnũ dante, vel pro delinquente, puta ſi eſſet communitas, vel vniuerſitas, velim modo non ignorari, quòd dictum ſtatutum non procedit indiſtinctè.

Ideoque non ſibi locum vendicat, vbi non poteſt imputari aliqua culpa illi, qui tenetur pro alio ex quo ſtatutũ ſolum intelligitur vbi prædictis patri, vel domino, poſſet imputari aliqua culpa. Crau. conſ. 3. num. 16. Soc. conſ. 122. nu. 1. vol. 1. quòd procedit etiamſi eſſet crimen læſæ maieſtatis, & etiamſi ſtatutum, vel decretum, quòd in crimine læſæ maieſtatis vnus teneretur pro alio. Dec. conſ. 64.

Nec etiamſi ſibi locum vendicat dictum ſtatutum, vbi filius, vel famulus eſſet pupillus Hypoll. de Marſ. ſing. 481. Iaſ. in §. actiones num. 83. inſtit. de act.

Vbi quoque eſſet inimicitia inter delinquentem, & illum qui ex forma ſtatuti tenetur pro delinquente, tunc prædictũ ſtatutum non habet locum Dec. d. conſ. 64.

Pater tamen ſi fuerit incontinens, tenetur pro filio etiam ſibi inimico. Alc. 1. reg. de præſumpt. in præſump. 24. nu. 2.

Non etiam procedit præmiſſum ſtatutum vbi damnum, vel delictum eſſet commiſſum noctis tempore. Rom. cõſ. 7. Dec. d. conſ. 64.

Prout nec procedit vbi damnũ, vel delictum eſſet commiſſum per multitudinem gentiũ, cui reſiſti non poteſt, nec per ictum fulgoris Alexã. conſ. 47. num. 8. vol. 6.

In dubio præſumitur pro communitate, vel tertio, qui tenetur pro delinquente, videlicet, delictum, ſeu damnum eſſe commiſſum de nocte, vel per multitudinem gentium, cui reſiſti non poſſet, vel ex ictu fulgoris. Ale. d. cõſ. 47.

Nec pariter dictum ſtatutum procedit vbi damnum habet ad mixtam culpam damnificati, vt ſuprà ſatis deduximus. Craue. conſ. 202. colum. 2. Hypol. ſing. 350.

In caſu etiam incendij non militat diſpoſitio præmiſſi ſtatuti, vbi damnum
2 fuit ſequutum ex incendio, quia illud præſumitur ortum culpa inhabitantiũ, niſi probetur, per quem incendium fuerit factum. Bald. conſ. 174. volu. 2. ideò, quando præſumptio iuris eſt contra iurare

rare volentes, tunc non poterit iurare. Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Ia. in §. sed ille nu. 92. instit. de act.

Absentes quoq; & infirmi non tenē-
3 tur ex dicto statuto, quia non tenentur tanquam particulares eorum nomine, nec tanquam membra cum communitate, quę tenetur pro delinquente Dec. d. cons. 64. Rom. cons. 7.

Vlterius vbi vniuersitas, vel pater p filio, vel dominus pro famulo, vel alius tertius pro delinquente tenetur ex forma dicti statuti, ita vt credatur iuramento damnum passi, vel saltuarij, vel al-
4 terius, † intelligas dummodo aliterquā per iuramentum constet damnum datum, furtum, vel delictum commissum, & cōstet aliter, quā per iurm de valore, & existimatione ac quātitate damni, qa contra tertium non deliquentem, qui tenetur pro delinquente, nihil potest probari ex iuramento damnum passi, nec alterius, nisi constet per testes. Bart. in l. si qñ n. 3. C. vnd. vi. Dec. cōs. 669. Hypol. sing. 338. Bar. in l. diuus. ff. de test. mil.

Imò etiam in crimine læsæ maiestatis, homicidij, & alijs delictis, vbi ex statuto bona ipso iure censeantur confiscata, tunc dictum non statutum intelligitur, si ex legitimis probationibus cōstabit de delictis commissis: adeò quòd etiam Duci Mediolani dicenti ea fuisse commissa, non crederetur. Dec. consil. 410. num. 6. cum seq.

Intelligitur quoq; dictum statutum, quod credatur iuramēto damnū passi, camparij, vel aliorum contra principalem delinquentem dolosum, vel damnum dantem dolosum, non contra tertium non dolosum, qui teneretur pro eo, vt pater pro filio, dominus pro famulo, vel princeps, vel vniuersitas, vel alius pro alio. ita de communi opin. Ias. in l. si quando num. 37. & 43. C. vnd. vi. Corn. cons. 123. vol. 1. Hypol. sing. 338. Dec. cons. 83. Crau. cons. 196. Par. de cō muni in cons. 158. Barbat. cons. 70. vol. 4. Capol. cons. 18. nu. 24.

DVBITATIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor hæres, vel successor, an teneantur vbi ex statuto creditur iuramento alicuius.*

FIdeiussor hæres, vel successor secularis, vel ecclesiasticus, vel cessionarius, vbi adsit statutum, quòd credatur iuramento alicuius, an teneantur?

Et primo loquendo de fideiussore, contra eum non delinquente non intelligitur dictum statutum, sed tantum contra principalem delinquētem. Pau. de Castr. cons. 124. vol. 1. text. vbi Doct. in l. 1. ff. de in lit. iur. l. fin. vbi gl. in verb. magno, Bart. & Doctor. ff. de fideiuss. ex quo fideiussor nec tacitè, nec expressè potest se obligare ad pœnam corporalem nec ad carceres, qualitercunq; fideiusserit de soluendo, aut repræsentando, & etiam quòd principalem debitorem se constituerit. Abb. & alij in Rub. extra de fideiuss. Fely. in c. contingit de sent. excomm. Bal. in l. 1. C. ne fideiuss. dot. dent.

Si tamen fideiussor promiserit de iudicato soluendo, vel in omnem euentum, quia cōtra talem fideiussorem iurari posset in litem ex dolo eius principalis, vel ex dolo, vel contumacia, seu fuga, vel fraude eius principalis, ex tali iuramento, fideiussor teneretur ad pœnam pecuniariam, sortem pecuniariā. & interesse, damna, & expensas: non autem tenetur ad pœnam corporalē, nec ad carceres, vt inquit Boss. latè in tit. de rapinis, vbi dicit, ita fuisse declaratum per Senatum. Bart. in l. quæro in princ. ff. locat. Alex. & alij post glo. in l. 3. ff. qui sātisd. cog. facit tex. in l. iudicatū solui stipulatio. ff. iudic. solui.

Quando etiam quis vellet iurare in litem contra fideiussorem non ex dolo principalis, sed ex dolo ꝓprio fideiusso-

ris,

Digitized by

ris, tunc eſſet locus prædicto ſtatuto, l. alio iure, vbi gloſ. in verbo. dolo, C. de in lit. iur.

Contra heredem quoque non poteſt iurari in litē vigore dicti ſtatuti prout poſſet contra principalem, per text. in d. l. alio iure, & l. is, qui. C. de in lit. iuran. Bart. Iaſ. & alij in l. admonendi, ff. de iureiur. Bart. in l. in actionibus, nu. 21. ff. de in lit. iur. Capic. deciſ. 91. nu. 2.

Et cùm non poſſit iurari contra hæredem ex dolo defuncti, ergo non poterit etiam contra tertios bonorum poſſeſſores vniuerſales, vel ſingulares. Capitius d. deciſ. 91. Pau. de Caſtr. conſ. 134. volum. 1.

In ſimili videmus, quòd ſi bona defuncti ſunt obligata, nō tamen ſunt obligata bona hæredis etiam, quòd ex bonis hæreditarijs per hæredem fuerunt bona acquiſita, & eſt communis opinio Alex. conſ. 74. vol. 5. & eſt tex. in l. Paulus reſpondet generalem, ff. de pignor.

Sed quando defunctus dolum commiſiſſet in faciendo, vel in omittendo, vel culpādo in caſibus, quibus ob culpam poſſet iurari in litem, & lis fuiſſet conteſtata contra defunctum, vel aliquid factum propter, quod haberetur lis pro conteſtata, tunc in actionibus bonæfidei, vbi dolus, vel culpa fuit cōmiſſus, vel commiſſa per defunctum ante litem conteſt. in caſibus in quibus iuratur etiam ob culpam poterit iurari in litem contra hæredem. text eſt vbi Doctor. in d. l. alio iure, C. de in lit. iur. Bart. in l. in actionibus, nu. 21. vbi Iaſ. nu. 38. ff. de in lit. iur.

In actionibus namque bonæfidei ſecundum Iaſ. ibid. poteſt iurari in litem contra hæredem etiam pro dolo commiſſo poteſt litem conteſtatam, vbi cōtra defunctum fuit factum aliquid pro dolo poſt litem conteſtatam commiſſo ita, quòd lis habeatur pro conteſtata.

In actionibus autem ſtricti iuris arbitrarijs, tunc eo defuncto, etiam poſt litem conteſtatam ante tamen ſententiā non poteſt iurari ex defuncti dolo cōtra hæredem, ratio eſt, quia non eſt cōmiſſus dolus, qui dat iudici arbitrium in deferendo iſtud iuramentum: ex quo committitur ſolum in non parendo iudici, vel faciendo quominùs parere poſſit in actionibus ſtricti iuris arbitrarijs; ſed ex dolo proprio hæredis per eundē heredem commiſſo in non parendo iudici etiam in actionibus ſtricti iuris arbitrarijs poſſet iurari, ſiue eſſet hæres, cū vel ſine beneficio legis, vel inuentarij. l. is qui, & l. alio iure vbi gloſ. & Doct. C. de in lit. iur. Dec. conſ. 137. & conſil. 496. nu. 12. Bar. & Iaſ. in locis præcitatis.

Et dic quòd vbi data eſt facultas, vt ex præmiſſo ſtatuto, iurandi, talis facultas iurandi tranſit etiam ad eius hæredē, & ſucceſſorem ſæcularem, vel eccleſiaſticum. & etiam ad ceſſionarium, de communi Iaſ. in l. ſi quando, nu. 51. C. vn. vi. Rom. conſ. 290. Afflict. deciſ. 169. num. 8. Iaſ. & alij Doct. in l. pen. §. fin. vbi gloſ. in verb. ſi eorum interſit, & Soci. nu. 4. qui dicit hanc eſſe communem. ff. neq. eum qui in ius voca. eſt ad exi.

Vbi verò hæres, vel ſucceſſor non eſſet informatus, vel dubioſus, vel ignorans, non debet, nec poteſt iurare, licèt defunctus informatus fuiſſet, & potuiſſet iurare. Iaſ. d. l. ſi quando, num. 53. & in l. admonendi, nu. 119. ff. de iureiur Bart. in l. gerit in fine primæ quæſt. princ. ff. de acquir. hær. Socin. conſ. 60. nu. 12. vol. 1. & conſ. 194. nu. 1. vol. 2.

Hæres tamen in dubio vbi eſſet filius vel pater, aut coniunctus defuncti præſumitur informatus de geſtis à defuncto & aliis in eius tempore factis, ideò poteſt pro eis iurare per text. in ca. 1. in fin. vbi gloſ. Bal. & Doct. in tit. ſi int. dom. & vaſal. de imueſtitu. lis or. Socin. conſ. 264. nu. 9. vol. 2. Rom. conſ. 290. vel quia hæres, etiam extraneus habitabat ſimul cū defuncto, vel erat illi vicinus, l. conſenſu, C. de repud. c. conſtitutus, de teſtib. Socin. dict. conſ. num. 10. uel ubi. gerebat negotia defuncti. Iaſ. d. l. ſi quando, num.

numer.53.& sequen: C.vnde vi.

Et ubi ex præsumptionibus, & indiciis non constat, quòd hæres sit informatus, uel non informatus, si hæres dicat se informatum, ei creditur, ut possit iurare, ubi non probatur contrarium, glos.in §.sed iste, in uerb.dicit.Institu. de act.c.pastoralis, de except.Bal.in l.actor quod asseuerat, C.de probat. Soc.consi. 163.uol.1.& consi.165.uol.2.

Iudicis tamen partes erunt, ex officio se informare de qualitate heredis, an ve risimiliter sit informatus, vel non, & cuius qualitatis, & probitatis sit, & arbitrari, an dictum iuramentum sit deferendum dicto hæredi tanquam informato. Soc.consi.136.nu.3.& seq.uol.1.

In quinque tamen casibus hæres, & successor non potest iurare: de quibus per Plot.in repet.l.si quando, nu.615.& seqq.C.und.ui.ubi etiam magis abunde haberes sub num.622. quod asserenti se informatum est credendum.

DVBITATIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Fidem, pacta, & promissiones non seruans dicitur esse in dolo, & incidit in crimen stellionatus, & peccat mortaliter.*

2 *Iurari potest in litem de damnis expensis, & interesse contra rumpentem datam fidem, qui excusatur à dolo, quando esset iusta aliqua causa.*

3 *Iuramentum in litem potest peti, etiamsi causa esset coram summo Pontifice.*

4 *Iuramento damnum passi non creditur, vbi cõtra iurantem est vnicus testis, vel semiplena probatio, vel iuris præsumptio vel indicium.*

5 *Agere, vel accusare tardanti non creditur, & eius accusatio redditur suspecta.*

6 *Damnum passo non creditur, vbi est sibi contrarius, vel si iurat de credulitate, vel quia audiuit dicere ab vno.*

HAbemus in iure, quod fidem, pacta, & promissiones non seruans dicitur esse in dolo.
1 l.dolus. ff.mand. l.uendicantem ff.de euict. & fidem non seruans incidit in crimen stellionatus l.Titio.ff. admunic. & efficitur infamis. l. felicissimã C.de his qui à non domino.Iaf.in l. 1. §. de op.no.nunc.Bald.consi. 291. uolum. 2.& non seruans promissa peccat mortaliter per tex in c.iuramenti. 22. q. 2.& in l.1.ff.de pac.ubi dicitur q̃ ratione naturali, quilibet tenetur seruare pacta, maximè iurata. l. siquis maior.C. de trãsact. quęro nunquid contra eum qui fidem datam rupit, pacta & promissiones
2 non seruauit, possit † iurari de damno dato, ita ut teneatur ad damna, expensas, & interesse secuta, ob non seruatã promissa? & dic posse iurari in litem contra eum glos. in l. nummis in fin. & l.in actionibus. ff. de in lit. Iuran. Alex. consil.214.Soc. consi. 213. nu. 11.uol.2.

Quando tamen ex aliqua causa iusta uel etiam iniusta colorata tamen, aliquis non seruasset, & fidem, pacta, uel promissiones, tunc excusatur à dolo. Iaf.in l. siquis maior. C. de transaction. & tunc contra talem non possunt iurari in litem d.l.in actionibus.

Quod nempè iuramentum in litem, vbi damnum datum est, potest peti sibi
3 deferri, etiamsi causa esset coram summo Pont.vel alio Principe, & coram q̃buscunque iudicibus ordinariis, & delegatis, & coram arbitro, vel arbitratore. c.olim de iniu.& dam. dato. Iaf. in l.admonendi 2.lect.num. 326. ff.de iureiur. Pans.consi.76.num.14.& seq. lib. 1.Anchar.consi.316. Grat.consi.10.vol.1.Iaf.d. l.admonendi, nu.226, non tamen creditur iuramento damnum passi, vbi con-
4 tra eum est vnius testis, † vel semiplena probatio, aut indicium, vehitis præsumptio. Boer.decis.95.nu.7.glos. Bar. Bal.& Doct in l.1.per illum text.C.qui,& adic. quos intertit. Bart.in l.admonendi, nu. 51.ff.de iureiur.

Prout

Prout nec creditur illi qui diù vel multum tardauerit ad agendum, vel
5 accuſandum, † nec ob id poteritille iurare in litem, ex quo eſt iuris præſumptio contra tardantem, & eius accuſatio redditur ſuſpecta. Hypol. ſing. 284. Bald. conſil. 37. volu. 3. quod tamen ego arbitror iudicis arbitrio eſſe relinquendum argu. l. 3. ibi tu magis ſcire potes. ff. de teſtibus.

Nec pariter creditur damnum paſſo,
6 vbi eſt ſibi † contrarius, vel non habet veridicam informationem puta, ſi vult iurare, quia audiuit dici ab vno vel vult iurare de credulitate. Alex. conſil. 91. vol. 6. rex. in l. 1. vbi Iaſ. & Doct. C. de iurt. l. eos. ff. de falſ. Ale. conſi. 110. vol. 5.

DVBITATIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas conceſſa ab oneribus, & collectis ordinarijs, & extraordinarijs ſolitis, & inſolitis, an cõprehendat caſum belli, & peſtis, & taxam aquorum.*

2 *Onera taxarum aquorum, & hoſpitationis militum ſunt realia, à quibus nemo poteſt ſe excuſare etiamſi exemptus, & priuilegiatus.*

3 *Priuilegium vel inſtrumentum contractus immunitatis ſiue ſit à principe ſiue à communitate conceſſum non valet, & etiam ſi valeret poteſt reuocari ex cauſa belli, peſtis, vel alterius neceſſitatis.*

4 *Læſio enormis vbi probaretur, etiam vniuerſitas cuiuslibet villæ reſtituitur contra immunitatem conceſſam.*

5 *Ciuis non tenetur contribuere cum ruſticis pro bonis quæ poſſidet in territorio oppidi ruſticorum.*

6 *Ciuis tenetur ad onera vicrè realia, vbi bona ipſius erant ab antiquo cum ruralibus.*

7 *Taxæ equorum dicuntur onera realia, & militum hoſpitatio.*

8 *Milites nec de iure nec de conſcientia debent habere alimenta, ſed debent eſſe contenti ſtipendijs ſuis, nec ex raſſo vincre.*

9 *Taxæ ſalis dicuntur onera perſonalia ſeu capitalia.*

10 *Bona ciuis non probantur eſſe in extimo rurali, cum cines, & nobile rarò conueniant cum ruſticis maledictis, & quid debeat interuenire in libris extimi.*

11 *Liber extimi ruralis non probat.*

12 *Communitas quæ non poteſt in conſulto principe alienare nec poteſt concedere immunitatem, nec tranſigere.*

Ommunitas, ſeu vniuerſitas, vbi conceſſit alicui immunitatem ab oneribus, & collectis ordinarijs & extraordinarijs, ſolitis, & inſolitis, an cẽſeatur comprehendere caſum belli, & peſtis cuius occaſione imponantur talee, & an dictam immunitatem poſſit concedere in conſulto Principe? reſolue,
1 quod immunitas † conceſſa alicui ab oneribus, & collectis ordinarijs, & extraordinarijs, ſolitis, & inſolitis, non extenditur ad onera quæ imponuntur ratione belli, diuina puta peſtis, vel belli humani, niſi in ſpecie dicatur quòd immunitas extendatur ad onera etiam ratione peſtis, vel belli imponenda. Alex. Iaſ. & Rip. in l. ſi ex toto. ff. de leg. 1. vbi Rip. in fin. num. 17. dicit, quod hæc eſt cõmunis opinio. Cæpol. caut. 63. Rom. conſi. 436. Alex. conſi. 216. num. 21. vol. 2. & de magis communi teſtatur. Iaſ. d. l. ſi ex toto num. 8. Bald. conſi. 106. vol. 5.

Vbi tamen diceretur quòd immunitas eſſet conceſſa ab omnibus, & quibuſcunque oneribus, tunc ipſa immunitas extenderetur etiam ad onera ratione belli, peſtis, & alterius magnæ neceſſitatis. Reipub. propter illa verba geminata ab omnibus, & quibuſcunque oneribus. Ale. conſi. 30. num. 14. volu. 5. Pariſ. conſi. 25. num. 113. & conſil. 68. num. 17. & 29. volum. 1. Teſt. tamen Ripa in tract. de peſte in tit. de præſeru. remed. in illa parte quæ incipit, deuenio nunc ad modum, & normã vniuerſitatis conſer-

uandę.num.231. communis opinio est, quòd immunitas concessa ab omnibus oneribus quòd non extendatur ad onera belli vel pestis, quæ opinio in Dominio Mediolani teste Dec. consil. 165. & consi.168. est recepta, stante decreto ibidem quo cauetur, quod ad onera taxarum æquorum, & hospitationis militū etiam exempti teneantur exceptis his qui à principe speciales litteras cū speciali derogatione illius sanctionis habuerint, quo casu non sufficit clausula immunitatis ab oībus, & qbuscūq. oneribus, cū clausula nō obstātibus qbuscūque, ētsi de verbo ad verbū dēret fieri mentio in specie, quibus omnibus derogetur, nisi in specie fiat mentio de immunitate, etiam respectu taxarū æquorum, & onerum belli cum derogatione dicti decreti de communi opinione. Dec. d. consil. 165. Ias. consil. 121. vol. 4. Felyn. in c. accedentes de reser.

Confirmatur hoc, quia decretum ipsū circa onera dicitur transire in cōtractum, adeò quòd non possit reuocari saltem sine eius speciali ssima derogatione. Vinius in comm. opin. verb. statutum folio mihi † 283. onera enim taxarum equorum, & hospitationis militū sunt onera realia quibus nemo potest excusari etiamsi esset aliàs exemptus, & priuilegiatus. Paris. consi. 52. vol. 1. Bart. in l. rescripti. §. iciendum num. 3. ff. de mun. & hono. status enim pacificus, & publica quies conseruatur armorum, & stipendiariorum intuitu. lignorio de Gomid. con. 182. num. 6.

2

Quòd pariter comprobatur, quia priuilegium, vel instrumentum cōtractus † immunitatis siue sit à principe, siue à communitate concessum uidetur non valere vbi includeret casum publicæ utilitati contrarium. Ias. in præcitatione l. si ex toto num. 13.

3

Daroque q̄ valeret, posset ipse immunitas reuocari ex causa belli, pestis, vel alterius magnæ necessitatis insolitæ, Reipub. superuenientis. Alex. d. consil. 216. vol. 2. Cur. iu. cōs. 61. nu. 14. vol. 1.

Imò vbi probaretur enormis læsio, in omnem casū vniuersitas cuiuslibet ciuitatis, Castri, vel Villæ etiam minimæ, deberet restitui in integrum contra immunitatem concessam, ex quo vniuersitates † nedum. Reip. Rom. verum etiam cuiuslibet etiam minimæ villæ debēt restitui in integrū sicut minores, & pupillæ in iudicijs, contractibus, & præscriptionibus, & alijs. l. Respublica vbi Castr. per illum text. C. ex quib. caus. maio. & hæc est communis opinio relata per Dolanum in tract. de restit. ma. in int. cap. 417.

4

Norandum tamen est, quòd ad ipsa onera belli, & hospitationis militū sicuti, & ad alia onera ciuis nō tenet cū rusticis pro bonis quæ possidet in territorio oppidi † rusticorum contribuere cum rusticis, etiamsi illud oppidum fuisset separatum à ciuitate, sed tenetur contribuere cum communitate suæ ciuitatis tantum, & de communi opin. testatur. Curt. iun. consil. 42. num. 2. Brun. consi. 103. Grat. consil. 61. nu. 33. vol. 1. & hoc à maximè procedit, vbi extaret statutum, quòd bona ciuium non possint extimari cum ruralibus ita in specie. Bru. cons. 94. Soc. cons. 129. vol. 1. Alex. cons. 148. nu. 6. vol. 6.

5

Pro bonis tamen emptis per ciuem à rationalibus, tenetur ciuis cū eis ad taxas æquorum, & ad alia onera inerè realia determinata, & certa, vbi bona ipsa erant ab antiquo imò ruralibus, & non cum ciuitate existimata; non autē quoad collectas, & onera, quæ imponuntur personis pro rebus. Paris. consil. 52. vol. 1. Bellon. cons. 40.

6

Taxæ enim æquorum dicuntur onera patrimonialia, & realia imposita reb. ex quo loco hospitationis militum fuc- † cesserunt. Bellon. cons. 12. nu. 3. Paris. d. cons. 52.

7

Militumque hospitatio dicitur onus reale, nō respectu totius patrimonij priuatorum, quia ex eo non debent mili-

tes

tes de iure, nec de conscientia habere
8 alimenta, † sed solum respectu medietatis, vel tertiæ partis domus, quam debēt habitare, & nil aliud debent habere, puta, nec, oleum, nec lectum, nec aliqua alia alimenta, adeò, quòd consuetudo si quæ esset in contrarium, non valeret. Cotta. libr. memor. in verb. militib. medietas, per text. in l. vn. C. de salga. hotpi. non præst. & l. 2. C. de metat. & epid. libr. 12. & nihil prouicta accipere possunt milites, l. 3. C. de erog. mil. ann. libro 12. Mart. Laud. in trac. de milite, circa prin. & potius debent milites deserere castra deficientibus stipendijs, quam ex alieno, & rapto viuere, vt per Cottam loco præcitato, debent enim milites esse cōtenti stipendijs suis, l. militare. 234. qu. 1. Rubeus cons. 9. nu. 6.

Taxæ verò salis dicuntur onera capitalia, siue personalia. Bellon. d. cons. 12.
9 nu. 9. cum seq. Rip. in tract. de peste, titul. de præseru. rem. nu. 177. fol. mihi 66.

Ex libris q; rusticorum non probaretur contra ciuem bona esse in extimo rurali obnoxia, maximè cum ciues, & nobiles raro conueniant cum rusticis
10 maledictis, † vt docet experientia, & dicit Cotta loco præcitato, maximè cum dicti libri nō sint rogati per notarium: vt per Cottam ibi, vel non sint cōfecti per personas, de publico deputatas. Salic in l. exemplo, circa prin. C. de proba. in dictisque libris debent interuenire ea quę requiruntur in scriptura publica: de quibus per glos. in l. generali. C. de tab. lib. 10. Abb. Fel. & Dec. in c. 2. de fid. instr.

Liberque extimi ruralis non probat, nisi inter ipsos homines rurales, & non
11 † probat cōtra ciues, cùm non sint subditi ruri. Bal. in l. exemplo, vbi etiam Salyc. C. de probat. Socin. cons. 187. nu. 20. volu. 2. maximè cùm bona possessa per ciues præsumantur libera, quoad onera ruralia iuxta not. per glos. & Doct. in l. fi. C. sine cons. vel reliq.

Pro complemento alterius dubitationis simul propositæ dic, quòd communitas vbi nō potest inconsulto Principe, vel alio alienare, seu concedere
12 immunitatem, † vel aliquid facere ex forma legis, vel statuti, non potest etiam transigere. Signor. de Homod. cons. 71. argu. text. in l. cum hi, vbi Castr. & alij. ff. de transact.

DVBITATIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas concessa à lege, vel à Principe efficit, vel illud onus, quod tangeret immunem, accrescat cæteris de vniuersitate, & pro immunitate non tenetur Princeps, & quando hæc procedant.*

2 *Exemptionis priuilegium extenditur ad onera etiam post imposita, & ad bona post quæsita, allibrata, & registrata.*
Mutatione personæ in collectis mutatur conditio rei. ibid.

3 *Immunitas realis sequitur quomodocunque illius rei possessorem.*

4 *Liberos duodecim suscipiens efficitur immunis à personalibus, realibus, & mixtis muneribus, licèt ex eis quis postea decesserit.*

Ommunitas, lex, vel Princeps, si concesserit immunitatem alicui, an illa immunitas cōcessa efficiat, vt illud onus, q̄ tangeret immunem, accrescat cæteris de vniuersitate, vel an Princeps, vel cōmunitas teneatur defalcare, vel detrahere pro dicta immunitate vti concessa in præiudicium aliorum, & ad merū fauorem illius cui conceditur?

Resolue, quòd ipsa immunitas sic cōcessa de iure communi, vel a Principe, quòd ob duodecim liberos, vel alia ex causa efficit, vt illud onus, quòd tangeret immunem, accrescet cæteris, de
1 vniuersitate, † & donec immunitas durat, de summa nihil detrahitur, & pro immunitate nō tenetur Princeps. Abb. in cap. accedentes, de præscript. Bart. & Castr. in l. ab omnibus. ff. de legat. 1. facit

text.in l.3.§.his, qui, & §.quamuis, ff. de muner.& hono.Lat.in l.auus neptis.ff.de pact.Fely.in c.causa,de reser.Bertach.in repert. verb. exemptio concessa aliquibus de vniuersitate præiudicat alijs non exemptis.

Hæc tamen procedunt,quãdo onera imponuntur simpliciter,seu vniuersitati, vel aliquitenentur insolidum, secùs verò dicendum est, vbi onera imponerentur cuilibet, puta,tantum pro quolibet focagio, fumante igne, vel focolari, vel tantum pro capite, vel pro pertica, vel iugere terræ, vel tantum pro vectigali, vel gabella,aut imbotatura,vel datio, vel pro mensura bladorum, vel vini, tunc enim illud onus non accrescit cæteris de vniuersitate, nec vniuersitati, sed princeps percipit tantũ minus de summa ad exonerationem, etiã vniuersitatis,ita Fel.in d.c.accedentes.Bart. in l.2.C.de apo.pub.lib.10.Bal.in c.2.requiris de appel.Specu.in tit. de censib.§. nunc restat, vers. quid si vniuersitas alicuius loci.Barto.& Ang.in d.l.ab omnibus, ff.de leg.1.

Quòd si quidem immunitatis,ac exẽptionis priuilegium extenditur ad onera; etiam post impositа,& ad bona post
2 † quæsita. Alex. consi.178. num. 14. lib. 2.Bertaz.cons.ciuil.27.nu.30.& seq.Nat. cons.65.nu.13.Burs.cons.16.nu.77.Natt. cons. 328. nu.4. & extendi ad bona post quesita de communi firmat.Otasc.decis. 136.num.1,& 2. vbi dicit immunitatem etiam extendi ad bona allibrata, & registrata, saltem, quando immunitas est antiquior, imo ibidem dicit Otasc. ex mutatione personæ in collectis mutare conditionem rei.

3 Quando verò immunitas est realis,tũc sequitur quemcunque illius rei possessorem. Burs.d.cons.16.nu.43.maximè si sit acquisita titulo oneroso.Bursat.ibid. nu.44.Rol.cons.13. nu.32. libr.3.vbi tractat, quando fuit concessa immunitas ex causa remunerationis.

Qui pariter duodecim liberos susce-
pit, & habet, vel semel omnes habuit est exceptus à muneribus,tàm realibus,
4 quàm personalibus, † & mixtis. l.si quis decurio, vbi. Bart.Ang. & alij, C.de decur.lib.10. Natt.cons.539. Burs.cõs.161. num.1.libr.2. Viu. commun. opin.verb. pater habens, vbi dicit tunc excusari ab omnibus oneribus etiam patrimonialibus,& collectis quibuscunq; & ampliat, licet quis ex eis postea cõcesserit, & hanc communem dicit Alciat. cum ibi add.in Reg.1.præsumpt. 36. nu.2. licèt ipse aliud teneat ibi.hanc q; ampliationem tenet latè Rol. cons.52.nu.46.& seq. lib.2.& de hac Immunitate concessa ob numerum duodecim liberorum
5 tractatur Thesau. dec.267.sibi homines. abundè an & quando numerus liberorum ab oneribus parentes liberet.

DVBITATIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio aliquorum non debet in odium aliorum redundare.*

2 *Communitas si debeat soluere mille principi, & ille concordat exceptione aliquibus, cæteri debent soluere tantum partes suas. hoc intellige vt ibi.*

3 *Onus à quo quis est exemptus quando principi accrescat.*

4 *Heredum aliquis si eximatur à testatore, an cæteri teneãtur soluere totam summã debitã.*

5 *Testator si facto pluribus legatis addat se velle aliqua ex eis integra præstari, an sine aliqua diminutione illa debeam soluiꝫ & an hoc noceat heredi vel legatarijꝫ & quid detrahat heres.*

6 *Priuilegio Immunitatis clauso in corpore Iuris, an intelligatur quandoq; derogatum.*

7 *Immunitas perseuerat tam viuente q̃ mortuo patre, tàm vbi filij contrahant carnale q̃ spirituale matrimonium.*

8 *Immunitas perseuerat etiam inter liberos vbi aliquis sit absens, vel iuuat separatim, dummodò non sit facta diuisio bonorum etiam mortuo patre.*

Quia

QVia dixi in caſu præmemorato de immunitate, Principē ſeu eximentem non teneri; hinc firmo regulam, quòd aliquorum exemptio nō debet in odiū aliorum redundare. arg. l. impuberi. ff. de admin. tut Bart. in l. idemque ff. qui pot. in pign. hab. & ideò ſi commune debeat ſoluere mille alicui Principi, & ille cōcordat exemptionem aliquibus, cæteri
2 debent ſoluere tantum partes ſuas; debetq; deduci pars exemptorum ne cæteri grauentur, vt teneantur totum ſoluere. Paris. conſ. 35. nu. 13. lib. 1. ſpecul. de cenſib. §. nunc dicendum nu. 9. Burſ. conſi. 162. nu. 19. Abb. in c. 2. nu. 9. & 26. de Immun. eccl.

Sed hoc procedit quando exemptio euenit poſt contractam obligationem, ſecùs ſi ante, vt ſi quis paciſceretur ſibi
3 dari à tali Communitate mille reſeruatis illis, aut illis Immunibus, nam cæteri tota mille deberent ſoluere. Bar. in l. ab omnibus vbi Caſtr. Bal. & alij, ff. de leg. 1. vbi Caſtr. dicit debere etiam totum ſolui à reliquis, vbi aliquis eximeretur, ab alio, qui poteſt q̄ ab eo, cui ſoluitur, & dat exemplum nor. in ſimili Anch. conſ. 10. nu. 4. idem tenet Bal. in l. etiam col. pen. verſ. ſed pone, C. de execut. rei Iud. Rol. à Val. conſ. 76. nu. 6. lib. 2. Burſ. conſ. 16. nu. 67. tangit Bal. in l. ſi vnus. §. ſed ſi generaliter in fi. ff. de pact. diſtinguit Abb. in c. accedentes nu. 3. de præſcript.

Et quòd tale onus, à quo quis eſt exēptus alijs non accreſcat, ſed principi eximēti, tamen tradit Burſ. conſ. 16. nu.
3 22. Rol. conſ. 76. nu. 4. & ſeq. † lib. 2. intelligendo quando eximenti ſoluitur. Iaſ. in l. accuſ. nu. 8. & ſeq. ff. de pact.

Non autem procedit dicta regula, quando aliquis eximeretur ab onere
4 per teſtatorem, † puta, ſi pluribus hæredibus inſtitutis, & grauatis dare centū Titio, aliquis à tali onere eximatur, cæteri nihilominus integra centum ſoluere debent. l. ab omnibus vbi Bar. & alij, ff. de legat. primo.

Si autem teſtator factis pluribus legatis addat † ſe velle vnum vel aliqua ex
5 eis integra præſtari, ſine aliqua diminutione debent illa ſolui integrè, ſiue diminutio ſit facienda ob falcidiam, ſiue ob defectum bonorum, & hoc nocet alijs legatarijs non hæredi, quia hæres habebit, & detrahit ex aliorum legatis integram quartam, & ſic etiam partem, quam detraheret ab ijs, quæ integrè ſoluere iuſſus eſt l. ſi in teſtamento vbi gl. & Caſt. & l. qui quadringenta in fi. prin. vbi Bart. Caſtr. & alij. ff. de ad l. Falc. licèt quando non detraheretur Falcidia ab aliquibus legatis, non ex diſpoſitione teſtatoris, ſed ex priuilegio, vt in legatis ad pias cauſas non onerentur in totum alij legatarij, ſed deductis ijs legatis, in quibus ceſſat Falcidia tanquā æs alienum, vt per Caſtr. in l. eius ſerui. ff. ad l. Falc. ex cæteris detrahitur quarta, & ſic grauatur hæres tantum, nam cæteri legatarij non paterentur quartā, niſi ex modo ſuorum legatorum, nec plus grauātur, quam ſi ex omnibus detraheretur, ita tenet gloſ. Caſtr. & alij in auth. ſimiliter. Cod. l. Falc. Barto. in l. ex aſſe in d. l. ſi in teſtamēto, & in d. l. q̄ quadringenta vbi Caſtr. & alij. ff. ad l. Falc. text. eſt in l. ſi poſt miſſionem. ff. eod. & Caſtr. in l. non eſt dubium in qua ſimul declarat tex. in l. ex aſſe. ff. eo. & teſtatur de communi opiniōne circa hunc articulum; & hæc vera ſunt vt non detrahatur Falcidia de non priuilegiatis, etiā pro priuilegiatis, ſed pro ſe tantum, vt ſuprà, quando facta ſunt legata diuerſis, ſi autem eidem eſſent facta legata quorum aliqua priuilegiata eſſent, quǫdam non, vt ſi ſeruo ſit legata libertas, & pecunia ex legato pecuniæ detrahitur quarta pro vtroque legato, ſcilicet, tàm pro ſeruo, quam pro pecunia (licèt ſi ſolum legata eſſet libertas, nō detraheretur) tex. eſt in l. ſi ſeruus iuncta l. planè vbi gl. Bar. Caſt. & alij. ff. ad l. Falc. Caſtr. in d. l. non dubium. ff. eo. tangit gl.

in

in l.2. in fin. C.eo. Si verò sit legata alicui pecunia, vt manumitteret seruum per legem Falcidiam non impeditur libertas ad text.in l. sed si non seruus cũ seq.ff.eod.

Iuuat ex proposita dubitatione inferre, quòd cùm priuilegium immunitatis ob duodecim liberos sit clausum in corpore iuris communis, vt per Bart.in
6 l.semper.§.demõstratur. † ff.de iur.imm. vn.illi non censetur derogatum, etiam quòd Princeps, vel statutum vellet, & scriberet, quòd ad onera tenerentur ẽt exempti, immunes,& priuilegiati,etiãsi eorum priuilegijs derogaret, quia ipsa derogatio non intelligitur de priuilegio immunitatis clauso in corpore iuris communis, prout est prædicta immunitas ob duodecim liberos. l.hæres absens vbi gl. in prin.& ibi Bart.& Docto. ff.de iudic.& statutum præcedens generale, volens omnes teneri ad taxas equorum, & hospitationem militum non censetur derogare statuto speciali subsequenti,volenti habentem duodecim liberos esse immunem, c.generi, de reg. iur.in 6.iunct. not. per Bartol.& Doct.in d. l. hæres absens in princip. ff. de iudic.

7 Et aduerte, † quòd huiusmodi immunitas ob duodecim liberos, si statutum disponat quòd duret etiam post mortẽ patris, vbi,& donec ipsi omnes duodecim liberi superstites fuerint, & in communione viuant, locum habent etiam quod vnus, seu vna ex duodecim liberis viuente, vel mortuo patre, ingrederetur religionẽ, vel nuberet carnaliter, & ob matrimonium spirituale, vel carnale seperatim ab alijs liberis habitaret, & sic nõ viueret in communione cum alijs liberis, quia nihilominus immunitas perseuerat, tam viuente,quam mortuo patre, ne retrahantur à matrimonio spirituali, vel carnali.Rip.in l.ex facto, num.19.& sequ.ff.de vulg.§.sed hoc præsente, in auct.de sanctis episcop.& l. hoc mõ & l.hæres meus.§.fin.ffde cõd. & dẽ. faciunt not. per Euerar.in loco à mrimonio carnali ad spirituale, & est ptra,per tex.in c.quoniam frequẽter, §. porrò,vt lit.non contest.& in cap. inter corporalia,& c.fin. de transl.at. prælat.

Et idem crederem, si vnus ex duodecim liberis esset absens viuendo separatim causa studiorum,mercaturæ, vel Reip.vel vt aliquid disceret, quia dummodo non sit facta diuisio bonorum, etiam mortuo patre,debet ipsa immunitas perseuerare, facit text.in Authen. habita,, ibi, quisenim eorum non mitcreatur.C.ne fil. p pat.& tot.tit.digestorũ ex quib. caus.maio.25. ann. in int.restit. & ita iudicatum fuisse ab Excellentiss. Senatu Mediolani refert Plot. vbi hæc habes, in litera decretum volens immunitatem sub Rub.de immun. in suo indice.

DVBITATIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio de non soluendo collectas concessa, subdito an possit per concedentem reuocari?*

2 *Immunitas huiusmodi an trahatur ad fratres duodecim liberos habentis, vel alios simul cum eo bona habentes, & ad socios omnium bonorum, & quando etiam procedat, & à quibus muneribus excuset vel non.*

3 *Celestinus Papa de manu gratiam impertiebatur, deserò illam reuocabat.*

Princeps non est dominus contractuum idcò illum non potest reuocare. ibid.

4 *Reuocatio cõtractus non permittitur in principe contrahente cum non subdito.*

5 *Immunitas reuocatur ex magna causa.*

6 *Immunis si patiatur se describi in libro solutionum collectas habita hac scientia, si infrà 10.dies non appellet sibi quoque priuilegio præiudicat.*

7 *Immunitatis tacita reuocatio quando inducatur.*

8 *Exemptus quid protestari debeat ne sibi præiudicet vel eius priuilegio.*

9 *Soluens sibi præiudicat quoad soluta tantum,*

non

num quoad futura.

10 *Soluens per aliquot annos collectas dummodo triginta non excedat, ſibi non præiudicat, vt in futurum cogi poſſit.*

11 *Coactè ſoluens non videtur ſuo priuilegio renunciaſſe.*

12 *Priuilegium immunitatis non tollitur minori ſpatio, quam 30 annorum.*

IN propoſito præmiſſæ dubitationis cadit pulchra, quæſtio, an exẽptio, vel immunitas de non ſoluendo collectas ſi ſit conceſſa ſubdito, poſſit per concedentem reuocari? & affirmo poſſe reuocari vbi ſit conceſſa ſubdito, ſecùs ſi non ſubdito. Specul. in tit. de cẽſibus. §. nunc dicendum verſ. quid ſi vniuerſitas nu. 11. gl. in c. nouit vbi Innoc. & Abb. numero 23. de iud. idem. Abb. conſ. vlt. lib. 1. Alex. conſ. 101. in princ. lib. 1.

Imò talis immunitas traditur etiam
2 ad fratres iſtius duodecim † liberos habentis, vel alios ſimul, & in cõmunione bona cum eo habentes. Natt. conſ. 590. in fin. Burſ. conſ. 161. nu. 4. & in ſimili latè per Nat. conſ. 1. nu. 10. & conſ. 65. nu. 2. & ad ſocios omnium bonorũ Moz. de cõtract. tit. de nat. ſocier. nu. 35.

Proceditque adeò, vt ſi ante conceſſam à Principe immunitatem decedat, quis ex ijs filijs relictis nepotibus, ij nepotes proſint etiam auo ſecùs & filius in hac cauſa pro fuiſſet, verum licèt tales nepotes ſint plures, vnius tamen tãtum loco reputantur. Rol. à Val. conſ. 52. nu. 7. & ſeq.

Imò etiam excuſatur ab oneribus, & collectis imponẽdis ratione belli. Rol. d. conſ. 52. num. 26. & 27. & ſeq. Natt. d. conſ. 539. nu. 5. & conſ. 63. & dicit. Rol. conſ. 66. num. 35. lib. 1. tales excuſari à muniere recipiendi, vel hoſpitandi in domo milites.

Non erit tamen immunis talis, cui per Principem fuit conceſſa exemptio ab eo, quòd non propriè tanquam collecta, vel gabbella, ſed vt præmium ſeruientiũ ſoluitur, vt ſi velit molere ſua blada teneatur ſoluere, quòd debet molitoribus pro ſuo labore, ac etiam quòd ſoluitur pro molẽdino. Burſ. d. cõſ. 161. nu. 5. & pluribus ſeqq. vbi latè examinat & probat, & clarius num. 29. & ſeq. vbi notat ſoluendum à tali exempto, & qd datur pro labore molitoribus, & quod ſoluitur pro refectione molendini, itẽ tenetur etiam ad onus laudemij, quòd pro aſſenſu domino in alienatione rei emphyteuticariæ debetur. Nat. cõſ. 508. num. 15. Burſ. conſ. 161. num. 35. Alex. conſ. 123. nu. 4. & ſeq. lib. 5.

Prout talis exemptus pariter tenetur ad collectam, quæ imponitur pro refectione murorum Ciuitatis. Nat. conſ. 215. ſub num. 1.

Vlteriùs aduerſitas, quòd Immunitas expriuilegio data per cõcedentem aut illius ſucceſſorem ſi ſubdito concedatur ex contractu non poteſt reuocari. Oſaſc. deciſ. 91. nu. 2. cum princeps ex contractu tenaciter obligetur. cap. 1. de probat. imò fortiùs, & Deus ex ſua promiſſione obligatur, vt inquit. Bald. in l. 1. ff. de pact. in prin. vbi citat Magiſtrum ſentent. eſt enim princeps ipſe rationalis creatura, & cogitur rationi obedire; aliter animal irrationale à cunctis nuncuparetur, ſicuti de Celeſtino Papa
3 aſſerit. † Bald. in conſ. 371. in 3. libr. qui de manè gratiam impartiebatur, illamque in ſero reuocabat. nam Princeps non eſt dominus contractuum, ſicuti nec elementorum, ideò geſta cum ſubdito, quę in cõtractu tranſiere, ab eo nõ reuocantur. Laſ. in conſ. 86. num. 8. in 3. lib. & hanc quæſtionem communiter recipi atteſtatur idem. Laſ. conſ. 1. col. 1. in 1. vol. pro cuius corroboratione multa citantur à Dec. in conſ. 286. nu. 7. & conſ. 292. num. 7. in 2. lib. Affict. deciſ. 128. nu. 16. Cra. conſ. 103. nu. 15. & conſ. 7. nu. 8. lib. 1. & de hac concluſione nõ eſt hæſitandum, quia omnes cõueniũt.

Si

Si verò non ſubdito datum foret priuilegium, & quæſitum ſit ei ius ex contractu non datur reuocatio teſte. Bart.
4 in l.2. † in fin. ff. de iur. immun. Rom. conſi.252.num.3.Dec.in c. quæ in eccleſiarum num.28.de conſt.Abb. conſi.41. num.5.vol.1.Caſt.229.col.fin.lib.1. Soc. conſi.86.num.13.vol.4.Iaſ.conſi.1.colu. 7.c.fin.vol.1.Rom.conſ.436. num. 13.& ſeq.& ius quæſitum intelligas ſi ad illius notitiam deueniat priuilegium, vel acceptatio ſecuta. Abb. Felyn. & alij in c.nouit de iud.

Sed immunitas reuocari poteſt quæ
5 tranſiuit in contractum, † ex cauſa belli,vel publicæ vtilitatis vel ex cauſa de nouo ſuperueniente. Fely. in c. quæ in eccleſiarum num.44.& ſeqq. de conſti. vbi.Dec.num.28.& cum iuſta cauſa poteſt reuocari.Abb.& Fely.in d. c. nouit num. 21. cum iuſta cauſa ius quæſitum tollatur.l.fi.C. ſi contra ius vel vtil. pub. Et de hac materia quæ plures patitur limitationes latè. Canon. in d. c. nouit. Oſaſc.deciſ.39.

Tacitè etiam reuocatum cenſetur, priuilegium immunitatis,ſi patiatur immunis ſe deſcribi in libro ſoluentium
6 † collectas, quia habita hac ſcientia, ſi ad illarum ſolutionem vocetur,& infrà decem dies non appellet, ſibi & ſuo p̃iudicatur priuilegio authore.Ang. in l. 1.§.ſiquis tutor.ff.quando appell.ſit:clamãte hoc eſſe ſingulare dictum quòd communiter ignorari probat. Alexan. conſi.101.colũm.6. verſic.3. principaliter vol.1.Dec.conſi.638.num.9. Gozad. conſi.16.& 23.Iaſ.in l.falsò C.de diu. reſcr.hoc dictum aſſerit eſſe bonam cautelam pro vniuerſitate.Marant.tract.de ord.iud.3.par.6.par.verſ. venio ad ſecũdum nume.314.ſi ſtatim deſcriptio immuni notificetur, quia forenſis non animaduerteret,appellandũm ab ea infrà tempus citatum confidens ſuo priuilegio, inducitur etiam tacita renocatio priuilegij, quando immunis collec-
7 tas ſponte ſoluit, quia illi † videtur renunciaſſe l.1.cum gloſ.C. de iiſs qui ſpo. mun.pub.ſub lib. 10.

Exigitur ergo vt ſibi non præiudicet,
8 quòd † proteſtetur nulli ſuo priuilegio renuntiare ex ſolutione collectarum ei tata vt inquit.Bar.in d.l. 1. Alex. conſil. 336.vol.2.& conſi.189.vol.5. Rom.cõſi. 252.Gozad.conſi.23.num. 7. & hoc habere locum teſtantur doctores,quando contrauentio fuit vniuerſalis, quia ſi particularis fuit pro vno actu, non requiritur proteſtatio,inquit.Dec.in c. cũ acceſſiſſent num.31.de conſtit. Sed hãc quæſtionem procedere teſtantur. Doctores quoad ſoluta tantum, quia in iis
9 † ſibi ſoluens præiudicant quo verò ad futura minimè.Bar.in l.2.ff. de priuileg. vetera.Iaſ.conſi.25.num.1. vol. 3. Alex. conſi. 182.vol.2.& conſi.33. volu. 5.& ſi ſoluiſſet per decem annos non dicitur illud amiſiſſe,niſi per ſpatium 30.vel 40. annorum. Dec.in d.c.cum acceſſiſſent, nu.28.Nicol.Feſtaſ.in tract.de æſtim. & collect.par.5.num.36.& ſeqq. vbi refert etiam Doctores tenentes ſoluẽtem per aliquot annos,dummodo triginta non
10 excedat,† ſibi non præiudicaſſe, vt in futurum cogi valeat in actu reiterabili vt in ſolutione collectarum, quæ recipit reiterationem, q ia non perditur, niſi dicto ſpatio temporis decurſo,ſecùs verò dicendum in actu non reiterabili, vt in aſſumptione tutelæ, & ſimilibus.

Idemq; iudicatur in priuilegio,momentaneo, & non ſucceſſiuo actus, vt inquit Alex.conſ.33.vol.5.

Quando verò ſoluens coactè ſoluit, ſuo priuilegio non videtur renunciaſſe
11 † l. cura, in prin.ibi, nec ſi per vim,ff.de mun.& hono.per quem text.conſuluit. Rom.conſ.252.in fi.& Alex.d.conſ.33.
12 Et quod immunitatis † priuilegium non tollatur per ſolutionem factã minori ſpatio quam 30.annorum, hoc in terminis firmat Oſaſc.deciſ.91.nu.22.

DVBI-

DVBTATIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones possunt concedere immunitatem personis grauibus contrarium ibid. distingue num. 3.*

2 *Communitas non potest soluere pro aliquo nec remittere debitum l. quidam.*

3 *Communitatis decretatio vt teneat, debent interuenire duæ partes ex tribus decurionum, & quòd fiat congregatio more solito.*

4 *Syndici sola confessio nocet vniuersitati.*

5 *Priuilegiatus, quando facit actum contrarium ipsi priuilegio renunciasse illi præsumitur, & probatur ibid. quod patiens se describi in catastro suo beneficio videtur renunciare immunitatis.*

Beneficium, vel priuilegium competens vni ex socijs, vel fratribus competit etiam alijs in causa communi. ibid.

6 *Priuilegium in priuatis personis censetur amissum per cursum 10. annorum, in ecclesia requiritur 40. ann. spatiũ, & quando procedat.*

7 *Cessante forma puta memoris, cessat effectus immunitatis.*

Causa priuilegij finita, cessat priuilegium. ibid.

Destructa ciuitate non debetur promissio ei facta. ibid.

Causa cum cessat tantum pro parte, non cessat effectus. ibid. late.

8 *Mutatio qualitatis non facit rem diuersam censeri, sed eandem, & qualiter intelligatur.*

Ommunitas, an possit concedere immunitatem repetio, quod personis grauibus, & in dignitate constitutis immunitas concedi potest per solos decuriones. Bart. in l. 2. nu. 3. ff. de iu. immun. Ias. in cons. 101. colum. 2. vers. 2. respondetur volu. 4 præsertim si fuerit concessa propter benemerita, vt ibid. per Ias. num. 2. cum concordantibus
1 dicta † Socin. cõs. 91. nu. 15. & seq. vol. 2.

In contrarium facit, quia iure communi videtur prohibitum, ciuitatem, multò minùs eius decuriones posse cõcedere immunitatem præsertim ab oneribus patrimonialibus, aliquibus ciuibus, seu incolis. l. vacuatis. C. de decurio lib. 10. ibi, neque consensu ciuium, vel curiæ, vbi rescripta superioris concedentia immunitatem etiam de consensu ciuium, siue curiæ non valent, & gl. ibi in verb. consensu, dicit, illum text. facere contra rusticos cõcedentes quãdoq; immunitatem alicui fabro, & alijs similibus personis, & pro eis soluentes quia non valet huiusmodi concessio, seu pactum sequuntur ibi. Bart. & Ang. in 2. notab. pro qua opinione videtur text. vbi. Bart. in l. 1. C. de decr. decur. super immunitate aliquibus cõcedenda. lib. 10. quo loci exceptis personis ibi expressis, & venientibus de nouo ad habitandum, nõ potest decreto decurionum immunitas alicui concedi, & cõcordat tex. in l. 2. vbi. Bart. nu. 2. ff. de iu. immu. dicit non valere pacta, quibus ciuitates cõcedunt immunitates ciuibus suis, & his deseruit tex. in l. immunitates vbi gl. & Bar. C. de agric. lib. 11. qua cauetur immunitates sine auctoritate Principis concessas non valere, Alex. cons. 101. nu. 3. & seq. vol. 1. cons. 30. nu. 8. vol. 5. cui conclusioni accedit. glo. in l. vn. C. de his qui à princ. vacatia accept. lib. 10. dicens tria esse necessaria ad hoc vt immunitas concessa teneat, videlicet, quòd concedatur à principe, ex iusta causa, & ad tempus, quem refert, & sequitur Grat. respon. 61. num. 7. vol. 1. Felyn. in c. accedentes col. fin. in 6. & 9. conclus. de præscript. vbi concludit immunitates ab vniuersitate concessas nõ valere, etiam in præiudicium populi, nisi in casibus exceptis.

Datoque, sed non concesso, quòd ciuitas posset concedere immunitatem à patrimonialibus non posset fieri, nisi à generali congregatione, siue aduna-
12 tu, & non ab ordine decurionum tantum. Bart. in d. l. 2. nu. 3. ff. de iu. immu. quod sequitur. Cassa. cons. 101. nu. 2. Petr. de

Digitized by Google

Vbald.in tract. de collectis nu.21.licèt. Barto.in l.1. C.de decr.decur. ſuper immunitate, quibuſdam concedenda, intelligat, de conſilio magno, & adunanti generali, quæ habet plenum imperium, & non recognoſcit ſuperiorem, & ex p̃miſſis apparet malè ſenſiſſe Alex. in appoſtilla ad Bartol.in d.l.2. ff.de iu. imm.& Pariſ.conſ.71. volu.1. quia & ſi ordo decurionum, ſiue conſilium populi repreſentet totum populum; attamen id non eſt ſemper verum, præſertim in concedendis immunitatibus l.1. & 2.C. de decr.decur.& l.ambitioſa. ff.de decr. ab ord.facien.contra quæ iura loquuntur Alex.& Pariſ.d.l.euacuatis.C.de decur. lib.10. in illis verbis, conſenſu ciuium, vel curiæ, cuius curiæ appellatione veniunt decuriones l.curiales.l. nominationum. C.de decur. & l.vn. C. de his qui à prin.vacat.accep. & l. quod maior vbi glo.& Bar.ff.ad munic.

Et licèt Laſ.in d.conſ.101.col.2.ver.1. vol.4. dicat, Communitatem poſſe in ſui præiudicium concedere immunitatem authoritate glo.in d. l. vacuatis, tamen dicta gloſa dùm ponit participiũ, concedentium, debet intelligi de illis, qui habent poteſtatem concedendi, qua quælibet diſpoſitio, ſemper præſuppo-
nit ſubſtantiam, & qualitatem ſuppoſiti.l.4. §.condemnatum. ff.de re iud.l.2. §.1.ff quemad.teſtam.aper.

2 Communitas † etenim nõ poteſt ſoluere pro aliquo, nec ei remittere debitum liquidum. d.l.ambitioſa. & eſt text. in l.pactum curatoris. C.de pact.vbi latè Dec.in princ.l.præſes, & l.pactum.C. de tranſact.l.imperatores.ff.de pact.

Sed vt euacuetur omnis difficultas cenſeo diſtinguendum eſſe cum Barto. 3 in d.l. † vacuatis vers.venio ad ſecundũ dictum, quòd aut decuriones, vel ciuitas concedit immunitatem ciuibus, ſeu incolis ſuis, & non poteſt etiam in ſui præiudicium l.2. ff.de iu.immun.à contrario ſenſu Fely.in d.c.accedentes. col. fin. vers. nona concluſio de præſcript. Aut vult concedere alicui venienti de nouo ad habitandum, vel etiam aliquibus ciuibus ex cauſa, qui præponderarent oneribus occurrentibus, vt puta doctoribus, & medicis, vel ſimilibus aliis perſonis, tunc valet conceſſio. d. l.2. ff.de iur.immun.& d.l.1.C.de decr.decur. iſtis enim perſonis, & non aliis poſſet ciuitas ſalaria conſtituere, & de publico dare. d.l.ambitioſa.ff.de decr.ab ord.fac.d. l.1.C.de decr.decur.& ibi glo.2. Et hanc diſtinctionẽ Bart. in d.l vacuatis refert, & ſequitur Ang.ibid.in fin. Abb.allegatus per Laſ.in c.2. nu.11. de immun. eccleſ. Aufrer.in addit. ad Capel. Tholoſ. quæſt.348.col.pen.

Rurſus dici poſſet, quòd huiuſmodi immunitas p communitatem, ſeu decũriones conceſſa, præiudicat concedentibus, non autem valet in præiudicium publicum.ita.Barto.in l.ſi duas.§.grammatici nu.8.ff.de excuſ.tut.glo.in l.3.C. de annio.& trib.lib.10. Dec.in d.l.pactũ curatoris in prin.C.de pact. Sed non recedas à præmiſſa diſtinctione, quæ tanquam magis tuta, eſt tenenda. Alberic. in l.in fundo. col.2.ff.de rei vendic.

Sed aduerte; quòd debent interuenire duæ partes ex tribus decurionum, vt 4 teneat decretatio, † vel immunitas.l. nulli cum duabus.ll.ſeqq.ff.quòd cuiuſque vniu.nom.l. q̃ maior. ff. de ad munic.l.2. & ſeq.ff.de decr.ab ord.fac.& ad hoc vt ex conſenſu, vniuerſitas obligetur requiritur, quòd ſimul congregati more ſolito, ſiue ſono campanæ ſiue voce præconis, vt per Alex.conſ.68. ſciuerint, & conſenſerint. Dec. conſ.43. num.3. poſt. Bart.in l.omnes populi.ff. de iuſt.& iur.Fely. in c. cùm omnes nu. 14. de conſtit. & talis conſenſus articulari, & probari debet, vt inquit Dec.d. conſ.437.

Et immunitas per Principem, vel vniuerſitatem domino conceſſa, extenditur ad colonos. Grat.reſpon.61.vol.1.& ſola ſyndici confeſſio nocet vniuerſitati. Alex.conſ.68. nu.10.lib.2. quem refert,

Digitized by Google

fert; & ſequitur. Dec. conſ. 221. nu. 2. & 3. & conſ. 297. num. 6. Nat. conſil. 142. num. 21.

Et quòd dixi in precedenti dubitatione, quod immunis à muneribus ciuitatis ſi patitur ſe deſcribi in æſtimo, & cataſtro præſumitur ſuo beneficio renunciaſſe: probo etiam per Bart. in l. 1. C. de 5 ijs qui ſponte mun. ſubi. lib. 10. & alios, quos refert D. meus Meno. de præſumt. lib. 6. præſumpt. 41. num. 4. quia quando priuilegiatus, facit actum contrarium ipſi priuilegio, tunc renunciaſſe præſumitur. c. ſi terra vbi glo. & Dec. de priuileg. Menoch. loco præcit. nu. 3. etiam in præiudicium aliorum fratrũ, ſeu ſociorũ, quia ſicuti beneficium, vel priuilegium competens vni ex fratribus, vel ſocijs in cauſa communi, competit etiam aliis, ita ſi tacitè vel expreſsè aliquis eorum renunciet priuilegio ſibi, & alijs fratribus, vel ſocijs p. præiudicat. argu. l. ſi communem in prin. vbi gl. mag. & Bar. ff. quemad. ſeru. amitt.

Et in perſonis priuatis ſufficit curſus 6 annorum † decem, vt dicantur priuilegium amiſiſſe. Felin. in c. cum acceſſiſſent. num. 23. de conſti. Put. deciſ. 252. li. 3. in eccleſia verò requiritur curſus 40. annorum, & hæc procedunt, quando euenit caſus vtendi priuilegio, ſecùs ſi non euenit. vera ll. deciſ. 379. par. 2. Menoch. vbi 7. nu. 16.

Cùm etiam ceſſat cauſa propter quã admittebatur immunitas, ſcilicet, quia 7 non amplius † adeſt forma, puta, nemoris, ceſſante cauſa ceſſat effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. l. generaliter. C. de epiſc. & cler. c. ceſſante extra de appell. prout etiam finita cauſa priuilegij ceſſat priuilegium. l. Titia. §. viuras. ff. de leg. 2. & faciunt plura cumulata per Rom. conſi. 417. qui propterea conſuluit quòd promiſſio cenſus facta à quibuſdam nobilibus vni ciuitati, vt eorum protectionem ſuſciperent, deſtructa ciuitate non debetur, quando ceſſat cauſa propter quam fuit facta promiſſio, cùm ciuitas deſtructa eos amplius defendere non poſſit. Bellon. conſil. 8. nume. 1. & ſequent. qui aduertit, quod cùm cauſa ceſſat pro parte tantum, tunc non ceſſat effectus, citat gloſ. in c. cum acceſſiſſent in verb. contrauenerit, & ibi Roch. de Curt. extra de conſtit. & concludunt communiter Doct. in d. l. generaliter, & in d. c. ceſſante, vbi Dec. dicit tunc ceſſare effectum, quando cauſa ceſſat in totum, & ita dicit procedere conſilium. Rom. 5. allegatum, nam in ſuo caſu, propter deſtructionẽ illius ciuitatis in totum ceſſabat cauſa defenſionis, & protectionis, ſecùs ſi potentia ciuitatis in aliquo fuiſſet diminuta, & deblitata, etiam aliter reſpondet, q̃ ceſſante cã ceſſat effectus, q̃ cauſa ceſſans, tendit ad contrarium finem, ſecùs quando tendit ad eundem. Vſcienduin. §. pen. ff. qui ſatiſd. doctrina Bartol. communiter approbata in l. ſi conſtante in fine principij. ff. ſol. mat.

Et ex ijs elicias, quòd mutatio qualitatis non facit † rem diuerſam cenſeri, 8 ſed eandem. l. at. in l. ius autem. ff. de iuſt. & iur. veluti ſi cauſa ſit commiſſa canonico, qui poſtea renunciet canonicatui, tunc ille talis non deberet poſſe cognoſcere adhuc de iſta cauſa, quia ceſſat illa qualitas canonici, ſed veritas eſt quod ſic poteſt cognoſcere, quia finalis cauſa commiſſionis non fuit canonicatus, ſed præſumpta peritia propter cãnonicatum, quem caſum decidit. Bald. in d. l. generaliter col. 1. verſic. pone ergo qui poſt Cynum ita dicit ibid. C. de epiſc. & cler.

DVBITATIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Liber æſtimi ſeu cataſter, an probet dominium vel poſſeſſionem, & quam fidem faciat?*
2 *Codex æſtimi qualiter conficiendus.*
3 *Errore detecto debentur cogi debitores ad ſolvendã onera iuxta veram prædiorũ quãtita. &c.*

Error potest semper retractari. ibid. contrarium. ibid.

4 *Aestimum seu catastes non probat regulariter dominium, & possessionem contra tertiũ contrarium. ibid.*

5 *Quando probet, vel inducatur praesumptionẽ.*

6 *Collecta, & census designant subiectionem.*

SOlent communitates fabricare libros aestimi vulgò registri, pluries mihi fuit quaestiũ in facto, an talis catastes seu liber aestimi probet dominium, vel possessionem, & quam fidem faciat.

1 † Et reuera approbare mihi placet huiusmodi aestima seu descriptiones praecipuè q̃ fiũt vt aequaliter inter subditos distribuantur onera per Principẽ vel communitatem eius imponenda. l. forma. s. si vero quis agrum. ff. de censi. & l. 1. C. de exact. tribut. li. 10. & cùm impositio onerum dependeat à iurisdictione imponentis, & per consequens à subiectione illorum quibus imponũtur vt per Bart. in l. rescripto. §. fin. ff. de mun. & hono. & Soc. consi. 187. colu. 1. vol. 2. sequitur quòd in ea impositione, seu distributione facienda, debeant illa tantum considerari, in quibus ipsa iurisdictio, vel subiectio fundatur, non autem illa, quae ad iurisdictionem vel subiectionem nullatenus pertinent, quia conueniès est, quòd effectus regulętur à causa l. in agris. ff. de acq. rer. dom. cùm omnes ciuitates, & omnia oppida debent aequaliter ad haec onera vocari in spectu scilicet qualitate locorum. l. 3. §. prater. ff. de mun. & honor. necesse est vti aliquo medio quòd omnes tangat. arg. l. fin. in fin. C. de autor. tut.

Et optimum medium est huiusmodi bonorum stabilium, vel personarum in dominio habitantium descriptio: quia per haec duo tantum contrahitur subiectio quoad onera. d. l. forma. §. si vero. ff. de censi. & l. 3. in prin. & l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mun. & honor.

Et licèt magis communis opinio Doctorum sit, quòd etiam mercatorum, & negotiatorum bona, & merces debeãt describi, & quòd pro eis quis teneatur ad onera ex generali tamen consuetudine non solent merces describi, sed an & quando describi debeant & de dicta magis communi opinione, & generali consuetudine iud. Alb. consil. 38. in fin. & consi. 39. per tot.

2 † Codex que ille aestimi iussu communitatis regulariter conficitur, cum a iure, aut consuetudine, aut statuto collectas indicendi auctoritatem habeant pro sanandis locorum necessitatibus quia in necessarium antecedens, haec per aequatio subnectitur: vrget enim subditis, vt eorum bona, profiteantur, & vt prospiciatur quantum sit aes, & cuiuscunque patrimonium. d. l. forma, seruiunt not. per Crau. consi. 195. 1. vol.

Et debet perfici huiusmodi Codex defensore ciuitatis vniuersitatisve praesente, vel villae syndico, si eorum bona praescribuntur. l. susceptores. vbi Bar. C. de suscept. lib. 10. ne pauperes ditionibus opprimantur. l. 1. C. de apoc. publ.

Et si per Notarium à perequatoribus electũ ad praescribendũ Codicẽ, sit in quantitate praediorum erratum, vt quia minor quantitas, quam quis professus fuerit, sit adscripta in summa totius aestimi, sed erroneè, per annos verò 30. is soluit iuxta illã quantitatem descriptam, deinde errore comperto exactores pro communitate, id quòd per tempus praeteritum non fuit exactum secũdum veram quantitatem eorum exigere nitantur, an sint audiendi? & videretur quòd sic, quia si licet vnicuique probata aestimi iniustitia mutationem illius reportare. l. qui a grauatos. C. de cens. lib. 11. Bar. in d. l. forma. §. si quis veniam Bal. consi. 387. vol. 3. cur non licebit agentibus † pro communi errore detecto, cogere debitores ad soluendũ onera iuxta veram praediorum quantitatem etiam per retroacta tempora quibus non soluerant, praecipuè cum error

3

semper

ſemper poſſit retractari, niſi res iudicata interueniat vel tranſactio. l. 1. C. de erro. calc. contrarium tamen opinio de iure eſt verior ea vtia ratione, quia cū ille error à publica perſona committatur, non debet retractari niſi vſque ad 30. annos, poſt vero non vt in l. calculi ff. de admin. rer. ad ciu. perti. & in l. 2. vbi Bar. C. de iur. fiſc. lib. 10. Si ergo ſunt anni 30. lapſi, exactores illi non ſunt audiendi, nec obſtat prima ratio, quia nulla erat decurſa præſcriptio, quinimo ſi poſt biennium conqueritur non auditur. Bar. in l. qui agros. C. com. agr. deſert. lib. 11. Iterūm cum de æſtimi mutatione agitur aliter eſt ſentiendum quam de ſolutione collectarum, diuerſa ſunt enim hæc, vnde illatio non rectè infertur. l. Papinianus exuli ff. de minor. præterquam in errore facto per priuatum datur retractio, in errore vero facto per publicam perſonā, ille vſq; à 30. annos non retractatur. Iaſ. conſi. 210. num. 2.

Et licèt malæ fidei poſſeſſor nullo tēpore præſcribat. c. fin. de præſcr. regula malæfidei poſſeſſor de reg. iur. in 6. licq; debitor collectarum vti in mala fide conſtitutus non præſcribat, tamen malafides dicit de iure purgari ſpatio 30. annorum in tantum vt bonafides præſumatur potius, quàm malafides ex huiuſmodi temporis ſpatio decurſo vt de communi attollantur. Alexand. conſil. 167. num. 7. in volu. 6. Crau. conſil. 134. num. 13. Dec. conſil. 266. colu. fin. & conſi 267. vol. 2. imò licèt anteceſſor ſit malæfidei, ſucceſſor vero in bona ſit fide conſtitutus, præſcribit, quia illius vitium non adicit ſucceſſorem. Abbas c. grauis de reſtit. ſpol.

Quo uero ad propoſitam quæſtionē an æſtimi Codex ſeu cataſtrum, probet dominium poſſeſſionemq; illius cuius bona ſunt in eo præſcripta? dicas regulariter non probare quando agitur inter tertij præiudicium, & contra tertium, † & hanc negatiuam partem dixit. Bar. in l. ſi pater. C. de act. empt. & ita obtenſum aſſerit. Fel. in c. cauſam. col. 2. nu. 2. de probat. niſi ille de cuius præiudicio agitur conſentiat. Alex. conſi. 9. colu. 2. vol. 4. conſil. 68. volu. 3. affirmatiuam tamen opinionem tenet, & ſequitur. Soc. conſi. 205. vol. 2. & conſi. 258. col. 2. verſ. 3 in lib. 2. Fel. in cap. cauſam. nume. 8. de probat. Caſſa. conſil. 16. colu. 2. Sed hæc opinio affirmatiua videtur magis placere. Nicolao feſtaſ. in par. 1. de æſtimo num. 45. vbi dicit hanc ſententiam affirmatiuam ſibi placere, etiam non conſtito de conſenſum illius, de cuius damno tractatur, interuenientibus, & concurrentibus tamen illis quæ citat. Soc. in d. conſi. 205. videlicet, qui diſtinguit concurrente antiquitate codicis, & non compertо alio bonorum poſſeſſore, & dummodo liber æſtimi à publicis deputatis perſonis ſit cuſtoditus, & hanc opinionem magis procedere Nicolaus ſibi affirmat ſub nu. 45. ſi ab initio confectionis æſtimi emanatum foret proclama, continens vnumquemque in termino præfixo omnia bona ſua profiteri ſub certa pœna, nā cū à iure aliquē actū noſſe facere p̄ que in pœnā cadat, p̄ſumatur, l. merito, ff. pro ſoc. Bart. in l. gerit, verſ. circa tertium principaliter, ff. de acq. hæred. reſultat probatio ex eo dominij, & poſſeſſionis, vt teſtatur. Soci. conſi. 39. col. 5. verſ. 3. vol. 1.

Quando verò agitur inter perſonas in æſtimo comprehenſas, & quando produci ur cum ſolutione collecta, † & quando inter ſcripturas publicas collocatus eſt cataſter, tunc probat, cùm cōſueuerint eiſdem adhiberi, quia cum aſſeruātur cataſtri in archiuio publico, habentur, & dicuntur ſcripturæ publicæ, & d. cuntur authentici, præſertim quando cataſter diù habitus eſt, pro publico, & authentico, quia magna eſt auctoritas antiquitatis cùm vim legis habeat, l. 2. ff. de aquæpluu. arc. præcipuè, quando agitur inter perſonas eiuſdem territorij de hac materia latè ſcribit. Miſcard. de probat. concluſ. 273. vbi hab s in p ri mis

regulā n

Digitized by Go

regulam librum æstimi regulariter non probare, sed benè inducere præsumptionem in gratiam eius, cuius sunt bona descripta, & inuentū penes, illustres personas probare; nec non habes ibid. qualiter census, & collectæ designant
6 subiectionem, † & probant castrum, vel villam esse territorij illius, cui soluunt.

DVBITATIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Communitas potest indicere collectam pro necessitatibus in communi occurrentibus, & quando?*

2 *Collectæ indicuntur pro solutione medici salario prætoris magistri scholarum honorario. Aduocati, & solutione nummorum publicorum, & imponuntur per as, & libram, seu iuxta quantitatem patrimonij.*

3 *Collectę maiores indicuntur in Villis, quam in Ciuitatibus.*

4 *Debitores talearum solo edicto absque citatione compelluntur soluere intra tempus proclamat. & publicatum.*

5 *Talearum exactor succurritur, & per detentionem personæ, non per carcerationem.*

6 *Debitor priuatus prius exigitur in bonis deinde in persona;*
Minor capi potest. ibid.
Absentes non incurrunt pœnam proclamati. ibidem.
Mulieres non possunt capi pro debito fiscali. ibidem.

7 *Exactor habet paratā executionē contra bona forensis contra quem probat liber exactoris.*

8 *Notarius recipiens instrumentū extra territorium inter subditum, & forensem, non potest sic facere, quia caret auctoritate.*

9 *Exactoris liber probat quem soluisse, & non soluisse collectas.*
Libris exactoris maior fides adhibetur, quam testibus. ibid.

VNiuersitas, an possit indicere collectam? dicas affirmatiuè illam posse, pro necessitatibus in communi occurrenti
1 bus, sic profitentur doctores omnes, † si aliunde debitum communitas sanare non potest. Bar. in l. 3. col. fin. in fin. ff. de alim. & cib. leg. in l. 1. C. de superind. libr. 10. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vniuersi. nom. Bald. in l. etiam, C. de execut. rei iud. col. fin. nu. 28. & in d. l. 1. §. quod si nemo, col. 2. vers. super 1. sicque ex causa legitima, & necessaria affirmāt Doctores indicendam esse collectam. Alex. in l. 4. §. auctor, num. 13. ff. de re iud. & cons. 52. col. 2. vers. sed præmissis, vol. 2. Abb. in c. fin. col. fin. versic. dicendum tamen de his, quæ fiunt à maio. par. cap. Feli. in c. cum dilecta, in verb. singuli de rescr. Iaſ. in cons. 71. col. fin. vers. nec præteritis. lib. 3.

In specie si litem cum alieno subdito habet vniuersitas, ex qua multas erogare expensas cogitur tam in actibus, quā in patrocinantibus, illæ impensæ sanā tur per indictionem collectæ, ad quam is etiam tenetur, qui cum illa litem facit. Bart. Bal. & Doctor. in l. ab omnibus. §. si Titio, ff. de leg. 1.

Prout etiam pro soluenda pœna ob delictum ab vniuersitate patratum, potest per eam indici collecta. Bald. in d. §. quod si nemo, & alij suprà citati ad illā tamen non coguntur Innocentes. Bar. in l. aut facta. §. fin. vers. hoc præmisso. ff. de pœn.

Causam nempè necessariam esse iudicamus refectionem, vel ædificationē murorum ciuitatis, pontium, viarum, aut alterius publici operis. Bart. in l. omnes, col. 2. vers. specialis. C. sine censu vel reliq. muri namque ciuitatis propriè publici dicuntur, cum vrbem muniant, & mœnia contineant. Alcia. in l. quantum. ff. de verb. signif.

Emptionem quoque castri legitimā esse causam asseuerat. Bal. in d. l. etiam. nu. 28. C. de execu. rei iud. vbi idem dicit absolu-

abſolutionem armigerorum ad ſtipendium communis conductorum.

Item pro ſolutione medici, pro ſalario prætoris, & magiſtri ſcholarum; pro honorario Aduocati, & pro ſolutione nunciorum publicorum imponi poteſt collecta, per æs, & libram, ideſt,
2 communis, † ſeu iuxta quantitatem patrimonij, vt declarat. Pancirol. conſ. 106. nu. 28. & firmat. Natt. conſ. 183. num. 1. & nullus excuſatur ratione ætatis, vel ſexus, niſi conſuetudo aliter dictaret, vt inquit. Bartol. in l. vnic. C. de mulct. & in quo loco. 3. lib. 10.

Et maiores collectæ indicuntur in villis, quàm in caſtris, & ciuitatibus, quia in villis maiora occurrunt onera, & cõtra debitores executiuè agitur eos
3 compellendo † abſq; citatione ad collectæ ſolutionem, edicto ſolum proclamatę, quòd habet vim citationis, vt debitores infrà tot tempus ſoluant collectam. Bald. conſ. 433. lib. 3. Crau. conſi. 3. nume. 1. & vnuſquiſq; intra tale tempus debet ſoluere in manibus exactoris inſtantis collectam, quæ eſt de tot ſolidis pro quolibet denario æſtimi, vnus vero denarius octo bubulas terræ importat
4 in aliquibus locis, † in alijs minùs, & plùs iuxta locorũ diuerſitatem, vt loquitur. Bar. in l. 2. C. de indict. & illud proclama loco citationis ſubrogatur, lapſoque tempore, ſi debitores non obediunt, occupant ab eorum bona, & diſtrahuntur ad haſtam plus offerenti ita. Bal. Caſtr. & alij in l. 2. col. 1. in fin. verſ. item poſſũ. C. ſi prob. pub. pẽſit. Bal. in l. fi. in fi. C. ſi aduer. fiſc. ſed in multis partib. vigent ſtatuta, & cõſuetudines, quæ ſeruantur, vt inquit. Bald. d. l. 2. & bona, quæ in numero, pondere, vel menſura conſiſtunt non ſubhaſtantur, quia eorum pretium eſt manifeſtum, niſi crederet affectio, quia non diſtrahuntur ſine ſubhaſtatione. Bald. d. l. 2. in aliis verò caſibus communi iure neceſſaria ſunt quinque, vt per glo. ſi in l. prima. C. de præſcript. 30. ann. Bald. d. l. fin. in fin. C. ſi adu. vend. & Doctor. in præcit. l. 2.

Exactoriq; talearum ſuccurritur etiã
5 per detentionem perſonæ, † non autem per carcerationem, debitor enim detineri poteſt per exactorem, & ſub cuſtodia mancipari, in carcere verò detrudi minimè, vt declarat. Barto. in l. cum eo. colu. 2. ff. ad l. Iul. pecul. qui aſſeuerat dicta in l. nemo carcerem, in 3. not. C. de exact. tribut. lib. 10. intelligenda eſſe, vt non ſoluentes capiantur, ac ſub cuſtodia affidentur.

Hæc tamen de conſuetudine nõ ſeruantur, quia debitores nedum detinentur, ac carceribus mancipantur, & non relaxantur, donec minimum ſoluerint quadrantem, & nihilominus exactor manus ad illius bona extendet vſq; quò integrè ſibi ſit ſatisfactum, vt inquit Bar. in l. conſentaneum. col. fin. verſ. quæro. 2. C. quo. & qui. iud. Ange. & Alex. in d. l. nemo carcerem.

In debito verò priuato aliud dicen-
6 dum, † quia priùs bona capiuntur, deinde perſona. Bartol. in d. l. cum eo. ff. ad l. Iul. pecul. & ſcrib. in l. à Diuo Pio. §. in vẽditione. ff. de re iud.

Imò, & minor capi poteſt, vt inquit Bald. in l. placet. C. de ſacroſ. eccl. minor tamen non incurret, pœnam proclamàti, quam infligunt iuſdicentes inobedientibus. Alex. conſil. 31. lib. 5. cum eis nullum currat tempus, & ſi patiuntur damnum currens, vel tutores reſarcire obligantur gl. in l. tutoris. C. de adm. tut. Bar. in l. 2. C. de fund. pat. li. 11. neq; ẽt abſentes in pœnã proclamati incurrẽt vt per Alex. d. conſ. 31. col. 1. verſ. præterea.

Mulieres quoq; nõ poſſunt capi pro debito fiſcal. Bar. d. l. cũ eo. Doc. in l. plerique & præcipuè. Alex. nu. 12. ff. de in ius voc. Marſi. prac. crim. §. attingam nu. 63. vbi plura cõgerit more ſuo, ſed hæc cõ ſuluiſſe de muliere, ſublimitatur plurib. modis à Doc. in d. l. plerique & Marſi. d. §. attingam. Soc. conſ. 126. col. 2. verſ. confirmatur hoc libr. 1. Roman. conſil. 118. vbi de illa muliere ſcribit, quæ cũ ſciret eſſe

Digitized by Google

esse tutricem, inuentarium non confecit, quia nedum detinetur, sed torquetur.

Forense etiam non soluente collectas, exactor habet paratam exactionē,
7 † quia bona illius capiet præcedentibus debitis citationibus, & seruatis seruandis, eamque subhastabit secundū Imol. in c. postulasti vers. sed si post de for.comp. & probabit liber exactoris cōtra forensem etiam alibi quàm in loco collectæ indictæ ex consuetudine totius Italiæ, quicquid in contrarium dixerit Dec. consi. 464. & Specul. in tit. de Specul. in tit. de comp. iudic. §. 1. & iuxta not. in l. hæres absens. §. proinde vbi gl. in verb. debebit. ff. de iud. quibus in locis habens quòd liber exactoris probat contra forensem tantum, quando sumus intra territorium non autem extra, quia forensis videtur iurisdictionē prorogasse ratione quasi contractus, & rei sitæ iuxta not. d. l. hæres absens. §. proinde, & per dictos doctores, ita tantum, vt de iure forensi cogatur stare libro exactoris nisi in loco ipsiusmet exactoris non autem extrà quia quasi cōtractus dicitur initus cum communitate cum qua videtur contraxisse, & se obligasse ad soluendum ibi collectas.

Hinc elicias, quòd si notarius reciperet instrumentum extrà territorium in
8 ter † subditum, & forensem, non potest hoc facere, quia caret authoritate, cū communitas auctoritatem non habeat, sed solus princeps. Ias. consil. 168. column. 7. lib. 4. vbi per plura firmat, q notarius à communitate creatus instrumenta extra territorium stipulari nequit, cum ad solum principem spectet.

Exteneas librum exactoris collectarum probare quem soluisse collectas, & non soluisse. Bal. in Rub. C. de fid. inst.
9 † num. 43. vbi citat text. ind. cenius. ff. de probat. † ersona, namque exactoris est electa auctoritate publica, est quæ consequens vt illius libris fides adhibeatur vt per Alex. consi. 136. col. 2. vsque. Item de solutionibus. vol. 2. & consi. 185. ibid. etiamsi libri dicti exactoris careant notarij subscriptione, vt per Bal. qui contrarius ipsimet fuit in l. fi. nu. 9. C. fin. cēs. vel rel. contrarium namque quòd dixerat in l. imperator. ff. de statut. hom. affirmat in d. l. fin. Imò maior fides adhibetur huiusmodi libris, quam testibus Curt. iun. consi. 106. num. 5. de communi. Angel. in §. coges in auth. de mand. princ. Dec. consi. 285. num. 7. lib. 1. Corn. consi. 333. nu. 34. lib. 1.

DVBITATIO XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Castrum, Vila, & qualibet vniuersitas pro vtilitate publica cum licentia principis potest indicere collectam, pro necessitatibus verò in loco occurrentibus potest absque alia licentia.*

2 *Vniuersitas cogi potest per iudicem, vt imponat collectam pro necessitatibus.*

3 *Princeps ciuitatisq; libera potest collectam indicere pro publica vtilitate.*

4 *Iuuestiti perpetuò iura habent imperij in eorum statu.*

5 *Venetiarum ciuitas inter alias Resp. libera dicitur, nulli subiecta in mari fundata.*

6 *Veneti poßunt prohibere, quibuscunq; ne per gulphum nabigent.*

Venetorum libertatem non est Papa revocare, nisi obstaret præscriptio ibid.

7 *Veneti omnia exercent in suo dominio, quæ Cæsar in toto orbe.*

Venetis priuilegium excessum in bulla aurea.

8 *Genua principis iura nanciscitur: Genuam Doctores scribunt Regi francorum subiici; sed hodie liberam, & francam viuere. ibid.*

9 *Lucensis Resp. libertatem consecuta.*

Coronati sunt sicuti quos à sole nuncupamus. ibidem.

Genuensibus, & Lucensibus aduersenda, ibid.

10 *Pisanum, & Florentia ciuitates memorantes.*

Dixi

DIximus, quòd Caſtrum, Villa, & quælibet vniuerſitas pro neceſſitatibus in loco occurrentibus, & non pro vtilitate publica, niſi cum licentia principis iuxta. l. omnes. C. de oper. pub. Bar, & alios in l. 4. §. actor, † ff. de re iudi. poteſt indicere collectã, modo quæro, an ſi vniuerſitas renueret, per iudicem cogi poſſit, † vt imponat collectam, & dic illam poſſe cogi, vt neceſſitatibus prouideatur. Doct. in d. l. omnes. & d. §. act. ſupremi. §. tantum princeps, ciuitaſque libera pro publica vtilitate poteſt collectam inducere, prout idem de Ducibus, Comitibus, Marchionibus, ac Baronibus merum mixtumque Imperiũ ex priuilegio tenentibus affirmamus. Bald. in l. placet num. 18. C. de ſacroſan. eccl. Alex. in l. 1. C. de ſuperind. Cur. iun. conſ. 61. nu. 8. ij namque hucuſque perpetuò iura habent imperij omniaque pertractant in eorum ſtatu, † quæ in toto orbe Cæſar obtinet. Alex. conſ. 68. vol. 2. conſ. 1. col. 8. verſ. præterea dicta vol. 3. Crau. conſ. 135. num. 2. lib. 1. Dec. conſ. 161. in princ. & conſ. 199. num. 3. lib. 1. & inter ciuitates liberas teneas eſſe Venetiarum Remp. † & Ciuitatem, quæ nempè locum principis obtinet, nulliq; eſt ſubiecta, & libertate à Rom. Imperio habuit ex priuilegio cum bulla aurea, nomineque præcario illam tenet, imò natura ipſa libera eſt, & poteſt prohibere, quibuſcunque ne per gulfum nauigent cum † ſit Ciuitas in mari fundata, & eius libertatem, quam præcario, vt dixi nomine tenent Veneti, reuocare Pontifex ſupremus, nec Imperator ipſe poſſet, niſi obſtaret præſcriptio. Ang. conſ. 290. Iaſ. in l. ex hoc inre nu. 26. & ſeq. ff. de iuſt. & iur. Caſtr. conſ. 317. lib. 1. & conſ. 187. lib. 2. Bald. in Rub. ff. de rer. diu. Bertol. in l. hoſtes. ff. de capt. omnia enim exercent Veneti † in ſuo dominio, quæ in toto orbe Cæſar agit. Iaſ. conſ. 70. num. 2. lib. 3. de priuilegio ſibi conceſſo in bulla aurea ſigillato teſtatur. Alber. Roſa. in l. cunctos populos. col. 4. C. de ſumm. Trin. extat pariter Ienua, † quæ principis iura nanciſcitur, vt inquit. Dec. conſ. 134. nũ. 27. lib. 3. & licèt. Caſtr. in conſ. 423. num. 9. lib. 1. & Doct. ſibi contrarius conſ. 361. num. 7. lib. 2. aſſerant. Regi Francorum, illam ſubijci in quem eius libertatem trãſtulit, reſpondetur tamen, quòd tempore Caſtr. & Decij ſubdita erat, at à quã plurimis annis citrà, & nunc, libera, & franca viuit, locumque principis poſſidet. Lucenſis quoque Reſpub. & ciuitas eãdem libertatem retinet, & fuit conſecuta à Rodulpho Imperatore, ſolutis ei duodecim mille coronatis, vt meminit honorandus præceptor meus Menoc. in reſp. cauſ. finarien. nu. 68. inſerto immediatè poſt tract. de recuper. poſſ. qui coronati. licèt Menoch. non dicat ſunt ſcuti Gallici, quos ſcutos à ſole nos hodie nuncupamus, vt per Ioſeph. Ludo. deciſ. 36. nũm. 18. & ſeq. in 1. part. & de hac ciuitate Lucenſi firmat Soc. conſil. 275. col. 1. lib. 2. cenſ. 83. nu. 1. lib. 4. Dec. conſ. 403. num. 2. & conſ. 528. lib. 3. dicens ibid. quòd aduertant Lucenſes, & Ianuenſes, ne ſibi accedat, quòd Piſis, Florentiæ, & Senis, ob peccata, aut cõditiones temporum contigit, quæ ſub iugo ſeruitutis cõperiuntur, cùm priùs in ea dulci libertate quieſcerent, & de Piſis inquit † Socin. conſ. 79. nu. 24. lib. 4. de Florentia ſcribit idem author cõſ. 275. lib. 2. & conſ. 81. lib. 1. de Senis loquitur. Bal. conſ. 407. lib. 5. Soc. conſ. 74. libr. 1. & conſil. 63. num. 4. libr. 4. Dec. conſ. 580. num. 2. libr. 3. & conſilio 601. nu. 2. eod. vol. caueant ergò huiuſmodi Reſpub. à diſcordijs, alijſq; inteſtinis, ex quibus ciuilia bella oriuntur, diligantque iuſtitiam, ne à diuitibus pauperes opprimantur.

DVBITATIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Forma legis, conuentionis, & ordinationis obseruanda.*
Forma vitium circumscribit consensum agentium. ibid.
2 *Exactor inuita vniuersitate non potest conuentionis formam commutare.*
3 *Communitas tenetur tot bona pro pignore capta à ciuibus nolentibus soluere taleas acceptare.*
4 *Debitor vbi non potest in pecunia soluere, tunc creditor capiet coactè prædia pro credito.*
5 *Vniuersitas exactore instante potest capere bona per pignus, siue contra laicum, siue contra ecclesiasticum pro taleis.*
9 *Debitoris publici contra bona compulsio admittitur, si non potest soluere in pecunia, & quando hoc procedat.*
10 *Decisio non habet locum, si fit renuntiatum expressè.*
11 *Communitas non imponat taleas, nisi prius excussa bursa communi.*
Iudex potest collectam imponere, vbi villa non habet bursam communem. ibid.
12 *Particulares possunt cogi ad mutuandum communitati.*
13 *Liberatio ab ære alieno, est species acquisitionis.*
14 *Bona vniuersitatis, an possint, vel debeant alienari ante munerum indictionem.*
15 *Communitas, an possit compelli ad indicendum munus pro satisfactione æris alieni.*

VNiuersitas, an teneatur prædiũ captum, per pignus prætorium acceptare? primo aspectu videtur dicendum negatiuè per regulam illam generalem à forma legis, conuentionis, nec ordinationis non est
1 † recedendum. l. cum hi, §. prætor. ff. de transact. l. qui hæredi, & l. Mœuius. ff. de condit. & dem. & vitium formę circumscribit consensum agentium, l. an inutilis, ff. de acceptil. Cum ergò fuerit per ordinem decurionum indictum munus in reali pecuniaria præstatione, & sub tali forma onus exactionis à susceptore assumptum,
2 † ista forma conuentionis non potest per exactorem inuita vniuersitate commutari, ità ut pro pecunia debita vellet adstringere vniuersitatem ad acceptandum prædia. argu. l. fin. ff. de pact.

Contraria tamen sententia, & affirmatiua est verior, quod teneatur vniuersitas tot bona pro pignore capta à ciuibus, & à particularibus loci taleas, vel
3 munus indictum † realiter soluere, non valentibus acceptare, per text. in l. fin. C. de exact. trib. vbi non tolum si particularis, sed diuina domus functiones, per Remp. impositas non agnouerit, prout prior dominus dependebat, prædia eorum publico vendicantur, & curiæ eiusdẽ ciuitatis assignantur, vt publicis commoditatibus; circa tributarias functiones vndiq; nostra prouisione sit consultum; cum igitur recipiat solutionem publicarum functionum, per talem assignationem prædiorum, ergò tenetur communitas prædia accipere pro reali solutione muneris, cũ illud sit propria solutio sui debiti, quàm præstare tenetur particularis, & quàm communitas recusare non potest: quia creditor de iure non licet remittere in prædijs sui crediti satisfactionem, quando debitor nõ potest in pecunia soluere, vel nõ habet alia bona, nisi prædium, tunc remedio prætorij pignoris capiũt prædia pro cre-
4 diti † cõsecutione. crib. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & in auth. hoc nisi. C. de solut. & hoc casu translatio prædiorum permittitur in vniuersitatem. d. l. fin. C. de exact. trib. & præmissa procedunt inter exactorem, & vniuersitatem, secùs autem si negotium agitur inter exactorem, & publicum debitorem, tunc si sit pro munere patrimoniali, aut ordinario, prout tributi annonæ, siue contra laicum, siue contra ecclesiasticum potest capere vniuersitas instante exactore bona per pignus prætorium

Digitized by Google

torium, † vt muneris satisfactionem recipiat.

Nec obstat, quòd forma contrauentionis, legis, vel ordinationis attendi debeat, quia non mutatur forma legis, nec ordinationis, cùm in omni conuentione generali, ordinatione, ac instituto legis tacitè, & virtualiter intelligitur admissa compulsio aduersus bona debitoris publici, † si non potest soluere in pecunia numerata. d.l. à diuo Pio, & d. auth. hoc nisi, & istud procedit in obligatione priuati, & ita in dies practicatur in debitore quantitatis cõstante forma liquidi instrumenti, qua inspecta, condemnatur, & si debitor non valeat condemnationẽ in pecunia numerata soluere, capiuntur bona per pignus pretorium, quæ subhastantur, & plus offerenti deliberantur secundum formam iuris si non extant statuta loci.

Non potest igitur vniuersitas renuere consignationem prædiorum, nisi expressè per exactorem renuntiatum fuisse, nam tunc lex conuentionis seruanda est. l. Lucius. ff. de pos. Bal. in l. 2. C. de rescind. vend. vbi habes, quòd rescissio non habet locum, si sic renuntiatum expressè.

Et nota, quòd communitas non potest imponere taleas, † seu collectas, nisi excussa prius fuerit bursa communis, & sidli de vniuersitate noluerint collectã imponi, Iudex potest eis imponere collectam ipsis prius vocatis vbi villa, aut communitas alicuius loci non habeãt bursam communẽ qua possit solui creditoribus communitatis, latè. Gui. Pap. quæst. 87. in princ. benè verum etiam est quòd ciues, vel particulares loci possũt cogi ad mutuandum ciuitati, seu communitati, † statuto illis mutuantibus alicuio pro vsuris, quæ licitè exigentur, ita. Alber. in Rub. C. de vsur. se obtinuisse in facto in collegio Iudicum Bergom. & quòd præstatio vsurarum pro tali mutuo est legitima; ratio est, quia liberare aliquem ære alieno est species acquisitionis, quòd est, † quid fauorabile l. Species, ff. de acceptil. meritò in vtilitatem Reip. possunt compelli aliqui ciues ad mutuãdum vniuersitati propter vtilitatem, & dicitur vtilitas, quando agitur de deliberãdo vniuersitatem ab ære alieno ob commodum acquisitionis; & præmissa teneas admittenda in ciue, vel alio particulari possidente immobilia, cum, vel sine publica descriptione in territorio aut iurisdictione ciuitatis, vel loci. Sed & hæc & alia, an bona vniuersitatis debeant, vel possint alienari antequam munerum fiat indictio, † & an communitas possit compelli ad indicendum munus, vt satisfaciat oneri ære alieni vide Aegid. Thomas in tractat. de collect. pag. mihi 386. & seq.

DVBITATIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Testes de vniuersitate non probant pro ea declara vt ibid.*

2 *Interesse dicitur in re habere qui in ea potest agere, vel excipere.*
Testes de vniuersitate non possunt proprio nomine agere, nec excipere ibid.

3 *Testibus de vniuersitate non creditur, cum alij possunt adhiberi.*

4 *Patriæ nascimur.*
Filio proprio licet patrem perduellionem interficere. ibid.
Patriæ potest suo ciui, & incolæ imperari. ibi.
Patriæ potestas maior in ciuem, quam patris in filium. ibid.

5 *Finium in materia admittuntur testes de vniuersitate.*
Declara vt ibid.

6 *Salariatus ab vniuersitate non admittitur in testem pro ea.*
Testis de vniuersitate quando non admittendus. ibid.

VNiuersitatis testes pulchrum est scire, an, & quando probent pro communitate vel contra eam? & dicas, quòd licèt testes de vniuersitate sęculari non
1 probent pro ea, & est † communis opinio vt dicit. Dec. in c. insuper col. 2. nu. 6. ext. de testibus, & videtur procedere etiam in causis onerum. Abb. consi. 16. in 1. vol. Felyn. in d. c. insuper. Iaſ. in l. sed si hac lege. §. patronum col. 2. versi. 3. limita. ff. de in ius voc. Afflic. decis. 400. col. 5. versic. his præmissis, maximè vbi omnes de vniuersitate agerent, vel syndicum constituissent, vel deponerent, quo casu indistinctè etiam in casibus quibus aliàs admittuntur, puta quando non tractatur de eorum interesse, non essent testes aliquo in casu idonei ex quo essent testes in facto proprio. Afflict. d. decis. 400. col. 5. versic. fallit nisi quando tamen tractatur de probando actu facto in consilio, vel congregatione, in quo, vel qua, communiter nō admittuntur nisi illi de vniuersitate: tunc pro ipsa vniuersitate admittuntur testes vniuersitatis in ciuilibus, & criminalibus. Hypol. sing. 33. Gramm. consil. 26. incip. in causa matrimoniali nume. 37. c. veniens il 2. vbi text. in fin. gl. Abb. Fel. & alij de testibus. c. tertio loco vbi doctores de probat. nisi tamen omnes agerent vt suprà dixi. Bald. in d. c. tertio loco. Afflict. d. decis. 400. sed in casu quando testis pro vniuersitate sua recipitur in ciuilibus, cum scilicet aliūdè probationes non possunt haberi, puta in electionibus, quæ secretò inter ipsos de vniuersitate fieri tantummodo solent, vt per gl. d. c. tertio loco, & per Bar. in l. tantum. §. vniuersitatis nume. 1. ff. de rediuis. Declarandum puto, vt tunc demū procedat, cùm in negotio illo nec actu, nec habitu alter, præter eos qui sūt ex vniuersitate, potuit interuenire, secùs si habitu potuit interuenire, & non interuenit, veluti, si negotium adeò secretum erat, vt extraneo nulla ratione cognitum esse debuisset, vel quid simile cueniſſet: ita omnes declarant in l. cōsentiu. C. de repud. Petrasan. sin. 24. Dec. consil. 311. nume. 3. versi. & in isto. Ruin. consi. 120. num. 8. & consi. 149. num. 35. lib. 5. Pariſ. consi. 15. num. 32. lib. 2. Marsi. sing. 73. Rol. à Val. consi. 24. num. 67. lib. 1. & qualitas hæc nullos, scilicet testes exteros in actu illo interuenisse, nec interuenire potuisse, est deducenda, & probanda. ita. Alex. consi. 64. num. 5. lib. 1. Grammat. consil. 58. num. 4. Plot. in l. si quando num. 149. C. vn. vi.

Declarandum etiam censeo, quòd quando recipiuntur in ciuilibus testes pro sua vniuersitate, illi testes absolutè, & perfectè non probant, & sic non plenè. Alex. d. consi. 64. num. 5. lib. 1. Marsi. sing. 73. Rol. d. consi. 24. num. 69. lib. 1.

Et quòd dictum est testes vniuersitatis probare, cùm nullum ipsi commodum sentire possint ex causæ exitu, intellige, quando soli testes vniuersitatis extant, & commodum vel incommodum, quòd à causæ exitu prouenit, solam vniuersitatem & non singulos de vniuersitate afficit, vt cum agitur delegato ciuitati, vel collegio vel monasterio pro ædificijs extruendis vel efficiendis relicto: iuxta text. in l. ciuitatibus. ff. de leg. 1. tunc enim testes vniuersitatis recipiuntur. ita Bar. in d. §. vniuersitatis, & cum Bart. concurrit omnium receptissima opinio. Alex. consi. 68. nu. 14. lib. 2. Felyn. in d. c. insuper col. 1. vb. Dec. num. 7. extra de testib.

Ideò sic ad confinium probationem admittuntur testes de vniuersitate ita Ruin. consi. fin. num. 16. lib. 4. post Bald. quem refert. Rip. in l. 1. §. sin autem collegium. num. 2. ff. ad Trebell. & probatur in d. c. 3. loco de probat. quia cum is à testimonio repellatur cum de suo interesse agitur. l. testis idoneus. ff. de testibus ideò quia testis de vniuersitate nō agit de proprio interesse, poterit testimonium ferre.

Et dicas illū in re aliqua interesse hīc qui

2 qui agere † poteſt vel excipere. l. 2. §. fe-
dalius. ff. quando appell. ſit. l. ſed ſi vnus
§ procurator. ff. de inſtru. ſed teſtes de vni-
uerſitate non poſſunt ſuo eorum no-
mine proprio agere, nec excipere. c. cau-
ſam il. 1. de iudic. c. edoceri de reſcr. cle.
religioſis de procurat. ergo de eorum
intereſſe non agitur.

Contra hanc tamē magis receptam opinionem ſenſit. Aret. inſtit. de re di-
niſ. in prin. nu. 1. quem ſecutus eſt Petra
Sancta ſing. 24. qui aiunt, quod cum alij
teſtes adhiberi potuerunt præter iſtos,
illis de vniuerſitate non eſt adhibenda
3 fides † ex l. conſentiu. § ſuper plagis. C. de
repud. arguendum ibid. a contrario ſen-
ſu. Sed reſpondeas conſtitutionem illā
loquiin vere domeſticis, qui in domo
cohabitant, id quòd ſentiens petra
ſancta ſubiungit, maiorem eſſe affectio
nem illam quam quis erga patriam ha-
bet, quam illa ſit, quam habet erga pro-
4 prium patrem, qua † patriæ naſcimur.
l. 1. §. & generaliter. ff. de vent. Inſpic.

Hinc multi dixere, licere filio pro-
prio patrem per duellionem interfice-
re. l. minimè. ff. de relig. & ſumpt. fun. &
patria poteſt ſuo ciui, & incolæ impera
re. l. veluti. ff. de iuſt. & iur. imò ſcribit
Bart. in l. 1. §. quòd ſeruus. ff. de vi, & vi
armo. ex l. poſtliminium. §. filium. ff. de
capt. maiorem etiam eſſe poteſtatem
patriæ in ſuum ciuem, quam patris in
proprium filium.

Et quia dixi in materia finium admit
5 ti probationes teſtiū † de vniuerſitate,
vt abūdè ſcias hoc declarare vide. Ma-
ſcard. de probat. conci. 395.

Addo quod teſtes predicti de vniuer
ſitate non admittūtur aliquo modo in
ſubſidium, ſed propriè, & directo, vt p.
Felyn. in d. c. inſuper num. 7. poſt Abb.
ibid. de teſti.

Sed non procedunt prædicta de ad-
miſſione teſtis de vniuerſitate quando
aduerſarius vniuerſitatis alios teſtibus
contrarium probaſſet, nam in pari
cauſa, maior fides eſt adhibēda illis, qui
etiā hac qualequali ſuſpicione carent
ita. Abb. in d. cap. inſuper num. 2. Afflic.
deciſio 400. numero 8.

Prout etiam idem dicendum eſt nō
eſſe admittendum teſtem de vniuerſita
6 te, qui eſſet etiā † ſalariatus ab illa vni-
uerſitate. ſic reſpondet. Dec. conſil. 94.
nume. 2.

Nec etiam eſt admittendus teſtis de
vniuerſitate, quando magna eſſet affe-
ctio ob annexum commodum. Felyn.
de. inſuper num. 5. Ias. in l. ſed ſi hac. §.
patronum. in fi. ff. de in ius voc. Soc. tra.
Fallen. reg. 408. fallen. 5. prout quando
magna eſſet controuerſia iuriſdictio-
nis vel finium. Sed bonus iudex perpē-
det in hoc, an tanta ſit horum teſtium
hac de cauſa affectio, vt repelli de iure
poſſint ita in ſpecie admonuit. Didac.
Couar. lib. pract. quæſt. 18. num. 4.

DVBITATIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes de vniuerſitate non ſunt idonei vbi agi-
tur de paſcuis.*
2 *Singuli de vniuerſitate poſſunt capere ligna in
contentioſis nemoribus.*
*Teſtis non eſt idoneus in ſua cauſa principa-
li. ibidem.*
3 *Legatarij quomodo probentur teſtes in cauſa
teſtamenti.*
*Legatarius non eſt idoneus teſtis in cauſa cō-
modi quòd euenit in conſequentia. ibid.*
4 *Teſtes de vniuerſitate non probant in cauſa
commodi etiam indirecti.*
Teſtes de vniuerſitate quādo reijci debeāt. ibi.
5 *Teſtes de vniuerſitate non ſunt idonei contra
creditorem illius declara. vt ibid.*
6 *Clericus non eſt teſtis idoneus pro ſua ec-
cleſia.*
*Teſtis de vniuerſitate non admittitur in cri-
minalibus, ibid. & quando admittatur. ibid.*
7 *Par cauſa affectionis tollit ſuſpiciones.*
Coniunctus pro coniuncto eſt teſtis ibid.
8 *Teſtis de vniuerſitate in criminalibus quando
admittatur.*

Quid

QVidcrit dicendum quando causa esset ciuilis totius vniuersitatis, sed singuli commodum sentirent in particulari, an admittendi tunc sint testes de vniuersitate? resoluc, quòd tunc non sunt idonei testes, veluti, si agatur de pascuis vniuersitatis, in quibus singuli de vniuersitate, sua animalia depascere
1 solent, † ita de pascuis scribit. Cæpol. tract. seruit. rust. præd. cap. de seruit. iuris pascendi, nu. 18. Couarr. lib. pract. quæst. cap. 18. nu. 4. qui alios eiusdem sententiæ refert. Craue. de antiq. temp. 7. particula primæ partis, prin. nu. 19.

Idem dicas de nemoribus contentiosis, in quibus singuli de vniuersitate li-
2 gna accipere possunt, † vt per Dec. in c. insuper, nu. 6. de testib. Alex. cons. 99. nu. 15. lib. 5. quo loci declarat non procedere, quando absolutè his non liceret ligna capere, sed necesse illis esset aliqd publicanis soluere, & ab eis licentiam petere, ratio potest esse, quia sicut idoneus testis, quis nō est in sua causa principali, l. in omnibus, C. de testib. ita, nec in causa est, qua in consequentiam cōmodum sentire potest, illa enim commodi affectio oculos caligmare credit.

Et quamuis Petra sancta singul. 24. in fin. tueatur opinionem contrariam motus ex text. §. legatarijs. Instit. de leg. vbi Imperator Iustinianus constituit, legatarios idoneos esse testes in causa testamenti a quo legati cōmodum sentiunt,
3 † licèt etiam Bart. in l. qui testamento. ff. de testam. & omnes Doct. in l. dictantibus. C. eod. scribant, legatarium hunc non posse in particulari testimonium super eorum legato ferre, sed solum in vniuersum, quòd etiam affirmat. Bello. cons. 14. nu. 7. & Crau. cons. 232. nu. 9. tamen idem est ratione commodi, quod in consequentiam venit, sed respondeo ad d. §. legatarijs, ibi speciale esse in causa testamenti, quia legatarij non sunt iuris successores, & quia testamentum satis confirmatur testibus adhibitis, l. si quis ita. ff. de verb. obli. Si ergo relictum est legatum testibus, quo testamenti faciendi negotium facilius explicetur, & ob testimonij meritum, aliquid eis datur, non debet euertere testamentum hoc, quòd ad eius confirmationem est factum, argum. l. legata inutiliter. ff. de adim. legat. ita satisfacit Vigilius in d. §. legatarijs.

Imò extendo, vt testes de vniuersitate non probent, †si per indirectum cōmodum, vel incommodum, ex causa
4 sentiunt, vel sentire possint, & si non sentiant de præsenti, puta si esset contētio super executione gabellarum, & collectarum, quamque in communi ponātur, & ab exactoribus vniuersitatis exactio fiat nihilominus, quia particulares ex hoc sentire possunt commodum, vel detrimentum, commodum, videlicet, quia si fieret exactio ab aduersarijs, ipsi minus solucrent, detrimentum, quia si aduersarij exigi non possent, ipsi plus solucrent. ideo illi testes de vniuersitate reijci debent, ita interrogatus respondit. Fulgos. cons. 174. colum. 2. vers. sed, & alia occasione, & Afflict. dec. 400.

Adde doctrinam. Bald. cons. 443. lib. 10. qui a respondit testes vniuersitatis nō esse idoneos pro vniuersitate cōtra creditorem vniuersitatis, † quando pro so-
5 lutione illius debiti necesse haberet vniuersitas collectam indicere, & a singulis de vniuersitate eam exigere, sic docuit. Iaf. in l. sed si hac. §. patronum, in fi. vers. 3. limita. ff. de in ius voc. idem scribit. Craue. de antiq. temp. 7. particula primæ part. princ. nu. 20. Bal. cons. 391. li. 1.

Et licèt videtur aliter sentire Alexan. cons. 68. nu. 14. lib. 2. & cons. 99. num. 16. lib. 5. quem vitus est tegni Decius cons. 342. num. 3. & Rubeus cons. 8. num. 12. tamen posses intelligere Alexandrū, & cæteros loqui, quando omni casu particulares ista matum soluere debent, &
8 hanc interpretum discordiam vt conciliare, Craue. loco prælit. nu. 21. videlicet

Baldi

Baldi opinionem procedere, quando certum est collectum esse imponendã, illam vero. Alexandri, & aliorum, quãdo est dubium, & incertum.

Idem dicas in clericis non habentibus collegium, † vt in prælato, tunc enim nec is idoneus testis est pro sua ecclesia. ita Felyn. in c. insuper num. 8. post Abb. ibi de testib. Soc. tract. fallen. regu. 408. fallen. 4. Bellon. cons. 63. num. 13.

Prout idem dicere debes in causis criminalibus, in quibus testes de vniuersitate pro ea, vel pro aliquo ex illa testimonium dicere non potest: communẽ sententiam esse in hoc scribit Felyn. in d. c. insuper num. 4. de testib. & texin c. insuper prudentia 14. q. 2. & cap. 1. 3. q. 5. & fortius hoc procedit, quando tota vniuersitas deliquisset iuxta. tradita p Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœn. & scripsit D. meus Menoch. de recuper. poss. rem. 9. num. 124. nam tunc omnino reijcet testis de vniuersitate per tex. in l. semper. §. 2. ff. quod vi aut clam.

Posset tamen testis de vniuersitate in criminalibus dicere testimonium, quando vnus de vniuersitate testimonium diceret contra alterum eiusdem vniuersitatis. ita Felyn. in d. cap. insuper num. 4. & vers. 2. nota vbi. Dec. num. 10. de testib. Bellon. cons. 63. in fine. ratio potest esse, † quia per affectionis causa tollit suspicionem. l. non solum. ff. de ritu nupt. glo. in c. cum olim de off. deleg.

Sic videmus coniunctum pro coniuncto posse testimonium ferre. Bal. in l. qui testamento. C. de testam. Dec. in l. qui iurisdictioni num. 7. ff. de iurisdict. omn. iud. Cora. lib. 3. Miscella. iuris cap. 7. in fine.

Potest pariter testis de vniuersitate in criminalibus testimoniũ ferre, quando vniuersitas est magna Felyn. d. c. insuper num. 4. vers. 3. nota, quod & ibi Dec. num. 9. Bellon. d. cons. 63. in fin. ea nempè ratione, quia cessat illa familiaritas, & conuersatio, quę militat, quando vniuersitas est parua. c. repellatur de accus.

Prout quoque testis de vniuersitate in criminalibus admittitur quoad probandam Innocentium, ad quam probãdam etiam domestici admittũtur ita. Dec. cons. 459. num. 8. Crane. cons. 119. num. 9.

DVBITATIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum collegium, vel Communitas, an possit ignominia afficiè*

2 *Vniuersitas est corpus fictum nec illi conuenit cessionis forma faciendi in publico foro, & lapide.*

3 *Statutum penale loquens de persona vera, nõ extenditur ad representatam.*

4 *Persona appellatione strictè non venit vniuersitas, aut capitulum.*

5 *Lex puniens offendentem personam Cæsaris, non procedit in Communitatem habentem iura Cæsaris offendentem.*

6 *Cessio ignominiosa est loco solutionis Romæ cedentes bonis gestant birretum viride. ibid. & quibus priuentur beneficijs ibid.*

Niuersitas, vel capitulum, an possit ignominia afficiè.

1 Hæc dubitatio seruit ad hoc exemplum, & alia exẽpla huiusmodi similia; extat in specie statutum de cessione facienda super l. pide communi, vt teneantur debitores cedentes ignominiosum forum cedere, quæro an vniuersitas quæ sit debitrix, & velit cedere bonis, affici debeat ista ignominia, & resp. quod non, quia vniuersitas est quoddam corpus fictum & ei non conuenit præfinita illa cessionis forma. † Iaf. in l. si quis maior nu. 7. C. de transl. ex l. mortuo. ff. de fideiuss.

2 Imo statutum loquens his verbis, si quis, quicunque, & his similibus, veluti siquis cedere voluerit bonis, debeat in foro publico super lapidem existente illis cedere nam huiusmodi verba, siquis, quicunque, & his similia, non cõ-

prę-

prehendunt vniuersitates, vt annotauit. Iasd.l.siquis maior num.7. vers.2.& fortius. & plura habentur per Calcan. cons.1.num.2.& seq.Paris.cons.21.nu.3. lib.4.& cons.124.in fin.Rebuff. tract. de pacificis possessio.nu.6.

Ratio est,quia statutū pœnale loquēs de persona vera, non extenditur ad repræsentatam ideò statutum pœnale loquens in prælato, nō extenditur ad capitulum, nisi expressè per ius extendatur refert,& sequitur Dec.cons.486.col. 1.in fin. & in l. si familia in vlt. notab.ff. de iurisd.om.iud.& fortius voluit. Dec. cons.44.in fin. quòd appellatione personę in materia stricta non veniant vniuersitas, aut capitulum, licèt statutum loquatur vniuersaliter, faciendo mentionem de quacunq; persona, quòd tamen dictum non affirmo, quia contrarium tenet Alex.cōs.216. col.pen. post med.lib.2.& ad idem adduco.Soc.cons. 275. colu.vlt. vers.confirmatur ista opinio.lib.2. vbi habes, quòd dispositio l. quicquid.c.ad l.Iul.maiest.quę est pœnalis,non habet locum in vniuersitate,nō recognoscente superiorem, & sic illa dex puniens offendētem personam Cęsaris, † non habet locum in offendente vniuersitatem habentem iura Cæsaris. de quo vide latè per Calcan. cons.1. & nota, quod ignominia illa in proposito iamdictæ cessionis loco solutionis subrogatur ex † l. fin. ff. de in ius vocan. imò præter illam ignominiam percutiēdi lapidem natibus, vel gestandi birretum viride, vt moris est Romæ, illa etiā adijcitur, quòd tanquam infamis priuatur omni beneficio, & munere ciuitatis, imò nec ferre testimoniū pōt, vt de hoc sępè accepi ad esse,& uigere ciuitatū statuta,et de hac ignominia cessionis bonorū quę pœna dī corporalis,& succedit loco pecuniarij debiti, habes argūtè glosa in c.sicut dignum. §. eos insuper de homic. quam singularem ibi dicit. Fely.ibid.& ante eum Roman. sing. 24. faciunt notata per Guid.Pap.quæst.343. de cuius decisione plurimum dubitauit.Didac.lib.2.variar. resolut.cap.1.nu. 6.in fi.in eo, videlicèt,quòd Guido vult debitum mutari in illā cessionem, quia Didacus vult, quòd per eam nec ciuilis nec naturalis obligatio tollatur, sed sola paratur exceptio quæ tamen Didaci ratio procederet,si nuda atque iuxta communem iuris dispositionem, & formam esset:at cùm ignominiosè fit, illa est pœna quæ loco solutionis, vt suprà dixi,subrogatur, & ita teneas.

DVBITATIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Multa traduecunt cum vniuersitate, quæ aliàs non transirent.*

2 *Castrum alienans etiam merum, & mixtum Imperium alienasse dicitur accedente principis consensu. Declara vt ibid.*

3 *Hæret censetur idem cum defuncto.*

4 *Feudum non venit in generali bonorum alienatione.*

AN cum vniuersitate multa trāseant, quæ in particulari, vel aliàs non transirent, & quid ex hac dubitatione inferri possit.

Primo propterea regulam, quòd multa transeunt cum vniuersitate,quę aliàs non trālirent l.1.ff.de fundo dot.l.quædam.ff.de acq.re.dom. Alex.in l.1.num. 77.ff.de off.eius infero, quod vniuersitas,vel quilibet alius Castrum alienans etiam merum, † & mixtum Imperium, quod in eo habet, alienando illud etiā principis cōsentu, alienare dicetur.Bal. in l.inter eos.ff.de acq.poss.vbi etiā.Bar. qui idem tenet in l.1.§.cum vrbem.ff.de off. præfect. vrb. Rom.& cons.444. col. pen.Didac.lib.pract.quæst.cap.1.nū.10. ratio est, quia hac contingit ex præmissa regula,quia cum vniuersitate transit, Castrum enim quid vniuersale dicitur. l.pupillus.§ territorium.ff.de verb.sign. l.1.

Digitized by Google

l.1.§.in initio. ff.de off.præfect.vrbis.Fel. in c.Rodulphus num.15. de reſcr.

Hæc tamen regula non procedere videtur in his quæ iuriſdictionis ſunt, vt declarat Imol.poſt Butr. in clem.paſtoralis de re iud. Fely.in c.ſiquis clericum colu. vlt.vers.6. de foro compet.probat tex.in c.2. de off.vic.in 6.& dicta regula in d.l.quædam.ff.de acq.rer.do. videtur eſſe ſpecialis tantũ fauore hæredis, qui
3 cenſetur idem cum teſtatore, † authen. de iureiur. ad moren. præſtit.in prin.ita declarat.Ang.in l.1.ff.de of.eius.vbi.Purpur.n.471. Homod.Signorel.cõſ.12.n.2.

Sed è contrario ſcire debes, quòd in generali ac vniuerſali bonorum alie-
4 natione non venit † feudum.c.in generali ſi de feu.fuc.controu. Aluarot.inter conſilia. Brun. conſ. 121. nu. 36. vbi nu. 33. refert ſpiritualia, vt omninò in alienabilia non tranſire cũ vniuerſali alienatione omnium bonorum, vt docuit Innoc. in c. ex literis de iurepatr. ſic ergo regulam formare potes in cõtrariũ, vt probatur ex l.chorus de leg.3. & ex l. 1.ff. de off.eius ſicque potes etiam inferre, quòd quæ meri ac mixti ſunt Imperij per inferiorem à principe alienari non poſſunt, & ſic nec cum vniuerſitate tranſmitti: vnde rectè dicebat Purp. in d. l. 1. de off.eius num. 473. relata intelligi, cùm in vaſſallo eſt poteſtas alienandi feudum vnà cum mero, & mixto Imperio in eo reſidente, vt quia erat feudatarius perpetuus, qui talibus à iure permiſſis vendat. Sic etiam declarauit quidam Doctor in conſuetu. Pariſ. tit. 1. §. 1. glo. 5. num 48. & ita ſentire videtur. Didac. d.lib.pract.quæſtio. d.c.1. num.10.

DVBITATIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas tenetur ex facto adminiſtratorũ. Conſilium quod facit, id facit Populus ibid.*
2 *Communitas puniri poteſt de rebellione; dato quòd aliqui ſint Innocentes, vbi delinquunt ſolemniter congregato conſilio.*
3 *Rebellis quis dicatur.*
4 *Rebellionem non reuelantes puniuntur vti ei authores.*
5 *Crimen læſæ maieſt. quot modis committatur.*
6 *Conuenticula qualiter puniantur.*
7 *Communitas quomodo poſſit etiam puniri pœna rebellionis.*

VNiuerſitas, an teneatur ex facto adminiſtratorũ, & quid de rebellibus? In hac dubitatione teneo eſſe reſoluendum, quod vniuerſitas ex facto adminiſ-
1 tratorũ teneatur, † quia quod facit cõſilium, dicitur populus facere, vt dicit Ange.in l.metum.§.animaduertendum in fin. comment. ff.quòd met.cauſ.ideò ſecundum Angel.ibid.& ſecundum Io. de Anan.in c.dilectus il 2. de ſimon.facta per regentes vniuerſitatem, vel populũ facta videntur per vniuerſitatem, taliter, quòd vniuerſitas ex facto adminiſtratorum teneatur, licèt vniuerſitas poſſet contra adminiſtratores pro intereſſe habere recurſum.

Hinc dici poteſt, quod tota vniuerſi-
2 tas, † & communitas puniri poteſt pœna rebellionis, eſto, quod aliqui fuerint contradicentes, & aliqui fuerint, & ſint Innocentes, eo quia vt dicunt. Bart.in l.aut facta.§.delinquunt. ff.pœn.& Abb. in d.c.dilectus il 2.de ſimon.quando regimina deputata delinquunt conſilio, ſcilicet, ſolemniter congregato, totus populus interpretatiuè dicit deliquiſſe.

Iuuatque ad cognitionem huiuſcæ illationis, ſcire quòd rebellis, quis dici-
3 tur, qui à ſubiectione † ſuorũ dominorum ſubtrahere ſe voluit, & alieno domino ſe ſubijcere, & ſe franchũ facere, ac iura dominorum extinguere, & vſurpare, & in alium transferre per not. per Bart. in extrauag. ad reprim. in verb. rebellis, & Bald. in l.amiſſione. §. qui deficiunt vbi glo. ff.de cap. dim. imo ſecundum. Bartol. ibi. etiam dicitur rebellis

Digitized by Google

qui si hostem demonstrat, & qui se ad hostes transfert, & generaliter deuiat à fide, & secundum. Abb. in capit. sanè de offic. delegat. ille dicitur rebellis qui domino eius resistit, vel est inobediens, licèt omnis inobediens non sit rebellis.

Imò loco præcitato in prin. dicit. Bar. quod deprædans dominum proprium etiam in re modica propriè est rebellis per text. etiam in l. si quis aliquid. §. 1. ff. de pœn.

Et aduertendum quòd in rebellionem dicuntur incidere, non tantum au-
4 ctores † rebellionis, verum etiam scientiam habentes, & illam non reuelantes vt not. Bar. in l. vtrum. ff. de patricid.

Et quamuis crimen læsæ maiestatis propriè non committatur nisi contra supr. æmum principem, vel non recognoscentem † superiorem: vt per Salyc.
5 Et alios in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Bald. in l. data opera col. 4. C. qui accus. non poss. attamen contra quemlibet dominum suum habentem suprà aliquem iurisdictionem: etiam propriè crimen læsæ maiestatis committitur. Io. And. in c. felicis vbi. Gemin. in 5. vel 6. quæst. de pœn. Paul. de Castr. in l. 3. C. de episc. aud. Bal. in d. l. data opera colu. 4. dùm dicit idem de concitantibus populũ, & de his qui ad hostes confugiũt, & secreta domini sui manifestant, quo casu pœna est amissionis bonorum, vt consuluit. Marian. cons. 22. & probatur ex text. iunct. glos. in l. 1. C. de sedit. dùm ibi obligetur, quòd incitãs plebem cõtra castrum pro deponendo ius dicentem: debet puniri graui pœna: quam gl. ibi dicit esse mortis, aut suspensionis ad furcas, aut subijciendi bestijs, aut deportationis.

Pœna etiam conuenticularum illi-
6 citarum est grauis, † vt per Bald. & scriben. in §. conuenticulas. de pace iuram. firm. & per Docto. in l. conuenticulam. C. de episco. & cler. & Card. in clem. pastoralis. 7. notab. de re iud.

Alio etiam fundamento communitas posset puniri pœna rebellionis, quia secundum Ioan. de Ana. in d. c. dilectus,
7 † il 2. de simon. cum quo transit. Fely. in c. cum omnes 6. declaratione de const. post Petr. de Anchar. cons. 153. licèt delictum non fiat conuocato consilio, si tamen habet causam successiuam, vt rebellio, & guerra, & similia, censetur propter tollerantiam delictum vniuersitatis, ac communitatis, quasi tacitè ratificatum, & maximè quia, vt dicunt. Bart. & Doct. in locis præallegatis, sufficit factum maioris partis, & non tantum singulares personæ quæ delinquerunt, possent puniri per se, imò etiam vniuersitas simul: vt declarat Bart. in d. l. aut facta. §. delinquunt. ff. de pœn. & Abb. in d. c. dilectus de simo. vbi. Io. Ana. & Bart. d. §. delinquunt, dicunt, quòd propter rebellionem Bononia semel fuit submissa aratro sicut Carthago, etsi ex gratia fuerit reædificata, & quòd Brixia quandoque propter rebellionem fuit ad hoc condemnata vt subijceretur aratro, licèt talis ex gratia fuerit remissa.

DVBITATIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Villæ quarterium potest statuere super modo expediendi pertinentia.*

2 *Congregationes quæ fiunt ad bonum finem nõ sunt reprobatæ.*

3 *Syndicorum in constitutione, & in ordinationibus necessaria est superioris auctoritas.*
Ordinamenta possunt fieri sine magistratu. ibi.
Senior potest ad sonum campanæ vocare singulares. ibid.

4 *Disciplinati licitum faciunt collegium, et sine magistratu possunt vniri.*
Villa vel eius quarterium licitè possunt se vnire. ibidem.
Syndicus capitur pro procuratore. ibid.

5 *Villa nec eius quarterium potest sibi assumere nomen vniuersitatis sine licẽtia superioris de iure, sed excusatur si assumat.*

Quarterium

6 *Quarterium villæ non poteſt ſe vnire, nec collectam imponere.*

7 *Villa tantum profuit neceſſitatibus poteſt collectare.*

Quarterij homines non poſſunt ſe vnire pro habendo macellarium, vbi domini illius villa habent ius in macello. ibid.

Num quarterium villæ, vel populi vtrum poſſit condere ſtatuta, & ordinationes ſuper modo expediendi ea quæ pertinent ad ipſum quarterij, & an pro iure macelli, vel collectę impoſitione vnio per quarterium alicuius loci facta, poſſit p loci dominū puniri?

Dicas ergò, quòd vnum quarterium villæ vel populi poteſt condere ſtatuta, & ordinationes ſuper modo expedien
1 di † ea, quæ pertinent ad ipſum quarterium ſecundum. Bart. in repet. l. omnes populi. in 2. q. ff. de iuſt. & iu. & propterea idem. Bar. in l. fin. 2. quæſt. in fin. eo. tit. dicit reprobatas eſſe ſectas in ciuitatibus, quando non fiunt ſuper his, quæ habent ſimul tractare, ſecus dicendum eſt, quando conueniebant, homines ſuper his quæ pertinent ad eorum commodum, & ipſius populi, ex eo quia iſtæ congregationes gentium quæ fiunt ad
2 bonum finem, non ſunt † reprobatæ: vt declarat. Aluaro. & præpoſ. in §. conuēticulas de pac. iur. firm.

Et in hmōi conuocatione, ordinationibus eorū ac cōſtitutione ſyndicorū q̄ ſinguli, faciūt, & vt ſinguli vr̄ neceſſaria ſuperioris vel magiſtratus auctoritas. vt per Bar. in l. nulli 1. quæſt. ff. quòd
3 cuiuſque † vniu. nom. & per Bal. in l. 1. C. de ſer. reip. ma. ideò. Bald. in d. l. nulli 2. col. 4. requiſito. ff. quòd cuiuſque vniu. nom. dicit, quòd in concernentibus adminiſtrationem, poſſunt conſtituere ſyndicum, & ordinationes facere ſine magiſtratu, & in 2. requiſito dicit, quòd ſenior ad ſonum campanæ poteſt vocare ſingulares.

Videmus etiam quòd diſciplinati licitum faciunt collegium, ſicuti & villa,
4 ſeu vnio villæ vel † quarterij cauſa faciendi vt per Bar. & Bal. in d.l. 1. in prin. ff. quod cuiuſque vniu. nom. & Bar. in l. fin. 2. queſt. C. de colleg. illic. vbi dicit in 3. quæſtione quod poſſunt vniri ſine magiſtratu.

Si dicatur quòd illi de prędicto quarterio fortè creauerunt ſyndicum, quia vti ſyndicum, creare non poſſunt ſed vti procuratorem, vt per Ang. in l. 1. in prin. ff. quòd cuiuſque vniu. nom. quia ſyndicus capitur pro procuratore. vt p Bar. in d.l. 1. §. omnibus, ideoque procuratorem ſub nomine ſyndici etiam poſſunt creare.

Et ſi fortè aſſumpſerint illi de prædicto quarterio ſibi nomen vniuerſitatis, etſi tale quarterium non ſit vniuerſitas per ſe, ſed ſimul cum loco villæ totius,
5 † quia vniuerſitatis nomen aſſumere non poteſt villa, nec quarterium ſine ſuperioris licentia: vt per Innoc. in c. cū ab eccleſiarū. 1. col. de off. ord. & Bar. in l. fin 2. q. C. de colleg. illic. & Bald. in d.l. 1. in prin. ff. de cuiuſque vniu. nom. Nihilominus poteſt illud quarterium excuſari, quia non reperitur hoc punibile maximè, quia ver ſimiliter poſſūt ne ſcire quid ſit vniuerſitas, & in hoc dominus non communiter offendi.

Sed quicquid fuerit ſuperius deductum, dicas, quod illud prænominatum quarterium villæ non poteſt ſe vnire,
6 † alias omnes quotquot fuerint vniti dicentur delinquere. Ratio eſt, quia vnio & congregatio gentium quæ non fit auctoritate ſuperioris, videtur illicita ſecundum. Bald. in d. §. conuenticulas de pac. iur. fer. & in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cler.

Nec poteſt huiuſmodi quarterium imponere collectam quia illius impoſitio eſt actus iuriſdictionis, & non niſi
7 ab habentibus † iuriſdictionem poteſt imponi. vt per Salyc. in l. neminem. C. de ſacroſ. eccl. Angel. & Imol. in l. 4. §.

Digitized by Google

actor. ff. de regul. iuris.

Villa duntaxat vniuersitatem faciēs, potest suis necessitatibus collectam imponere, vt tetigi in præmissis quæstionibus.

Et quoad macelli ius teneo, quòd vbi domini illius villæ vel communitas, habent ius in macello, quòd homines prædicti quarterij non possint sese vnire pro habendo macellarium, quia ista vnio reperiretur ad actum illicitum, & ex his sit expedita hæc dubitatio.

DVBITATIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Villæ vel castri prætor, an possit iudicare in causis dominorum?*

2 *Potestatis officium durat vsque ad aduentum successoris.*

3 *Dominus non potest cognoscere de iniuria facta sibi, vel alicui de eius familia.*
Iudex quis non debet esse in causa propria ratione etiam partis. ibid.

4 *Affinitas causat suspicionem sed non tollit cognitionem inter eos qui sunt de eadem familia.*

5 *Iura prohibentia in casu simplici non habent locum in casu mixto.*

6 *Superior non potest se intromittere de primis causis in terris vasallorum.*
Homines Baronis tenentur Baroni potiùs quàm Regi parere. ibid.
Interpretatio iuris fauorabilis est amplectenda. ibid.

7 *Dominus & con dominus vel eius potestas potest cognoscere delictum notorium, distingui etiam solet vt. ibid.*

8 *Potestas seu prætor negligens in inquirendo potest puniri vt conscius.*
Iudex est suspectus extra iudicialiter ininsiè procedens volens deinde iudicialiter procedere. ibid.
Suspectus item est, quando assumit defensionē iurisdictionis sui Tribunalis cōtra dominos.
Item quando quærit impedire ne homines iuerint pecum cum dominis. ibid.

Villæ, vel Castri Prætor, seu potestas, an possit iudicare in causis dominorum breuiter concludendum puto, † cognitio spectet ad Potestatē, qui habet cognitionem, quam habent ipsi domini, & cohertionē meri imperij, cùm ipse prætor, seu potestas ab hominibus, & Communitate eligatur, & per dominos confirmetur, communitate proponente tres ad minùs, & dominis alterū ex eis cōfirmantibus, & ratio, quare domini non possent committere, & quare eorum commissarius cognoscere non posset, est, quia prohibetur de iure dari commissarius is, quē pars petit dari, & fortiùs ipsa pars dare prohibetur, & quia cuius prohibetur postulatio, & eius effectus prohibetur: sed sic est, quòd potestas non eligitur nec nominatur à dominis, sed à communitate, ergò ad ipsum potestatem spectabit cognitio, imò quia ambo cōcurrunt in eius deputatione, videlicet, communitas, & domini, est par eius affectio, ita vt omnis hinc inde cesset suspicio in potestate. l. nō solum. §. de vno ff. de ritu nupt. notant. Bar. Ang. Alex. & Moderni in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud.

1

Eoque magis hæc militant, quando consuetudo esset generaliter in loco, quòd iste potestas cognoscat de offensis quas faciunt homines, & subditi ipsis dominis, quo casu etiam ex hoc solo posset dictus potestas cognoscere. vt p. Alex. d. l. q iurisdictioni vers. nono vbi consuetudo, vbi etiam moderni, post Doct. in c. cum contingat de for. comp. sic vult. Bar. in l. 2. 2. lect. 2. colu. ff. si quis iusdic. non obtemp. est tex. cum gl. in c. 1. de pēnis in 6. cuius siquidem potestatis officium † durabat, & durat vsque ad aduentum successoris. l. meminisse. ff. de offi. præsid.

2

Præterea iciendum est, quòd Dominus non potest cognoscere de iniuria facta sibi, vel alicui de eius familia per

Bar.

3 † Bar. & alios in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. om. iud. imò ratione etiam partis quis non debet eſſe iudex in cauſa propria l. Iulianus. ff. de iudic.

Benè verum eſt, quòd quãdo adſunt plures domini, & iniuria fit vni, alij domini cognoſcere poſſunt ita voluit Bar. in d. l. qui iuriſdictioni 1. col. verſic. ſed numquid ſi dominus caſtri, præcipuè cum in eodem loco ſeu caſtro ſunt alij nobiles, qui tunc tẽporis erãt abſentes, omni ſuſpicione delicti carentes: quia ſi fortè eſſent ſuſpecti ratione affinitatis quam habebant cum defuncto aliquo interfecto, iſta affinitas cauſat ſuſpicionem, 4 ſed non tollit iuriſdictionem ſeu cognitionem inter eos q fortè ſunt de eadem familia, niſi propoſita per conuentum recuſatione. vt per Abb. in c. poſtremo in fi. de appell. poſt Io. And. & Alber. de Ros. in d. l. qui iuriſdictioni & ita tenet. Paul. de Caſtr. & latè. Ale. ibid. & eſt communis opinio, quicquid dixerit. Ant. de Butr. in d. c. poſtremo de appella. vbi voluit iſtud non procedere in cauſa criminali etiã parte non opponente, eo quia iuriſdictio in criminali cauſa prorogari non poſſit, nam deciſio iſta procedit quãdo adeſt identitas familiæ, quo caſu deficit iuriſdictio, & poſſet de prorogatione tractari ſecùs autem quando ſtat ſola affinitãs, quo caſu non deficit iuriſdictio, ſed adeſt ſolum ſuſpicio quæ non tollit iuriſdictionem ſaltem parte non opponente, quo caſu fruſtra ageretur de prorogatione, quæ non conuenit: & cùm communis opinio ita, vt dixi, ſe habeat, eſt dicendum, quòd con domini habentes merum, & mixtum impezium, & omnimodam iuriſdictionem poſſunt habere cognitionem parte nõ allegante ſuſpicionem, quo caſu ſecundum præallegatos. Doct. dicitur adhibitus conſenſus.

Et aduertendum quòd iura loquentia prohibituè in caſu ſimplici, præcipuè quod dominus offenſus non poſſit committere cognitionem, non vniuerſaliter habere locum in caſu mixto, videlicet, in officiali, in cuius deputatione 5 † concurrunt offendens, & offenſus. per text. in l. vim paſſam. §. preſcriptione. ff. de adult. & notatur per Bart. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. ſi cert. pet. & Ange. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de lib. & poſth. & Alex. in Rub. C. de iudic.

Superior verò, non ignorandum eſt, quòd non poteſt ſe intromittere de primis 6 † cauſis occurrentibus in terris vaſallorum. vt per Bald. in l. 1 in q. 44. ff. de acq. rer. dom. Felyn. in cap. paſtoralis 3. col. 6. limit. de off. ordin. Præpoſit. in c. 3. in fin. de controu. int. vaſal. & epiſcop. Hinc que dicitur ſecundum. Specul. in tit. de feud. §. quoniam. vers. 14. quæritur, quòd homines Baronis tenentur Baroni potiùs quàm Regi parere, de quo latè per Corſet. in trac. de Regib. queſt. 91. & hoc eſt ius commune cuius interpretario tanquam fauorabilis eſt, amplectenda. l. ſi vnus. §. pactus, ne peteret. vbi Doct. præſertim. Ias. ff. de pact. & Fely. in c. accedentes. 3. col. de conſtit.

Quando verò delictum eſt notoriũ, 7 poteſt cognoſcere dominus, † & fortiùs condominus, vel ſaltem prædictus poteſtas, per notat. in cap. ex parte, il 1. vbi Innocen. de verb. ſignifi. cum concord. Alex. in d. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iud.

Et licèt fiat diſtinctio, an pœna ſit limitata, vel arbitraria, & quòd in arbitraria non liceat offenſo, vel ei, qui eſt de familia, cognoſcere, quia in arbitrãdo militat legis prohibitio de qua in d. l. qui iuriſdictione, iſta tamen ratio ceſſat in poteſtate, & fortè in condemnando, quem non eſt verſimile, velle conſciẽnam poſtponere, & præſuppoſito, quod pœna eſſet arbitraria, qualitas perſonæ poſſet admittere, quòd quis poſſit in cauſa ſuorum cognoſcere, parte contentiẽte eo magis liceret.

Iſte tamen poteſtas, caueat ne ſit tollerans, vel negligens præcipuè in inquirendo,

rendo, quia tunc posset puniri, vt conscius. Bal. in l. non solum. C. de commer.
3 † & merc. notant. Bar. & Bald. & alij in l. mancipia. C. de seru. fugit. Barto. in l. 1. ff. de off. præf. vrb. & l. 1. vbi Bald. C. de monopol. & l. 1. vbi Bar. & Bal. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. vbi dicitur, quòd potest priuari officio & vbi iudex extra iudicialiter iniustè processit, est suspectus, si velit iudicialiter procedere. glos. in c. statutum, de rescr. in 6. Doct. in d. c. postremo, de appellat. prout etiam redditur suspectus, quando assumeret defensionem iurisdictionis sui tribunalis contra dominos. Abb. post glos. in cap. conquerente, de restit. spol. Dec. in d. c. postremò, & quando quærit impedire homines, ne pacem inirent cum dominis, vt per glo. & Doct. in c. cum super de offic. deleg. & c. Adrianus, il 2. 83. dist.

DVBITATIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, vel villa, vel communitas, an possit fortalitia sibi facere in fundo suo?*
2 *Dominij ius tolli non potest à Principe, & alteri concedi.*
3 *Princeps vasallo inuito potest imponere custodes in Castro.*
Non tamen potest custodi dare ius in re. ibid.
4 *Priuatus tenetur relaxare fundum, vel Castrum Principi, non tamen, quando diù possedit.*
5 *Custodes propriè non possident, nec habent ius in re.*
Custodiæ occasione non dicitur concessum ius habitationis, vel vsusfructus prædiorum. ibidem.
6 *Custodia castri, vel fundi, non potest alienari in alium.*
Vsusfructus consolidatur cum proprietate, per alienationem. ibid.
Custodia, an possit locari. ibid.
Possessio ciuilis est domini, Naturalis verò est apud custodes. ibid.

PLebs, Villa, Ciuitas, vel vniuersitas, an licitè possit fortalitia sibi facere, licitum hoc sibi esse, dixit glos. & Barto. in
1 l. opus. ff. de oper. publ. imò licèt etiam priuato habere, & construere castrum in fundo suo. l. legatum. ff. de oper. publ. Innoc. & Doct. in c. Pisanis, de rest. spol. etiã in fundis limitrophis, quando per longa, & vetusta tempora possedit, vt dixit. Bart. post glos. in l. quicunque. C. de fund. limit. lib. 11. aliàs, eo casu priuatus tenetur relaxare communi, vt ibid. de quo etiam traditur in c. ex parte. de for. compet. & per Bal. in c. 1. in vlt. col. tit. de conten. inter dom. & fi.

Nec potest Princeps tollere alicui ius dominij, vel alteri concedere, quando in hoc publica vtilitas non verteretur,
2 sed sola eius voluntas, † secundum gl. & Bart. in l. quoties. C. de precib. Imp. off. & per Bart. in l. fin. 2. quæst. C. si contra ius, vel vtil. pub.

Et si tamen possit Princeps imponere
3 custodes in Castro, † inuito vasallo, vt per Bartol. & Bald. in l. quicunque. C. de fun. limit. lib. 11. tempore, scilicet, necessitatis, & periculi, vt ibi dicitur, aliàs nõ, & facit ad idem, quòd dixit. Bald. in c. 1. §. quid ergò, vers. extra nota, quòd proprietatis, &c. in tit. de inuest. de reg. alie. fa. non tamen potest custodi dare ius in re, & licèt priuatus teneatur relaxare fũdum, † vel castrum Principi, vel com-
4 muni. l. quicunque. C. de fun. lim. lib. 11. aduerte tamen, quando ille text. non procedit contra eum, qui diù possedit fortalitium, vt per glos. & Bart. ibid.

Illi deinde custodes non dicũtur habere ius in re, seu ius possessionis, quia
5 propriè non possident. l. 3. §. final. ff. de acq. poss.

Nec per hoc, quòd occasione oneris custodiæ dicitur concessum ius habitationis ædificij, ac vsusfructus prædiorũ, dicitur habere ius in proprietate, quia text. in l. si habitatio, ff. de vsu, & habit. & §. pen. Insti. eod. tit. & Clarius in l. cùm

anti-

antiquitas C.eod.quoad habitationem declarant, quòd non habet annexum aliquod ius dominij, & in vſufructu patet idem in l.1. ff. de vſufr. & inſtit. eod. ut.in princ.

Imo huiuſmodi cuſtodia caſtri non
6 poteſt alienari in aliũ, † d. l. cum antiquitas.C.de vſu, & habit.& d.l ſi habitatio. ff.eod.& §.finitur.Inſtitũ.de vſufr.vbi habetur, quòd per alienationem vſusfructus cum proprietate conſolidatur: faciunt notat.in l.vſufructu.ff.ſol.matri. & magna difficultas eſt, an poſſit locari per ea, quæ dixit Bald.in prælud.feud.in 2.diuiſ.in quæſt.de eo, cui conceſſum eſt feudum ad habitandum. Et Ciuilis poſſeſſio dominij Caſtri, & eius prædiorum eſt ipſius domini. Naturalis autem poſſeſſio eſt, apud iſtos cuſtodes propter ius habitationis, & vſusfructus.l. ſciendum, in prin.ff.qui ſatiſd.cog.iunct.l.naturaliter, in princ. vbi plenè traditur perſcriben.ff.de acq.poſſ.

DVBITATIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, villa, vel communitas, an reſtituatur eiſdem caſibus quibus minor reſtitui ſolet?*

2 *Minor, quando reſtituatur.*

3 *Reſtitutio poteſt concedi à Principe aduerſus præſcriptionem.*

Princeps poteſt auferre ea, quæ ſunt indulta à iure Ciuili. ibid.

4 *Reſtitutio in integrum poteſt deduci per modum exceptionis, & replicationis.*

Eccleſia non reſtituitur poſt quadriennium, etiam ob enormem læſionem, nec minor. ibid.

5 *Minor reſtituitur aduerſus lapſum termini dati à iure pro petenda inueſtitura, ſeu eius renouatione.*

Reſtitutio peti poteſt vſque ad annum vigeſimum nonum. ibid.

6 *Reſtitutio regulariter debet peti infra annum, & diem.*

Minor durante tempore quo eſt ſub cura aſſimilatur infanti. ibid.

REbs, Villa, Ciuitas, ſeu cõmunitas, vel vniuerſitas, an reſtituatur eiſdẽ caſibus quibus minor reſtitui ſolet? textum habemus in l.reſpubl. & quòd ibi dicit. Barto. & communiter. Doct.reprobata gloſſa, C.ex quib.cauſ. maior. Bald. in l.1. C.etiam per procur. cauſam reſtit.Spec.in tit. de reſtit.in int. §.1. verſ.quoq, & verſ.ſeq & ibi Io. And. in addit.& hanc opinionem teſtatur cõ
1 munem † Paul.de Caſtr.conſ.313.hiſce enim in locis traditur quod quibus caſibus minor reſtituitur, eiſdem & vniuerſitas, vel Villa.

Et in ſpecie ſicut minor reſtituitur aduerſus deſertionem appellationis ſecundum. Bart. & Bal.in l.alios in l.præ-
2 ies. C.de appell. & in l.1. C.ſi ſæp. in int. reſt.poſt.& in l.fin.C.de temp.in int reſt. pe.l.ait prætor.§.item ſi non, & ibi Bart. ff.de minor. Imol.in c.1. de reſtit.in int. ſic & vniuerſitas, vt in ꝑallegatis locis.

Sed intelligas, quod reſtitutio minori pro damno minimo non competit Paul.de Caſtr.in l.1. C.ſi adu.vend. pig. ſed pro modico ſic, quia vltrà modicã illa eſt læſio, quæ appellatur magna, & immoderata, quæ tamen conſiſtit in iudicis arbitrio.vt per Abb. in c.1.de in int.reſtit. & glo.in §. prætium inſtit. de contrah.empt.& §.ſi vero ab ſunt in authen. de hæred.& Falc. Bald.& alij in c. quintuallis de iureiur. licèt in alijs terminis aliter capiatur, vt patet ex notat. plenè per Alex.in l.ſiquis arbitratu in fi. ff.de verb.oblig.

Et princeps poteſt reſtituere etiam
3 aduerſus † preſcriptionem de benignitate. Angel.in l.omnes. C.de præſcript. trig.ann.& princeps cum clauſula, non obſtante, poteſt reſtituere aduerſus deſertionem appellationis. Bald. in l. fin. circa fin.C.ſent.reſc.nõ poſſe.imò princeps etiam ſine cauſa poteſt auferre ea,

quæ

quæ ſunt inducta à iure ciuili, vt dixit. Innoc.in c.quæ in eccleſiarum de conſtit.& Bar.in l.fin.poſt gl.C.ſi contra ius.

Illaq; reſtitutio in int. poteſt per modū exceptionis, replicationis deduci vt per Bart.& Doct.in l.nam, & poſtea. §.ſi minor.ff.de iureiur. 4

Sed poſt quadriennium non conceditur eccleſiæ reſtitutio,etiam ratione enormis læſionis c.1.de in int. reſtit. in 6.Rom. conſ. 407. & lapſo quadriennio poſt minorem ætatem non datur minori in int. reſtit. l. ſuperuacuam. C. de tempo.in int.re.pet.quia taciturnitas quinquennij poſt minorē ætatem,operatur confirmationem abſque aliquo actu approbatiuo.l.ſi. C.ſi maior factus vbi. Bar.& doct.in l.ſuperuacuam.C.de temp.in int.2.pet.

Vnum pulchrum, & quotidianum ſcias,† quod minor debet reſtitui aduerſus lapſum termini dati à iure pro petēda inueſtitura, ſeu eius renouatione ſecundum communem opin.vt per gloſ. Bald.And.de Iſer.Aluaro.& Modernos in c præterea ſiquis tit.de prohib. alien. feud. per Feder. cum ſuis concord. vbi dicunt. Bald.& Aluarot.quòd vſque ad vigeſimum nonum annum poteſt peti hæc reſtitutio, licèt quis regulariter teneatur petere infrà annum, † & diem d. §.præterea ſiquis, & fortiùs hoc procederet ſi iſte minor habuiſſet, ſeu haberet curatorem, qui durante eo tempore aſſimilatur infanti vt dicunt. And. de Iſer. & Aluarot. d. §. præterea ſiquis vbi Aluarot.in 3.col. 5 6

DVBTATIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Dominus Villæ, vel Caſtri, an licitè poſſit ſine ſcientia principis adhærentiam facere, vel ſe alteri principi ſubmittere.*

2 *Subiectio non inducitur per confœderationem.*

3 *Ciuitas ſi recepta fuerit a Rege, vel Duce, ſub protectione Regis, vel Ducis, Rex vel Dux non habet ob id inriſdictionem in ea, ſed poteſtatem defendendi.*

4 *Princeps qui accipit ſub protectione tenetur defendere protectum cum armis.*

5 *Confœderati ſi ſint principes, vel ciuitates, quæ ſint conſideranda, & ad quæ teneantur.*

6 *Confœderatum ſui principis offendens punitur crimine læſæ maieſt.*

Condemnatus de delicto poteſt in loco confœderato puniri.ibid.

Confœderatio nō tollitur contraria præſcriptione. ibid.

Idem dicitur in adhærentibus.ibid.

PLebis, Villę, vel Caſtri dominus, an licitè valeat ſine ſcientia † principis ad hærentiam facere? 1

Quando dominus villæ, Caſtri haberet, exempli gratia, circunquaque Principes potentiores quibus reſiſtere non poſſet, & ſuperior princeps ipſius domini caſtri, non poſſet ei præſidium contra hoſtes afferre propter maximam locorum diſtantiam,eo caſu crediderim,illum poſſe facere ligam, & confœderationem ſine ſuperioris licentia, ſecundum. Bart. in extrauag. qui ſint rebelles in verb.occultè, & plus voluit Bal.in c.1.in 2.lect. col.4.de iudi.quod ſi non ſit ſpes, quod ſuperior poſſit dominari ciuitati, & eā regere, & gubernare, poteſt ipſa ciuitas, vel villa,vel vniuerſitas,vel illa dominus ſine talis ſuperioris licentia, alicui domino ſe ſubmittere, & ſubijcere, qui poſſit illam, vel illam tueri, & regere, naturali ratione ſic dictante. l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.imò per iſtam rationem dicit. Bald. eſſe multa regna, quæ hodie non ſubſunt Imperatori, quam opinionem ſequuntur moderni in c.1. §.conuenticulas.in tit.de pact. iur. firm. & in prælud.feud.circa fin.

Quia præcipuè regulariter per confœderationē non inducitur ſubiectio, ſed ſolū † vnus efficitur ſub protectione alterius ſecundum Card.in clem.no. 2

Roma-

Romani de elect. & patet in l. non dubito.ff.de capt. & poſtl. reu.facit, quod vult.Bart.in l.1. C.de exc.mun. lib.10. & dicebat: Mart. Laud. in tract.de principibus ſub rubrica de confœderatione, pace, & conuentionibus principū verſ. 56. quod ſi aliqua ciuitas recepta fuerit
3 à Rege, † vel Duce ſub protectione Regis, vel Ducis, Rex, vel Dux, non habet iuriſdictionem in tali ciuitate. c. ex parte il 1.de priuil.ſed habet poteſtatē defendendi,vel defacto cum armis,vel etiam de iure, notatur in c.ad audientiam de preſcrip.& q̄ princeps,qui acci
4 pit ſub protectione † debeat defendere protectum cum armis firmat.Mart.Carrat.Laud.in loco præallegato.verſ.43.& circa effectum cōfœderationis dicebat. Bald. in l. executorum. C.de execut.rei iud.quod ſi princeps, vel ciuitates ſunt confœderati 1. eſt conſiderandus tenor
5 conuentionum.† l.1.in princ.ff.de pact. & ipſis deficientibus natura fœderis eſt, quod vnus adiuuet alium.ſi requiratur.

Et tenētur confœderati non tantum ad mutuam defenſionem pro eorum poſſibilitate, vt dixit. Ang. in l.no ideò C.de his quib.vt indig.ſed etiam tenentur bannitis confœderatorum habere pro bannitos ſecundum. Bald. in rubr. de treug.& pac.& rebelles alterius ex confœderatis poteſt alius confœderatus punire ſecundum. Bart. in l. hoſtes. ff.de capt.& poſtl.reu.& in extrauag.qui ſint rebelles in verb.rebellando, & Bal. in d.rub.de treug.& pac.in 2.col.

Imò offendens confœderatū ſui prin
6 cipis,† ita incidit in crimen læſæ maieſtatis ac ſi principem ſuum offenderit. Bart.in d.extrauag. in verb.rebellando, & condemnatus de delicto poteſt in loco confœderato puniri ſecundum.Bart. in l.non dubito.ff.de capt.& poſtl.reu.& Bal.in l.executorem. C.de exec.rei iud. nec tollitur.iſta confœderatio ex contraria præſcriptione,puta ſi ciuitas confœderata ſit obligata præſtare auxiliū, & non præſtiterit per mille annos,quia non præceſſerit requiſitio, ſecundum Mart.Laud.in trac.de Princ.in rub.verſ. 57. per text. in c.1. in fin. de feud.ſin.cri. non amitt. & per Bart. in l.cum ſcimus. C. de agric. & cenſ, lib. 11. quæ pariter militant in ad hærentibus per not. in c. ad apoſtolicæ de re iudic.Bal.in l.2.col. 10.C.de ſeru.& aq. Angel. conſil.256.& conſ.242.

DVBITATIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Domini alicuius Caſtri poſſunt diuidere exercitium iuriſdictionis.*
2 *Feudum, & ſi indiuiduum poteſt diuidi quoad adminiſtrationem.*
Par in parem non habet imperium.ibid.
3 *Seruitutes de ſui natura ſunt indiuiduæ.*
4 *Feudum, & ſi indiuiduum fructus tamen diuiduntur inter conſortes.*
5 *Diuiſio adminiſtrationis poteſt fieri, niſi conſuetudo repugnet.*
Conſuetudinis dura eſt probatio.ibid.
6 *Diuiſioni ſe debet intromittere iudex.*

AN inter dominos caſtri, plebis, vel villæ de iure poſſit fieri diuiſio exercitij, & adminiſtrationis?

Teneo, quod poſſit diuidi exercitium iuriſdict. vt vnus iudex
1 cognoſcat de cauſis vnius quarterij, & alius de cauſis alterius quarterij vt in l. 2.§. 1.ff.de orig.iur.pro quo faciunt not. per Bald.in l.teſtamenta.C.de teſtam.& in l.certa ratione C.quando prouoc.nō eſt nec.

Et licèt feudum ſit indiuiduum quoad plenam diuiſionem de ſui natura,vt in c.1.§.præterea ducatus de prohib.feu.
2 alie.per Feder.in vſib.feud.† tamen poteſt diuidi quoad adminiſtrationem,vt per Bart.in l.inter tutores in fi. ff.de admin.tut.& facta tali etiam diuiſione ſi vnus conſortum delinquat in parte alterius, non poteſt puniri ab alio eius

consorte cùm remaneant feudatarij in solidum respectu iurisdictionis, & imperij, licèt exercitium,& administratio, & vtius est quid diuitum,vel diuisa:nam par in parem non habet imperium. l. nam mgistratus. ff de arbitr.l.ille à quo §.tempestiuum.ff.ad Trebel.idem tenet. Bald.& Aluaro.in d.§.prętereà ducatus.

Scimus etenim, quod seruitutes sunt
3 indiuiduæ de sui natura. † l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.tamen earum vtius, & administratio, seu exercitium potest diuidi, vt in l. Lucio §.fin.& l.seq.ff.de aqua quot.& æsti.& est bona gl.in l.si partē.ff.de seru.rust. præd.

Feudum, etsi vt dixi sit indiuiduum
4 quoad † plenam diuisionem,fructus tamen diuiduntur inter ipsos consortes, faciunt not. per Bald. in l.si plures.C.de condit.incert.

Hęc tamen contradixi de administra
5 tionis diuisione, † quæ potest fieri, nè vasalli tese impediant per cōcursum vt l. quoties. ff. de vsufru. & ne veniant ad arma l.æquissimum.ff.eo. & l. congruit. ff.de off.presi.puto hæc esse vera,nisi cō suetudo vltimata in loco aliter se haberet, nam tunc contraria consuetudine legitima potest tolli qualibet alia dispositio præcedens.vt in l. de quib. ff. de leg.§.ex non scripto Instit. de Iu. nat. gen.& not.Bal.in d.§.prætereà ducatus, & licèt durum sit probare consuetudinem per quam vni consorti non liceret petere diuisionem administrationis, & exercitij arg. l. prospexit.ff.qui & à quib. l.in re mandata. C. mand. & l. id quod nostrum. ff.de reg. iur.tamen non obid infertur, quòd non possit fieri iam deducta diuisio; ad quam faciendum se
6 † intromittere debet iudex. vt per Ang. & Imol.in l.1. §.ex his.ff.de verb.obl. & probatur in l. Lucio. §.fin. & l. seq. ff.de aqua quot. & æst. etiam aliquo ex consortibus reluctante per not.in leg.2.§.ex his.ff.de verb.oblig.

DVBITATIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Consiliarij, an semper teneantur ire ad consilium.*
2 *Consiliarij debent aduertere principem siquid iniustum facit.*
3 *Rex Francię si mandet vnum, & consilium aliud, ex statutis obtemperandum est consilio,liberalitas spectat ad principem.ibid,*
4 *Rex non potest alienare de bonis regni sine cōsilio maioris partis Baronum: Roboam perdidit regnum, quia nolnit audire consiliarios suos ibid.*
5 *Principibus non est qui veritatem dicat, Papæ blanditores sucedent plura, & inde insurgunt errores.*
6 *Blanditores ambulant inter laudem, & placentiam non versus Veronam.ibid.*
Blanditores tendunt versus Castrum plates vltrà Rhodanum, non autem versus verantium. ibid.
7 *Veritatem opprimi perspiciens iram Dei provocat.*
Veritatis perditor dicitur qui eam non defendit ibid.
8 *Consulentes principi extorsiones blasphemantur meritò.*

PLebis,seu Villarum, vel ciuitatis consiliarij, an semper teneantur ire ad consilium?

Dic quod non semper, quia si feret præceptum,quod omnes deberent comparere, vel ire ad consilium, & sciat aliquis, quòd hoc fit, vt tractetur de consentiendo alicui. subiectioni, non tenetur ire ad consilium, vel quando scit, quod tractabitur de causa quam non audebit impugnare etiamsi sit præsens,tunc non tenetur ire ad cōsilium. Felyn. post Bald. & Butr.in c.qđ super his in prin. de maior. & obed. ratio est,quia licèt se iuuare per simulationem, quia etiam homines iusti pro tempore aliqua simulare possunt pro sua

suorum

ſuorũmque ſalute, & faciunt not. per Dec.in conſi.151.colum.antepẽn. & in ſerm.pro verb.ſeq.col. 2. vbi dicit quòd licèt non vocetur caput, ex quo ſit ſuſpectum,vel aliquid agatur contra illud ſi agitur de damno vniuerſitatis, quilibet particularis poteſt ſe opponere, & debet admitti, & dicit. ibid. Dec. in d. ſermõ.col.3.verſ nec vt ſecundo, licere ſe iuuare per ſimulationem vt dixi, & quòd non tenetur conſiliarij ire ad cõſilium quando non audebunt contra dicere maioribus.Fely. d. c. quòd ſuper his de maio.& obed.

Conſiliumque hinc nota,interuenire debet,quando princeps ardua expedit,& conſiliarii bis,vel ter, debent aduertere principem,ſi aliquod iniuſtum facit arg.l.cũm multa.C. de bo. quælib. Bald.conſ.274.lib.3.Iaſ.per illum tex.in l. placet. 1.not. C. de ſacroſ. eccl.Card. conſi.137.Egid.Bellamer.conſ.12.quòd allegat,& ſequitur.Felyn.in c. ad audiẽtiam.col.2. de præſcript.

Exemplum habemus in Rege Franciæ qui tanti facit conſilium ſuorum procerum, & maximè ſacrum parlamentum Parienſe de cuius fundatione tradit Gaghinus in vita Pipini,vt ſi Rex
3 mandet † vnum,& conſilium aliud,iubent ſtatuta regia, obtemperandum eſſe conſilio, incumbit enim conſiliarii, & proceribus notificare Regi, quale dã num ſint allaturæ donationes, vel alienationes,aliàs enim à ſeipſo princeps facit quòd ſibi propriè ſpectat,ſcilicet vti liberalitate.l. imperialis. C. de nupt. Dec.in cap. ſedes de reſcript. Rex namque non poteſt alienare de bonis regni ſine conſilio maioris partis Baronum
4 Barbat. † in tract. de præſtantia Cardinalium in 2.part. q. 2. Martin. Laud. in tract. de conſiliarijs dominorum verſ. 19. Roboam, & duobus ſeq. vbi etiam dicit quòd Roboam perdidit regnum quia noluit audire conſiliarios ſuos ſapientes.Hinc refert.Baldi dictum. Dec. conſi.197.ad fin. quod ex quo proceres timore vel commodo corrupti non p-
5 ferunt † quòd eis iuſtum videtur, quòd hoc ſolo priuãtur magni principes, & non eſt qui eis veritatem dicat.

Et deterius faciunt plures blanditores qui perſuadent quòd Papa omnia poteſt, ex quibus blandimentis plures
6 inſurrexerunt† errores ſecundum.Cardin.relatum per Iõ.de Selua in tract. de beneficio 2. parte quæſt. 1.col.7.Fely.in c.2.col.5.de reſcr. dicit quòd ambulant inter laudem, & placentiam nõ verius Veronam. Ioan. Rugerius in Rubr. de cauſ.poſſeſſ.& proprie.not.4. dicit quòd tendunt verſus caſtrum plures vltrà Rhodanum, non autem verſus Verantium: talibus ergò principes non debent credere.vt per And. Alciat. in paredoxum. li. 4. diſpunctionum c.6.dum loquitur de Tribuniano omnia Dei ſuper ſe prouocat qui veritatem opprimi
7 † perſpiciens eam pro viribus non defendit.c.quiſque.11.q.3.

Et dicitur proditor veritatis non ſolum qui palam mendacium dicit, ſed qui liberè veritatem non defendit.cap. non ſolum.11.q.3.

Et dicit. Fely. in c. ſicut dignum.col. 4.verſ.4. concluſio de homic. quòd cõ-
8 ſulentes principi † iniuſtas excurſiones non merentur habere titulum conſiliarij, & contra tales blaſphemat ſomnum viridar.lib.1.cap. 142.

DVBITATIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſiliarij villæ an poſſint pœnas imponere vel actus iuriſdictionales exercere?*
2 *Statuta ſunt interpretanda vt minùs derogent diſpoſitioni iuris communis quam fieri poſſit.item vt minùs lædant ius tertij.ibid.*
3 *Verba impropriantur ſecundum ſubiectam materiam.*
4 *Statuentium de mente qualiter conſtare dicatur.*

PLebis, seu villæ consiliarij, an pœnas imponere de iure possint vel actus iurisdictionalis exercere.

1 Negatiuã determinat. Bart. in repet. l. omnes populi 1. q. prin. ff. de iust. & iu. & in l. fin. ff. de decre. ab ord. faci. & notatur. in l. nõ ambigitur. ff. de legi. l. nulli cum ibi traditis. C. de sent. & interlo. om. iud. præcipuè quando ageretur de præiudicio iuris dominorum illius plebis vel villę, vel de præiudicio alicuius tertij: quia tunc etiamsi adesset statutum quod cõsiliarij possent pœnas imponere vel iurisdictionales actus exercere, verbo huiusmodi statutaria deberent intelligi, vt minùs iurisdictionis habere censeantur quam fieri possit: statuta enim inter-
2 pretanda † sunt vt minùs derogetur dispositioni iuris communis quam fieri possit. l. constitutionibus. ff. ad munic. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. l. 2. cum ibi nota. C. de noxal. & maximè quando si fieret latior interpretatio magis præiudicaretur iuri tertij per gl. notab. in l. fi. §. in computatione vbi. Alex. C. de iur. delib. & in l. 4. §. prætor. ait. ff. de dam. infec.

Imo etiam in casu huiusmodi statutario verba sunt improprianda vt minùs lædatur ius tertij vt per Bar. d. l. omnes populi in 6. q. princ. versi. 2. quæro
3 cùm † verba etiam propria improprientur secundum subiectam materiam. l. fi. vno in prin. ff. locat. l. si olei. C. eo. Bar. in d. l. oẽs populi in 6. q. prin. versi. iuxta præmissa. quæro vbi habetur quòd primo mens statuentium attenditur. l. non aliter. ff. de leg. 3. de qua mente constare dicitur si secundum aliam significationem statuti contineret iniquitatem, vel absurditatem, vel si qualitas personæ aliud innueret, vel si communis vius loquendi ita suadeat: vt latè per Bart. & alios scrib. in d. l. omnes populi, ad quos te remitto.

DVBITATIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas non capiens malefactores an & quando excusetur si sint potentiores.*
Impossibilium nulla est obligatio legalis vel conditionalis. ibid.
2 *Petrus principibus Sacerdotum prohibentibus sibi prædicationem non paruit, sed humiliter se excusauit.*
3 *Paupertas excusat à debito seruitio vassallus excusatur ob impotentiam. ibid.*
Necessitas non habet legem, & facit licitum quod aliàs non erat licitum. ibid.
Necessitas facit cessare præsumptionem doli. ibidem.
Necessitatis nomine intelligitur omne iustum impedimentum. ibid.
4 *Princeps non potest grauare subiectos ad inusitatum seruitium.*
Vassallus tenetur præstare seruitium pro feudo secundum eius qualitatem. ibid.
5 *Vassallus impunè non paret domino, quando astringitur ad seruitium de quo non sint cogitatum.*
Durius est de pecunia quam de persona seruire. ibidem.

PLebs, vel vniuersitas, non capiens malefactores quos capere debet, an excusetur, quando illi sunt potẽtiores?
1 † & excusari voluit. And. in cap. fin. de pœn. in 6. quia impossibilium nulla est obligatio: siue loquamur de legali, siue de conditionali vt dixit. Bal. in c. 1. §. ad hæc, hic finitur lex Corrad. facit tex. in l. impossibilium vbi Dec. ff. de regu. iur. quæ vendicat sibi locum in contractibus sententijs, & præceptis vt ibi per Dec. & tradit. Archiep. Floren. in c. nemo põt de reg. iu. in sua 1. p. summę vbi hẽt hęc verba, nõ dẽt ergo obedire, sicut † nec Petrus principibus Sacerdotũ
2 prohibẽtibus sibi prędicationẽ, sed humiliter se excusare.

Videmus

Digitized by Google

Videmus namque paupertatem excuſare à debito † ſeruitio. §. ſed nec alia
3 vbi Afflic. in 3. notab. tit. quæ ſit prima cauſa ben. amitt. & deciſ. 265. vbi habes quòd impotentia excuſat.

Imò excuſat impotentia ipſum vaſallum vt clarè notat. Curt. iu. in ſuo tract. quæſt. 20. ex quib. caut. feud. amitt. vbi dicit ita tenere communiter feudiſtas, & in iſto propoſito adduci poſſent quæ traduntur per Doct. de neceſſitate quæ legem non habet. l. 1. ff. de oſſ. proconſ. c. 2. de deſponſat. cum ſimilibus traditis per Barbat. in Rubr. C. qui adm. & per Dec. in l. quæ propter neceſſitatem. ff. de reg. iu. & per Iaſ. in l. ex toto col. fin. in fin. ff. de lega. 1. & alibi ſæpè per Doctores, qua quòd licitum aliàs lege nõ eſſet, neceſſitas facit licitum. c. quod nõ eſt de reg. iur. in 6. Dec. vbi ſuprà. Afflic. in c. 1. §. 1. in tit. quid ſit inueſtitura, & c. fin. de pace ten. quæ neceſſitas facit etiã ceſſare præſumptionem doli. c. ſi quis hominem vbi Affl. not. 5. tit. de pace tenen. & neceſſitatis nomine omne iuſtũ impedimentum intelligit Affl. de feud. ſiu. culp. non amiſſi 5. notab.

Præterquam quod Principes non
4 poſſunt grauare † ſubiectos ad inuſitatum ſeruitium qui non poſſit, nec conſueuit. Bal. conſ. 501. in fin. vol. 4. quia ẽt ſeruitium pro feudo præſtandum eſt ſecundum qualitatem debentis præſtare ſeruitium. Bald. & Alex. in l. ſi filius. ff. ſi cert. pet. quos ſequitur Affl. §. ſi quis deceſſerit col. 2. tit. ſi de feud. fuer. contro. inter dom & agnat. faciunt dicta. Mart. Laud. §. eſt & alia in tit. quæ ſit 1. caut. benef. amitt. vbi habes quòd ſi dominus præcepit vaſſallo, vt veniat ad eius exercitum, tale præceptum intelligitur, vt veniãt armatus cum ſuis equis ſecundum qualitatem perſonarum, & feudi, & allegat Angel. in l. ſi non ſortem. §. liberatur. ff. de cond. ind. & ſicut hoc modo ſeruitium deberur ſecundum qualitatem perſonarum, ad quos verba referuntur per prædicta, & per tex. in l. plenum. §. equitij, ff. de vſu & habit. ita, & interpretari eſt conueniens vt præſtari debeat ſecundum conditionem loci, & ſic ſecundum conditionem, & poſſibilitatem perſonæ, vel villæ cui præcipitur: valet enim argumentum de perſonis ad locum. l. 1. §. oſtilius cum l. 2. ff. ne quis eum, & notat. Dec. conſil. 545. volumin. 3.

Ideò etiam vti non cogitatum neq; præcepti vel ſtatuti verbis nec ſtatuentis mente comprehenſum videtur impoſſibile vel inſolitum. argu. l. qui cum tutoribus. §. tranſactio cum §. fin. ff. de tranſact. & l. cum Aquiliana. ff. eo. vbi id quod non eſt cogitatum in ſuo ſtatu re-
5 tinetur, & domino impunè non paret vaſſallus, quando adſtringitur etiam ad ſeruitium de quo non fuit cogitatum. arg. tex. in l. ſi cum dies. §. ſi arbiter iuſſit. ff. de recept. arbit. & iſto caſu multum ſibi vendicat locum. gl. in l. hæc operæ. §. fin. in verb. durum per illum tex. ff. de oper. libert. vbi habes quod durius eſt de pecunia, quam de perſona ſeruire: imo non ſolum eſt durum ſedet impoſſibile, cuius nulla vt dixi eſt obligatio.

DVBITATIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Villa, & Communitas an teneatur reſarcire damnum paſſum dominis de die, & de nocte vel etiam de incendio, & quid ſi villa ſit diſtans, vel quid ſi incendium non probetur. à quo immiſſum.*
Montisferrati decretum Octauum in Nouis declaratur. ibid.
2 *Communitas vt teneatur ſufficit probare Incendium occurriſſe.*
3 *Incendium vbi ſola inhabitantium culpa præſumptiua euenerit non ob id damnum paſſi fundata dicitur Incendiv. declara vt ibid.*
4 *Incendio quando quis teneatur.*
5 *Incendium præſumitur caſu occurriſſe.*
6 *Cuſtos ouiũ quando non teneatur de Incendio.*
7 *Scintilla luminis emiſſa à vento in paleam, non*

facit

PLebis, seu villæ consiliarij, an pœnas imponere de iure possint vel actus iurisdictionalis exercere.

1 Negatiuã determinat. Bartan repet.l. omnes populi 1.q.prin.ff.de iust.& iu.& in l. fin. ff. de decre.ab ord.faci.& notatur. in l. nõ ambigitur.ff.de legi. l.nulli cum ibi traditis. C. de sent. & interlo. om.iud.præcipuè quando ageretur de præiudicio iuris dominorum illius plebis vel villę, vel de præiudicio alicuius tertij: quia tunc etiamsi adesset statutum quòd cõsiliarij possent pœnas imponere vel iurisdictionales actus exercere, verbo huiusmodi statutaria deberent intelligi, vt minùs iurisdictionis habere censeantur quam fieri possit: statuta enim inter-
2 pretanda † sunt vt minùs derogetur dispositioni iuris communis quam fieri possit. l. constitutionibus.ff.ad munic.l. 3.§.hæc verba.ff. de nego. gest. l. 2.cum ibi nota. C. de noxal. & maximè quando si fieret latior interpretatio magis præiudicaretur iuri tertij per gl. notab. in l.fi. §. in computatione vbi. Alex. C. de iur.delib.& in l. 4. §. prætor. ait. ff. de dam.infec.

Imo etiam in casu huiusmodi statutario verba sunt improprianda vt minùs lædatur ius tertij vt per Bar.d.l.omnes populi in 6. q.princ. versi. 2. quæro
3 cùm † verba etiam propria improprientur secundum subiectam materiam.l.si vno in prin.ff.locat.l.si olei.C.eo.Bar.in d.l.oẽs populi in 6.q.prin.versi iuxta premissa. quæro vbi habetur quòd primo mens statuentium attenditur.l. non aliter. ff. de leg. 3. de qua mente constare dicitur si secundum aliam significationem statuti contineret iniquitatem, vel absurditatem, vel si qualitas personæ aliud innueret, vel si communis vius loquendi ita suadeat: vt latè per Bart. & alios scrib.in d.l.omnes populi, ad quos te remitto.

DVBITATIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas non capiens malefactores an & quando excusetur si sint potentiores.*
Impossibilium nulla est obligatio legalis vel conditionalis. ibid.
2 *Petrus principibus Sacerdotum prohibentibus sibi prædicationem non paruit, sed humiliter se excusauit.*
3 *Paupertas excusat à debito seruitio vassallus excusatur ob impotentiam. ibid.*
Necessitas non habet legem, & facit licitum quod aliàs non erat licitum. ibid.
Necessitas facit cessare præsumptionem doli. ibidem.
Necessitatis nomine intelligitur omne iustum impedimentum. ibid.
4 *Princeps non potest grauare subiectos ad inusitatum seruitium.*
Vassallus tenetur præstare seruitium pro feudo secundum eius qualitatem. ibid.
5 *Vassallus impunè non paret domino, quando astringitur ad seruitium de quo non sunt cogitatum.*
Durius est de pecunia quam de persona seruire. ibidem.

PLebs, vel vniuersitas, non capiens malefactores quos capere debet, an excusetur, quando illi sunt potẽtiores?
1 † & excusari voluit. And. in cap. fin. de pen. in 6. quia impossibilium nulla est obligatio: siue loquamur de legali, siue de conditionali vt dixit. Bal. in c. 1. §. ad hæc, hic finitur lex Corrad. facit tex. in l. impossibilium vbi Dec. ff. de regu. iur. quæ vendicat sibi locum in contractibus sententijs, & præceptis vt ibi per Dec. & tradit. Archiep. Floren. in c. nemo põt de reg. iu. in sua 1. p. summę vbi hẽt hęc verba, nõ dẽt ergò obedire, sicut † nec Petrus principibus Sacerdotũ
2 prohibẽtibus sibi prędicationẽ, sed humiliter se excusare.

Videmus

Digitized by Google

Videmus namque paupertatem excuſare a debito † ſeruitio. §. ſed nec alia vbi. Affli. in 3. notab. tit. quæ ſit prima cauſa ben. amitt. & deciſ. 265. vbi habes quòd impotentia excuſat.

Imò excuſat impotentia ipſum vaſallum vt clarè notat. Curt. iu. in ſuo tract. quæſt. 20. ex quib. cauſ. feud. amitt. vbi dicit ita tenere communiter feuditas, & in iſto propoſito adduci poſſent quæ traduntur per Doct. de neceſſitate quæ legem non habet. l. 1. ff. de oſſ. procons. c. 2. de deſponſat. cum ſimilibus traditis per Barbat. in Rubr. C. qui adm. & per Dec. in l. quæ propter neceſſitatem. ff. de reg. iu. & per Iat. in l. ex toto col. fin. in fin. ff. de leg. 1. & alibi ſæpè per Doctores, quia quòd licitum alias lege nõ eſſet, neceſſitas facit licitum. c. quod nõ eſt de reg. iur. in 6. Dec. vbi ſuprà. Affli. in c. 1. §. 1. in tit. quid ſit inueſtitura, & c. fin. de pace ten. quæ neceſſitas facit etiã ceſſare præſumptionem doli. c. ſi quis hominem vbi Affl. not. 5. tit. de pace tenen. & neceſſitatis nomine omne iuſtũ impedimentum intelligit Affl. de feud. fin. culp. non amiſſ. 5. notab.

Præterquam quod Principes non
4 poſſunt grauare † ſubiectos ad inuſitatum ſeruitium qui non poſſit, nec conſueuit. Bal. conſ. 501. in fin. vol. 4. quia ẽt ſeruitium pro feudo præſtandum eſt ſecundum qualitatem debentis præſtare ſeruitium. Bald. & Alex. in l. ſi filius. ff. ſi cert. pet. quos ſequitur. Affl. §. ſi quis deceſſerit col. 2. tit. ſi de feud. fuer. contro. inter dom & agnat. faciunt dicta. Mart. Laud. §. eſt & alia in tit. quæ ſit 1. cauſ. benef. amitt. vbi habes quòd ſi dominus præcepit vaſſallo, vt veniat ad eius exercitum, tale præceptum intelligitur, vt veniat armatus cum ſuis equis ſecundum qualitatem perſonarum. & feudiſ. & allegat Angel. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cond. ind. & ſicut hoc modo ſeruitium debetur ſecundum qualitatem perſonarum, ad quos verba referuntur per prædicta, & per tex. in l. plenum. §. equitij, ff. de vſu & habit. ita, & interpretari eſt conueniens vt præſtari debeat ſecundum conditionem loci, & ſic ſecundum conditionem, & poſſibilitatem perſonæ, vel villæ cui præcipitur: valet enim argumentum de perſonis ad locum. l. 1. §. oſtilius cum l. 2. ff. ne quis eum, & notat. Dec. conſil. 545. volumin. 3.

Ideò etiam vti non cogitatum neq; præcepti vel ſtatuti verbis nec ſtatuentis mente comprehenſum videtur impoſſibile vel inſolitum. argu. l. qui cum tutoribus. §. tranſactio cum §. fin. ff. de tranſact. & l. cum Aquiliana. ff. eo. vbi id quod non eſt cogitatum in ſuo ſtatu re-
5 tinetur, & domino impunè non paret vaſſallus, quando adſtringitur etiam ad ſeruitium de quo non fuit cogitatum. arg. tex. in l. ſi cum dies. §. ſi arbiter iuſſit. ff. de recept. arbit. & iſto caſu multum ſibi vendicat locum gl. in l. hæc operæ. §. fin. in verb. durum per illum tex. ff. de oper. libert. vbi habes quod durius eſt de pecunia, quam de perſona ſeruire: imo non ſolum eſt durum ſedet impoſſibile, cuius nulla vt dixi eſt obligatio.

DVBITATIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Villa, & Communitas an teneatur reſarcire damnum paſſum dominis de die, & de nocte vel etiam de incendio, & quid ſi villa ſit diſtans, vel quid ſi incendium non probetur. à quo immiſſum.*
Montis ferrati decretum Octauum in Nouis declaratur. ibid.
2 *Communitas vt teneatur ſufficit probare Incendium occurriſſe.*
3 *Incendium vbi ſola inhabitantium culpa præſumptiua euenerit non ob id damnum paſſi fundata dicitur Incendio. declara vt ibid.*
4 *Incendio quando quis teneatur.*
5 *Incendium præſumitur caſu occurriſſe.*
6 *Cuſtos oniũ quando non teneatur de Incendio.*
7 *Scintilla luminis emiſſa à vento in paleam, non facit*

Digitized by Google

facit teneri de incendio.
Idem de incendio commisso in stipulas ibid. & quid in alijs casibus. ibid.
8 *Incendium qualiter non probetur.*
9 *Famulo conducto cum salario non creditur.*
10 *Villa etsi distans à loco damni tenetur de incendio.*
11 *Damnum emendandum per villam qualiter dividendum sit.*
12 *Vitium tacitè an intrèt in dispositione decreti Montisferrati.*
Viris appellatione quid contineatur. ibid.
13 *Statutum pœnale, & odiosum extenditur de casu ad casum.*
14 *Prohibitum in uno prohibitum in altero. ibi.*
Verba statuti quando extendantur.

NVnquid commune, & villa teneatur resarcire dānum passum dominis de die, & de nocte, vel ēt de incēdio, & quid si villa sit distans, & quid si in-
1 cendium non † probetur à quo immissum, & hac occasione declarabitur. De et. octauum Montisferrati in Nouis sub rub. de incendiarijs, & villam seu communitatem teneri stante dicto statuto nulli dubium esse potest, ita vt damnificatus possit à communi consequi dānum passum, pro rebus incendio consumptis, vt plenè respondit. Calca. cōs. 61 & sequent. Bal. cons. 174. vol. 1. Ale. de Neuo consil. crim. 93. per tot. vol. 1. Rimin. qui loquitur in hospite pro reb. subtractis. cons. 391. nu. 13. vol. 2.

Et quis dictum decretum, vel statutū non videatur procedere, & locum sibi vendicare in damno dato de nocte, vt per Rom. cons. 7. Dec. cons. 64. Plot. in l. si quando, in verb. damno dato. C. vnd. vi. Ofasc. decis. 138. nu. 33. & seq. Nihilominus vbi statutum pœnam soluendi reficiendiq: damna ponit, eò quia fuerint homines negligentes, & vniuersitas villæ, in obuiando delictis per eorum cāparios comprehendit casum, siue commune sciuerit, siue ignorauerit, & siue dolus adfuerit, siue culpa. Bero. consil. 213. num. 8. & 9. vol. 3. potissimum, quia commune teneatur ad custodiam, & soleat eligere camparios, qui custodiāt, tenetur commune de die, & de nocte, ita ponit. Alex. de Neuo, cons. crimi. 93. per tot. vol. 1. vbi de incendio commisso de nocte tradit commune teneri, quia cum statutum ob negligentiam hominum, & communis villæ eligentis camparios illos puniat ob incendia cōmissa, tenebitur quoque etiam quòd nocte incendium occurrerit, vel ignis in alienam domum immissus fuerit.

Et sic ad doctrinas præallegatas. Ro. Dec. & aliorum firmato pede respondeas, illos loqui vbi quis in subsidium tantum tenetur, non autem ad custodiam, vt suprà, cum eo casu, quando tenetur commune ad custodiam, etiam ignorantes teneantur statutum namq; licèt casum noctis non comprehendat, tamen cum ex communis villæ, vel hominum negligentiæ, qui pro malefactore reputabatur, non fuit captus, etiā, quod esset de nocte, cùm in eis ignorātia delinquentis non caderet, possint cogi commune, vi lla, seu homines ipsius loci quacunque dignitate fulgeant: ad resarciendum damna, quia eorum negligentia illis nocere debet. Ludoui. Gomes. in reg. Cancell. triennal. q. 28. & Mand. ad Rom. cons. 80. numer. 1. Rom. cons. 7. & Bero. cons. 13. & vlt. qui etiam dicit, vt commune teneatur, sufficere, probare incendium occurrisse, absque eo, quòd probetur per quem, vel à quo immissum fuerit, cum illud tantum locum habeant inter plures habitantes, contra quos de iure præsumi solet, vt per Menoc. præceptorem meum de arbitr. casu. 395. nu. 4. & 5. cum seq. vbi sola præsumptione, quòd in habitantium culpa euenerit incendium non est damnum passi intentio fundata. Ias. consil. 116. nu. 7. vol. 1. Modern. Paris. ad Alex. cons. 50. nu. 5. vol. 1. nisi fortè in habitante, ad quem loci custodia ex natura officij,

ficij, & conuentione, recepta mercede pertineret: vt in caſu contra ſacriſtam ſuper incendio ſacrarij Sancti Iacobi ciuitatis Piſtorij conſuluit Calefat. conſil. 58. per tot. tom. 2. conſ. crim.

Et nota, quòd incendio quis non tenetur, niſi probationes ſint claræ, & in
4 † dubio incendiarius abſoluitur. Bald. conſ. 441. in fin. vol. 1.

Incendio quam quis non tenetur, ſi plures domum inhabitant, niſi probata culpa determinatè perſonæ ex communiori opinione. Rol. à Val. conſ. 95. nu. 9. cum ſequ. volu. 2. & Menoch. de arbit. caſu 395. nume. 4. & Ignis ſi vſus fuerit in alia parte domuſque habitata tollit præſumptionem culpæ contra habitantes, maximè ſi probatum ſit habitantem eſſe perſonam vigilem, & diligẽtem, nec ignem in dicto loco accendiſſe, vel incendio cauſam dediſſe, pœna enim dicti ſtatuti, & decreti non tenetur incola domus in qua ignoratur, author incendij, ſi probet ſe perſonam vigilem, ita ego reſpondi in facto cuiuſdam mulieris loci Granæ motus ex adductis per Thom. de ferrat. caut. 36. Pract. Papien. in for. lib. quo ag. ad fi. præſt. verb. inueſtiuit. nu. 9. Cepoll. de igne cap. 44. cum addit. ibi. nu. 10. & 11. addo ego. Alex. de Neuo. conſ. crim. 93. nume. 21. & per tot. volum. 1.

Imo præſumitur incendiũ magis fortuito caſu, †
5 & ictu fulguris occurriſſe, quam culpa inhabitantium. Alex. conſ. 7. vol. 7. Rol. à Val. conſ. 95. nu. 18. volu. 2. & inhabitantium nemo tenetur de incendio vbi ignoratur, à quibus ſit verò immiſſum, ne fortè damnaretur innocens. Gozad. conſ. 63. nu. 52. Pariſ. conſil. 47. nu. 5. & nu. 8. vol. 4. Menoch. de arbit. caſu. 390. nu. 11.

Prout, & cuſtos ouium non etiam tenetur de incendio ſi tempore noctis ſo-
6 † litum gregem cum lumine cuſtodiat, vel puerum in ſtabulum cum lumine immittat. Bald. conſ. 441. nu. 2. vol. 1. vbi
7 in fin. in fortioris terminis ſentit, † quem non teneri pro ſcintilla luminis vento emiſſa in paleam. Afflict. deciſ. 57. Rol. à Val. d. conſ. 95. num. 23. cum ſeq. vol. 2. & idem dicendum de incendio commiſſo per ruſticum, qui ſtipulas ſuas in campis comburi voluit, latè per Port. conſi. 75. volu. 1. & idem eſt de domino, qui non tenetur pro famulo, vel ragacio, qui incendium commiſerit in domo conducta eo, quia lumen, ſeu lucernam in coquina, vel in ſtabulo diligenter non cuſtodierit. Iaſ. in l. ſi quis. §. prætor ait. ff. de eden. Grammat. ad Afflict. deciſ. 57. in fi. Calcan. conſ. 61. & ſequ. num. 16. & cum vnus famulus viliſſimus aufugit, qui ſolus potuit incendium committere, non debent alij damnari, ita. Bald. conſil. 78. num. 3. vol. 3.

Et huiuſmodi incendium probant teſtes teſtantium omni exceptione maiores,
8 † per text. in l. præſenti. §. ſanè. ff. de teſti. l. etiam vbi Bald. & cod. tit. Calcan. conſ. 64. num 14. cum ſeq. nec ipſis eſt credendum, niſi ſint maiores omni exceptio-
9 ne: † quia in ſpecie famulo conducto cum ſalario non creditur. Rui. conſ. 29. vol. 5. Campeg. regul. de teſt. nu. 12. & 13. verſi. 5. prout, nec eſt idoneus teſtis negotiorum geſtorum. Bal. conſ. 50. vol. 2. Iacob. Nouel. regul. iur. verbo. teſtis reprobatio. num. 10. quo loci etiam ponit de reprobatione aliorum, qui ſentiunt commodum, qui ſunt varij, nec rationem dicti reddunt.

Et quia dixi villam, ſeu communitatem teneri, ſciendum eſt, quòd licet nõ videatur teneri, nec aliqua ſibi poſſit adiciri culpa ex locorum diſtantia, vt not. Ang. de malef. verb. fama. quæſt. 12. Plot. in l. ſi quando. nu. 376. C. vnd. vi. attamen etiam, quòd villa ſit diſtans à lo-
10 co damni, † tenebitur ex eo, quia teneatur per camparios cuſtodire. arg. doctrinæ. Bart. & glo. in l. nequid, in princ. & §. fin. ff. de incen. rui. & naufra. quod ſi quidem damnum emendandum per villã diuidetur pro rata patrimonij vniuſcuiuſque, per l. fi. C. de naufrag. lib. 11. Bar. in d. l.

in d.l.nequid.Ruin.conſ.116. nu.5. vol. 4.Rom.conſ.89.nu.3.

Nolo in propoſito dicti decreti patriç omittere, quòd mihi contingit conſulere in cauſa patritij ann. 1603.de mẽſe Auguſt.in illius nempè prædio clàm, & occultè à delinquente,cuius nomen, & perſona ignorabatur fuit commiſſa inciſio quinquaginta vnius cathenorum vitium, & eodem fere tempore impoſitus fuerat ignis eodẽ modo in eius nemore, & ei fuerat combuſtus cumulus faſciculorum quingentorum: quærebat idem Apoſtolus beneficium dicti decreti de incend.& de pœn. incid. vt aliæ cõtra vniuerſitatem originariæ patriæ meæ Montismagni pro repetendi damni emendatione ad mentem dictorum decretorum.

Diſputabatur, an cathenæ vitium intrarent in diſputatione dicti decreti de
12 pœn. incid.vitis,† & ego conſulebam vitis appellatione contineri etiam palmites, & appellatione vineæ, & ſi in dubio referatur tantum ad ſolum non autem ad ſuperficiem. l.certo generi. ff.de ſeru.ruſt.præd.contineri etiam vites, vt dicitur in dict.l.certo, perglos. in verb. actum erit, & in l.quod tamẽ.§.2.ff.quib. mod. vſufruct.amit.ſicque comprehendi in decreto etiam cathenas vitium, tũ ex propria vi vocabuli, tũ etiam ex notabili quantitâte, circa quam fuit commiſſa inciſio præſupoſita, dicebam pariter ſtatutum pœnale, & odioſum ex-
13 tendi de caſu ad caſum, † & ad ſimilia ex identitate rationis, quæ eſt, vt frãudibus obiceretur. l.cum hi, §.ſed cum lis, ff. de tranſac.c.ſedes, de reſc.cui ſiquidem fraudi non eſſet reparatum ſi prohibitũ in vite permitteretur in cathena vitis, ergo prohibitum in vno cenſetur prohibitum in altero, cum par ſit ratio in vtroque. l.cotem, in prin.ff.de public.& ſtatutum in principali cenſetur ſtatutũ in acceſſoriis.arg.l.nomen, in prin.ff.de leg.3.& in ſequentibus,l.inter locerum. §.cum inter. ff.de pact.dot.Iaſ.in l.1.in fi. C.de iur.emphyt.& quòd ſtatutum pœnale, & odioſum extendatur de caſu ad caſum, & ad ſimilia ex identitate rationis plures referens ſequitur. Io.Bertach. in tract.de gabell.2.part.8.princ. de gab. rer.inanimat. ſub nu.12.in quæſt. de frumento, & farina.

Et licèt verba ſtatuti regulariter non
14 extendantur,ſed reſtringantur,† præcipuè cùm nulla ſit facta mentio de nemore, nec de cathenis vitium, attamen non militat hæc regula, quando concurrit puritas rationis in vtroque caſu, vt ſupra deduxi. Iaſ.in §.omnium.nu.34. de act.& non militat, quando in conſequentiam venit fauor publicus cùm publico interſit, vt fraudibus obruetur, & ne huiuſmodi inciſiones, vel incendia committantur. Alciat. de verb.ſignific. lib.1.nu.32.pag.mihi 21. & mens ſtatuẽtis magis debeant attendi, quàm verborum ſignificat. l.publius. §. final ff.de cond.& dem. quia non intentio verbis, ſed verba intentioni debent deſeruire. c.in ijs, de verb. ſignif.& mens declaratur etiam ex veriſimili, quòd vtique facit caſum legis.Oſaſc.deciſ.170.nume.8. & ſeqq.

Tandem Domini compromiſſarij electi extremi iureconſulti. Rol. Canagn. & Io. Dominicus Plebanus in eorum laudo pronunciari reſpectu inciſionis cathenarum, ſeu palmitum vitium cõmunitatẽ ipſam teneri ad damni emẽdationem iuxta liquidationem fiendã pro qua dixerant hincinde confidentes eſſe nominandos.

Reſpectu verò ignis immiſſi, Communitatem primum non teneri, vt puta, quia caſus propoſitus, non diceretur comprehenſus ſub decreto patriæ cuius virtute prætẽdebat Apoſtolis actionem ſibi competere, ſed tu veritatem huiuſce laudi collige, vt ſuprà deduces, & per me allegatis in materia præmiſſæ dubitationi.

DVBI-

DVBITATIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Plebs, vel vniuerſitas, an poſſit in loco communi dominorum, & hominum, truncare ligna pro reparatione pontium, & clauſura Villæ abſque dominorum, vel hominum conſenſu.*

2 *Communem rem cum alio habens, poteſt ea vti ſocio inuito.*

3 *Communem rem habens præſumitur iure ſuo facere.*

4 *Delictum non punitur, niſi adſit dolus.*

5 *Meum dici poteſt quod eſt commune.*

PLebs, vel vniuerſitas, an poſſit in loco communi dominorum, & hominũ truncare ligna pro reparatione pontium, & clauſura viliæ abſque dominorum, vel hominum conſenſu?

1 Sum iſtius ſententię, † quòd quando conſul, vel ſyndicus vſus fuit ſylua ad vſum deſtinatum, ſeu cõſuetum, & pro reparatione, & clauſura villæ, in quo negotio vertitur publica, & communis omnium vtilitas poſſit truncare ligna: quia habens cum alio rem communẽ poteſt ea vti inuito, vel ignorante ſocio
2 l. cum duobus. † §. mella. ff. pro ſocio. l. ſi ædes vbi gl. & doct. ff. comm. diuid. l. arboribus. §. naue. ff. de vſufr. vbi gloſ. format quæſtionem de vtente ſylua communi ad vſum deſtinatum, & non ſoluit, volunt. Bart. & Doct. in l. ſerui electione. §. labeo. ff. de leg. 1. quòd taliter vtens non dicitur culpabilis, nec in culpa, & ita etiam tranſit. Dyn. in reg. in re communi de regu. iur. in 6. facit tex. in l. in tãtum. §. in commune. ff. de rer. diuiſ. vbi in commune ſepulchrum licèt etiã ſocio mortuum in ferrè, & tanto magis quando capiũtur ligna ad communem vtilitatem. vt in d. l. ſi ædes cũ vbi notat. per Bart. & Paul. de Caſtr. in l. & hæc diſtinctio. ff. loca. ac Bald. in l. 1. C. qui teſta. fa. poſſ. & Alex. in d. l. ſerui electione. §. labeo. ff. de leg. 1. col. 1. nã poteſt habens rem communem, vtilitatẽ communem facere etiam inſcio, inuito, vel ignorante ſocio.

Nec obid pro huiuſmodi lignis truncatis in loco communi dominorum, & hominum cõmunitas dicitur deliquiſſe: quia non eſt præſumendum delictũ in his quę palàm facit ſocius, nam cùm habeat rem communem præſumitur
3 iure ſuo facere nõ animo furandi, † vel delinquendi. l. rei communis, & l. merito. ff. pro ſocio. & ſi ſocius prætendat ſe offenſum habet agere actione ciuili, vt ibid. delictum autem punibile ſine animo delinquendi, & dolo non commit-
4 titur. l. 1. † C. de Sicar. Bart. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſta. lib. eſſ. ius. fuer. Iaſin l. 1. ff. de legi. col. ant. pen. præcipuè cùm domini ratificarent inciſionem: quia cenſẽtur à principio de eorũ voluntate fuiſſe truncata ligna. l. fin. cum concord. ff. ad Macedon.

Habemus inſuper regulam iuris, qđ mereũ dici poteſt, quodcommune eſt
5 mihi cum aliis; videlicet, † quòd commune eſt, meum eſt. l. ſi teſtamẽto. ff. de condit. inſtit. niſi tamen probetur contrarium, vt ibid. notat. Bart.
Elicias ergò expremiſſis & lucidatam eſſe dubitationem.

DVBITATIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Communitatis Ambaſciatores, vel procuratores, an teneantur reſtituere expenſas communitati, quando ſtant pluſquã expedit in ambaſciaria, & legatione.*

2 *Abſentia nulli debet eſſe damnoſa.*
Abſentes reſtituuntur etiam contra fiſcum, non tantum pro damno, ſed etiam pro lucro ceſſante. ibid.

3 *Affectantes abſcentiam non gaudent priuilegijs abſcentium.*

4 *Absens in officio modici valoris, præsumitur affectatè abesse.*
5 *Ambasciatores, qui stant plusquam expedit tenentur restituere expensas communitati, nec gaudent priuilegijs absentum.*
6 *Minor, & absens causa Reip. æquiparantur.*
7 *Absens ex iusta causa habetur pro præsente.*
8 *Pecunia dicitur secundus sanguis.*

PLebis, villæ, vel communitatis ambasciatores, vel procuratores, an teneantur restituere expensas communitati, quando statur plùsquam expediat in ambasciaria, seu legatione.

1 Studiosè placuit hãc coaceruare dubitationem, vt milli sub persona communitatis, & causa Reip. diutius, & inutiliter super hospitijs edificant nõ morari, & intelligant clarius sese in foro Dei, rationem de superfluis sumptibus ad ventris, & è propriæ cupiditatis, vel lucri saturitatem, & insaniam, impensis reddituros, de proprioque pecuniam orphanorum, & viduarum in comessationibus consumptam, vel ad proprios vsus conuersam restituros.

Huiusmodi propterea procuratores, vel Ambasciatores absẽtes causa Reip. multis gaudent prærogatiuis, & priuilegijs, ideò restituuntur aduersus sentẽtiam, nec coguntur litigare, & huiusmodi absentia non debet illis esse damno-
2 sa. l. absentia. † ff. de reg. iur. ideò etiam contra fiscum restituuntur. l. neq; C. de restit. milit. & l. fin. ff. ex quib. caus. maio. & nõ solum pro damno, sed etiam pro lucro, quòd cessauit datur absentibus causa Reip. restitutio. l. non solum §. fin. & l. Iiquis. Titio. §. fin. ff. ex quib. caus. maior. quando videlicet ipsi absentes fuerunt læsi in omittendo, secùs si faciendo. l. quæ à patri vbi Castr. C. de restit. milit.

Illi tamen, qui data opera, & affectatè etiam causa Reipu. absentes esse studi-
3 dent nõ gaudent huiusmodi, † nec aliis priuilegijs. l. & qui data. ff. ex quib. caus. maior. l. pen. C. quomodo, & quãdo iud. & l. vniuersi secundum vnam lect. C. de legation.

Imò qui in officio modici valoris est absens causa Reip. præsumitur affectatè
4 & data opera abesse. l. spadonem. §. fin. ff. de excusat. & hoc etiam facit contrà clericos absentes, qui vt ampliores obtineant dignitates, stant cum Cardinalibus, & huiusmodi Ambasciatores tenentur restituere expensas communi-
5 tati, † quando stant plùsquam expediat dolosè, vel volũtate sua, vt in d. l. & qui data. ff. ex quib. caus. maior. & isti non gaudent priuilegijs absentium causa Reip. qui habentur pro præsentibus ad sui commodum, & fauorẽ summ. Ang. in litera, Absens causa Reip. & summ. Fabienibid. sub num. 1.

Minor etenim, & absens causa Reip.
6 æquiparantur, cum fauor Reip. & minoris ambulet pari passu, & de pari procedat. l. respublica. C. ex qui. caus. maio. l. rempublicam. C. de iure Reip. lib. 11. &
7 veluti ex iusta causa absẽs † causa Reip. habetur pro præsente. c. ad audientiam de cler. non resid. l. sciæ. §. Pamphilæ. ff. de fund. instruc. cum alijs cumulatis per Rom. cons. 263. relatum ab Olasc. decis. 92. num. 10.

Caueant ergò absentes causa Reip. ne deglutiãt pecuniam communitatis, quia sanguis est pauperum, secundus.
8 enim sanguis est, † & loco sanguinis hodie pecunia habetur. glo. in l. aduocati. C. de aduoca. diu. iudic. Affict. decis. 24. num. 4. Menoch. de arbitr. cas. 110. nu. 6.

DVBTATIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Populus, vel eius consilium, vel Domini loci possint eligere consilium, & ad quem spectet electio?*
2 *Consilium debet eligere syndicũ, & officiales. Qui potest remouere, potest constituere ibid.*
3 *Romulus diuisit Romam in triginta partes.*

Resp.

4 *Reſp. vel communitas pertinentia ad adminiſtrationem, poteſt ſine ſuperioris licentia expedire.*

5 *Collecta pro neceſſitate Villæ poteſt à conſilio ſine ſuperioris auctoritate imponi.*

6 *Conſilium non poteſt conuocari ſine iuſdicentis auctoritate.*

7 *Appellans à nominatione in conſiliarium debet appellare ad dominos, vel ad iudicem.*

8 *Domini loci habentes merum, & mixtum imperium ſunt loco præſidis.*

9 *Domini ſi habeant auctoritatem in electionem conſiliariorum, non licèt tunc ab eodem ad eundem appellare.*

10 *Nominans malè tenetur ad litis ſumptus ſicut iudex.*

11 *Filiusfam. poteſt eſſe conſiliarius, & pater tenetur pro eo.*

12 *Syndicus poteſt creari illiteratus, oculorum amiſſio non adimit quæſitum honorem.*

14 *Septuagenarius excuſatur à minoribus perſonalibus.*

15 *Conſiliarij non debent recedere à ciuitate, vel villa ſine licentia aliàs puniũtur, nec poſſunt ſeruire per ſubſtitutum.*

16 *Electionem, & nominationem factam ab inferioribus tenetur ſuperior confirmare.*

17 *Conſiliariorum duæ partes ſufficiunt in electionibus.*

1 PLebs, vel populus, vel ipſius cõſilium, vel an domini loci poſſint eligere conſilium de iure communi?

Electio conſiliariorũ à principio ſpectat ad populum conuocato populo, ſaltem per capita dominorum, ſeu per Arengha, auctoritate magiſtratus, qui magiſtratus ſolum proponere habet, ſicut ſunt conuocati pro eligendo conſilium, & conſiliarios, & populus conſilium eligere habet, qua prima electione facta ipſi conſiliarij ſucceſſiuè de tẽpore in tempus habẽt eligere ſyndicos, & officiales communis, & conſilium reformare, & Magiſtratus nõ habet auctoritatem, niſi conuocandi, & proponendi, & hæc omnia traduntur in l. obſeruare, vbi Bart. in prin. & fin. C. de decurio. lib. 10. & ſecundum gloſ. in l. pupillus §. decuriones. ff. de verb. ſignif. prudentiores populi eligunt conſiliarios, ſalua ſemper conſuetudine, quæ debet attendi, vti ibid. & per Doct. in l. omnibus. ff. ad Trebell. vbi Bart. & alij vbi traditur, quòd conſilium habeat eligere

2 ſyndicum, † & officiales, ac adminiſtratores Reip. vt etiam habetur in l. procuratores. C. de decur. lib. 10. & hæc probãtur etiam ex dictis. Bart. in repet. l. omnes populi. 5. colu. ff. de iuſt. & iur. dùm tractat de modo condendi ſtatuta per populum, faciuntque dicta. Barto. in l. actor. col. pen. ff. rem rat. hab. vbi dicit, quod qui poteſt remouere, poteſt conſtituere, vnde ſi conſilium habet poteſtatem remouendi de antiquis, conſiliarios, ſine ſuperioris auctoritate, pariter habet poteſtatem ponendi alios ſine tali auctoritate. idem vult. Bar. loquens de ſyndico in l. 1. in princ. verſ. quæro vtrũ requiratur. ff. quod cuiuſque vniu. nom.

Et licèt Bar. in d. l. obſeruare in fin. di-

3 cat, quòd vbi non eſt ſuperior populus ab initio, habet conſilium eligere innuens, quòd ſecùs ſit, vbi eſt ſuperior per hoc. Bart. non ſenſit, quòd ſuperior eligat primum conſilium, ſed tunc non eſt neceſſaria in conuocatione, & propoſitione alicuius ſuperioris auctoritas, vt iura iuribus cõcordẽtur. Sed ex. in l. 2. in princ. iun. gloſ. in verb. per ſententias ff. de orig. iur. quam allegat. Bar. in d. l. obſeruare potiùs innuit contrarium, videlicet, q̃ Romulus diuiſerit Romam, in triginta partes, & quòd expediret per conſilium cuiuſlibet partis, quæ expedienda occurrebant, non autem dicit, quòd Romulus eligerit conſilium vnicuiq; partium: ſit propterea regula, quòd ea, quæ ad Reip. adminiſ-

4 trationem, † & adminiſtrandi neceſſitatem, vel vtilitatẽ pertinent, ipſa Reſp. ſeu conſilium, per ſe poſſit ſine ſuperioris licentia expedire, vt per Barto. in d. repet. l. omnes populi, 1. q. 1. princ.

Quando pariter imponitur collecta pro necessitate villæ, potest consilium sine superioris auctoritate imponere. secundum Bart.in l.1.† §.quòd si nemo. ff.quòd cuiusque vniu. nom. & Alex.in l.4.§.actor.4. colum in 3. additione in fin.ff.de re iudic.

In conuocando tamen consilio, vel populo requiritur superioris, Magistratus, † seu iurisdicentis auctoritas, & est facienda propositio per Magistratum, Castellanum, vel iusdicentem, vel saltem eo præsente, vt suprà deduxi cum no. per Bart.in d.l.omnes populi col.5. 6 si quis à nominatione in consiliarium vellet ex causa appellare ad Dominos, esset appellandum, vel ad potestatem, Snum iurisdicentem pro dominis, l.1.§. solent, vbi Bar.& Doct.ff.quãdo appell. sit.vbi habes, quòd appellatur ad præsidem, cùm domini loci habentes merum, † & mixtum imperium, sint loco 8 præsidis:per not. in l.fin. post gl.in verb. idest.C.de long.temp. præscr. Bart.in d. §.solent propè finem, & Bald.in l.1.§.1. vers. vlterius nota.ff. de offic. proconsi. qui dicit, quòd Abbates, & alij, qui habent terras, & iurisdictionem sunt uice præsidum, & vti præsides,ac clarissimi: & quòd dominus villæ sit vti præses,docet Bar.in l.1.in fin.ff.de damn.infect.

Si ergò domini haberẽt potestatẽ, & auctoritatẽ in electione,& reformatione consiliariorum, † & consilij,nõ liceret ab eodem ad eundem appellare c.2. de consuet. in 6. & not. Bart.& Doct. in d.§.solent.

Ad officium ergò iudicis, vel Magistratus vel rectoris ciuitatis, vel villæ, pertinet conuocare consilium, & facere eligi officiales,vel consiliarios, vt eis electis nunciare possint,si velint ab electione, vel nominatione appellare, & qui malè nominat tenetur ad sumptus 10 lis, sicut,& † iudex facit incertis casibus litem suam.l.cum qui.ff. de iudic. & præmissa vide in tex.præallegato.l. obseruare quæ est 2.C.de decur.li.10.

Scias etiam,filij familiàs possunt esse consiliarij, & pater tenetur pro eis,si cõ 11 senserit, † sed de peculio, & de in rem verso. l. filios in potestate. C. de decur. libro 10.

Et illiteratus potest creari decurio, 12 † syndicus,vel consul.Lex partes. C.eo. tit. & casus amissionis oculorum quæsitum consulatus non adimit honorẽ, 13 & qui perdit † vilum, non perdit officium.l.infamia.C.eo.tit.benè excusatur ab huiusmodi muneribus personalibus qui annum septuagesimum excedit.l.si 14 vltrà. † C. eo.tit.& consiliarij, verò nõ debẽt recedere à ciuitate, vel villa sine 15 licentia,alias † puniuntur.l.si quis decurio. Cod. eo.nec quis seruire potest per substitutum, nisi sit ad hoc specialiter priuilegiatus. l. nullus.C.eo.& superior electionem,& nominationem factam 16 ab inferioribus † tenetur confirmare. l.si quos.C.eo.tit.& sufficiat duas partes 17 consiliariorum † adesse. l. nominationum forma.C.eod.tit. & satis sit hæc de gustasse in præsente dubitatione.

DVBITATIO XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Domini villæ,vel Castri,vbi ex facta inter eos conuentione ad alterum eorum pertineat administratio,an vigore huiusmodi conuentionis possint inter se diuidere?*
Item an huiusmodi conuenta administratio, post factam diuisionem expirèt.

2 *Subditi se se possunt opponere ne fiat diuisio administrationis inter dominos.*

3 *Domini si sint duo in vno castro, hoc videtur monstrum.*

4 *Subditi non possunt pro veriori opinione diuisionem impedire,& sic vnus consortum potest ponere vnum officialem, & alter alterum.*

5 *Domini si discordent in vsu iurisdictionis possunt subditi instare vt fiat diuisio.*

6 *Præscriptionẽ nõ potest inducere ne fiat diuisio iurisdictionis inter dominos.*

Dominorum

7 *Dominorum commorantium in loco præeminentiæ, non impediunt diuiſionem adminiſtrationis.*

8 *Conuentio etiam iurata impediens diuiſionē non tenet.*

9 *Ius quæſitum ex conuentione amittitur ob iniuſtitiam.*

10 *Minor prouocari poteſt ad diuiſionem.*

11 *Diuiſio iuriſdictionis non impedit, quin alter ſit habiturus prædia in qualibet parte.*

12 *Domini poſſunt ſi diſcordent compelli ad diuiſionem à ſuperiore.*

13 *Agnatus agnato ſuccedit etiam in feudo diuiſo.*

PLebis, vel villæ, vel caſtri con domini vel conſortes, vbi ex facta inter eos conuentione, ad alterum eorum pertineat adminiſtratio, an vigore huiuſmodi conuentionis poſſint inter ſe diuidere, & an huiuſmodi †conuenta adminiſtratio poſt factam diuiſionem expiret? 1

Licèt Paul. de Caſtr. in l. ſi vni in pen. col. verſi. quid autem ſi deceſſit ff. de re iud. & teneat, quod ſubditi ſeſe poſſint opponere ne fiat diuiſio adminiſtratio 2 nis, † ne habeant plures officiales, ſeu iudices, dicens ſe ita conſuluiſſe.

Licèt etiam Alex. conſil. 25. col. pen. in prin. vol. 5. dicat videri monſtrum, q† 3 ſint in eodem caſtro duo domini ſeparati, & publicè interſit, ne ita ſit.

Nihilominus veritas eſt in oppoſitū, quod ſubditi non poſſunt hanc diuiſionem impedire, † vt per Alex. d. conſil. 4 25. col. pen. & verſi. circà aliud dubium latè hoc comprobantem, hincque idē. Alex. ibi in antepen. col. in verſic. non obſtāt etiam quod videatur, irrefragan ter approbat, quòd vnus conſortum poſſit ponere vnum officialem, & alter alium.

Hincque fortiùs poteſt ſuperior cogere conſortes ad diuiſionem totalem iuriſdictionis & territorij, quia tunc ceſſabit quæuis difficultas, quia quilibet conſtituet ſuper ſuis hominibus, & ſua parte territorij officialem.

Imo quando domini diſcordant in vſu iuriſdictionis poſſunt ſubditi inſtare, † quòd ipſi domini cogantur ad diuiſionem deuenire vt vult. Ang. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. obl. cum quo tranſit. Alex. conſi. 7. col. 2. circa fi. & conſil. 25. in 1. col. verſ. & poteſt li. 5. ideoque quoties ſubditi inſtarent, ne fiat diuiſio, eſſet danda indubitanter repulſa, etſi ſem per tentum fuiſſet feudum illud communiter, & videretur inducta præſcriptio, † ne diuidi poſſet vt per Oldrad. & Ang. in l. 1. C. de ann. except. quia veritas eſt in contrarium. vt ibid. per Bar. & ſcribit. Alex. conſi. 6. volum. 5. & Iaſ. ſatis abundè in §. quædam inſtit. de action. 5 6

Nec præeminentiæ aliorum conſortū vel parentum ſolitorum in loco commorari impedient diuiſionem adminiſtrationis, † vt alterius annis adminiſtrent con domini caſtri, vel villæ, quia vbi reliqua communiter facta etiam fuiſſent, nō debet impediri diuiſio. qua facta ceſſabunt tales præeminentiæ vt pulchrè reſpondit. Alex. d. conſil. 25. in fin. volu. 5. vbi loquitur de antiquiore prætendente iura appellationum. 7

Sicut verò non teneret expreſſa etiā iurata conuentio impediens diuiſionē 8 † vt per Alex. conſi. 18. vol. 2. puta, quòd antiquior ſit perpetuus gubernator vt ibid. nec tacita impediet, quamuis contrarium teneat. Bar. in conſil. 189. col. 3. quòd ius ex conuentione quæſitū amit teretur, tali † iniuſtitiam faciente, & male exercente. l. auxilium. ff. de minor. Alex. d. conſi. 18. propè finem. 9

Nec officeret minor ætas aliquorū con dominorum, quia etiam minor prouocari poteſt ad diuiſionem, ſtante po 10 tiſſimum † rixa, diſcordia, vel ſcandalo imminente, ipſe alios etiam prouocare poteſt Alex. d. conſi. 25. in fin. vol. 5. Soc. conſi. 165. col. 9. verſ. 10. & vltimo lib. 1. vbi habes quòd in feudo etiam non diuiſibili, ratione timoris rixæ, ſcādali, vel diſcordiæ poteſt peti diuiſio.

Nec

Nec huiusmodi diuisio impediet, q̃ vnus habeat plura prædia allodialia sparsa, quam alter, ita quòd non possit diuidi territorium, quin alter sit habitu
21 rus † prædia in qualibet parte: per ea quæ tetigit. Alex. d. consi. 25. colum. fin. dubio penult.

Et quòd alterius annis frui debeant con domini, & ad huiusmodi diuisionem alterius annis faciendam, data di-
22 scordia, † compelli possint per superiorem, dixit. Abb. in c. fin. 2. col. vlt. notab. de re iud. vbi. Felyn.

Diuisio verò huiusmodi non extinguet ius administrandi, sicut nec per diuisionem extinguitur, nec perit ius primæ concessionis quoad facultatem
23 succedendi, quia in † feudo diuiso nihilominus agnatus agnato succedere potest gloss. & Doct. in c. 1. in princ. in fit. Imperator lotharius, & in c. 1. de nat. succes. feud. cum concord.

DVBITATIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Communitas an dicatur grauari quando res solita contribuere in omnibus oneribus, & pro oneribus registrata transiret in dominos nolentes contribuere.*

2 *Ecclesia potest ex pacto vel hypotheca obligari ad collectas.*

3 *Registrans tacitè se obligat ad onera commmunitatis, etiamsi sit immunis nisi post notitiam contra protestetur.*

4 *Res ad quemcumque transeat, transit cum suo onere, & sua causa actiuè & passiuè.*

5 *Vniuersitatis quilibet tenetur votum suum exprimere in concernentibus facta communitatis.*

PLebs, vel communitas an dicatur grauari, quando res solita contribuere in omnibus oneribus, & pro oneribus registra-
1 ta † transiret in dominos nolentes contribuere?

Et quòd dicatur grauari communitas in casu præsentis dubitationis, respondit. Aret. consil. 132. incip. in causa column. fin.

Ecclesia namque ipsamet si succedat in rebus pro collectis expressè hypothecatis, potest obligari ad collectas, secũ-
2 dum. Bald. in tit. † de pace. Constant. in verb. munitiones: quia etiam pacto ecclesia potest obligari ad collectas, vt dicit. Bal. in Iaeminem. C. de sacros. eccl. & si ecclesia faceret sibi æstimum, conueniretur etiam ad collectas, tanquam ex promissione, & consensu suo. Bal. in auth. sed & periculum. C. sine censu vel reliq. ratio est quia qui registrat tacitè,
3 † dicitur se obligare ad onera communitatis. vt per Bart. in l. hi pœnès. C. de agric. & censi. lib. 11. incola. ff. ad municip. Ang. consil. 103. Alex. in proposito nobilium ementium de prædijs registratis, quòd teneantur ad onera communitatis in consi. 145. in fin. vol. 2. immunis enim patiẽs se scribi in catastro vel registro obligat̃ ad onera, nisi post factam notificationem contra protestetur. Ang. in l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appell. sit. Alex. consi. 101. col. 6. vol. 1. Abb. in c. cum accessissent de constit. ei facit tex. in l. 1. ff. de vacat. mun. quia vt inquit. Bar. in d. l. incola. ff. ad munic. potest registrans cogi etiam ad onera, quæ imponuntur personæ pro rebus, quæ assignantur in æstimo, ita quod nõ liceat postea se eximere prout etiam voluit gl. in l. fi. in prin. C de censi. & censi. vers. & ideò lib. 11.

Concludas ergò grauari vniuersitatem in casu proposito, eactiam ratione quia quælibet res ad quæcumque transeat, transitum facit cum suo one-
4 re, & cũ sua cã † actiuè & passiuè. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. concord. ita vt teneantur domini in præsenti casu contribuere, & ita exclamare debent omnes de vniuersitate, quia quilibet de vniuersitate tenetur votum suum exprimere in concernentibus facta communita-

Digitized by Google

5 munitatis† ex debito officij argum.ex in c.1.de his quæ fiũt à maio.part. capit.

DVBITATIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Confiſcatio an ſit applicanda communitati principi vel vaſſallo, vbi prætor exercet iuriſdictionem illius loci vel ciuitatis.*
Populus vel officialis an habeat iuriſdictionem ibid.
2 *Iuriſdictio omnis eſt imperatoris.*
3 *Confiſcationes, & emolumenta iuriſdictionis ſpectant principi deputanti poteſtatem.*
4 *Ciuitates non habent ius confiſcandi niſi habeant regalia.*
5 *Italiæ ciuitates non habent fiſcum nec iura fiſcalia niſi ex priuilegio conſuetudine, vel præſcriptione, & num. 9.*
6 *Bona vt poſſint ex delicto deferre quòd imperium requiratur.*
7 *Fiſcalia iura non veniunt niſi exprimantur vel expreſsè concedantur.*
8 *Imperator ex pace conſtantiæ, non cenſetur ciuitatibus Italiæ regalia conceſſiſſe.*
10 *Ciuitas quæ habet dominium, & regalia recognoſcendo ſimpliciter aliquem in ſuperiorem transfert in illum iura fiſcalia.*
11 *Vendito cum pertinentijs cæſſo quæ veniant.*
12 *Poteſtas habens merum, & mixtum imperium poſſi confiſcare, & cui applicetur confiſcatio.*
13 *Confirmatio ſtatutorum habet vim priuilegij.*

1 REbelis, ſeu Villæ, Ciuitati, vel Communitati, an Magiſtratui, Principi, vel vaſſallo, applicanda ſit confiſcatio, vbi prætor, ſeu poteſtas exercet iuriſdictionem illius villæ, vel ciuitatis?

Sciendum eſt pro præludio, quod iuriſdictio non dicitur eſſe pœnes plebẽ, villam, vel caſtrum, vel ciuitatem, niſi ipſi ſint qui deputent poteſtatem in loco, & tunc cadit illa quæſtio, an ipſe populus, vel an officialis ſit ille, qui habeat iuriſdictionem? vt per Alex. & Iaſ. in l.1. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi n. populus nõ deputat officiale, eſto, quòd eligat, indubitanter populus non dicitur habere iuriſdictionem, ſed ſuperior confirmãs, vt per Bart. in §. iuſiurandum in authen. de defens. ciuit, propè fin. & latiùs per Alex. loco præcitato, qui ſubdit, quòd

2 omnis iuriſdictio eſt Imperatoris, † quia ipſe eſt, qui iuriſdictiones tribuit, magiſtratus creando, vel confirmando, vel præſtando auctoritatem creandi, vel confirmandi, periura per eum allegata: & ſic non videtur obſtare dictum præpoſit. in c.1. §. ad hæc. col. pen. de pac. iur. fir. poſt Archid. in c. ſi epiſcopus. de offi. ordi. in 6. quod ſi conſuetudo prouidet in loco de aliquo iudice, vel ſibi ſolet eſſe ſpiritualis iudex, quòd apud illum cenſetur eſſe iuriſdictio, & non apud ſuperiorem: quia intelligitur, niſi ſuperior deputet poteſtatem, quo caſu intelligitur eſſe paſſiuè in territorio, item intelligitur quoad effectum, ne generales iudices, & commiſſarij ſe poſſint de cauſis in ipſo loco vertẽtibus impedire: prout loquuntur Doc. in c. ſi epiſcopus. de off. ord. in 6. intelligendo dictum Doctoris ſecundum iura allegata per eum, iuxta not. per Bart. in l. non ſolum. §. ſi liberationis verba. ff. de lib. leg. & Paul. de Caſtr. in l. nemo. ff. de iuriſd. omn. iud. cum regulariter Princeps concurrat in iuriſdictione cum magiſtratibus ſuperioribus, vt latè per Fely. in c. paſtoralis, de offic. ord. qui dicit, quòd iuriſdictio cenſetur cõceſſa cumulatiuè nõ priuatiuè quoad ipſum Principem.

Hinc inferas, quòd cùm iuriſdictio actiuè ſit pœnès Principem, qui deputat

3 poteſtatem, † emolumenta iuriſdictionis, ac confiſcationes ſpectant ipſi Principi, vt per Barto. in l. item veniunt. §. ait ſenatus. ff. de petit. hæred. & Iaſ. in l. Imperium. colu. 6. ff. de iuriſd. omn. iudic. & Bartol. l.1. propè fin. cum ibi addit. C. de bon. vac. lib. 10.

Et quòd talia loca non habeant iura fiſci, nec niſi priuilegia notat. Barto. in Rub.

Rub.C.de iure fisci lib.10.& Bal.in Rub. C.de priuil.fisci. qui Bald.in l.2.in fin.C. communia,de vsucap.dicit,quòd etiam ciuitates non habent ius confiscandi, nisi habeant regalia,quod firmat etiam
4 † Bar.in repet.l.1.col.fin.C.de sum.Trin. vbi habes, quòd ciuitates Italiæ non habent fiscum, nec iura fiscalia,nec possunt bona publicare propter delicta per
5 † d.l.1.nisi secundum Barto. ibi hoc habeant ex priuilegio, vel præscriptione, vel antiqua consuetudine, vt per Doct. etiam precipuè per Ias.in d.l.Imperium col.9.vers.sed videndum est, & de præscriptione, ac de consuetudine sequitur Alex.cons.60.in fin.vol.1.

Ad hoc enim, vt bona possint ex de-
6 licto deferri loco, vel ciuitate † debet ei concessum fuisse merum,& mixtum imperium cum regalibus. Bart. in l.1. C.de excus.mun.lib.10.vbi pœnæ, & mulctæ non debentur rectoribus, vel Præsidi, sed ei, qui in loco habent ius fiscale, & quia sunt de regalibus, talia non veniũt
7 nisi exprimantur, † vel expressè concedantur.c.1.tit.quæ sint regal. Butr.in ca. per venerabilem, qui fil.sint legit. Bald. cons.110.vol.1.vbi dicit, quòd Imperator ex pace constantiæ,non censetur ci-
8 uitatibus Italiæ regalia cõcessisse,† licèt concesserit merum, & mixtum Imperium.

Sola igitur consuetudine, vel legitima præscriptione,possunt communita-
9 tes talia sibi acquirere † per nota. per Bald. in ca.1.vbi, & alij titul. hic finitur lex, & per eund. in l.2. C. communia de vsucapio.Ias.d.l Imperium.11.& 12.col. Fely.in c.cum non liceat; de præscrip.& c.quoad de offic.lega.nisi quam constet de priuilegio res remanet in dispositione iuris communis, l. si cum dotem, in princ.ff.soluto mat.facit, quòd vult.Abb. cons.93.col.2.vol.2.vbi ciuitas, quæ habebat dominium, & regaliam,recognoscendo simpliciter aliquem in superiorem, transiert in illum iura fiscalia, ac palatium poteltatum emptum per eam nomine cameræ, & idem dicit Bald. in c.1.colu.3.de capi.qui curi.vend.habere locum in molendinis, quæ talis ciuitas habebat, vt publica, & non iure priuato, vt transferat dominium, cui se submittit simpliciter.

Vendito namque castro cum perti-
11 nentijs, † veniunt nemora, pascua, molendina,& omnia alia; quæ vendens tãquam dominus sub illa vniuersitate tenebat, & ibidem possidebat, ita firmat. Corn.cons.321.col.4.vol.4.

Et licèt talis potestas habens merum, & mixtum Imperium possit ad confisca-
12 tionem, † & publicationem bonorum deuenire, vt per glos.& Docto. in l.1.C. non sine ius. prin.vt per Bald. & alios in c.1.in princ.tit.hic finitur lex, talis tamẽ publicatio bonorum applicatur principi, & non vniuersitati, vel domino, nisi vassallus esset inuestitus cum mero, & mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione: quia tunc vtilitas mulctarum pœnarum, & publicationis bonorũ ei spectaret, vt per Bald.in Rubri.ff.de iur. diuis.vers.43. Bartol.in l.1. C.de excusat. mun.lib.10. Iacob.à sanct. Georg.in sua inuestitu feud.in clausula cum mero, & mixto imperio.col.2.& ante eum. Bald. cons.205. cum seq.vol 4. & Ias.in d.l.imperium.ff.de iurisd.omn.iud.

Vbi tamẽ statuta loci à Principe cõ-
13 firmata determinent pœnas, † vel aliud communitati applicari, talis confirmatio habet vim priuilegij. & huiusmodi statuta sunt obseruanda ita, vt pœnæ, vel alia applicantur communitati. Bal. d.cons.110. vol.1. & ex his sic relatis expedita satis sit ista dubitatio.

DVBITATIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Ville, vel Ciuitatis homines si plantauerint signa in territorio confinante, an homines alterius territorij possint propria auctoritate illa signa euellere, & num.4.*

Signum

2 *Signum plantatum in confinio eſt ſignum iuriſdictionis.*

3 *Epiſcopus non debet vocari quis pendẽte queſtione epiſcopatus.*

5 *Euellentes ſigna, an poſſint accuſari.*

6 *Renuntiatur fruſtrà, quando Iudex non poteſt accuſationem recipere.*

PLebs, populus, vniuerſitas, ciuitas, ſeu hominis alicuius villæ, vel loci, ſi plantauerint ſigna in territorio confinante, quod prętendunt eſſe ſuum, & ab eis poſſeſſum, an hominis alterius territorij, qui prætendant huiuſmodi ſignorum plantatione ſeſe turbatos, poſſint de iure propria † auctoritate euellere illa ſigna ſic plantata? 1

Reperio in dubitatione uanam allegationem effugiendo, & ſolam veritatem attingendo, quòd omne ſignum eſt alicuius rei demõſtratiuum, & ideo illud ſignum plantatum in cõfinio, eſt ſignum iuriſdictionis. inquit. Bald. in l. 1. l. vt nem. lic. ſign. impon. ex cuius. Bal. doctrina, & ex illomet textu elicio concluſionem, quòd vbi lis pendebat, vel contentio de ſigno inter duas vniuerſitates, vel duos fabros, vel inter duos mercatores, tunc ille qui agit, lite pendente non poteſt vti tali ſigno, quia ob illum tex. pendentia litis attenta, nemo poteſt imponere ſignum ſuum rei, quã petit, nam etiam lite pendente fructus debent eſſe apud poſſeſſorem, ſicut nec debet quis epiſcopus vocari pendente 2 3 quæſtione epiſcopatus, † vt ibid. notat ſignanter. Bal. quia in præiudicium poſſeſſoris nil eſt tentandum, ſine auctoritate iudicis competentis, licèt poſſeſſor eſſet improbus, & violentus. l. 2. vbi Bald. C. vt ne pri. tit. ſuis prædijs, vel alie. Ideòque licitum erit poſſeſſori propria auctoritate tollere, quicquid ſit auctoritate priuata plantatum in eius præiudicium. argu. l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil.

Si verò dubium ſtet, quis ſit poſſeſſor illius loci, † ſeu confinij, vel territorij, poſſunt tunc etiam illi, qui præſupponunt ſeſe turbatos propria auctoritate euellere illa ſigna, dat exemplum. Bal. in d. l. 1. C. vt ne lic. ſignum impon. quòd ſi duæ vniuerſitates, vel duæ prouinciæ contendunt de imperio, non poteſt altera lite pendente in præiudicium alterius in confinio, de quo dubitatur, & diſputatur, erigere furcas, & ibi ſuſpendere homines, quia erectio furcarũ eſt ſignum meri imperij, vt ibi per Bal. per illum text. & ſi erigit, ille qui eſt in poſſeſſione illius loci poteſt impunè euellere tales furcas, & hoc Bald. in d. l. ſignat, & dicit ſe vidiſſe de facto. 4

Nec ob id illi euellentes poterunt accuſari, † quia vbi nõ eſt maleficium, non debet recipi accuſatio, nec ſcribi in actis, & vbi non eſt maleficium, ſyndicus non tenetur illud denunciare, qa fruſtra denunciaret, quando iudex non poteſt accuſationem recipere, nec procedere † ſuper denunciatione: imò punitur iudex, qui admittit accuſationem illicitã, q̃ debet ex ſuo officio repellere, & hæc habes ex. Bald. in d. l. 2. C. vt ne pri. tit. ſuis prædijs, vel alio quæ cũ ſint quotidiana, & practicabilia nolui omittere ſine pompa, vt dixi, allegationum. 5 6

DVBITATIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Syndici, vel Conſiliarij, an poßint cogere homines ad coquendum panem in furno communitatis, & ad molendum in eius molendino.*

2 *Ius furnandi molendi, carnes vendendi, macellandi, tenendi columbaria, & huiuſmodi poſſunt eſſe iuris priuati.*

COmmunitas multæ habent ius furnandi, & ius molendi, quero, an ſyndici, & cõſiliarij, poſſint cogere homines ad coquendum panem in furno communi-

Digitized by Google

nitatis,& ad molendum in eius molendino pro loco,quòd ita possint cogi homines illius loci, facit text.in c.significante de appell.vbi habes, quòd alicui potest comperere ius ne alibi, quam in illo loco vendantur victualia, & idem in furno, molendino, & similibus extẽdunt Doctores relati à Dec.in d.c.significante in princ. vbi habes, quòd tale ius acquiritur longa etiam consuetudine, vel priuilegio, vel præceptione:si propterea aliquis habet molendinum in aliqua villa, & homines de dicto loco iam longissimo tempore, cuius initij memoria non extet in cõtrarium, semper iuerunt ad dictum molendinũ pro macinatione, & alius velit aliud molendinum nouiter constituere, potest illi prohibere, ne constituat, per text.& Doct.omnes canon.in d.c.significante. vbi Bald. notat, quòd potest præscribi, quòd ciues non possint ire ad molendũ in meo molendino,vel quòd ego solus habeam molendinũ, & quòd non possit aliud construi in meum præiudiciũ: notat etiam ibi Bald. quòd valet consuetudo, quòd nullus possit facere molendinum nouum in flumine in præiudicium mei molendini.

Idem vult Bald.in repet. l.de quibus colum.21.ff.de leg.quòd valet consuetudo, quòd omnes volentes molere teneantur venire ad meum molendinũ, quamuis non sit rationabilis consuetudo, vt memini me tetigisse in hoc tract. in præcedentibus quæstionibus tangẽdo veritatem, quæ est ista, quòd ex his, quæ sunt meræ facultatis,vel ex his quę gratuitò conceduntur, non potest dici acquisitum ius,nec causata præscriptio nec per hoc nascitur in futurum obligatio.c.possessiones.16.q.1.gl.in l.solẽt in fin.ff.de off.procon.& leg Bar.in l.cũ in reuerso, vlt.col.ff.de vsur Cæpoll.de seru.vrb.præd.in Rub.de furno quæst.2.

Possunt tamen talia iura fumandi, molendi,carnes vendendi,macellandi,
2 tenẽdi columbaria, † & huiusmodi esse iuris priuati,ideò multæ communitates vt passim videmus, habent huiusmodi iura,ad quod faciunt notata in d.c.significanti de appel.& per Cæpol.loco prę-cita. & Iacob.de sancto Georgio in sua Inuestitura feud in clausula, & cũ molendinis, Bart.& Iaſ.in l.quominus.ff.de flum.Socin. consil.272. vol.1. Bald.in l.1. C.de seruit.Cæpol.de seru.vrb.prę.d.sub Rub.de columbaria.

DVBITATIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Dominus alicuius loci, an possit imponere nouas gabellas in capienda licentia extrahendi.*
2 *Abundantiæ arbitri non possunt statuere aliquid in maius damnum publicum; puta, extractionem vini, vel rerũ quibus locus abundat.declara.vt ibid.*
3 *Domini habentes iurisdictionem possunt prohibere extractionem cum pœna.*
4 *Præses in concernentibus administrationem ciuitatis, non debet se intromittere.*
5 *Victualium appellatione, quæ veniant.*
6 *Frumenti nomine, an contineatur farina.*
7 *Lana siue filata, siue non, dicitur lana.*
8 *Panis appellatione non venit frumentum, nec è contra.*
9 *Frumenti appellatione, intelligitur granum nõ hordeum ex communi vsu loquendi, non tamen ex proprio significatu.*
10 *Bladum, seu triticum comprehendit etiam legumina, & omnia quæ terra conferuntur; ac etiam semen lini.*

DEbis, Villæ, Castri, vel loci alicuius Dominus, an possit imponere licitè nouas gabel-
1 las super extractione,† seu in capienda licentia extrahendi?resoluẽdum puto, quòd non possit, quia est nouum vectigal, quòd non potest imponere dñs loci, conductor,vel fictabilis, & aliter faciẽs caderet in graues pœnas iuxta tex.in l.2.& toto tit. C.nou.vectig. impon.non posse,præcipuè cũ hoc nõ dixerit

dixerit eorum priuilegium, vel inſtrumentum.l.ſi ſeruus ſeruum. §.non dixit. ff.de acqui.hæred.& l.vn.§.ſinautem ad deficientis.C.de cad.toll.& niſi propter publicam vtilitatem populi aliter factũ fuiſſe pactum conſtet,nam ex conuentione, vel pacto inito ab hominibus loci,poſſunt domini vtiles prohibere extractionem victualium cum cauſa rationabili, veluti pro euitanda chariſtia in loco, & pro præſeruanda abundantia, quia hoc prætextu fiunt, & permittuntur tales prohibitiones, vt per Bald. in l.cætera, §.ſed ſi quis, ff.de leg. 1.

Hincque dicebat. Bar.in l.ambitioſa, col.5.verſ.ſecunda regula.ff.de decr.ab ord.faciend. quòd arbitrium habentes ſuper abundantia,non poſſunt ſtatuere aliquid,quod licèt pertineat ad abundã
2 tiam,†tamẽ redundaret in maius damnum publicum, prout eſſet, ſi ceſſantibus præmiſſis, vellent prohibere extractionem caſtanearum, aut vini, quibus abundant, & quibus mediãtibus emũt ſibi granum, ſal, carnes, veſtes, & alia neceſſaria.

Niſi tamen eſſet tanta penuria vini, caſtanearum, & huiuſmodi,quòd vtilis eſſet prohibitio,ratio eſt, quia conuentiones, & contractus ſunt intelligendi ſecundum ius commune, ita, quòd cõtrahentes ſuper aliqua materia, intelligantur ſe ſubijcere legibus loquentibus de illa, vt latè per Paul. de Caſtr. in l.1. §.adeo.ff.locat.

Et licèt de iure communi talis prohibitio non poſſit fieri à dominis locorum, quia fortè nõ habent iuriſdictionem cum adminiſtratione, ſed iuriſdictionem tantum, vt per Bar.in l.principalibus in fin. ff.ſi cert,peta.cùm tamen ceſſante conuentione, expedire poſſet conſilium loci cum dominis, & ipſi habeant adminiſtrationem, poterũt prohibere extractionem, cum pœna, quæ
3 †cõcernit iuriſdictionem,ſeruit ad hoc deciſio Barto.in l.nulli.verſ.tutius eſt.ff. quod cuiuſque vniue.nom.quia in his, quæ ſunt iuriſdictionis itur ad poteſtatem, ſeu Doctorem, & in his, quæ ſunt adminiſtrationis, itur ad ſyndicos, ſeu priores, ad quos etiam itur, vbi deficeret Doctor, ſeu poteſtas,in his quę ſunt iuriſdictionis.l.1. ff.de decr. ab ordi. facien.imo etiam poteſtas in concernen
4 tibus adminiſtrationem ciuitatis, † vt conducere medicum, vel huiuſmodi facere,& prouidere,non debet ſe intromittere, & faciunt dicta. Bald. in l.1. in princ. col.2. ff.quod quiſque iur.vbi habens, quando populus dedit poteſtatẽ magiſtratui, & quando habeant concurrere, habens iuriſdictionem, & ſyndici, ſeu priores,& quando ſolus magiſtratus poſſit, vel ſoli conſules, ſyndici, vel priores, aduertendum eſt, quòd negotia tãgentia totam prouinciam ſunt per ſolum præſidem prouinciæ tractãda, ita, quòd non obſtet text.nec diſpoſitio.l.1. ff.de decr. ab ord.facien.

Si tamen quæras victualium appella
5 tione, † quæ veniant, de hoc fit ſermo in c.ſi epiſcopus, vbi Gemi.& Modern. de offic.ord.in 6.ſed ante omnia attendas communem vſum loquendi illius loci,per not.in l.librorum.ff.quod tamẽ Caſſius.ff.de leg.3.& in l.labeo, vbi Bar. ff.de ſuppell. legat. & in l.cum delanionis, §.aſinam.ff.de fund.inſtru. cùm alijs allegatis per Felyn. in proem. decretal. col.2.cum tribus ſeqq.vt per Bart.in l.1. §.de eo opere. ff.de aq.pluu.arc. vbi habes, quòd appellatione frumenti continetur, quòd ſecundum communem vſum loquendi ſolet contineri, puta, contineri etiam farinàm, ita, vt ſtatutũ loquens de frumento, quòd non poſſit extrahi de territorio debet etiam intel-
6 ligi de farina, † licèt enim farina non poſſit redigi ad primam materiam,ideſt ad granum, ſeu frumentum, propter, quod vnum non venit appellatione alterius, l.quæſitum; §.illud. ff.de leg.3.tamen eadem ratio prohibendi plus valet,quia facit ſtatutum de frumento extendi ad farinam, quia ſtatutum etiam

pœnale extenditur ad ſimilia ex identitate rationis. Bald. in c. 1. §. porro. tit. quæ ſit prima cauſa benef. amit. poſt Innoc. in c. qualiter, & quando, de accuſ. Paul. de Caſt. conſ. 334. & conſ. 447. quia prohibitū in vno, vbi par eſt ratio in vtroque, cenſetur prohibitum in alio. l. cotē, in prin. ff. de public.

Idem dicitur de lana, quia ſiue ſit, vel non ſit filata, † dicitur lana, per not. in l. ſi cui lana. ff. de leg. 3.

Appellationis tamen panis, non vēnit frumentū. l. 1. vbi Bartol. C. de frum. lib. 11. vbi † obligatus dare panem non eſt obligatus dare frumentū, nec è contra, l. quæſitum. §. illud, vbi Bartol. ff. de lega. 3. & adde notata in l. triticum. ff. de verbor. obl. & quando dicitur frumenti intelligitur granum, nō hordeum ſecūdum Bart. in l. frugem, ff. de verb. ſignif. † & Alex. in d. l. triticum. ff. de verb. obl. quod verum eſt ex communi caſu loquendi, non tamen ex proprio ſignificatu, ex quo habet hordeū ſuam ſpicā, ſicut, & granum. d. l. frugem, imò blandum, ſeu triticum largiorē habet ſignificatum comprehendens etiam legumina, & omnia, quæ terra conferuntur, & etiam ſemen lini. Abb. in c. ex multiplici, de decim. & ideò Alex. in d. l. triticum, tenet aſportantem ſemen lini, & hordeum punin pœna ſtatuti loquētis de aſportante frumentum.

DVBITATIO L.

SVMMARIVM.

1 *Plebis, populi, loci, vel vniuerſitatis nomine, an comprehendantur magnates, nobiles, & perſonæ eccleſiaſticæ.*

2 *Nobiles, & plebei faciunt corpus diuiſum.*

3 *Sacerdotes etiam nobiles dici ſolent de populo, & vniuerſitate.*

4 *Ciuitas poteſt eſſe diuiſa per quarteria, & portas ſub diuerſis iudicibus.*

5 *Sacerdotum bona præſumuntur immunia, patrimonialia prædia clericorum, non excuſantur à collectis expenſis à iure.*

6 *Clerici non ſunt de vniuerſitate, nec vocem in ea poſſunt habere.*

SVb nomine plebis, populi loci, vel vniuerſitatis, an cōprehendantur magnates, nobiles, perſonę eccleſiaſticæ?

Non ignoramus, quòd
1 ad hoc, † vt dicatur eadem vniuerſitas expedit, vt perſonæ regantur per eoſdem adminiſtratores, & quòd publica negotia ſimul tractentur, vt per Bart. in l. reſpublica. C. ex quib. caus. maio.

Familiæ verò dominorum loci, vel magnatum, vel nobilium poſſunt facere
2 vnum corpus per ſe, † & plebei aliud de per ſe, & eſt corpus diuiſum, & ſeparatum, vt per Bald. in l. 2. §. deinde cùm eſſet. ff. de origin. iur. & licèt ſecundum Oldrad. conſ. 32.

Nobiles etiam ſacerdotes dici ſoleāt
3 de populo, † & vniuerſitate. §. lex. verſi. plebs. Inſtitu. de iur. nat. gen. iunctis latè traditis in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, vbi Felyn. colum. 26. quæſt. 3. & Moderni. d. conſtit. & per eundem Fely. in c. Rodulphus. col. 11. verſ. diſtrictus, de reſcript. videanturque inſuper domeſtici dominorum ſubijci iuriſdictione illius territorij, ſeu caſtri, vt per Bal. & Aluarot. in c. 1. §. ſi adminiſtrales. 2. notab. de pāc tenen. Nihilominus veritas eſt, quod hoc non contingit in dominis caſtrorum, nec in eorum familia, nec filiabus eorum, quia nō dicuntur eſſe eadem vniuerſitas, quia diuerſa eſt familiarium, ſeu talium domeſticorum, & ſacerdotū ſubiectio, à ſubiectione hominum villæ, vt per Bald. & Doct. in c. 1. tit. qualiter vaſal. iura. deb. fidel. & facit text. in l. qui iuriſdictione. ff. de iuriſd. omn. iud. cùm etiam non ſit abſurdum, quòd etiā in eadem ciuitate poſſint eſſe plures, & diſtinctē vniuerſitates, quia pōt eſſe ciuitas diuiſa per quarteria, & portas ſub diuerſis iudicibus, ita, quòd quælibet

pars

pars faciat ciuitatem, ſeu vniuerſitatem de per ſe, vt per Bald. in l. 1. in fin. C. vbi quis de curi. & ſecundum Bartol. in l. 1. in prin. in vltimis verbis, ff. quòd quiſq; iur. ad effectum enim, vt plures conſtituant vnam ciuitatem, ſeu vniuerſitatem, attenditur eorum animus, & volũtas. probatur in l. 2. in princip. ff. de orig. iur. dùm ibi dicitur, quòd à principio vrbis, Romulus illam diuiſit in triginta partes, ſeu curias.

Præterquam, quòd ſacerdotes, & huiuſmodi perſonæ non habent bona regiſtrata in regiſtro communis ipſius, nec in bonis ipſius villæ, ſeu hominum de villa, & incorporata in prædicta vniuerſitate, ita, vt eorum bona præſumãtur immunia, & à collect is libera, quæ
5 † vti non deſcripta in æſtimo. Crauett. conſil. 111. num. 3. & conſ. 662. numer. 2. & 4. Alb. conſil. 34. num. 11. Natt. conſil. 448. nu. 9. & Crauet. conſ. 775. nu. 5. & 6.

Verumtamen eſt, quòd etiam prædia patrimonialia clericorum non ex-
6 cuſantur pro collecta imponẽda, † pro reparatione viarum, & pontium. l. pen. C. de priuil. dom. Auguſt. libr. 11. & l. ad inſtructionem cum ibi not. C. de ſacroſ. eccleſ. Dec. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſt. Graff. deciſ. aur. lib. 1. cap. 25. de gabell. Oſaſc. deciſ. 68. nu. 15.

Non ſunt tamen clerici de vniuerſitate, nec in ea vocem poſſunt habere, Innoc. in c. dilecta, propè fin. de except. Iumm. Ange. & Tab. in litteram Immunitas ſub numer. 33. & alijs in locis quæ conſultò omitto.

DVBITATIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas vel vniuerſitas, an poſſit reſtituere fama, & quando poſſit abolere infamiam, & quando non.*

2 *Princeps non tollit infamiam facti.*

PLebs, villa, ciuitas, Reſp. ſeu vniuerſitas, an poſſit reſtituere famæ?

Conclude ex communi, ꝙ
1 † inferiori à principe non cõpent hoc ius reſtituendi. Abb. in c. cum te mine. 19. & Fel. ibid. num. 13. de ſent. & re ind. nulla enim lege cauetur, quòd poſſit aliquis reſtituere famæ, niſi ſolus princeps vel ſenatus. l. 1. §. de qua. ff. de poſthum. vbi Bart.

Vbi tamen infamia eſſet irrogata p ſtatutum populi vel ciuitatis, ipſe populus, vel ciuitas tunc per contrarium ſtatutum poſſet tollere infamiam, & per conſequens famæ reſtituere. Bart. in l. actu. §. de amplianda. ff. de re iud. & in l. fin in fin. C. de ſent. paſſ. Abb. d. c. cum te ſub num. 20. ratio poteſt eſſe, quia nil tàm naturale eſt, quàm vt vnumquodque ſoluatur eo vinculo, quo ligatum eſt. l. nil tam naturale. ff. de regu. iur. ſicque colligi hinc quòd ciuitas non libera poteſt facere ſtatutum infamiæ irrogatiuum, & illam infamiam tollere. l. omnes populi vbi ſcrib. ff. de iuſt. & iur.

Infamia verò aboleri non poteſt ex conſuetudine, vel lege municipali, præterquam ad honores municipales, niſi ciuitas haberet ex priuilegio iura imperij. Bald. in c. cum P. in vlt. col. de fid. inſtr. & in l. generalis. C. de ſent. paſſ. dicẽs quod cancellatio banni facta per populum non reſtituit famæ, tamen reſtituit honores illius municipij: quia quo ad illos debet haberi pro reſtituto, & licèt infamis excludatur ab illis, tamen quia illud eſt de iure poſitiuo, illi per ſtatutum derogari poteſt. l. vt gradatim ff. de mun. & honor. & per Bald. in l. cũ mulier col. pen. ff. ſol. mat. faciunt notat. per Bar. & Doct. in l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſta. delen. & Bald. in c. 1. §. iniuria in princ. de pac. iura. firm. vbi dicit, quòd populus non poteſt reſtituere famæ per viam indulgentiæ, ſed ex eo quòd ſit condemnatus iniuſtè, benè poteſt reſtituere in integrum. d. l. 1. §. de

qua.

qua.ff.de poſthum.& hoc verum,quando magiſtratus illius populi habet, auctoritatem à populo ex conſuetudine vel priuilegio,ſecùs ſi à principe illum magiſtratũ confirmante: quia tunc populus non poteſt reſtituere in integrum,cùm ab ipſo populo non videatur emanare condemnatio,ſed ab ipſo principe per interpoſitam perſonam magiſtratus municipalis, vnde factũ à maiori ptãte nõ põt infringi à minore.

Vbi pariter daretur poteſtas, ſeu prætor, qui nõ recognoſceret ſuperiorem, tunc poſſet reſtituere famæ,vt per Fely. in d.c. cum te num. 15. quia non recognoſcentes ſuperiorem, poſſunt ponere manum ad ea quæ principi ſunt reſeruata: hincque ciuitates quæ nõ recognoſcunt ſuperiorem poſſunt famæ reſtituere. Innoc.in c. cum P. tabellio de fid.inſtr.Bar.in l.infamem. ff. de pub. iu. vbi tenet idem in regibus,& principibus, & alijs ciuitatibus non recognoſcentibus ſuperiorem,dicens, quòd populus liber tantam in ſe habet poteſtatem, quantam imperator in vniuerſo, & faciunt per eund.Bart.notat.in l. 1. ff. de aq. plu. arc. & per Bald. in l.decernimus.C.de ſacroſ. eccl.

Ciuitas tamen ſuperiorem recognoſcens, non poteſt reſtituere famæ, per tex.in l.1.§.1.§. de qua. ff. de poſthum. & idem tenendum in alijs principibus recognoſcẽtibus ſuperiorem,vt per Bart. in d. §. de qua,quod dicit eſſe verum in Infamia irrogata per ius cõe, ſecùs in infamia irrogata ex forma alicuius ſtatuti,quia vt ſuprà dixi,per aliud ſtatutũ contrarium poſſet tolli.

Et aduerte quòd Princeps non tollit
2 infamiam facti,† quia ſolius Dei eſt illã tollere vt ex gl.fin.in prin.in c. ex tuarũ depurgat. canon. benè princeps tollit effectum infamiæ,quia effectus infamiæ ſunt de iure poſitiuo. Bald. plura ponit impropoſito in l.Caſſius.ff.de ſenator & facit tex.cum gl.2.in c.illi qui 6.q.1.& in c.1. 15.q.5. vbi Archid.vbi habes p præſtationem canonicæ purgationis, tolli effectum infamiæ facti,quia talis admittitur ad legitimos actus, quia aliàs repelleretur in regula, infamibus portæ, non pateant dignitatum: præſtita namque hac purgatione infames huiuſmodi denuntiantur eſſe bonæ famæ vt ibi per Archid. & in c.oĩbus 2.q.5.& in d.c. 15.q.5.dicit.Arch.q infamia facti conſiſtit in facto tantum, & impedit promouendum,ſed promotum non deijcit, & facto aboletur, ſicut facto oritur, & eſt priuatio æſtimationis, quam qui negligit,crudelis dicitur.c.nolo.12. q.1.

Infamiaque canonica eſt, quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali. c. omnis il 1.6.q.1.& iſta tollitur per pẽnitẽtiã c.illi q 6.q.1.c.omnis vbi gl.2.q.1.ſi militer infamia contracta ex ſnĩa excõmunicationis tollitur per abſolutionẽ c.1.4.q.1.glo.in d.c. oĩs, & in d.c.illi qui.

DVBITATIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium collegium, an poſſit famæ reſtituere,& quid dicendum de Epiſcopo.*

QVid erit dicendum ſucceſſiuè de collegio Cardinalium, an poſſit reſtituere famæ,& quid dicendũ de epiſcopo.

1 † Reſolue poſt plura, quæ hinc inde ad faſtidium accumulari poſſent, quòd etſi. Abb. in c. cum te ſub num.12.de ſent.& re iud.teneat negatiuam rationibus ibi per eum adductis,attamen contraria opinio mihi videtur communiter recepta, & magis vera, quòd Cardinalium collegiũ poſſit reſtituere famæ, ſic communiter trãſeunt.Innoc.Io.And. & alij in d. c. cum te.Bart.& Ange.in l.1.§.de qua.ff.de poſtul.quia tantum poteſt collegium cardinalium, quantum ſenatus cui æquiparatur.c.Conſtantinus.97.diſt.Imo. in l. ſi

l.ſi' quæramus circa fin.ff.de teſt. Archi. in cap.eccleſia habet ſenatum in princ. 11. quæſt.1. Roman. conſil.498. Bartol. Angel. & Imol. in l.infamiam. ff.de public. iudic. vbi Imol. dicit hoc ſingulariter eſſe notandum, ad quod pauci aduertũt fortè,quòd nõ fuit practicatũ.

Abbas in d.c.cum te contrariam ſententiam tenet probabiliorem, quòd cętus Cardinalium non reſtituat famæ,& tollit dictam æquiparationem ſenatus, & facit pro Abbate.Oldr.conſil. 63.vbi dicit, quòd Conſtantinus quando donauit Syluestro, non erãt Cardinales, quia de ipſis non fecit mentionem, & quòd Cardinales etſi videantur, & ſint conſiliarij Papæ, c.fundamenta.§.decet de elect.in 6.& ſcribit.Felyn. in Rub.de conſtit. tamen non reperitur quòd reſtituant,quia etiam recognoſcunt ſuperiorem ſcilicet Papam, & recognoſcentes ſuperiorem vt ex præcedenti dubitatione colligitur, non reſtituant, & ſi haberent Cardinales iura ſenatus,poſſent legem condere ſicut & Senatus. l. ambigit. ff. de legibus, & Papa Marcellus fuit primus qui conſtituit quindecim Cardinales. Archid. in c. vbi periculum in princ. ſuper verb. Cardinales de lect.in 6.

Quicquid non recedas à communi opinione per me præcitata, contra dicta per Abb. in d. c. cum te pro qua cõmuni opinione vrget illa æquiparatio Senatus,quam probat text.in d. c. Conſtantinus, & non apparet ratio, quare imperator non potuerit dare Cardinalibus iura Senatus; credit tamen Felyn. in d.c.cum te ſub num.11. in fine de sẽt. & re iud. quòd cum hodie Papa extinxerit iura Senatus. cap. fundamenta de elect. in 6. & notat. Abb.in d. c.cum te. loquens de ſenatu,quòd videtur etiam extincta iſta prærogatiua Senatoria in Cardinalibus.

Epiſcopus verò non reſtituit famæ vt per Abb.Felyn.& alios in d.cap.cum te, tamen diſpenſando cum clerico infami venit in conſequentia abolitio in famiæ.Felyn.ibid.num. 12.

DVBITATIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas vbi vult ſtatuere,an ſufficiat cõſenſus maioris partis,an requiratur omnium concordia?*

PLebs, populus vel vniuerſitas, vel collegium, ſi vult facere ſtatutum nõ generale,ſed derogans iuri ſingularium perſonarum,an ſufficiat conſenſus maioris partis, an verò requiratur omnium concordia?

Et requiri omnium concordiam in tali caſu, & non ſufficere conſenſum maioris partis conſuluit. Angel.conſil. 267.vbi dicit ſic ſecundum eum notare gloſſ. in l. 2.verſ. ſed Io. dicit. C. quæ ſit long.conſuet.& ita intelligi vult. tex.in l.venditor.§.ſi conſtat.ff.communia prędio.& citat.Innoc. in Rub. de conſuet. dicentem, quòd vbi conſuetudo derogat iuri ſingularium perſonarum,oportet illum tacitum, vel expreſſum conſenſum interuenire, & ſic dicit intelligi.Innoc.in c.in noſtra de iniu.& quod notatur in l.ſiquis in bello.ff.de capt.

Hinc inferas ad quæſtionem, vtrum maior pars vniuerſitatis,poſſit per oneris impoſitionem grauare ſingulos de vniuerſitate,& concluditur, quòd ſi fit ex cauſa neceſſaria, poſſit,ſecùs ſi ex cã voluntaria, vt fideiuſſor de quo ſcribitur per Fel. in c. cum dilecta de reſcr. & pro concluſione quòd ex cauſa neceſſaria poſſit,facit text. in c. fin. de his quæ fiu. à maio. par. cap. & habetur de hac quæſtione per Bart.& alios.in l. 4.§. actor.ff.de re iud.& gl.in l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iu.& Baid in l.2.in colu.fin. C.quæ ſit long.conſuet.& in l.etiam. C. de exec.rei iud.

Hæc

Hæc dubitatio dat mihi anſam quærendi, vt in ſequenti dubitatione magis diſtinctè accommodetur.

DVBITATIO LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſilij, vel collegij maior pars quid faciens, an ſemper teneat?*
2 *Factum à maiori, & ſaniori parte populi, vel collegij, ab omnibus factum cenſetur.*
3 *Maior pars conſiliariorum dicitur, quando duæ partes ex tribus conſenſerint.*
4 *Conſenſus omnium, quando requiratur.*
5 *Maior pars quid poſſit ſtatuere.*
6 *Vnus ſolus, quando impediat voluntatem aliorum.*
8 *Conſenſus partis ſenioris, quando requiratur.*
9 *Delegatio, ſeu ſubſtitutio debet fieri de licentia omnium de capitulo, vel collegio.*
10 *Papa quando eligitur ſufficit, quòd duæ partes conſentiant.*
11 *Eligendus eſt præſtantior, & doctior.*
12 *Scholaris cuius peritia notoria eſt, poteſt doctorari abſque examine.*

VNquid ſemper, & quandocunque in rebus vniuerſitatis, vel collegij valent quicquid facit maior pars collegij, vel vniuerſitatis?

1 Nulli† dubium eſt quòd quoad plures, ideſt, quoad vniuerſitatem ſtãdum eſt maiori parte, & quòd in rebus vniuerſitatis, vel collegij valet quicquid facit maior pars, text.gl. & Bart. in l. quod maior. ff. ad muni. glo. in c. 1. in verbor. tractatus de re eccl. non alien. in 6. in cl. paſtoralis in prin. verſi. plures de reſcr. Abb. in c. cum in veteri de elect. vbi collegit ex dictis Hoſtien. f. vnum: ſingulare videlicet, quòd vbicumque eliguntur ſimpliciter plures ad conſulendum, vel conſentiendum, ſeu ad excendum aliquod officium extra iudicium, valet quicquid facit maior pars, dũmodo minor non contemnatur.

Et ſtandum eſt maiori parti, etiam agatur de deſtructione actione eius q̃ fecit vniuerſitas vt ex doctrina Abb. refert. Felyn. in c. cum reſp. nume. 17. de conſtit.

Refertur namq; ad vniuerſos, quòd publicè fit per maiorem partem. l. aliud §. refertur. ff. de reg. iu.

Ideò quòd fit à maiori, & ſaniori par
2 te populi collegij, † vniuerſitatis vel capituli per populum, capitulum, vel vniuerſitatem, ſemper cẽſetur factum. c. 1. & fin. de his quæ fiunt à maior. par. cap. ſicque perfectionem iuris vt per Abb. in c. cum olim ad fin. de ſent. & re iud. adeò enim facilè homines ſolent diſſentire, vt difficillimè vniuerſitatum, negotia expedirentur ſi omnium conſenſus requireretur, vel ſaltem per rarò: mille enim hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus, & quot capita, tot ſententiæ, & vtilitas publica ſæpenumero impediretur ex eo, quia homines facilè diſſentiunt, vt ſing. dixit. Abb. in c. 1. in antepen. notab. de his quę fiunt à maio. par. cap.

Et dicitur maior pars conſiliariorum conſentire, quando duæ partes ex tribus venerint, & interſint ac conſenſerint. l. nulli, & l planè. ff. quod cuiuſque
3 vniuerſ. † nom. vbi enim ſunt duæ partes, ibi tota cenſetur adeſſe vniuerſitas. Bald. d. l. nulli, & Corn. conſ. 224. lib. 4. & niſi dicatur de duabus partibus ex tribus, intelligitur de duabus partibus ex duodecim. vt per Bartol. & alios in d. l. nulli, & not. in l. 3. ff. de decre. ab ord. facien. vbi Bartol. & Alexan. qui in l. cum quæſtio. C. de legib. cum Dec. in l. 3. col. 2. C. de teſta. mil. & Abb. in c. 1. col. final. de his, quæ fi. à ma. par. cap. probat oppoſitum, ſufficere, quòd exprimatur duas partes interueniſſe, & ſic intelligi, ex tribus, licèt non dicatur: lex enim nõ requirit exprimi duas partes ex tribus, & ita videtur ſequi. Cagno. in d. §. refert, ſub num. 6.

Quæ

Quæ omnia procedunt, quando vniuerſitas legitimè congregata fuit, & faciunt in præcedentibus dubitationibus per nos adducta, quibus addo Corne. conſ. 224. præcit. Ruin. conſ. 189. libro 1. Alex. conſ. 124. lib. 2. & conſ. 192. lib. 6. & in l. 2. ad fin. C. de pact. & in l. omnibus. ff. ad Trebell. quibus in locis etiam habes, à quibus poſſit ſyndicus vniuerſitatis conſtitui, & ſi videris. Alciat in l. collegarum. ff. de verb. ſign. reperis, an ſtatutum populi diſponens, ne qui ſacris initiatus admittatur in conſilio, valeat.

Et apud Dec. in c. conſtitutus. nu. 7. de appell. habes, quòd illi de vniuerſitate poſſunt conſtituere, quòd aliquis actus non valeat, niſi de conſenſu omnium, cõtrarium videbis apud eundem. Dec. in c. cùm omnes 2. lect. de conſtit. & an ſtante ſtatuto iurato nequis recipiatur, niſi omnibus conſentientibus maior pars poſſit admittere quempiam hæc habes in prælleg. locis, & præcipuè apud Alciat. d. l. collegarum.

Cæterùm, quando fit actus in fauorem perſonarum non imminente neceſſitate, ſed ſolum ex mera voluntate, tunc requiritur conſenſus omnium, vt
4 per glo. in c. cum † omnes de conſtit. & Io. And. in c. vn. de rer. perm. in 6. Inno. & alios in clem. vn. de rer. permut. ideò inferas, quòd contradictio vnius, impedit relaxationem banni, vel pœnæ, ga tales, & ſimiles actus non ſunt neceſſarij: ſubdit tamen hoc caſu Hoſtien. qđ hoc caſu ſtatutum non eſt nullum, ſed reuocari poteſt vno inſtante, & etiam circa appellationẽ per text. in c. continebatur de his, quæ ſ. à prælat. & c. quis autem 54. diſt. ideoque Innoc. in c. humilis de maio. & obed. vult, quòd non valeat tranſactio capituli, niſi omnes conſentiant, cum ſit actus voluntarius. niſi ſecundum eum tendat euidenter in vtilitatem eccleſiæ: factũ tamen per maiorem partem non obligat abſentes in his, quæ ſunt de genere prohibitorũ. Innoc. in d. cum omnes de conſtitut. & not. Felyn. ibid. ſub num. 17. in fin.

Scias tamen, quòd maior pars poteſt
5 ſtatuere aliquid vtile, quamuis non neceſſarium, puta, maior pars poteſt deputare aliquid de bonis communibus in ſubſidium pauperis ſtudentis, inuita parte minore. vt refert Felyn. d. c. cum omnes num. 18.

Vnus etiam ſolus impedit voluntatem aliorum, quando agitur de admit-
6 tendo ad vocem in capitulo, † vel conſilio, vnum extraneum. Rom. ſing. 470. intereſt enim cuiuslibet, ne forenſici admittantur, cum ex hoc diminuatur cuiuſque poteſtas. Idẽ dicimus vbi tractaẽ de reformatione alicuius officialis in ciuitate, quia licèt in electione ſufficiat maior pars, tamen in reformatione requiritur omnium conſenſus. Bald. in c. quoties de pact. Rom. ſing. 676.

In caſu etiam vbi maior pars non
7 fuit in collegio, † & vult ratificare extra collegium illud, quòd fecit minor pars tunc requiritur conſenſus omniũ. Bald. in l. per fundum. ff. de ſeru. ruſt. præd.

Vbi etiam maior pars non eſt ſanior, quia actus requirit copulatiuè, quòd pars ſit maior, & ſanior, tunc requiritur conſenſus etiam partis ſanior. vt in ca-
8 ſu eccleſiæ lib. vlt. † cum gl. fin. de elect. vbi Abb. plenè. Bald. in l. in albo. C. de decurio. lib. 10.

Inſuper quando capitulum vult cõmittere vices ſuas in certo actu aliquibus de capitulo, talis ſubdelegatio, ſeu ſubſtitutio debet fieri de licentia om-
9 nium. vt per Archid. in c. epiſcopus 16. q. 7. quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari. l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſt. præd.

In rebus quoque multorum, vt ſingulorum ſicut ſi tres, vel quattuor emãt agrum, vel domum, tunc ſi maior pars velit aliquid facere, puta, ſeruitutem imponere, nõ eſt ſtandum maiori parti, ſed requiritur conſenſus ſingulorum l. fin. ff. communia prædio.

In electione verò Romani Pontifi-

Hæc dubitatio dat mihi ansam quærendi, vt in sequenti dubitatione magis distinctè accommodetur.

DVBITATIO LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Consilij, vel collegij maior pars quid facieus, an semper teneat?*
2 *Factum à maiori, & saniori parte populi, vel collegij, ab omnibus factum censetur.*
3 *Maior pars consiliariorum dicitur, quando duæ partes ex tribus consenserint.*
4 *Consensus omnium, quando requiratur.*
5 *Maior pars quid possit statuere.*
6 *Vnus solus, quando impediat voluntatem àliorum.*
8 *Consensus partis senioris, quando requiratur.*
9 *Delegatio, seu substitutio debet fieri de licentia omnium de capitulo, vel collegio.*
10 *Papa quando eligitur sufficit, quòd duæ partes consentiant.*
11 *Eligendus est præstantior, & doctior.*
12 *Scholaris cuius peritia notoria est, potest doctorari absque examine.*

Vnquid semper, & quandocunque in rebus vniuersitatis, vel collegij valent quicquid facit maior pars collegij, vel vniuersitatis?

1 Nulli † dubium est quòd quoad plures, idest, quoad vniuersitatem stãdum est maiori parte, & quòd in rebus vniuersitatis, vel collegij valet quicquid facit maior pars, text. gl. & Bart. in l. quod maior. ff. ad muni. glo. in c. 1. in verbor. tractatus de re eccl. non alien. in 6. in cl. pastoralis in prin. versi. plures de reser. Abb. in c. cum in veteri de elect. vbi collegit ex dictis. Hostien. vnum: singulare videlicet, quòd vbicumque eliguntur simpliciter plures ad contulendum, vel consentiendum, seu ad excendum aliquod officium extra iudicium, valet quicquid facit maior pars, dũmodo minor non contemnatur.

Et standum est maiori parti, etiam agatur de destructione actione eius qp fecit vniuersitas vt ex doctrina Abb. refert. Felyn. in c. cum resp. nume. 17. de constit.

Refertur namq; ad vniuersos, quòd publicè fit per maiorem partem. l. aliud §. refertur. ff. de reg. iu.

Ideò quòd fit à maiori, & saniori par
2 te populi collegij, † vniuersitatis vel capituli per populum, capitulum, vel vniuersitatem, semper cẽsetur factum. c. 1. & fin. de his quæ fiunt à maior. par. capsicque perfectionem iuris vt per Abb. in c. cum olim ad fin. de sent. & re iud. adeò enim facilè homines solent dissentire, vt difficillimè vniuersitatum, negotia expedirentur si omnium consensus requireretur, vel saltem per rarò: mille enim hominum species, & rerum discolor vsus, & quot capita, tot sententiæ, & vtilitas publica sæpenumero impediretur ex eo, quia homines facilè dissentiunt, vt sing. dixit. Abb. in c. 1. in antepen. notab. de his quę fiunt à maio. par. cap.

Et dicitur maior pars consiliariorum consentire, quando duæ partes ex tribus venerint, & interfint ac consenserint. l. nulli, & l planè. ff. quod cuiusque
3 vniuers. † nom. vbi enim sunt duæ partes, ibi tota censetur adesse vniuersitas. Bald. d. l. nulli, & Corn. cons. 224. lib. 4. & nisi dicatur de duabus partibus ex tribus, intelligitur de duabus partibus ex duodecim. vt per Bartol. & alios in d. l. nulli, & not. in l. 3. ff. de decre. ab ord. facien. vbi Bartol. & Alexan. qui in l. cum quæstio. C. de legib. cum Dec. in l. 3. col. 2. C. de testa. mil. & Abb. in c. 1. col. final. de his, quæ fi. à ma. par. cap. probat oppositum, sufficere, quòd exprimatur duas partes interuenisse, & sic intelligi, ex tribus, licèt non dicatur: lex enim nõ requirit exprimi duas partes ex tribus, & ita videtur sequi. Cagno. in d. §. refert, sub num. 6.

Quæ

Quæ omnia procedunt, quando vniuerſitas legitimè congregata fuit, & faciunt in præcedentibus dubitationibus per nos adducta, quibus addo Corne. conſ. 224. præcit. Ruin. conſ. 189. libro 1. Alex. conſ. 124. lib. 2. & conſ. 192. lib. 6. & in l. 2. ad fin. C. de pact. & in l. omnibus. ff. ad Trebell. quibus in locis etiam habes, à quibus poſſit ſyndicus vniuerſitatis conſtitui, & ſi videris. Alciat in l. collegarum. ff. de verb. ſign. reperis, an ſtatutum populi diſponens, ne quis ſacris initiatus admittatur in conſilio, valeat.

Et apud Dec. in c. conſtitutus. nu. 7. de appell. habes, quòd illi de vniuerſitate poſſunt conſtituere, quòd aliquis actus non valeat, niſi de conſenſu omnium, cõtrarium videbis apud eundem. Dec. in c. cùm omnes 2. lect. de conſtit. & an ſtante ſtatuto iurato nequis recipiatur, niſi omnibus conſentientibus maior pars poſſit admittere quempiam hæc habes in prælleg. locis, & præcipuè apud Alciat. d. l. collegarum.

Cæterùm, quando ſit actus in fauorem perſonarum non imminente neceſſitate, ſed ſolum ex mera voluntate, tunc requiritur conſenſus omnium, vt
4 per glo. in c. cum † omnes de conſtit. & Io. And. in c. vn. de rer. perm. in 6. Inno. & alios in clem. vn. de rer. permut. ideò inferas, quòd contradictio vnius, impedit relaxationem banni, vel pœnæ, ga tales, & ſimiles actus non ſunt neceſſarij: ſubdit tamen hoc caſu Hoſtien. qd hoc caſu ſtatutum non eſt nullum, ſed reuocari poteſt vno inſtante, & etiam circa appellationẽ per text. in c. continebatur de his, quæ fi. à prælat. & c. quis autem 54. diſt. ideoque Innoc. in c. humilis de maio. & obed. vult, quòd non valeat tranſactio capituli, niſi omnes conſentiant, cum ſit actus voluntarius. niſi ſecundum eum tendat euidenter in vtilitatem eccleſiæ: factũ tamen per maiorem partem non obligat abſentes in his, quæ ſunt de genere prohibitorũ. Innoc. in d. cum omnes de conſtitut. & not. Fel yn. ibid. ſub num. 17. in fin.

Scias tamen, quòd maior pars poteſt
5 ſtatuere aliquid vtile, quamuis non neceſſarium, puta, maior pars poteſt deputare aliquid de bonis communibus in ſubſidium pauperis ſtudentis, inuita parte minore. vt refert Felyn. d. c. cum omnes num. 18.

Vnus etiam ſolus impedit voluntatem aliorum, quando agitur de admit-
6 tendo ad vocem in capitulo, † vel conſilio, vnum extraneum. Rom. ſing. 470. intereſt enim cuiuslibet, ne forenſici admittantur, cum ex hoc diminuatur cuiuſque poteſtas. Idẽ dicimus vbi tractat de reformatione alicuius officialis in ciuitate, quia licèt in electione ſufficiat maior pars, tamen in reformatione requiritur omnium conſenſus. Bald. in c. quoties de pact. Rom. ſing. 676.

In caſu etiam vbi maior pars non
7 fuit in collegio, † & vult ratificare extra collegium illud, quòd fecit minor pars tunc requiritur conſenſus omniũ. Bald. in l. per fundum. ff. de ſeru. ruſt. præd.

Vbi etiam maior pars non eſt ſanior, quia actus requirit copulatiuè, quòd pars ſit maior, & ſanior, tunc requiritur conſenſus etiam partis ſanior. vt in ca-
8 ſu eccleſiæ lib. vi. † cum gl. fin. de elect. vbi Abb. plenè. Bald. in l. in albo. C. de decurio. lib. 10.

Inſuper quando capitulum vult cõmittere vices ſuas in certo actu aliquibus de capitulo, talis ſubdelegatio, ſeu ſubſtitutio debet fieri de licentia om-
9 nium. vt per Archid. in c. epiſcopus 16. q. 7. quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari. l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſt. præd.

In rebus quoque multorum, vt ſingulorum ſicut ſi tres, vel quattuor emãt agrum, vel domum, tunc ſi maior pars velit aliquid facere, puta, ſeruitutem imponere, nõ eſt ſtandum maiori parti, ſed requiritur conſenſus ſingulorum l. fin. ff. communia prædio.

In electione verò Romani Pontifi-

10 cis ſufficit, † quòd diæ partes conſentiant. c. licèt de elect. & talis ac omnis electio debet fieri ſecundum Deum, & conſcientiam. Dec. in c. conſtitutis il 2. ſub num. 1. de appellat. & talis conſcientia ſicut illa iudicis de qua ſcribit. Bald. in l. 2. C. de ſent. ex peri. recip. ſecundū iura debet confirmari. c. qualiter il 1. de accuſat. & debet eſſe coniuncta cum ſcientia, & doctrina.

Et in electionibus debet eligi præſtā
11 tior, ſanctior, † & doctior. c. licèt ergò. 8 q. 1. c. metropolitano 63. diſt. vbi optimus dēt eligi, vel ordinari, & q eſt notus poteſt promoueri ſine examine ideoq;
12 ſcholaris, † cuius peritia notoria ſit, doctorari poteſt abſque examine. Dec. in d. c. conſtitutis il 2. num. 3. de appellat.

DVBITATIO LV.

SVMMARIVM.

1. *Vniuerſitatis, vel capituli in actibus, an ſufficiat illos de vniuerſitate ſeparatim conſentire.*
2. *Conſenſus collegialis, quando requiratur, & quando non.*
3. *Abſentes vocati vbi nolunt venire perſonaliter, conſtituens procuratorem in quocunque actu.*
4. *Capitulum poteſt repreſentari per aliquos.*

N actibus vniuerſitatis, vel capituli, ſeu collegij, an ſufficiat illos de vniuerſitate ſeparatim conſentire?

1 Pono pro concluſione, † quòd debent collegialiter, non ſingulariter cōſentire; ſcilicet, vt vniuerſitas, & collegium, non tanquam ſinguli, quia oportet, quòd ſint tanquam conſilium congregati, & vniuerſaliter conſentiant: ratio eſt, quia liberius, & maturius fit deliberatio per congregatos in conſilio, hæc habentur per Felyn. in c. cum omnes, per gloſ. ibid. nu. 24. de conſtit. quæ gloſ. loquitur indiſtinctè, & ampliatur etiam ad alios caſus, in quibus uigeret eadem ratio iuxta gloſ. in l. fin. ff. de off. procur. Cæſar. Innoc. & Abb. in c. in geneſi, de elect. Barto. in l. omnes populi, col. 7. verſic. 3. quæritur. ff. de iuſt. & iur. Bal. in l. non ambigitur. ff. de lega. idem Bal. in l. fin. col. 2. C. qui bo. ord. poſſ. vbi habes, quòd vbi non eſt conſilium totum, vel maior pars conſilij, vel capituli non poteſt ibi eſſe actus conſiliaris, ſeu capitularis, hincque. Angel. conſil. 243: reſpondit abſoluendum eſſe capitulum ab impetitione vnius, qui in libello deduxit, quòd capitulum impediuit quoſdam conductores vti, & frui certa re, quia non dixit, quòd capitulariter eos impediuerint.

Si verò illi de conſilio, vel capitulo habent conſentire circa actum, qui tenet, ſed per ipſos poteſt irritari, ad hoc, vt iſta facultas irritandi ceſſet, poſſunt ei etiam non collegialiter renuntiare. Bald. in d. c. cum omnes, de conſtit. dicens, quòd ſi ab aliquibus de conſilio, vel capitulo contemptis poterat actus validus infringi ratione contemptus, illud vitium contemptus, poteſt per ſingulos ſeparatim purgari, quia non fiundant actum; ſed remanet obſtaculum, & actui adminiculatur, idem dicas, vt ſcilicet debeant ſingulariter conſentire, quādo actus, qui habet expediri per conſilium, vel capitulum, conſiſtit in iure, & ex ipſo agitur de iure efficaciter creando, ſed vbi actus conſiſtit in facto ad executionem iuris iam cauſati, ſufficit conſenſus collegialiter præſtitus. Innoc. in c. bonæ de poſtul. prælat. vbi habes, quòd ſi Papa mandat capitulo, vt eligant, vel probandam conferant, debet hoc fieri collegialiter, ſecùs ſi facta collatione per Papam mandet capitulo, vt illum recipiant in canonicum, nā cum hæc ſit nuda receptio facti, nō exposcit actum collegialem: vnde ſi collegium non congregatur, poteſt quilibet, & tenetur conſentire, idem tenet Bal. in l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuerſ.

nom.

nom.Innoc. & Abb. in cap.eam te, de reſcript.

Rurſus quãdo ſcribatur capitulo per verba denotantia communionem col-
2 legiatiuè, †tunc requirit conſenſus collegialis, ſi verò per verba denotantia ſingularitatem, vt ſi ſcribatur canonicis, tunc ſufficiet ſenſus ſingularis, non collegiatus, cùm videantur conſiderari canonici, vt ſingulares. Oldrad. conſil. 100. Specul. in tit. de ſyndic. verſi. porrò ſi in inſtrumentum. Abb. in c. 2. de coniug. lepro. hoc tamen declara, vt per Fely. in d.c. cum omnes, ſub num. 28. de conſtitut.

In caſibus etiam expediendis per ſingulos, vt vniuerſos, tunc vniuerſi collegialiter debent conſentire, ſed ſi habent expediri per ſingulos, vel à pluribus non facientibus certum collegium, poſſunt ſeparatim conſentire. Bald. in l. 1. quæſt. 5. ff. de off. conſu. ſed hoc intellige, vbi actus valere poteſt reſpectu cuiuslibet ſeparatim cõſentientis, ſed vbi maior pars prævalet minori etiam in ſpectantibus ad omnes iure ſingulari, tunc debent collegialiter conſentire. Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. per tex. in l. & ſuum. §. fin. ibi, conueniũt in vnum. ff. de pact. quia poſſet minor pars ad ſuam ſententiam maiorem inducere. Bald. in l. fin. per illum tex. C. qui bo. ced. poſſ. & facit text. in l. ſi in tres. ff. de arbit. & eſt text. in c. venerabilem de elect.

Vbi, & abſentes vocati nolunt veni-
3 re perſonaliter, dato †quòd per hoc impediatur debita, & matura collatio, quæ fieri poſſet, non coguntur venire perſonaliter, ſed ſat eſt, quòd conſtituãt procuratorem in quocunque actu, etiã ceſſante impedimento præterquam in actu electionis, vbi verò volunt venire perſonaliter debent expectari. latè per Abb. in c. quia propter. §. pen. de elect. ideoque in actibus in quibus requiritur præſentia capituli, ſeu conſenſus, poteſt capitulum deputare aliquos, & illi
4 repreſentabunt totum capitulum. Abb. in c. 2. de ſent. & re iud. Archid. in c. epiſcopus 15. q. 7.

DVBITATIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Antiquior, vel ſenior, an poſſit congregare in in tantum. vt inobedientes vocationi ſuæ cõſtituantur in contumaciam.*

SAepè accidit, quòd in conſilio, vel collegio, vel capitulo non eſt, qui habeat congregare, an antiquior poſſit congregare, adeò, quòd inobedientes vocationi ſuæ conſtituantur in contumacia?

Vtilis eſt hæc quæſtio, & facit potiſſimum pro literis Papæ facientibus mentionem de canonico antiquiori.

Varia tamen eſſe Docto. um conflictatio, quia Innoc. affirmatiuam tenet in c. 1. de maior. & obed. licèt dicat, qd antiquior non poteſt eos mulctare, & illum ſequuntur. Abb. Dom. & alij in c. cum nobis olim de elect. Bar. in l. 1. ff. de albo ſcript. & in l. obſeruare. C. de decu. lib. 10. Bal. in l. fin. C. de fid. inſtru. & im- Rub. l. pro ſocio. circa princ. & in c. imperialem. §. prætereà colu. fin. C de prohib. feu. alien. per Feder. ſed iſti omnes Doctores non intelligunt de antiquiore ætate, ſed reſpectu anterioris receptionis, vt probatur etiam ex gl. in c. fi. in verb. antiquiores de conſuet. in 6. & facit notatum per Abb. in c. 1. de pœn. vbi dicit, quòd illud quòd dicitur de facto maiore in diuiſione bonorum in l. 1. Bart. C. de his qui ſe defi. lib. 10. cum concord. intelligitur de maiore ratione diuturnioris adminiſtrationis bonorũ, non ratione prioris natiuitatis.

Negatiuæ verò opinionis, videlicet, quòd nullo caſu congregatio ſpectet ad antiquiorem ſentit expræſsè Abb. in capit. cum omnes de conſtitut. & in

capit. cum nobis olim de elect. dùm dicit, quòd deficiente illo qui de iure vel consuetudine habet congregare, debent duæ partes conuenire, & congregare tertiam, & si inferet periculum, potest minor pars hoc facere, & constituere non venientes in contumacia, ergò hoc non spectat ad antiquiorem, & quod debeat fieri cõgregatio per duas partes tenet. Inn. in c. 2. de no. op. nũ. ver sus. fin. & sequitur ibi. Abb. in fin. & ex his quæstio ista redditur dubia.

Ad concordiam tamen annuentes, præmissæ dubitationis assumunt verba Petr. de Anchar. in rep. c. 1. de constit. q. 1. scilicet, opinio procedat in collegijs ecclesiasticis, in quibus deficiente capite antiquior congregabit.

Et sic intelligitur. Innoc. in d. c. 1. dũ loquitur de causa. Secunda vero opinio quòd procedat in vniuersitate seculari, in qua, magistratu deficiente, de quo in l. 2. C. de colleg. fund. patr. lib. 12. conuenient duæ partes, & poterunt alios vocare, & non venientes constituere in mora, & expedire actum quibus addit. Felyn. in d. c. cùm omnes de constit. quòd si duæ partes non vellent congregari, potest maior, & etiam minor se congregare, et si tempus labitur in præiudicium eorum potest actum expedire constitutis alijs in mora: vt per Petr. de Anch. d. c. 1. nec mirum, vt ait, quia non semper ad validitatem actus requiritur maior pars: vt per gl. in c. si capitulo de conc. præb. in 6. vnde in citationibus & denũciationibus vniuersitati faciẽdis, nõ sẽper requiruntur duę partes vt per Bar. in extraua. ad reprim. in verb. citatio, & per Abb. latè in c. cũ nobis olim. col. fi. de elect.

DVBTATIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an debeat habere caput de essentia.*

Lebs, populus, vniuersitas, vel collegium, seu capitulũ an debeat habere caput?

De essentia vniuersitatis 1
† tenent multi Doctores, quod nõ sit, quod habeat caput. vt per Archid. in c. sicut vnaquaque super verbo castè regat 21. q. 2. Bart. in l. fin. col. 1. versic. per quas personas. ff. de colleg. illic. Abb. in c. 1. 2. notab. de procura. Bar. post gl. in l. nulli in princ. ff. quod cuiusque vniu. nom. & in Rub. C. pro socio: vbi infert, quòd si Rector collegij, & ordinatus est mortuus, & sic vacat Rectoria, non tamen vacat societas, & sub nomine societatis potest agere, & conueniri. omnes isti Doctores, & præcipuè Abb. in c. accedentes col. 1. de præscrip. allegant. Innoc. in c. cum ignores de præben. ideoque dixit. Abb. in d. c. accedentes, quòd clerici ciuitatis possunt facere inter se licitum collegium sine episcopo, vel alio capite, & congregari pro officijs celebrandis, & alijs actibus concernentibus ipsos clericos.

Confirmatur hoc dictum Innocentij per Card. consi. 33. qui dicit, quòd licèt collegium ecclesiasticum careat capite à quo ceteri gubernentur, tamen cura illorum de collegio, est penes ipsum collegium: nam quis potest esse maior, seu principalis in collegio, & tamẽ non habeat iurisdictionem in collegio quòd videtur firmare etiam. Hostien. in c. de mulcta de præben. dùm loquitur de Archidiacono Ebredunensi, quem dicit se instituisse, & concordant notata per Innoc. in c. dilecta in prin. de excess. prælat.

Contra hanc tamẽ opinionem Doctorum tenet. Bald. in auth. habita col. 16. vers. 2. quæritur, an vniuersitas. C. ne fil. pro pat. qui scribit, non cadere in intellectũ, quòd aliqua vniuersitas possit esse omninò sine capite, quia esset mõstruosa contra dispositionem. tex. in c. nulla ratione. 93. dist. ideò debet habere prælatum actu, vel potentia, vnde si

esset

eſſent mille congregati, & Papa inter dixiſſet eis electionem Rectoris, non eſſet collegium, quia caput eſt de eſſe corporis, & licèt non ſit vnum caput, tamen maior vniuerſitatis eſt princeps, & caput.

Hinc ſiquis diceret, quòd collegium Cardinalium, vacante ſede apoſtolica ſit ſine capite, non eſſet dictum procùl ab hæreſi, quia imò habet caput, eccleſiæ generali, & proprium, ſcilicet, Chriſtum, aliàs eſſet res monſtruoſa, quòd Cardinales eſſẽt ſine capite, & per hoc ſolet adduci. gloſ. fin. in c. vn. de ſchiſm. in ſexto.

Reſoluas ergò, quòd neceſſe eſt omninò vni capiti generali ſubeſſe: per tex. in d. c. nulla ratione, & ſic procedere opinionẽ. Bal. in d. auth. habita; vt collegia, vel vniuerſitates, ſubſint Epiſcopo, vel Papæ; quiá tali reſpectu non poteſt eſſe quis ſine capite, aliàs vniuerſitas eſſet acephala, ideſt, ſine capite contra d. c. nulla ratione, & ita ſequitur. Dom. in c. ſtatutum de elect. in 6. pro quibus faciunt notata per Card. in clem. paſtoralis verſic. vt illud in 2. oppoſitione de re. iud. vbi ſcribit, quòd principes qui per præſcriptionem non recognoſcunt ſuperiorem, non ſunt ſine capite, quia omninò recognoſcunt Papam, apud quem eſt habitus iuriſdictionis temporalis per not. in c. nouit. de iud.

Opinio verò primo loco recitata ex Inno. in c. cum ignores debet intelligi in capite ſpeciali, ſicut ſi capitulum in vna eccleſia non haberet caput particolare, ita intelligit, & concordat præcitatas opiniones. Rom. in d. c. vn. in fi. de ſchiſm.

Poteſt tamen etiam addi, & intelligi Baldus in auth. habita. C. ne fil. pro pat. videlicèt, quòd ipſa maior pars collegij eſt loo capitis, & ſic per hanc declarationem ad dictum Baldi, non deſtrueretur dictum Innocentij, qui voluit q̃ in quolibet collegio oporteat eſſe caput, ſed ſupplebitur ſic, quòd loco capitis principalis eſt ipſa maior pars, & ita declarat, & cõcordat. Fel. in c. ex litteris ſub nu. 15. ibi, ſed licèt iſta extra de cõſt.

DVBITATIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas an poſſit recuſari vt ſuſpecta.*
2 *Concilium generale totum non poteſt recuſari.*
3 *Ordinarius an poſſit recuſari vt ſuſpectus ſi aſſeſſor eſt ſuſpectus.*
4 *Doctores ſeu omnes ſapientes vnius ciuitatis non poſſunt ſuſpecti allegari.*
5 *Senatus non poteſt allegari nec recuſari vt ſuſpectus, & quando poſſit.*

PLebs, populus, ciuitas collegiũ, & tandem vniuerſitas an poſſit recuſari vt ſuſpecta?

Quòd poſſit vniuerſitas collegium iurari vel recuſari vt ſuſpectum & ſuſpecta, ita tenuit. Abb. in c. 1. de iud.
1 † ſub nu. 14. vbi ex cauſa legitima, vult poſſe recuſari totam ſynodum, & totã ciuitatem gl. in c. in ſingulis de ſtat. reg. & glo. in c. inſinuante de off. deleg.

Et ſynodum recuſari poſſe, quando Metropolitanus vel maiores qui præſunt, ſunt ſuſpecti, habes ex c. conſulti de procu. c. quòd ſuſpecti 3. q. 5. imò refert. Abb. in d. c. 1. quòd ſi alij epiſcopi aſſiſtentes Metropolitano, in concilio eſſent ſimplices conſultores, tunc ex eo quia maiores ſunt ſuſpecti, ex quo Metropolitanus non eſt ſuſpectus arbitrio ſuperioris, eſſet ponderandum, an ex hoc poſſet recuſari tota ſynodus, deberet namque conſiderari qualitas capitis, an de facili moueretur ad dicta aliorum: ſed quia iſti Epſicopi ſunt conſiudices vt in c. epiſcopus 15. q. 7. & in c. irrefragabili de off. ord. ſine quorum conſenſu non iudicat Archiepiſcopus vt per Innoc. in c. graue de præbend. ideò poterit, & Archiepiſcopus aliàs non ſuſpectus ex hoc recuſari, recuſando totã ſynodum.

Putat

Putat tamen in hoc proposito. Abb. in d.c.1.de iud.quòd si remotis suspectis remanet synodus in perfecto numero, qui requiritur secundum qualitatem causæ, quòd propter suspicionem quorundam, non poterit tota synodus recusari arguendum a c.fi.de procu.& c.dilecto de testi.& c.vtile de reg.iu.in 6. cùm ius aliorũ recusatorum remanet in nõ recusatis ex c.gratum de postul. prælat. & l.sicut.ff.quod cuiusq; vniuers.sed qđ dicitur de synodo illam posse, scilicet recusari, intelligit.Abb.d.c.1.sub nu.14. de iu.hoc esse verũ in synodo inferiori.

Concilium namque generale totũ
2 † recusari non posse, maximè quando Papa tali concilio præst, vult. Abb. in d.c.1.per text. in c.cuncta per mundum 3.q.nam tota ecclesia errare non potest c.à recta 24.q.1.gl.in c. maiores in prin. de bapt.in hac materia consilij generalis, an possit recusari.vid.Ias. in l. apertissimi.C.de iudi.Felyn.in c.1.C.de summ. Trin.& in c. causam quæ circa prin. de off.deleg.& licèt in d.c.1.de iud. loquatur de Concilio prouinciali, non procedit tamen gloss.in d.c.1.relata ad tex. nisi fortè dicatur quòd gloss. habuit respectum ad,id quòd communiter contingit, non enim solet de facili accidere,vt tota vniuersitas reddat̃ suspecta.

Hinc inferas, an possit ordinarius recusari vt suspectus,si assessor,vel consultor sit suspectus,& cõclude, quòd cùm assessor communiter recipiatur propter
3 † imperitiam iudicis,& habet consulere in his quæ sunt iuris vt pro tot.tit. ff de off. assess. nihil vel parum operabitur qualitas, vel constantia iudicis, maximè cum ipse iudex ex facili causa possit recusari. vt not. in c. cum R. de off.deleg.in c.accedens ut lit.non contest.fortiùs ergò poterit recusari assessor ex legitima causa, & si non admittitur per iudicem exceptio, satis redditur iudex ipse suspectus.c.statutum. §. assessorem de reicr.in 6.ubi expresè habes, qp assessor debet esse neutri parti suspectus.Felyn.in d.c.1.sub nu.14.de iudic.

Illam propterea opinionem quòd totum collegium, uel tota uniuersitas tãquam suspectum,& suspecta iurari, uel recusari possit, uoluit Phil.Franc. in c. cum speciali num. 31. de appell. Mant. sing.363.per text.in c. licèt suscepto de foro comp.Alb.de Rot.in 2.part. stat.q. 100. incip. an autem quis possit dicere omnes iudices, ubi dicit uidisse seruari in practica omnes sapientes unius ciuitatis posse,ut suspectos recusari,& idem uolit.Bald.in c.1.de iudic.

Contrariam uerò sententiam, quòd scilicet, omnes sapiẽtes unius ciuitatis, uel uniuersitatis,non possint suspecti allegari voluit.Bald.in l.hoc modo. ff.de
4 cond.† & dem.& hanc esse magis communem opinionẽ testatur viu.in verb. suspecti iudices.

Imò consilium, & Senatum tanquã suspectum non posse recusari de communi
5 tc tatur.Boer.decis.† 299.si autem caput consilij, vel Senatus esset suspectum,tunc totum consilium potest allegari suspectum. Bald. in l. 1. C. si Rect. prouinc.

DVBITATIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius, qui vellet esse iudex in causa sui familiaris, an possit recusari.*

2 *Consuetudo non valet, quod offensus ponat se in manibus inimici, qui habeat sententiare. Iudex quilibet esse potest vbi non opponitur, quid dicendum de delegato.*

4 *Iudex, quando quis possit esse suæ familiæ,& numer.7.*

5 *Sacerdos potest absoluere propriam cõcubinã.*

6 *Comes palatinus potest legitimare filium suũ naturalem.*

8 *Episcopus est iudex ordinarius in causa suæ ecclesiæ.*

9 *Episcopus potest venditionẽ volẽs retractare, litem mouere coram eius Vicario.*

10 *Pater Iudex, quando possit recusari à filio.*

Ordinarius

11 *Ordinarius vbi ſit dominus actoris, & rei poteſt eſſe iudex.*

12 *Iudex talis qualitatis monachus, vel ſanctimoniæ magnæ, non poteſt recuſari in cauſa ſui familiaris.*

13 *Bonitas non præſumitur in impetratione reſcripti ſurreptitij.*

Onnectendo aliam dubitationem cũ precedenti quæro, an ordinarius vniuerſitatis, qui velit eſſe iudex in cauſa ſui familiaris, poſſit
1 recuſari.† Abb. Fely. & alij in c. cauſam, quę de off. deleg. tenent, quòd non poſſit eſſe iudex per illum tex. & quòd poſſit recuſari.

Imò addas, quòd ſicut non poteſt eſſe iudex in cauſa propria, vel familiæ ſuæ, ita non poteſt eſſe arbiter per text. in l. pen. ff. de arbit. benè poteſt eſſe arbitrator, per text. in l. ſi libertus. ff. de oper. lib.

Nec valet conſuetudo, quòd offenſus ponat ſe in manibus inimici, qui habeat ſententiare, qua pœna puniendus
2 † ſit offendens. text. eſt in c. contingit, de ſent. excom. & quamuis ille text. loquatur in clerico, tamen indiſtinctè tenetur, vt per Barto. in l. 1. §. 1. in fin. ff. de iniur.

Verum tamen ſcias non procedere præmiſſam concluſionem, niſi opponatur à parte, † quia vbi non opponitur
3 potent eſſe iudex. glo. in capit. 1. 3. quæſtio. 2. Paul. de Caſtr. in l. qui iuriſdictione. ff. de iuriſdic. omn. iud. Abb. in c. cum contingat, de foro compet.

Et licèt aliqui ex Doctoribus tenuerint, quòd nullo modo valet ſententia in cauſa propria, vel filiorum etiamſi non opponatur exceptio, tamen non recedas à communi, quæ eſt, vt niſi opponatur, poſſit eſſe iudex.

Quæ nempè concluſio procedit in ordinario, ſecùs in delegato, & hoc de iure ciuili, ita glo. & Bart. in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iud.

In iuriſdictione verò voluntaria poteſt ordinarius eſſe iudex ſuæ familiæ,
4 puta, †quando vult emancipare filium ſuum, ſolus enim iudex poteſt facere, & prætor. l. ſi quid. ff. de adopt. Lapud filium. ff. de manum. vindic.

Imò etiam ſacerdos poteſt abſoluere propriam concubinam.†
5 Archid. in c. omnes. 30. quæſt. 1. per gloſ. ibi.

6 Et Comes palatinus poteſt legitimare filium ſuum naturalem coram ſeipſo, & multò fortiùs filium fratris. Bald. in l. ſi conſul, quæſt. 4. ff. de adopt. in cõtrarium tamen eſt text. in c. per venerabilem. §. inſuper extra, qui fil. ſint legit. vbi glo. in verſic. gratiam, dicit, quòd Rex non poteſt legitimare filium proprium.

In cauſis etiam breuiſſimis, quis poteſt
7 † eſſe iudex in cauſa ſui familiaris. l. ſenatus, ff. de offic. præſid. in verb. parciſſimè ſecundum intellectum. Angel. in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdic. omn. iudicum.

Poteſt eſſe iudex in cauſa ſui familiaris, quando his eſſet peritura. glo. in d. l. qui iuriſdictioni, & hoc intelligas verũ vſque ad litis conteſtationem. l. ſenatuſconſulto. ff. de offic. præſid.

In crimine etiam notorio poteſt eſſe iudex ſuę familiæ. Bart. in l. nulli C. quor. appell. non recip. Alex. in d. l. qui iuriſdictioni, prout etiam in caſu c. 1. de pœnis, in 6. ordinarius poteſt eſſe iudex in cauſa propria, & ſuæ familiæ pariter, & epiſcopus iudex ordinarius in cauſa ſuę eccleſiæ eſſe poteſt, glo. in c. ſi quis ergò in ſi. 2. quæſt. 7. & in c. cum veniſſent, de iudic. Innoc. in c. noſtri, de elect.
8

Imò epiſcopus ordinarius, qui vẽdidit rem ſuæ eccleſiæ, ſi vult talem venditionem retractare, poterit corã eius
9 vicario litem mouere, † quamuis ſit idẽ conſiſtorium. c. 2. de conſuet. in 6. Bald. in l. 1. C. neq. in ſua cauſ. & in l. ſi quis ad declinandum. C. de epiſcop. & cleric. quãuis Inn. in c. ex parte, de verb. ſignif. cõtrariũ teneat, ex mali ſecundũ Doct.

Vbi

Vbi etiam filius non ageret coram
10 patre, † ſed conueniretur coram patre, tunc non poteſt pater recuſari. l. ille à quo.§. 1.ff.ad Trebell. gloſ.in d.l.qui iuriſdictione, ff.de iuriſd. omn.iud.

Et vbi iudex ordinarius eſſet domi-
11 nus actoris,†& rei,poteſt eſſe iudex per glo. magna in fin.c.poſtremò de appel. & loquitur in coniuncto, in quo eſt par ratio. l.non ſolum. § demonſtratio.ff.de ritu nup. vbi par cauſa affectionis tollit ſuſpectionem.gloſ.in c.1.3. quæſt.5.

Rurſus ſi perſona iudicis eſſet talis qualitatis, quòd omnem ſuſpicionem purgaret, vel magnæ ſanctimoniæ, vel monachus. vel ſimilis, tunc non poſſet
12 recuſari, † & poſſet eſſe iudex in cauſa ſui familiaris. Specul.in tit.de delegato. §.ſupereſt.verſi.ſed quid ſi non eſt conſanguineus, facit text.in l.3. in prin.ibi, nam ſi careat.ff.de teſt.& in c.2.de ope. nou.nuncia.ibi, credere non poſſumus ipſas per malitiam litigaſſe.

Sed aduerte, quòd in impetratione
13 reſcripti ſubreptitia, † quòd non ſufficit, quòd perſona iudicis omni ſuſpicione careat, quia in huiuſmodi impetratione non præſumitur bonitas.Bald. in c.1.in fin. vt lit.pend

Sed in hac materia familiaritatis, ne relata prolixius referam vid.Felyn.in c. inſinuare, de offic.delegat.& nota præmiſſa procedere, non tantum in iudice ordinario,verumetiã in delegato. vtex add. & ad Fely.in d.c.cauſam,quę eo.tit. de offic. deleg.

DVBITATIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Tacentes, qui ſint de conſilio, an habeantur pro conſentientibus, & quando.*
2 *Tacens ob verecondiam non obligatur.*

VNiuerſitas,plebs,vel populus ſi congregatur,vt ſinguli cõſentiant, aut diſentiant, ſi tacent,an habeantur pro cõſentientibus.

1 Et haberi pro conſentientibus,† quãdo vocantur, vt conſentiant, vel contradicant, & actu ſunt præſentes, nec contradicunt, voluit. Innoc.in c.nonne.de præſumpt. quia taciturnitas eius, qui eſt contumax in reſpondendo habetur pro conſenſu, per text.in c.ſi poſt præſtitum de conteſſ.in 6. & l.de ætatæ §.qui tacuit.ff.de interrog.act.& no.Bar. in l.2. C.quando,fiſc.vel priua.gl.in cle. dudum in verb. recuſare de ſepul.Inno. in c.licèt verb.recuſare, de regula.l.nulla deſſerentia.ff.de aut.tut.& facit, quod not. Innoc. in c. 1. de his quæ fi. à mai. par.cap.vbi dicit,quòd licèt minor pars capituli non poſſit appellare, quando aliquid fit à maiori in præiudicium tertij, quia eorum non intereſt:tamen poſſunt contradicere, imò ad hoc tenentur, aliàs tenendo illaqueantur peccato,quia videntur conſentire iniuſtè geſtis,qui enim tenetur loqui,& tacet,habetur pro conſentiente, & de hoc dicto exclamat. Abb. in d.c.1.de his quæ fiun.à mai. par. capit. & in c.in cauſis de elect. vide tamen eund. Abb.in c.gratũ de poſtul.prælat.

Sciastamen, quòd vbi agitur de alienatione rei eccleſiaſticæ, requiritur in ea conſenſus expreſſus, ſecundum. Archid. in c. ſacerdotes 16.q.3. & in c. ſine exceptione 12. q.2. quando tamen agitur de alienatione perpetua, ſecùs dicendum ſi de temporali, ſecundum.gl. in cap.continebatur de his quæ fiunt à prælat.& in cap.1. in verb. perpetuas de reb.eccl.non alien.in 6.

Intellige pariter illos haberi pro cõſentientibus, dummodo detur aliquantulum deliberatio ad reſpondendum, quia taciturnitas poſt interrogationem non ſtatim habetur pro reſponſione,vt dicit.Innoc. in c.in cunctis in princ. de elect.

Digitized by Google

elect. & ſequitur. Bald. in l. 2. §. quòd ſi actor. C. de iuram. cal.

Prout nec debent haberi pro conſentientibus, quando illa tacerent propter timorem, non audentes contradicere
1 his quæ proponuntur per ea, quæ dicit Archid. & Dom. in c. de eo verſ. quæro pone. 50. diſt. vbi dicit, quòd ſi canonicis tacentibus epiſcopus contulit præbendam in eorum præiudicium, poſſunt eo mortuo agere contra inſtitutum, nec nocet taciturnitas, quòd de facili viuẽte epiſcopo contradicere nõ poterant, c. 1. quod met. cauſ. vnde ſcias, quòd taciturnitas conſenſum non arguit, quãdo tacens contradicendo non poſſit impedire actum geri, vt not. in l. Caius de pign. act. & Salycet. in l. inuitus. C. de procura. Bar. in l. Titia la 1. §. Lucia poſt gl. de leg. 1. & in l. quæ doris pen. col. in verſ. 2. caſu, quando reſpicit. ff. ſol. mat. Bald. in l. ſi ſine 2. colu. verſ. 4. quæro. C. ad Velleia. aliter dicendum eſt, quòd ſic, vt in d. l. Caius, & d. l. inuitus. Alex. in l. Lucius. ff. ſol. matr. Inno. in c. ex parte de reſcrip.

Et quòd tacens etiam propter verecundiam non † obligetur probat. gl. in
2 c. plerique in verb. tacent 2. q. 7. & gloſ. pen. in c. vnuſquiſque 21. q. 4. Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quor. rer. actio non datur cum concord. allegatis per Fely. in c. nonne de præſumpt. limitando ibi dictum. Abbatis dummodo cauſa cognita conſtet, quòd ipſa reuerentia fecerit, quem tacere, vt ſentire videtur tex. in d. §. quæ onerandæ in verb. cauſa cognita, aliàs ſola præſentia non inducit ſufficientem reſpectum reuerẽtiæ per tex. ſing. in cap. vn. §. porrò de de ſponſ. Impub. in 6. & latiùs per Felyn. d. c. nonne de præſumpt. vbi inuenies, an & quando tacens præſumat conſentire.

Præmiſſa vero credas procedere, vbi illi de conſilio, vniuerſitate capituli, vel collegio vocentur, vt conſentiant, vel diſſentiant, ſed vbi ſimpliciter in corũ præſentia vnus gereret nomine aliorũ actum arduum, & ipſi tacerent, certè quamuis incurrant peccatum ex non contradictione, ſi tamen actus ad ſui validitatem requirit conſenſum, non valebit. ita declarat. Abb. in c. in cauſis 1. col. de elect. per id quòd ibi dicunt doctores nõ valere compromiſſum in facto electis, ſi fiat ab vno nomine aliorum ipſis præſentibus, & non contradicentibus.

DVBITATIO LXI.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas poteſt citari in conſilio cõgregato.*
2 *Modus citandi communitatem, & eam conſtituendi in contumaciam, & num. 6.*
3 *Fratres minores quomodo citandi.*
4 *Syndicus poteſt facere ea, quæ expediant non ea, quæ nocent.*
5 *Contumacia officialis non nocet ſubditis.*
7 *Clauſula decernentes non poteſt fieri, nec admitti per iudices inferiores.*

PLebs, populus, ciuitas, vel vniuerſitas, an poſſit citari, & in contumacia conſtitui, qualiter, & quomodo reſolui, qui poteſt citari in conſilio congregato, capitulo, vel arengo gl. in l. non poteſt de reg. iur.

1 In hac dubitatione, † ſi bene aduertatur dicta gl. in l nõ poteſt dolo carere. ff. de reg. iur. docet modum citandi vniuerſitatem, & eam conſtituendi in con-
2 tumacia, & vult, † quod non ſufficiat citare ſyndicum, ſed citandi ſit ipſa vniuerſitas. niſi congregare ſe nollet, quia tunc ſufficeret citare regentes vniuerſitatem ſecundum. Bart. ibid. & in l. fin. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. & latius in extrauag. ad reprimen. in verb. citatum corpus. Bal. in l. etiam col. pen. C. de exec. rei iud. dicit, quòd ſi vniuerſitas eſt congregata, perſonaliter citabitur, quia iſta congregatio eſt quaſi quædam perſona politica l. metum. §. animaduertẽdum. ff. quod met. cauſ.

Si verò non sit congregata, ponetur edictum in loco vbi consueuit congregari; vt per Bal. in d.l.etiam. C.de exec. rei iudic.

Alij doctores tenent, q̃ satis sit citare syndicũ, vel administratorem vniuersitatis: vt p Ang.conſ.216.& in l.1.§.omnibus.col.2.ff.quod cuiusq; vniu.nom.Idẽ tenet.Guid.Pap.quæst.321.vbi vult, Oeconomum ecclesiæ esse citandum duntaxat, & citationem in eius personam sufficere in causis tangentibus capitulum ecclesiæ, per tex.in l.omnes. §. hoc nihilominus vbi. Bald. in 1. not. C. de epis.c & cler.

Idem vult Guid.Pap. in d.quæst. nu. 2.esse seruandum in causis tangentibus
3 fratres minores, † fratres prædicatores, vel vniuersitatem, quòd scilicet, sufficiat citare Guardianum fratrum minorum, vel procuratorem fratrum prædicatorum, vel consules vniuersitatis. argu d.l. oẽs,& ita dicit seruari de stylo.

Hanc dubitationem latè tangit.Socin.in tract.de citatione art.17.col.pen. dicens cum gl.d.l.non potest. ff.de reg. iur.vniuersitatem citari debere in capitulo,vel arengo, aut alio loco deputato.argum.l.iubemus. C. de sacros. eccl. & quod non sufficit citatio facta de syndico, vel actore vniuersitatis, quia per talem citationem vniuersitas non constituitur in contumacia per tex.in l.si ex dolo.§.1.ff.de dolo.

Et quamuis per tex.in l. 1. in fin. cum
4 l.seq.ff.de † acq. poss. ea quæ expediunt vniuersitati fieri possint per syndicum, vel actorem vniuersitatis, non autem ea quæ nocent:vt per Bar.in d.l.non potest.ff.de reg.iu.tamen secundum Socinum præallegatum securius est tenere cum glos.& Bar.in d.l.non potest quod si vniuersitas se congregare noluerit, tunc potest citari modo dato, per Bart. in d.l.non potest.

Subungit idem Socinus in d. tract. non sufficere citari potest. item,vel aliũ
5 officialem,†quia contumacia illius nõ nocet subditis.l. meminerint.C.vnd.vi. idem dicit.Angel.in d.l.1.§.omnibus. ff. quod cuiusque vniu. nom. adducens. tex.in l.præses.C. de transact.

In hac materia consultus. Ale. conſ. 219.num.2. 3.& 12.cum seq.volu.6.dat
6 † modum citandi collegium, vel capitulum,vel vniuersitatem.

Et primò dicit quòd quando citandum est capitulum, debet requiri ille qui habet conuocare capitulum, vt ipsum conuocet vel per sonum campanæ, vel per alium modum in ecclesia solitum, & si in conuocatione capituli compareant aliqui, debet fieri præsentatio litterarum Decano, vel ei qui est maior, vel denunciare publicè in loco solitæ congregationis coram maioribus, & his qui ad conuocationem vniuersitatis venerunt, vt traditur per glos, ordin. in c. si capitulo de concess. præben.in 6.& in c.bonae il 1.de elect. & notat.Bar.in d.l.non potest de reg. iu. post gl.ibi.& idem.Bar.in l.fin.ff. quòd cuiusque vniu.nom.& in l.1.C.de iure Reip. lib.11.& in extrauag.ad reprim.in verb. citatum subiungit tamen. Alex. d.conſ. 219.num.3.quòd Princeps vel Papa,dato, quod illa vnio non valuerit propter defectum consensus capituli, potest illos defectus supplere.c.1.vbi.Doc. de transact.c.illa quotidiana de elect.c. inter dilectos. de fid. instr.Speculat.de legat.§.nunc offendendum.vers.18.

Vniuersitas,secundum. Bald. in l.1.§. quibus 2.col.ff.quod cuiusque vniu.nodicitur citari personaliter,quando citatur in loco in quo est congregata, sed ad domum dicitur citari, quando ipsa citatur in locis publicis, seu per litteras affixas ianuis, ita quòd in publicam notitiam deducatur,& per primum modũ citandi constitueretur vniuersitas in vera contumacia, non autem per secundum, quando scilicet citaretur ad domum,vt per Bar.in extrauag.ad reprim. in verbo citatum, & per not. in d.l.non potest, de reg. iur.

Si

Si propterea nuntius retulerit ſe citaſſe perſonaliter epiſcopum, per literas affixas, vel dimiſſas ad ianuas anteriores eccleſiæ cathedralis, & omnia alia feciſſe, quæ in litteris continebantur, & prout habuit in mandatis, talis relatio probabit legitimè factam eſſe citationem de capitulo non perſonaliter, ſed probat, quòd eò, quia non potuerunt haberi perſonaliter in conuocatione ideò fuerint citati ad domũ, & cum affixione literarum ad ianuas, q̃ ſufficit. Bal. in d. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nom. & Alex. d. conſil. 219. ſub num. 13. vol. 6.

Seruandum igitur colligo eſſe ſtylũ, vel ſtatutum ciuitatis, vel loci, quia ſolet etiam qu buſdam in locis vigore ſtatutũ, quòd citatio facta in perſona conſulum, vel ad eorum domos, ſufficiat, vbi citanda eſt vniuerſitas.

Et poteſt, ac ſolet Princeps, vel Senatus præcipuè præſentis patriæ Montisferrati in litteris cõtra aliquam vniuerſitatem laxatis, ponere clauſulam ſalutarem, decernentes citationem faciendam in perſona vnius ex conſulibus, vel ſyndicis loci, perinde valere, ac ſi vniuerſitas ipſa citata foret, & apprehenſa. Imò ſolet etiam ſenatus hoc ſeruare, vt citatio facienda conductori, vel proximiori conſanguineo, perinde afficiat, ac ſi dominus, vel citatus perſonaliter apprehenſus foret, dato termino ad certiorandum abſentem, ſed
7 aduerte, †quia citatio huiuſmodi tenoris cum dicta clauſula decernentes, nõ poteſt fieri per iudices inferiores, niſi de auctoritate Principis, vel Senatus, quia eſt citatio multùm præiudicialis, clem. 1. de iudic. tangit Marant. part. 6. rectè concipiatur citatio, ſub num. 84. & iudices inferiores ſi vtantur dicta clauſula, propria auctoritate, non euadent pœnam aſſumentium officium magiſtratus.

DVBITATIO LXII.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ ſingulares, an poſſint pro vniuerſitate grauari, & è contra?*
2 *Canonici, quando dicantur perſonæ ſingulares.*
3 *Capitulum contrahens æs alienum quo ordine ſoluere teneatur.*
4 *Vniuerſitas, vel capitulum poteſt habere bona in communi, id ò bona ſingulorum non poſſunt grauari pro vniuerſitate.*
5 *Communitas debet per ſolidum, & libram, & non per capita collectare.*
6 *Collecta impoſitio debet notificari populo, & non facere, quòd magni piſces comedant parvulos.*
7 *Minores, infantes, mulieres, clerici, ſenes, infirmi, & abſentes de iure non poſſunt nec eorum bona collectari pro damno dato, vel pro expenſis communitatis.*
8 *Damnum paſſus poteſt collectari in bonis ſuis, & tenetur contribuere pro parte ſua.*

NVnquid ſingulares perſonæ poſſint grauari pro vniuerſitate, plebe, populo, collegio, vel capitulo, & è contrà?

Reſoluendum cenſeo compẽdiosè,
1 †quòd non poſſunt grauari perſonæ, nec bona ſingulorum pro vniuerſitate, nec è contra, ſtatuto, conſuetudine, vel alio documento non apparente. l. ſicut municipium. verſic. ſed quod vniuerſitati. ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nom. vbi glo. Bal. in l. etiam, nu. 25. C. de exec. rei iud. Burſat. conſi. 41. nu. 1. & 5. volu. 1. Hinc inferas, quòd Canonici alicuius eccleſiæ, vt Canonici reſpectu earum prębendarum ſunt ſingulares perſonę,
2 †& habent earum præbendas, vt bona propria, & non communia tot. tit. extra & in 6. de preben. & quando capitulum contrahit æs alienum tenetur in pri-
3 mis, † & ante omnia illud ſoluere de burſa ſua communi, & ſic de bonis ſuis mobilibus, poſtea immobilibus, deinde nominibus debitorum etiam bona

alienando antequam deueniat ad bursam singularū personarum, quibus cessantibus, tunc postea communitas, & capitulum venit ad collectam per solidum, & libram, & sic ad ratam bonorū & fructuum prebendorum, l.1.§.quod si nemo, & ibi glos. in verbo, proconsul, & l.ciuitates. ff.quod cuiusque vniuers. nomin.l.2. C.de præd decur.sine decre. alien.in fin. Aegid. Thomat.in tract.de muneribus, & collectis. §. exposuimus, col.1.& 2.pag.520.Borgn.dec.68.nu.2.

Ratio vero quare non possint grauari personę, nec bona singulorum pro vniuersitate nec è cōtra illa est potissima, † quia bona vniuersitatis non dicuntur bona singularum personarum, nec bona singularum dicuntur vniuersitatis, quia vniuersitas, vel capitulum potest habere bona in commune, sicut quælibet persona singularis bona propria. l.1.§.quibus autem.ff.quod cuiusq; vniuers.nom.

4

Vniuersitas verò, vt memini me anteà deduxisse, debet in primis de bursa sua, †& bonis suis soluere debita sua, de residuo debitorum debet per solidum, & libram, & non per capita collectam imponere, salvis exemptis. Bart. in l.3. §.1.ff.de re iudic.Franc. Marc.decis.835. nu.4. in 2.part.pagina mihi 881.

5

Huiusmodique collectæ impositio debet notificari populis, vt præparent se ad soluendum, † & non illos grauare ex abrupto, & ignoranter, magnisq; sumptibus executionum, vt per Barto. in l.1. C.de apoch.libr.11. text.in l.2.vbi glos.& Bart. C.de indict.lib.10.& debet continere æqualitatem per solidum, & libram, & non facere, quòd magni pisces, vt passim circunfertur, comedant paruulos, vt per Bart.vbi suprà,& in l.1. C.de muner.& in quo loco, libro 10. & tradit. Guid.Pap.quæst.87.

6

Vnum est singulariter notandum, q̄ vbi villa tenetur pro damno dato, de bannito non capto, vel de incendio, non comprehenduntur minores infantes, mulieres, clerici, senes, infirmi, & absentes de iure, † nec eorum bona poterunt collectari pro damno illo dato vel pro expensis. Plot.in l.si quando,nu. 863.vers.56.C.vnd.vi.Rom.cons.7.nu.1. & 9.l.in testimonium vbi glo. & Linuiti. ff.de testib.Bal.in Rub.C.qui accus.non poss.nu.15.& ideò debet emendari dānum datum, & solui cum expensis per alios de ciuitate, vel oppido habiles, & præsentes tempore delicti, & obligatos ad custodiam, & capturam. Innoc.in c. graui de sent.excomm. Borgn.decis.68. num.12. & seq.& 20. vbi tenet, quòd tenetur contribuere pro parte sua, & in bonis suis potest collectari, qui passus fuit damnum. Rol. cons.69. num.34. & 35.vol.2.

7

DVBITATIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Acquisita per vniuersitatem, an spectent ad omnes, et an præsumantur acquisita ex realibus, vel personalibus oneribus.*

2 *Onus personale, & acquisitum lucrum cum operibus, & laboribus personalibus debet diuidi inter homines communitatis.*

3 *Aequalitas seruanda in distribuendis oneribus, & collectis imponendis, & §.*

4 *Prata irriganda aquis debent æstimari, quia bis, & ter in anno ex eis fructus colliguntur, & debent poni ad æstimum pro maiori æstimatione, quam sint terræ cultiuæ.*

AN acquisita per vniuersitatē ad omnes spectent, & an præsumatur acquisita ex realibus, † vel personalibus oneribus: pro solutione sciendum est, quòd acquisita, vel facta ex operibus, & oneribus personalibus, & non realibus, cū recipiant quid facti, spectant ad omnes, quia omnes de vniuersitate tangūt corpore, & sollicitudine, ac animi vigilantia. l.1.§.illud. & l.fina.§.1.ff.de muner.& honor. sicut, & ad omnes spectat onus custodiæ,

1

cuſtodię, quę ſolet expediri labore corporis, & ſollicitudine animi ſine rerum detrimento, & ideo dicitur eſſe munus perſonale. Abb. in c. 2. de immun. eccl. glo. in Rub. C. de mun. patrimo. lib. 10. Salicet. in l. final. C. ſine cenſu, vel reliq. vbi inquit, quòd munera merè perſonalia ſunt, quæ indicũtur perſonis propter perſonam, & conſiſtunt in labore perſonæ. Idem dicitur de aqua extracta ex aliquo flumine, & conducti per territorium, & loca alicuius communitatis, quæ ex operibus, & oneribus perſonalibus, & non realibus præſumitur extracta, & conducta, quia eſt, quid facti, & tangit omnes de vniuerſitate corpore, & ſollicitudine, & ideo collecta pro huiuſmodi expenſis in extrahendo, vel conducendo aquam factis non poteſt imponi forenſibus. l. cum neque vbi gl. C. de ciuibus, & incol. libr. 10.

Et quòd tale onus ſit perſonale, & nõ reale tenet. Natt. conſ. 157. nu. 2. & 3. lib. 1. Boſſit. de princ. & eius priuil. nu. 100. & Nat. ibid. dicit, quòd forenſibus onera perſonalia, vt onus cuſtodiæ, & huiuſmodi, non poſſunt imponi, & quòd forenſes ſicut nõ tenentur ad cuſtodiã, eodem modo non tenentur ad collectam ſubrogatam loco dicti oneris, ne plùs habeat ſubrogatum, quam ſubrogans contra regulam. C. ſi cum. §. iniuriarum. ff. ſi quis caut. cum concor. ſemper enim inſpicitur origo, & cauſa, vnde collecta naſcitur, vt ſciatur, qualiter collecta imponatur, an per capita, vel per fumantes, an verò per æs, & libram ſecundum Bar. in l. 4. §. actor. ff. de re iud. Bald. in l. etiam, propè fin. C. de execut. rei iud. & debet etiam inſpici cauſa collectæ, vt qui liber eſt à cauſa, liber ſit etiam ab effectu cauſæ, ideo vbi condemnata eſt vniuerſitas pro delicto in pecunia, & ad ſoluendum condemnationem imponitur collecta, illi, qui nõ delinquerunt, non concurrunt in collatione, vt declarat Bart. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. aliàs alter pro altero grauaretur, vt per eund. Bart. in l. vn. C. de muner. & in quo loco. lib. 10. Natt. præcit. conſ. 157.

2 Onus propterea perſonale, † & lucrum, ac acquiſitum cum operibus, & laboribus perſonalibus, ac cum vigilãtia hominum communitatis, debet diuidi inter ipſos homines communitatis, & redundari ſolum ad beneficium, & commodum oneris perſonalis, & nõ realis, tangendo omnes in capite, & in perſonis, vt cõtrariorum eadem ſit diſciplina, † videlicet, vt qui ſentit incommodum, ſentiat, & commodum, & è contra reg. qui ſentit, de regul. iur. in 6. l. ſecundum naturam. ff. de regu. iur. Surd. conſ. 150. nu. 37. & ſeq. Burſat. conſ. 161. num. 43. libr 2. Surd. conſ. 65. nu. 26. pag. mihi 186. Borgn. dec. 22. de contractib. vbi etiam tangit, quòd onus perſonale non debet imponi pro onere reali, nec è contra, niſi in connexis ad ratam, & quod debẽt attendi in collectarum impoſitione, prata irriganda aquis, & poni ad æſtimum pro maiori æſtimatione, quam ſunt terræ cultiuæ virtute dictæ irrigationis, quia de iure debent etiam ita æſtimari ex eo, quia bis, & ter in anno colligitur fructus propter aquas irrigantes. Borgnin. ibid. nu. 7. 8. & ſeq. ſicq; onus ſuum quilibet pro rata, & qualitate prædiorum, & nõ alienum onus debet ſufferre. Crau. conſ. 643. nu. 21. vol. 4. ideò in diſtribuendis, & imponẽdis collectis, † & oneribus debet haberi conſideratio qualitatis bonorum, & cõmodi, & vtilitatis, vt ſeruetur æqualitas.

DVBITATIO LXIIII.

SVMMARIVM.

1. *Villa exempta à ſolutione pedagij, in pertranſeundo terras Principis eximentis, an cenſeatur exempta ab huiuſmodi pedagij præſtatione in terris poſtea quæſitis de nouo per eximentem.*
2. *Terræ appellatione comprehenditur villa.*

Terræ

3 *Terræ quicquid infra eius limites accedit, censetur ipsi terræ adiectum.*

4 *Coniunctum alteri assumit naturam eius cui iungitur.*

5 *Aqua non sacrata addita sacratæ efficitur sacra, fallit hoc in sacramento sanguinis Christi. ibid.*

6 *Marchionatus inciſiæ adiunctus dominio Montisferrati, quare dicatur de Monteferrato.*

7 *Res vnita sapit naturam eius cui vnitur.*

8 *Priuilegium concessum ciuitati trahitur ad villam ei additam.*

9 *Rex, vel Princeps occupans ciuitatem, illa debet regi legibus occupantis.*

10 *Habitandi libertas loco concessa extenditur etiam ad illos, qui veniunt habitaturi.*

11 *Castrum seu villa separata à ciuitate si non habet statuta de per se, tenetur sequi statuta ciuitatis suæ primæ.*

PLebs, vel Villa, quæ exempta sit à solutione pedagij in pertranseundo terras Principis eximentis, an censeatur exẽpta ab huiusmodi præstatione in terris
1 posteà quæsitis de nouo per eximentẽ?

In hac quæstione videndus est. Bart. in l.damni.§ is, qui ædes.ff.de dam.infe. sed plura possint hinc inde deduci, quæ breuitatis gratia omitto, & præcipuè posset sustentari negatiua, quòd non censeatur villa exempta vbi Princeps eximens dixisset in priuilegio, concedimus libertatem, & immunitatem hominibus talis villæ terræ suę, siue patrię, quòd nullatenus pedagium soluere teneantur in tota terra sua, illud namque pronomen, terra sua, in tali priuilegio adiecta, ad futuram non porrigitur terram, text.est in l.si ita.ff.de aur.& argen. leg.l.vxor.§.testamento, & l. his verbis. ff.de leg. 3. & est glos.quæ videtur decidere hanc quæstionem in c.cum capella Ducis Burgundiæ extra de priuile. & excess.priu.

Pro contraria opinione, quæ videtur seruari de consuetudine, sic testante Guid.Pap.quæst. 489. potest deduci, quòd Princeps concedendo, & indefinitè loquendo, potuit prouidere respectu terræ per eum acquirendæ, imò dicta verba terra sua, ad futuram terram porriguntur. l.si seruus. ff.de seruit. vrb. prad.

2 Villæ etenim comprehenduntur appellatione terræ.c.cum in partibus, extr. de verb.signif.in antiquis, alia etiam ratione, quia beneficia Principum latissimè veniunt interpretanda. l. beneficiũ vbi Doct. ff.de const.princ.

3 Rursus facit, †quia quicquid accedit ipsi terræ infrà eius limites situatæ, censetur ipsi terræ adiectum. l.si ex toto, & l.quod in rerũ.§.1. ff.de leg.1.quia, quæ ad augmentum terræ suæ acquiruntur, debet ad idem censeri, & dici, sicut de terra ipsa. l. prædijs. §. qui domum, & l. vxorem.§.legauerat.ff de legat.3. & l.qđ in rẽ.§.1.ff.de leg.1. eo enim ipso, quòd aliquis comitatus fuerit adiunctus puta præsenti patrię Montisferrati, ipsi comitatenses erunt effecti Montesserratẽses, †quia coniunctum alteri assumit na
4 turam eius cui adiungitur. l.fi. ff.de vin. trit. & oleo leg.imo religiosa sunt, quæ religiosis adhęrent.l.quę religiosis.ff.de rei vendic.& etiam pariter aqua non sacrata addita sacratę efficitur sacra secũ-
5 dum †regulam.glo.in c.quòd in dubijs, de consecr.eccles.vel alt.hoc tamen de aqua exemplum, est verum in liquoribus, & in his, quæ mixtione confundũtur ideò fallit hoc in sacramento sanguinis Christi, quia liquor additus non miscetur sanguini, cum sit ibi sanguis in venis, sed solum commiscetur accidentibus illis, & propterea non efficitur sanguis Christi.c.cum Marthę, de celebrat.missa, & summ. Angel. in littera, Aqua, num. 1.

Dicas ergo pro exemplo, quòd Mar-
6 chionatus Inciſiæ adiunctus præsenti dominio Montisferrati, dicitur de Monteferrato, & illi homines effecti sunt Monteferratenses, Bal.in c.1. §.præterea ducatus in quæst.incip.sed quid si Marchio-

chionibus circa fi. de' prohib. feud.alie. per Feder.vbi allegat tex.in l.inter ſocerum. §.cum inter. ff.de pact. dotal. quia res vnita ſapit naturam, & conditionē rei eiuſdem cui vnitur. gl.in c.1. ne Sed. vacan.† & tex.in l.idem ſi fundum.§.ſed ſi intulam. ff.de vſufr.& priuilegiū conceſſum ciuitati trahitur ad villam, quæ eſt addita poſteà ipſi ciuitati, † vt videmus in hac ciuitate. Albæ,& eius diſtrictu,Bartol.in l. præſula. ff. de acqu. rer. dom.

Hinc inferas, quòd ſi Rex, vel Princeps occuper aliam ciuitatem,vel villā, illa debet regi † legibus occupantis, ſicut dicimus in eo, quod nobis accreſcit per alluuionem,quia efficitur eiuſdem iuris, cuius erat prædium cui adijcitur. l.quos.§.fin.ff de adm.tut.

Inferas etiam quod libertas habitandi reſpectu alicui loco conceſſa,porrigitur etiam ad illos† qui poſtea veniūt habitaturi. l.forma. §. quamquam. ff.de cenſib.

Inſuper colligas exprem:ſſis, Caſtrū, ſeu villam ſeparatam à ciuitate,ſi non hēt ſtatuta de per ſe,tenetur † ſequi ſtatuta ciuitatis ſuæ primæ. Alex. conſ. 151.num.3. vol.2. Paul.de Caſtr. conſil. 307.vol.2.Ruin.conſ.39.num.15.vol.1. Curt.iun. conſ.110. num.12. vol.2. Calcan. conſ.4. Didac. pract.quæſt. cap.37. num.7.pag.mihi 785.

DVBITATIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Villa qualibet, an poſſit facere burſam communem?*
2 *Villa, an poſſit congregare ſine licentia iudicis, vel magiſtratus, & an creare conſules?*
3 *Syndici poſſunt accuſare nomine cōmunitatis.*
4 *Communitas, an poſſit imponere collectam ſine licentia ſuperioris?*

VTrum quælibet plebs, vel Villa poſſit facere burſam communem, vel ſe congregare ſine licentia iudicis, vel magiſtratus, & an ſindicus poſſit accuſare nomine communitatis?

1 Quòd poſſit villa habere, † & facere proprium, & burſam communem de iure, hoc patet ex text.in l.in omnibus, & in l. ciuitatem. ff. de leg.2. & l.1. §.quibus autem, ibi res communes, arcam communem.ff.quòd cuiuſque vniuerſ. nom.

Attenditur tamen in hoc ſolitus ſtylus patriæ, nam in curia Franciæ hoc
2 nō permittitur, prout † nec permittitur quòd villa, vel ciuitas poſſit ſe congregare ſine licentia ſui ſuperioris: ita dicit Ioa.Fabr.in §. vniuerſitatis Inſtit. de rer. diuiſ. & corroboratur hoc, auctoritate Barto.in l.actor circa fin. verſ.poſſumus tamen ſuſtinere. ff.rē rat.hab. prout nec poteſt vniuerſitas ſibi eligere conſules ſiue auctoritate ſuperioris. Bart. in l. itē eorum. §. ſed ſi ita decreuerit. ff. quod cuiuſque vniu. nom. niſi talis vniuerſitas ſit in longæua conſuetudine ſic faciendi, & creandi conſules, qui conſu-
3 les,& † ſyndici poſſunt aliquem accuſare nomine communitatis. vt per Bart. in l.1. in quæſt.fin. ff.de accuſat.

Nec poteſt communitas imponere collectam ſine auctoritate ſuperioris, vt antea tetigi, niſi propter neceſſitatē
4 ciuitatis, vel loci, † vt not.in l.1. §.pen. ff.quod cuiuſque vniu. nom. & per Inn. in c.grauem de ſent. excomm.nec poſſunt illi de communitate ſe ad inuicē congregare ad iſtos actus ſine licentia ſuperioris, vel iudicis,& quādo & quomodo poſſit communitas non habens burſam cōmunem collectas imponere adde his quæ inuenies me antea deduxiſſe Guid.Pap.quæſt.87.

DVBI-

DVBITATIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Communitas læsa, an & per quod tempus possit aspirare ad restitutionem in integrum.*

2 *Minor habet quadriennium post ætatem perfectam ad petendum restitutionē in integrum & quid iuris, quando lis est protracta in lōgum contra minorem.*

3 *Restitutio in integr. concessa minori eius beneficium extenditur ad maiores eiusdem litis consortes.*

PLebs, vel Communitas læsa, an & per quòd tempus possit aspirare ad restitutionem in integrum.

1 Magna in hoc †articulo est Doctorū controuersia potissimum inter legistas, & canonistas; Cæsarei namq; iuris Doctores sunt istius sententiæ, quòd quando vniuersitas est læsa in tempore minori quadriennio, non datur quadriennium ad petēdum restitutionem in integrum, sed tantum tempus ad petendum dictam in integrum restitutionem quantum fuit tempus, quòd induxit ei læsionem, vt per glo. in l. superuacuam. C. de temp. in integr. restit. Azo. in sum. de rest. militū. §. superest, & gl. in l. diuus. ff. de in integ. restit. idem expresse tenēt. Bart. & Bald. in l. interdum. ff. de minor. & in l. quòd tempore C. de restit. milit. licèt aliter dicat in l. ab hostibus. §. sed quòd simpliciter. ff. ex quib. caus. maio. vbi plenè hunc articulum examinat, & tenet. Bald. ibi quòd in ecclesia, petitio restitutionis in integrum est quadriennij tempus, sed in minore aliud est, & de vniuersitate nihil dicit: cum hac opinione concurrit. Paul. de Castr. in l. 1. & d. l. quod tempore. C. de restit. milit. & allegātur pro hac opinione plura iura præcipuè text. in l. ait prætor. §. conditionalis. ff. de hisquæ in fraud. credit. & tex. in l. interdum. ff. de minor. lat. in d. l. quòd tempore secutus fuit hanc opinionem. canonici verò iurisque Pontificii professores insurgunt contra præmissam opinionem, dicentes, quòd tepus quadriennij, quòd datur ad petendum restitutionem in integrum est vniforme, siue læsio sit respectu contractus, siue respectu sententiæ, siue respectu temporis vltrà quadriennium, siue minùs quadriennio, pro qua opinio est communiter approbata in glo. clem. 1. de restit. in integrum, & sic sufficit proponere restitutionem in integrum intrà quadriennium, & hanc partem sequitur. Io. Fabr. in §. rursus. instit. de actio & cum hac opinione per transijsse dominos de consilio Napolitano tradit Aflict. decis. 175.

Minor etiam habet quadriennium 2 post ætatem † perfectam ad petendum restitutionem in integrum, vt in l. auxiliū. ff. de minor. secùs si elapsi sunt quatuor anni, qui dantur ad petendum restitutionem in integrum post ætatem perfectam, quia tunc non potest concedi beneficium restitutionis huiusmodi per not. Bart. in l. superuacuum. C. de temp. in inte. rest. c. 1. de restit. in integr. in 6. & l. æmilius. ff. de minor.

Quoties tamen lis esset pro tracta in longum ex dolo, & malitia actoris, vel ex causa iudicis, tunc concedēdum est restitutio, & beneficium minori de tēpore, quo petit beneficium secundum Bald. in l. 3. §. 1. ff. de minor. nisi tamen in minori ætate conclusum esset in causa, vt ibi per Bald. & allegat. tex. in l. quamuis. C. de adult. & in §. 1. in authent. vt cū de appell. cognos.

Ipsè verò actor non poterit vti dicta restitutione, quāndo minor est læsus dolo aduertarij. Bart. Paul. de Castr. & Moderni scribent. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de oper. nou. nunc. per text. in l. qui res, in princ. iunct. glos. ff. de solutio. sed dolo cessante actor debet gaudere beneficio, quòd conceditur reo. Specul. §. fin. vers. in summa tit. de dilat.

Vnum

Vnum nota ſingulare, quòd reſtitu-
3 tio in integrum † cõceſſa fauore mino-
ris extenditur eius beneficium ad ma-
ioros eiuſdem litis conſortes l. ſi com-
munem. ff. quemad. ſeruit. Affict. deciſ.
213. num. 20.

Pro vniuerſitate igitur cõcludo iuxta
præallegatam mentem iuris Pontificij
eſſe ambulandum.

DVBITATIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Communitas an poſſit moleſtari de turbata poſ-
ſeſſione, & ratihabitio quando inferatur?*
2 *Communitas quando teneatur ad damna ex-
penſas, & intereſſe erga paſſum damna.*
*Patientia vniuerſitatis habetur loco mandati.
ibid.*
*Poſſeſſio turbatiua præſumitur facta ex titu-
lo. ibid.*
*A primordio tituli poſterior formatur euen-
tus. ibid.*
3 *Actor quæ probare debeat, vt obtineat in iu-
dicio vti poſſidetis.*

PLebs, vel Communitas, an poſ-
ſit moleſtari de turbata poſſeſ-
ſione, & an & quando teneatur
ad damna expenſas, & intereſ-
ſe erga paſſum damna?

Vt dici poſſit communitatem turbaſ-
ſe in primis neceſſe eſt, quòd dicta tur-
1 batio fuerit facta † præcedẽte deliberatione vniuerſitatis congregatæ vnanimiter more ſolito, & pulſata campana iuxta notat per Bart. in l. aut facta. §. nõnunquam. ff. de pœn. & in l. ſed ſi ex dolo. §. ſed an municeps. ff. de dolo. not. gl. in l. aliud §. refertur. ff. de reg. iur.

Et quòd ad minùs ex tribus partibus interuenerint duæ partes de conſilio, vt antea deduxi, & per Alex. conſ. 132. vol. 4. tunc res eſt clara, quòd communitas turbans tenetur de damnis expẽſis, & intereſſe erga paſſum.

Teneretur pariter, quando turbatio non fuiſſet momentanea, ſed cõtinuata per multos dies, & menſes, & ſic quæ habet cauſam ſucceſſiuam, quo caſu licèt non probetur, quòd dicta turbatio non fuerit facta communicato cõſilio in loco ſolito, & pulſata campana, moreque ſolito, tenebitur communitas de turbatione, vt dicit. Io. de Ana. in c. dilectus filius de Simon. Petr. Anchar. conſ. 157.

Continuatio namq; turbationis in-
fert ratihabitionem aliorum, & ideò
2 notat. † Innoc. in c. grauem de ſent. excomm. & Bar. in d. l. aut facta. §. fin. quòd licèt non ſit factum delictum communicato conſilio, tamen ſi poſteà ſequitur ratihabitio aliorum tenetur vniuerſitas.

Prout & quando vtilitas, & commodum turbationis ſpectaret vniuerſitati, ex hoc enim præſumitur, quòd rataam habuit turbationem, quæ variis modis committitur relatis pleniſſimè per D. preceptorem meum obſeruandiſsimũ recolendæque memoriæ. Menoch. de retinen. poſſ. remed. 3. num. 467. cum pluribus ſeq.

Veruntamen eſt, quòd in dubio poſ-
ſeſſio turbatiua præſumitur facta ex titulo quo apparet. l. minùs inſtructus. C. de acquir. poſſ. l. quædam mulier. ff. eod. tit. quia à primordio tituli poſterior formatur euentus. l. 1. C. de impo. lucra. deſcri. lib. 10. ideò dicebat. Bald. in l. ſicut. §. 1. in fi. ff. qđ cuiusque vniu. nom. quòd ſi ſingulares homines communitatis paſcuauerunt in nemore tanquam in nemore communitatis, intelligitur ipſa communitas poſſidere, licèt non appareat de inſtrumento communitatis, quia patientia vniuerſitatis habetur loco mandati, vt l. qui patitur. ff. manda. ideò non mirum, ſi vniuerſitas tenebitur pro turbatione, & ad intereſſe erga paſſum, quia eſt de natura talis iudicij, vt l. ſi duo. §. fi. ff. vti poſſi. & l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat Bart. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti poſſid. & in l. 1. C. eod. tit. &

Digitized by Google

quæ probare generali debeat actor, vt
3 obtineat in iudicio vti possidetis scribit. Menoch. de retin. possrem. 3. nu. 556. & 559.

DVBTATIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Communitas, vel princeps, an possit venire contra proprium contractum, & tollere ius priuati ex contractu celebrato.*

PLebs, populus, vel communitas vel princeps, an possit venire contra proprium contractum? dicas, quòd potest tantũ ex cau-
1 sa, † puta, pro bono publico, pro quo ẽt vniuersitas nedum princeps potest venire contra proprium cõtractum cum subdito celebratũ c. in nostra vbi scrib. de iureiur. & l. quòd semel ff. de decret. ab ordi. facien.

Propter enim beneficium pacis princeps Reip. vel vniuersitas restituit etiã ad bona alienata, quòd regulariter nõ promittitur, & tunc illi quibus facta fuit alienatio, debent primis dominis restituere. Alex. in l. fi. C. de sent. pass. Doctores cõmuniter in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Bald. in titu. de pace. Constan. in verbo, priuilegia, refert. Felyn. in c. inter quatuor de maior. & obed.

Imò potest vniuersitas vel princeps pro bono prius remittere iniurias, & damna data subditis. Bald. & Ang. in l. conuentionum. ff. de pact. & facit quòd not. Bar. in l. quicunque in fin. C. de fid. instru. & iure hastæ fitè. lib. 10. vbi dicit, quòd emptores qui emunt à communi Perusij bona bannitorum qui postea per capitula pacis fuerunt restituta, cogantur illas eis reddere ex forma capitulorum pacis.

Potest namque vniuersitas, vel princeps tollere ius priuati ex contractu cũ ipso celebrato, vt dicit. Bald. in l. fi. ff. de Senat. & in l. penult. C. de donat. int. vir. & vx. & potest pro bono publico auferre dominium rerum priuatarum per tex. in l. Lucius. ff. de euict. & l. item si verberatum. §. si fortè. ff. de rei vendic. Bal. in l. benè à Zenone. C. de quadr. præscr. Afflict. decis. 361. num. 4.

DVBITATIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas, vel ciuitas si patiatur aliquem esse in consilio, an ex eo solo acta acquiratur ei quasi possessio.*

2 *Author memorat actum vnum, quo fuit admissus Taurini in collegium iurisconsultorum dùm insignia doctoratus conferrentur cuidam scholari Carmanionensi.*

3 *Actus plures recitantur, & eorum virtus remittitur legenda.*

Niuersitas, vel ciuitas si patiatur aliquem esse in consilio, an ex eo solo actu acquiratur ei quasi possessio.

Reperio quòd Bart. in l. 1. § hoc interdicto num. 1. versi. & ista tenet mentí. ff. de itin. actuque priu. dicit quòd ex eo solo actu non acquireretur ei qua si possessio, sed opus esset quòd per dies triginta interueniret, sed vbi ciuitas, vel vniuersitas pateretur vel concederet eum esse ex Decurionibus; & Prioribus, ex eo solo actu quasi possessio esset acquisita; in his enim quę concedi non solent ratione amicitiæ, vel familiaritatis, per vnicum actum acquiritur quasi possessio, vt idem dicitur in actu electionis, & in præsentatione, secuta institutione ad Bart. sup. citatõ addo in terminis. D. meum. Menoc. de retin. possrem. 5. nu. 12. & Rol. à Val. conf. 47. num. 27. vol. 1. quia actus, qui etiam sit in acquisitione quasi possessionis iuris incorporalis, debet saltem vnus esse vt probat text. in cap. cum ecclesia sutrina vbi Abb. num. 23. & Rip. nume. 52.

de

de cauſ.poſſeſſ.& propriet. Ruin.conſil. 106.num.9.lib. 3. Crau.conſil. 124.num. 7.Cepoll.in tract.de ſeruit. ruſt. præd. c. 1. nume. 25.vbi habes, quod requiruntur plura,vt quis ſit in poſſeſſione itineris, ſiue eundi in fundum meum, ita quod cum impedire non poſſint quominus, eat,& ſi impediam,teneat interdicto de itin. actuque priuato, & inter alia dicit requiri duo, primum quòd infrà annũ iuerit, ſecũdum quod iuerit ſaltem per triginta dies, & ratio quare non ſufficit ire ſemèl, ſicut ſufficit ſemèl aquam ducere per fundum alterius eſt, quia per primum actum vſus non acquiritur quaſi poſſeſſio,ſed diuertere aquam per fundum vicini non eſt permiſſum niſi ei, qui habet ius faciendi vt l. aquam, C.de ſeruit. ideò per vicinum actum acquiritur quaſi poſſeſſio iuris ducendi aquam, quia iſtud non poteſt dici feciſſe iure familiaritatis vel amicitiæ, vt per Bart.in d. §. hoc interdicto in princ. cui addo. Cæpoll. loco præcitato ſub num.26. vbi ponit exemplum in terminis dubitationis noſtræ dicens, ſi commune ciuitatis pateretur aliquem ſtare in conſilio ſemèl, ſicut patitur aliquando ciuitas Venetiarum intrare conſilium ſuum forenſem nobilem, quòd ex hoc non eſſet in quaſi poſſeſſione illius iuris eſſendi in conſilio, niſi ex frequentia actuum ad minùs triginta vt in d.§.hoc interdicto quia iſtud poteſt fieri iure facultatis, vel familiaritatis. Secùs dicendum verò ſi ciuitas pateretur eſſe aliquem de prioribus, vel proponere in conſilio tanquam conſiliariũ, nam tunc ex vnico actu illius iuris, induceretur quaſi poſſeſſio per tex.in l. 1. §.quòd autem.ff.de aq.quot.& æſt.

Contigit mihi iuriſconſultorum minimo,vt dùm eſſem Auguſtæ Taurinorum,& ad lauream doctoralem pręuio campanæ ſolito pulſu eſſet promouen
2 dus vno mane de menſe Auguſti 1608. quidam adoleſcens Carmanionenſis, hic ab Illuſtri ciuitatis Vicario Reuerẽdo Petro Calianeo doctiſſ. Reuerend. Vialis profapiæ Salutarũ antiſtite mei ſtudioſiſſimo vocatus, ad interueniendum promotioni prædicti adoleſcentis vt meum eſſet iudicium, an forma, & modus recitandi puncta & admittendi ad doctoratus inſignia eſſet vniformis & reſponderet ſtylo Ticinenſis academiæ, aqua ego etſi meritis quidem imparibus doctoratus dignitatẽ conſecutus ſum etatis mee anno 18.in aſſiſtẽtia Illuſtriſſ. D. Menoch. Auguſtiſſimique p̃ceptoris mei inter alios qui aderãt, vt in diplomate pẽnes me exiſtẽte vr̃.ſicq; placuit grauiſſimis illis patribus me admittere ianuis clauſis ad huiuſmodi actum, & vidi commendatiſſimum morem doctorandi.

Nec ob id, quia in tantum collegiũ fui ſemèl illo mane admiſſus vti forenſis,poſſum minuſque debeo prætendere, quod mihi fuerit quæſita quaſi poſſeſſio intrandi, & eſſendi in arcano illius collegij venerandi conſilio, quia ex ſolo,& vnico actu vt dixi,non acquiritur quaſi poſſeſſio; & certè non ſine occulto Dei iudicio fui admiſſus illo mane ad audiẽdũ recitare p̃ncta illius adoleſcẽtis, quia claſſis Doctorũ ex cuius latere & parte ergò ſedebam, aperto ore intendebat recuſatorias dare voces, quorum voluntati niſi iucundè vt poterã ego reſtitiſſẽ,certè ille ſcholaris cui vndecim iam voces aduerſabãtur, addito cumulo aliorum, qui me alloquebantur abierat omnino repulſatus, ſed ego memo doctrinæ. Dec.in c.cõſtitutis, il 2.ſub num.3.de appellat.ſuſtinebam, quod ille ſcholaris, licèt apud me ignotus,poterat abſq; periculo periurij ad doctoratum promoueri, quia cognoſcebatur ſatis ſciens, & ſi ex verecundia,vel,vt dicebam,ex lapſu memoriæ,primes errores commiſerat ſicq; inter ſeipſos improperabant tuaniſſimos quoſdam fuiſſe illi patres, qui meis votis annuerent, plurimum mihi debere illum Carmanionenſem, cuius

nomen modeſtiæ gratia ſubticeo, & cenſui, tunc diuinæ fuiſſe mentis, ſine cuius numine, & cauſa nihil fit, vt adfuerim illius promotioni, quem tunc exiſtimaui deuotionis pietatis, vel voti erga Deum, vel Deiparam, quæ dicitur ſignum magnum, aliqua obligatione adſtrictum, vel aliquo bono opere geſto, vel pio, & humili in ſacroſanctam Syndonẽ, in æde maioris S. præcurſoris Io. Baptiſtæ decentiſſ. reconditam vnicam gloriam Sereniſſimæ domus Sabaudiæ, frequenti adoratione munitam.

Sed, vt reuertar illuc, quò alij, actus vnus nõ ſufficit in caſu per me memo-
3 rato, † & plures recirantur actus, videlicet actus facultatis, actus familiaritatis cauſa factus, actus iure proprio adimpletus, & exercitatus, quorum aliorum omnium actuum virtus, quænam ſit, & quis eorum effectus, pleniſſimè deſcribitur per D. meum Menoch. de arbitr. caſ. 160. & caſ. ſeq. lib. 2.

DVBITATIO LXX.

SVMMARIVM.

2 *Ciuitas, vel vniuerſitas ſi officialem elegerit, & Princeps alterum pariter eligat, an vniuerſitas debeat agere contra Principem turbantem, an contra electum.*

1 *Interdictum vti poſſidetis non datur, niſi tantum ciuiliter poſſidenti.*

1 LEbs, Ciuitas, vel Vniuerſitas, ſi vnum magiſtratum, vel poteſtatem eligerit, & Princeps alterſi pariter eligat, † an vniuerſitas debeat agere contra Principem turbantem, an contra ipſum electum?

Ex Bartol. in l. 1. §. huius autem interdicti. ff. vti poſſid. num. 3. elicitur iſta diſtinctio.

Vbi electus à ſuperiore atq; ita à domino vniuerſitatis non admittitur à ciuitate, vel illi electo ciues, vel oppidani obtemperare renuerunt, tunc non Princeps, vel dominus eligens, ſed electus in ſua quaſi poſſeſſione turbatur, ideoque illi electo competit interdictũ vti poſſidetis, quòd ſolet dari pro quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, ita Aret. in §. retinendæ. num. 3. verſ. 4. competit. inſti. de interd. Ruin. conſ. 53. num. 3. libr. 4. & Franc. de Marchis. quæſt. 447. in 2. part.

Ipſe verò domino, qui iã elegit, conceditur actio in rem, vel confeſſoria, vel iudicis officium, ita docet Bart. in d. §. huius autem interdicti, num. 3. verſ. 1. modo. Illud enim interdictum vti poſſidetis, locum non habet, cùm inferior contradicit ſuperiori, ſed tunc cùm alter contendit ſe iuriſdictionem in eos ſubditos habere. l. 3. §. hoc interdictum. ff. de lib. homin. exhib. idem dicit in d. §. huius autem. Bart. eſt cenſendum, & dicendum in vaſſallo, cùm eius domino contradicit.

Vbi verò Princeps, vel ſuperior vſurpata auctoritate ciuitatis, vel oppidi, quæ magiſtratum eligere conſueuit, illi aſſignauit, & ciuitas ſuo iure eligere negligit, tunc huic ciuitati, vel oppido nõ datur illud interdictum vti poſſidetis, vt per Bart. in d. §. huius autem. nume. 3. verſ. 2. modo, & ratio ea eſt, quia tunc ciuitas ſua negligentia ius eligẽdi amiſit, in his enim incorporalibus quaſi poſſeſſio nil aliud eſt, quam vſus cum patientia aduerſarij. l. quoties. ff. de ſeruit. & l. 2. C. de ſeruit. & aq. ideò non datur ciuitati in iſto caſu interdictum vti poſſidetis, quòd de ſui natura tantum poſſidenti dari ſolet, & non alteri ex Bart. in d. §. huius. verſ. 2. modo. Quando autẽ ſuperior elegit, poteſtatem, & ciuitas alterum pariter elegit, tunc vniuerſitas poteſt intentare interdictum vti poſſidetis, vt ex Bartol. loco præcitato, quia vniuerſitas nõ deſijt ſaltem animo poſſidere, ideoque poteſt experiri interdicto vti poſſidetis, ob ciuilem poſſeſſionem, quia habet animum retinendi, &

non

non ſuſpicatur ſe poſſe repelli ab illa quaſi poſſeſſione, & ob id iuſtè contra ſuperiores, vel alios eligẽtes poteſt vniuerſitas experiri dicto interdicto, & præmiſſa ex Bart. in d. §. huius autem cumulauit D. Menoc. de retin. rem. 3. nu. 143. cum pluribus ſeqq.

Hinc inferas, quòd ſi quis viderit rẽ ſuam ab alio occupatam cuius rei poſſeſſio naturalis vacabat, & ille negligat per modicum tempus, perdit ciuilem poſſeſſionem, quia videtur ſuſpicari ſe poſſe repelli, vt per Bart. in l. ſi de eo §. 1. ff. de acq. poſſ. niſi tamen iſte, qui vidit poſſeſſionem ſuam ab alio occupatam negligat recuperare, eo, quia non vult eſſe cauſa rixæ, vel mali, non tamen, quia ſuſpicetur ſe poſſe repelli, nam tũc poſſeſſionem non perdit ſecundũ Bart. in d. §. huius autem, tamen ſi quis negligat poſſeſſionem ab alio occupatã recuperare, incontinẽti debet dici, quod poſſeſſionẽ perdiderit per not. per Bart. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi arm. ſed ſi quis voluerit naturalem poſſeſſionẽ ab alio occupatam adpiſci, ſed adiuit iudicem pro ea recuperanda, non perdit ciuilem, nec videtur ſuſpicari ſe poſſe repelli. Bald. in l. 2. C. de iur. emphyt.

In quæſtione verò dubitationis propoſitæ, an contra electum competat actio, ſeu interdictum vti poſſidetis, reſolue, quòd non ex Bartol. in d. §. huius. verſ. ſed quæro vidi, quia ille electus nõ turbat vniuerſitatem in quaſi poſſeſſione, niſi per electi acceptationem facultas eligendi competẽs vniuerſitati aliquo modo impediretur, veluti, ſi quos debebam vocare, nolũt adeſſe propter timorẽ electi, & huiuſmodi, tunc enim electus videretur turbare communitatem, & idem dicitur de confirmatione talis electi, vt non competat interdictũ vti poſſidetis, niſi per illam confirmationem illa facultas eligendi vniuerſitati competens impediretur.

Et quia tetigi, quod interdictum vti
2 poſſidetis non conceditur, † nec datur, niſi tantum ciuiliter poſſidenti, qui poteſt petere ſe in poſſeſſionem reſtitui, & in ea non turbari, hoc latè probat. gloſ. in l. 1. §. fin. in verb. poſſidet. ff. vti poſſid. Aret. in §. quadrupli. num. 49. verſi. quid plura. Inſti. de act. Soc. ſen. conſ. 15. nu. 3. lib. 4. Natt. conſ. 419. num. 2. & 4. lib. 2. Io. Fabr. in §. retinẽdæ. nu. 1. Inſti. de interd. & latè per Menoch. de retin. poſſ. rem. 3. nu. 22. & ſeqq.

DVBITATIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas quomodo poſſit delinquere.*
2 *Congregatio, quæ dicatur illicita.*
3 *Vniuerſitas qualiter puniatur.*
4 *Communitate cõdemnata in pecuniaria emẽda, an, & qualiter cotizari debeant ciues, ſeu oppidani.*

QVia ſuprà tetigimus vniuerſitatem ex deliberatione, cum ſono campanæ aut conſilio habito puta etiam inſectando Capitani vexilla, vel alio poſſe delinquere modo l. ſub prætextu vbi. Bar.
1 † ff. de extraordin. crim. l. conuenticulã. C. de epiſc. & cler. Bal. in 1. §. cõuẽticulas de pace. iuram. firm. in vſib. feud. & l. vn. C. de monopol.

Quæro modo, quæ illicita dicatur congregatio, & quomodo puniatur vniuerſitas, & an & qualiter communitate condemnata in pecuniaria emenda cotizari debeãt ciues, vel oppidani.

Illicita dicitur congregatio omnis
2 non iure aliquo expreſsè conceſſa, tex. eſt phæniceus in l. 3. §. 1. ibi, in ſumma autem. ff. de colleg. illic. vbi habes, quod niſi ex ſenatuſconſulti auctoritate, vel Cæſaris collegium vel quodcunque tale corpus coierit contra ſenatuſconſultum mandata, & conſtitutiones collegium celebrat, ſicque colliges, omnem congregationem eſſe illicitam quæ à iure non eſt expreſsè permiſſa.

Vniuer-

Vniuerſitas multipliciter puniri po-
3 teſt,& primo † author alicuius tumultus, vbi non verſamur in dubio debet puniri vltimo etiam ſupplicio, ſi verò dubia res ſit mitius agitur cum vniuerſis, & iudicis arbitrio quandoque, etenim vrbs,vel caſtrum,ſolo adæquatur, & circumducto euertitur aratro,quo caſtri aut vrbis facies denigretur, & abſtergatur, quandoque priuilegijs ac bonis exuitur iuxta delicti atrocitatem ita. Alber. Gand. in tract. malefic.in tit.de homic. & eorum pœnis nume. 15.& 16. vbi multus eſt, & latus campus ac ferè in hac materia Babylonius notant ſcrib. in l. ciuitas. ff. ſi cert. pet. in Auth.item nulla communitas, & Auth. quæcunq; communitas. C. de epiſc. & cler. c. vbi periculum.§.ciuitas de elect.in 6.c. ſi ciuitas de ſent.excomm. c. ad abolendū. §.ciuitas de hæret.Bar.in l.aut facta. §. fi. num.9.ff.de pœn.Abb.& Felyn.in c.dilectus ex.de ſimo.Pet. de Anchar. conſil. 153.& Bar.in tit.qui ſint rebelles in glo. fin.in verb.rebellando circa fi.& alij in l. non dubito. ff.de ſeruitut. vbi latè de delictis,ac populi,& ciuitatis pœnis.

Quoad aliud dubium an in caſu quo vrbs vel villa condemnetur in pœna
4 pecuniaria qualiter † fiet cotizatio, an per capita,an pro modo patrimonij, & facultatum quantitate collecta indicatur vel imponatur,& in hoc Barto. in l. nequid num.4.& 5.ff.de incend. ruin. & naufr.reſoluit eſſe imponendam per æs & libram,ac patrimonij quantitatem.

DVBITATIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Reſp.vel vniuerſitas, vel dominus habens caſtrum, an cenſeatur habere iuriſdictionem, & territorium.*
2 *Caſtri, vel villæ nomine quid veniat.*
3 *Conceſſio facta de caſtro cenſetur facta cum omnibus iuribus eiuſque pertinentijs.*
4 *Exemptio non extenditur, niſi ad expreſſa.*
5 *Separatione facta Caſtri ſi non habet propria ſtatuta, debet illud Caſtrum vti ſtatutis ciuitatis, aut ſeruabuntur ſtatuta primæua.*

PLebs, ciuitas, Reſp. vel vniuerſitas, vel quiuis alius habens caſtrum,vel villam, an cenſeatur habere territorium, & iuriſdictionē, & quid veniat ſub nomine Caſtri,vel villæ.

Affirmatiuam ſententiam eſſe receptam, quòd caſtrum vel villa præſumitur habere territorium & iuriſdictionē,
1 † notat. † Bar.in l. 1.ff.de off.præto.gloſ. 2.in l.quicunque.C.de fund.limit.li. 11. Innoc. in c. ex litteris in verb. excepto de iurepatr.Guid.Pap.conſ.88. Bald. & Affric.in c.1.de feud.Bal.conſ.45. vol.3. Ruin.conſi.24 num.5.vol.1.Boer. deciſ. 50.num.11.in 1. p.

Iſtud enim nomen,villa, eſt quid vni
2 uerſale continens † in ſeiura vniuerſitatis ſcilicet iuriſdictionem,honorem, & territorium,ſiue diſtrictum,& pertinentias. gl. in l. ex hoc iure in verb. collata vbi Bald.ff.de iuſt.& iur.Doct.in c ex litteris de iurepatr.Crau.conſi.477.num.4. volumn. 3.

Imò quicquid per principem, conſuetudinē, vel ſtatutū reperit aſſignatū villę, vel Caſtro,dicit de pertinentijs,& territorio Caſtri, vel villæ, vt per Inno. in c.quoad ſedem de reſtit.ſpoliat. & p Soc.conſ.47. vol.1. Natt.conſ.339. vol. 2. Ruin. conſ.14. volu.2. prout & quicquid continetur intra confines verſus Caſtrum, vel villā cenſetur eſſe de eius territorio, & pertinentijs, quia dicuntur termini terminati, vt ex Bald.conſ. 420. vol.1.Soc. conſ. 86. concl.3. vol.2. Bero.quæſt.48. D. meus. Menoch.conſ. 13.nu.9.vol.1. niſi tamen ex coniecturis contrarium appareat. Alex.conſ.14.nu. 5. vol.7.

Quæ nempè pertinentiæ probantur per inſtrumenta emptionum,vel acquiſitionum factarum per homines particulares.Bal.d.conſ.420. & conſ.438.vol.

1.Dec.

1.Dec. & alij in c.cum cauſam de prob. Purpurat.conſ.528.num.3.& ſeq.volu.2. Brun.conſ.34.

Sicque conceſſio, vel vnio facta de caſtro, vel villa cenſetur facta cum om-
3 nibus eius iuribus, † & ſuis pertinentijs, cumunali, vtili, & honorantia. Bald. in l.beneficium.ff.de conſt.princ.Doct. in l.Imperium.ff.de iuriſd.om.iud.Boer. deciſ.50.nu.11.in 1.part.Decian.conſil. 123.nu.36.& ſeq. vol.2. & conſ.43.nu.4. vol.3.& licèt villa fuerit ſeparata quoad iuriſdictionem, tamen quoad communalia poteſt retinere iura primæua; Didac.Couar.in pract. quæſt.c.37. nu.6. & ſeq. & illius cõceſſio, vel vnio poteſt interduci nondum pleno iure, ſed etiã quoad quendam tantum. Fely. in c.trãſlato, de conſtit.Paul.de Caſt. conſ.307. vol.2.Curt.iun.conſ.110.ſub nu.12. vol. 2. & poteſt fieri, vt vtraque villa vnita retineat ſua priuilegia, ſuamque naturam primæuam.glo. & Doct. in c.1. ne ſede vacan.& in c.ſicut vnitæ, de exceſſ. prælat.Bart.in l.hoſtes.ff.de capt.

Ideò exemptio, immunitas, & ſeparatio, quæ ſit alicui rei vnitæ cum alia re quoad quid, & remanet quoad aliud ſub primæua diſpoſitione, & obligatione, quia non extenditur, niſi ad expreſ-
4 ſa. † Paul.de Caſtr.conſ.307.vol.2.Alex. conſ.151.nu.5.vol.2.quia eſt res odioſa principaliter, & ſic ſtrictè intelligenda, vt dicit text. in c.priuilegium, vbi gloſſ. & ſcrib.de priuile.in 6.Decian.conſ.51. nu.8.& 46.vol.3.

Et facta ſeparatione caſtri, vel villæ, ſi non habet talis villa, vel illud caſtrũ
5 propria ſtatuta, † debet vti ſtatutis ciuitatis, aut debent ſeruari eius primæua ſtatuta.Ber.cõſ.24.Did.in pra.q.c.37.nu. 7. pag. mihi 785.de quo articulo loquit Alex.conſ.151.nu.3.vol.2.Paul.de Caſt. conſ.307.vol.2.Ruin.conſ.39.nume.15. volum.1.Calcan.conſ.4. Cur.Iun.conſ. 110.nu.12.vol.2.

DVBITATIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Communitas an poſſit introducere conſuetudinem abſque licentia ſuperioris.*
2 *Stylus, et obſeruantia non poteſt allegari, quãdo actus ſunt diſformes.*
3 *Attendi debet, quod eſt de iure non quòd de facto.*
4 *Iudices ignorantes fundant ſe ſuper conſuetudine, vel ſtylo contra rationem.*
5 *Practica mala non eſt obſeruanda vbi habemus legem in contrarium.*
6 *Legibus non exemplis iudicandum.*
7 *Aduocati Romanæ Curiæ non ſunt audiendi, qui dicunt, quando deficiunt ſibi iura, ego vidi ſic obſeruari.*
8 *Notarij non poſſunt inducere conſuetudinem.*
9 *Conſuetudo, & ſtylus differunt.*

PLebs, populus, vel communitas, an poſſit introducere conſuetudinem abſque licẽ-
1 tia, † vel ſcientia ſuperioris?

Reſoluenda venit hæc dubitatio cũ diſtinctione, aut communitas, vel populus habet iuriſdictionem, vel nõ habet: primo caſu res eſt clara, quòd poteſt, ſecundo verò caſu eſt firmandum, quòd homines apud ſe iuriſdictionem non habentes non poſſunt conſuetudinem, quæ eſt altera lex introducere ſine ſcientia ſuperioris, vel abſente ſuperiore, ſicut nec poſſunt legem, vel ſtatuta cõdere, vt per Barto.in l.omnes populi.1.quæſt. principali.ff.de iuſtit. & iur. & in propoſito noſtræ dubitationis firmat.Bald.poſt gloſ.in l.2.in 1.& 3.oppoſ.C.quæ ſit long. conſuet. & in l.de quibus.ff.de legi.Bald.& Alex.in l.ex factoſſ.de vulg.& pup.Alex.conſ.173.nu. 8.volu.6.Natt.conſ.575.nu.34.volum.3. Cranet.de antiq.temp.4.part.ſectio trãſeo ſub num.13.

Imò nec poteſt interpretari ſtatuta. Alex.d.conſ.173, Crot.conſ.112.nu.17. & ſeq.

& ſeq.vol.1.prout, nec poteſt ea reuocari, nec ius commune tacitè, vel expreſsè.Bello.conſ 37.nu.9.ratio eſt,quia populus tenetur habere approbationem, & cõfirmationem ſtatutorum à ſuo ſuperiore, & vbi ageretur de ſubſtantia actus, vel contractus, ſtylus, & conſuetudo in contrarium non procederet. Alex.conſ.28.volu.2.Dec.in l.vt liberis, nu.18.C.de collat. vbi de communi.

Nec allegare poteſt populus, quòd ita eſt conſuetum, & de ſtylo Curię,cõſules ita procedere, obſeruare, ac exequi, vt per Rot.Luca.deciſ.36.in 1.part. quia vbi agitur de conſuetudine probanda, quæ reſpicit deciſionem litis,& cauſæ, quæ in facto conſiſtere videtur, illa plenè debet probari, vt per Bart. in l.de quibus. ff.de legib.verſ.& probatur conſuetudo per teſtes, & in l. 2.in 28. quæſt.in fin. C.quæ ſit long. conſuet.& talis probatio debet fieri cum omnibus qualitatibus ſuis, vt per Soci. conſ.111. vol.4.in talique probatione,que eſt difficilis quam plura requiruntur. Doct.in d.l.de quibus. Dec.conſ.315. & cõſ.483. & 538.Alex.conſ.173.vol.6.

Et conſuetudo, quæ eſt contra ius,& contra ſtatutum non valet, nec debet attẽdi Dec. cõſi.11. & cõſ.49. Alex.cõſ. 36.vol.2.Brun.ꝯſ.8.nu.10. Soc.iuñ.conſ. 2.ſub nu.7. vol.2. & debet præſcribi per ſpatium 40. annorũ cùm eſt cõtra mentem, & formam iuris, & ſtatutorum, & non ſufficit tempus decem annorum. Crau.de antiq.temp. in 4.par.in prin.in 4.& 5. differentia.nu.7. & ſeq. pag mihi 132.Petr.Duennã reg.140. in verb.conſuetudo pag.mihi 73.

Populus ergo qui non habet authoritatem inducendi cõſuetudinem, nec faciendi ſtatuta ſine approbatione ſuperioris,& qui non poteſt ſtatuta abſolutè condere, non poterit etiam contra ius inducere conſuetudinem ſine ſcientia ſuperioris, vel abſente ſuperiore vt ex Alexan.d.conſ.173.& Natt. ac alijs præcitatis.

Et ſi dicatur. ſic obſeruari in loco,ad
2 uerte, † quia ſtylus & obſeruantia non poteſt allegari quando actus ſunt diformes, ſed tunc reuertitur ad ſtatutum, & ad ius commune. Barto. in l. 2. in prin.circa fi.ff. ſolu.matr. Rimin.iun. conſi.257.nu.49. & conſi. 264. nu.28.& ſeq.vol.3.& Rimin.ſen.conſi.737. num. 36.& conſi.747.num.1. & vbi etiam probaretur talis obſeruantia non valeret nec deberet attendi, quia attẽdi debet
3 id,quod eſt de iure, & non quod de facto,factũ eſt de præterito, vt dicit Abb. in c.cum cauſam de elect.vbi dicit, qđ hoc facit contra fundantes ſe ſuper obſeruantia, & ſequitur. Affict.in conſtit. dilationes, in 4. glo.& in conſtit.humanitate ſub num.24. vbi dicit.Nota.contra ignorantes, & miſeros iudices, qui ſe fundant ſuper obſeruatione, cõſuetu-
4 dine, vel ſtylo, † qui eſt contra ſtatutum, vel contra rationem, nam ipſi,ſic ait,ſunt oues errantes,& quòd deterius eſt errorem transferunt in abuſum, & volunt, quòd idem errore ſeruetur in alijs perſonis,ideo dicit Rot.Rom.dec. 412. num.2. in Nou. quod attendi debet,quòd de iure fit, non quod de facto fit: vſus enim imperitorum nõ facit ius quia mala practica non eſt obſeruan-
5 da,vbi habemus † legem in cõtrarium Bal.in l.ſed licèt.ff.de offic.præſid. & dixit Hennigi.in ſua pract.ciuil.Ruber.13. num.12. in fin. quod non eſt attendendum, quod factum eſt, ſeu quòd fit per impios iniuſtoſque iudices, ſed quòd
6 fieri debet † ſecundum leges quibus eſt iudicandum, & non exemplis. l.nemo. C.de ſenten.& interd.om.iudic.& dicit. Boer.conſ.4. nu.47. quòd aliqui aduocati Romanæ Curiæ, quando deficiũt
7 eis iura dicunt, † ego uidi ſic obſeruari, & interloqui per Papam, & ideò non ſunt audiendi Gramm. deciſ.40. num.1. vt in propoſito etiam de notarijs, qui
8 non poſſunt inducere † cõſuetudinem cõtra ius: ſcribit. Natt.d.conſ.575. nu. 11.& 29. & multoties aliqui ex notarijs accipiunt

accipiunt conſuetudinem, & ſtylum in vno, & eodem ſenſu, quòd non eſt dicendum, quia conſuetudo, & ſtylus differunt, † quia conſuetudo propriè loquendo inducitur ex actibus frequentibus interueniente tacito conſenſu populi, ſeu maioris partis. Stylus autem concernit ordinem ſcribendi particularium perſonarum, ſeu procedendi ordinem vnius Curiæ, vel iudicis, vt per. Natt.d.cõl.575.vbi latè de notarijs fundantibus ſe in conſuetudine, vel obſeruantia.

9

DVBITATIO LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Communitas, vel Comitatenſes vtrum poſſint communia territorij diuidere ex ſeipſis inconſulto ſuperiore.*

2 *Diuiſio territorij vbi quæratur, quæ debeant attendi.*

3 *Homines licèt ſeparati iuriſdictione tamen dicuntur vniti communalibus.*

1 PLebs, populus, communitas, vel Comitatenſes, vtrum poſſint cõmunia territorij diuidere ex ſeipſis abſque Principis auctoritate, vel inconſulto ſuperiore.

Nulli dubium eſt, quòd diuiſio territorij ſpectat ad principẽ, vt notat. Bart. in l.1. C.de Metropol. Beryt.libr.11. vbi dicit, quòd communia, & comitatus nõ poſſunt ſeipſa diuidere ſine licẽtia principis, cui ſubſunt, niſi gratia commelioris adminiſtrationis, ſicut fit inter tutores, & remanet vna tutela.l.2. & l.inter tutores.ff.de admin. tut. & clarè ponit. Bald.in l.eadem. ff.de off. aſſeſſ. vbi habes, quod inferiores à principe, nec diuidere, nec vnire territoria poſſunt, vt d.l.ex hoc iure. ff.de iuſtit. & iur.& ita tradit. Paul.de Caſt.in conſ.117.ſub nu. 3. in 2. parte Hieron.de Monte in tract. de finibus cap.2.nu.11.

In tali vero diuiſione vbi contingat. conſiderari debent termini naturales, 2
qui ſunt flumine, viæ montes, vel valles, & per tales terminari debent talia territoria vniuerſitatum, ſi fieri poteſt, aliàs ſi fieri non poſſet, per lapides, vel ſigna multum apparentia, vt per Bald. conſ.420. & conſ.468.vol.3.& conſ.445. vol.5. & eſt tex.in l.ex hoc iure gentiũ ibi dominia diſtincta, termini poſiti, ff. de iuſt.& iur.Hieron.de monte in tract. de finibus c.17. pag.mihi 22.& pag.107. & 172.Socin. iun.conſ.91. num 9.vol.2.

Rurſus, & conſiderari debent bona, quæ vniuerſitas habet ex propria corũ collatione,& quę hẽt ex largitione aliorum, vt doceat.Barto.in l.fin.ſub nu.23. ff.de colleg.illic.ſed & huiuſmodi,ſi acciderit,diuiſione debent cõſiderari bona etiam acquiſita per vniuerſitatem poſt aliquam exemptionem, & ſeparationem à Rep. vel ciuitate,quæ illius loci,vel oppidi, eſt caput, vel aliunde acquiſita non veniunt in diuiſione, quia illa ratione dominij, & vſus remanent propria ipſius vniuerſitatis, comitatus, vel caſtri, ſicut dicitur de fratre ſuo nomine proprio acquirente manente in communione, vt ſibi quæſitum dominium dicatur,& ſint ipſius mentis.Bar. in l.ſi patrum.C.cõmunia vtr. iud. Dec. conſi.21.conſ.203.nu.11.Corn.conſ.98. vol.4.Pariſ.conſ.84.nu.55. vol.1. præcipuè, quando ſunt publici, & pala n acquiſita illa bona, vt per Crauet.conſ.26. nu.3. & 9.& conſ.123.nu.7.& ſeq.vol.1. Grat.conſ.118.nu.21.& ſeq.& conſ.128. nu.14.vol.1.Alex.conſ.78.nu.2.vol.2.& conſ.49.num.13.vol.1.ratio illa eſſe poteſt, quia non poteſt dici communio,& ſocietas omnium bonorum, ſed illius communicalis tantum. Alex conſ.152. nu.24.vol.7.Rom.conſ.291.nu.10. Burſ. conſ.172.nu.5.vol.2.Mart.Laud.conſil. 34. nu. 9. hincque ſolum dicitur ſocietas vitæ contracta, quando non eſt omnium bonorum. Bald.in l.fin. C.de collat.Crau.conſ.312.nu.2. Pariſ.conſ.100. nu.37.in 3.dub.vol.2.

3 Et nota, † quòd licet homines ſint ſeparati iuriſdictione, nihilominus dicũtur vniti communalibus, vt antea, niſi fuerit facta diuiſio, vt per Dida. in prac. quæſt. c. 37. nu. 6. & ſequ. quia ſciendum etiam eſt, quòd loca ſingularia contenta ſub nomine, & vocabulo generali, & incorporata in illo nomine, & vocabulo vniuerſali, nõ dicuntur eſſe illius loci vniuerſalis, ſed ſunt de per ſe, & ſeparata, & ſtant ſub eorum nomine proprio ſingulari, & particulari, vt per Bal. in l. 1. ff. de edilit. actio. Boer. deciſ. 260. numer. 5.

DVBITATIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Communitas donec viuit aliquis, qui ſciat rem non eſſe communitatis, nunquid præſcribat.*

2 *Malæfidei poſſeſſor numquam præſcribit.*

3 *Poſſeſſio ſine nouæ apprehenſione tranſit in ſucceſſorem.*

POPVLVS, vel communitas, donec viuit aliquis, qui ſciat rem non eſſe communitatis, nunquid præſcribat.

Communitatem quã-
1 diù ſupereſt vnus de vniuerſitate habens ſcientiã rei alienæ, nunquam præſcribere firmat Innoc. in c. cura, de iure patro. ſequitur Bartol. in l. poteſt, in fin. ff. de vſucap. Socin. conſ. 187. col. fi. vol. 2. Com. conſ. 22. libr. 3. Rub. conſ. 23. ſub nu. 15. & ſeq. Capic. deciſ. 4. nu. 15. & ſeq. Balb. in tract. de præſcript. in 2. part. 3. par. prin. quæſt. 27. Craue. de antiq. temp. in 4. part. ſect. tranſeo. num. 18. pag. mihi 234. vbi de communi.

Ratio eſt, quia talis ſcientia indicat malam fidem, & malæfidei poſſeſſor,
2 † nunquã præſcribit. c. poſſeſſor, de regul. iur. in 6. quòd procedit etiam de iure ciuili. l. omnes, & l. ſicut. C. de præſcr. 30. ann. & de communi teſtatur Fely. in c. fin. de præſcr. Dec. conſ. 303.

Præſuppoſita hac ſcientia nunquam præſcribi poſſe temporum longitudine, pacto, vel ſtatuto ſcribit. Caſſan. in conſ. 11. nu. 47. Villalob. commun. opi. in verbo conſuetudo, nu. 175. pag. mihi 81. Bello. conſ. 8. nu. 9. Petr. Duen. regul. 144. in verbo conſuetudo. Ruin. conſil. 41. nu. 50. vol. 1. conſ. 13. num. 30. volu. 2. Franc. Marc. deciſ. 889. in fin. primæ par. pag. mihi 867.

Potiſſimum, quando pars aduerſa in odium communitatis ſemper continuaſſe diceretur eius poſſeſſionem, in qua poſſeſſione remanſit, præcipuè ſi eſſet eccleſia, quæ mortuo prælato, vel Abbate non dicitur amittere poſſeſſionem, imò poſſeſſio ſine noua apprehen-
3 ſione tranſit in ſucceſſorem, † vt per Innoc. in c. cum ſuper, vbi Abb. colu. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. & per Specu. de petit. & poſſeſſ. in verſ. ſed nunquid vacante eccleſia, & Rot. deciſ. 9. aliàs 467. in antiqu. & deciſ. 14. aliàs 4. in nou. vbi volunt, quòd ſucceſſor in eccleſia poſſit agere ad recuperandam poſſeſſionẽ mortuo prælato ſine noua alia apprehenſione poſſeſſionis, quia eſt in anima viuentis, & nunquam moritur, & vacat poſſeſſio prælaturæ, non autem poſſeſſio bonorũ eccleſiæ latè per Nat. conſ. 562. ſub num. 14. vol. 3. Bald. in l. 2. n. 60. & ſeq. C. de ſeru. & aqua. Bec. conſ. 77. pag. mihi 138. Ferrãt. Garzia patroc. 75. nu. 2. & ſeq. pag. mihi 350.

DVBITATIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum, villa, & ciuitas differunt.*

2 *Populus, an poſſit exclamare ad epiſcopum, vel Papam, vt epiſcopatui, vel parochiæ præficiat virum litteratum.*
Ciuitatibus ſolis ſtatuuntur epiſcopi. ibid.
Ciuitas appellatur villa in Francia. ibid.

3 *Cauſa commiſſa à ſede apoſtolica ſunt agitandæ.*

tanda in ciuitatibus, aut locis inſignibus.
4 *Eccleſiæ debentur viris litteratis.*
5 *Eccleſia non definit eſſe cathedralis carens clero, & populo.*
6 *Leges adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt.*
7 *Litterati vbi non poſſent inueniri, alij debent inſtitui idonei.*
8 *Spurij in d. feſtum legitimorum aſſumuntur in decuriones.*
9 *Beneficia vniuntur ob penuriam clericorum.*
10 *Idoneus vbi ſolus inuenitur illi ſunt conferē, da plura beneficia, declara, vt ibid.*

PLebs, vel populus, caſtrum, villa, ciuitas, vel vniuerſitas, an poſſit licitè exclamare ad epiſcopum, vel Papam, vt eccleſiæ parrochiali, vel epiſcopatu præficiat virum litteratum.

In primis ſciendum eſt, quòd caſtrū, villa, & ciuitas differunt, † villa propriè dicitur locus ruralis, vbi adſunt ædificia collecta ſine muris, vel valle, quæ villæ appellantur vici, nullamque habent iuriſdictionem de iure communi, ſed ſubſunt alicui ciuitati. l. nulli. §. fi. C. de epiſc. & cler. & l. ſi quis. C. de nat. lib. & l. qui ex vico. ff. ad munic. 1

Caſtrum verò dicitur quaſi caſa alta, ſeu fortis, & eſt munitum muris, ſeu valle, l. quicunque. C. de fund. limit. lib. 11. l. 3. ff. ad l. Iul. maieſt. & iſta caſtra de iure communi non conſueuerunt habere aliquam iuriſdictionem, ſed ſunt ſicut vici. l. fin. C. de teſtam.

Ciuitas verò propriè appellatur, quæ † habet epiſcopum de quo Barto. in l. 2 1. §. ſiue autem. ff. de nou. oper. nunc. & Doct. in c. ſi ciuitas, de ſent. excomm. in 6. Archid. in c. ſtatutum, de reſcr. in 6.

Sed villa aliquando accipitur pro ciuitate, c. venerabili, de cenſib. c. ad audientiam, de eccleſ. edif. aliquando pro loco populoſo murato, aliquando aliter, vt inſti. de re. diu. circa prin. in verb. villis; In Francia autem appellantes ciuitatem villam, Rus autem villagium, & de iſtis verbis habes in leg. 2. C. de off. præf. præto. Aphr.

In ciuitatibus propterea ſolis, epiſcopi ſtatuuntur. c. epiſcopi. 80. diſt. c. 1. de priuil. non videtur tamen de ſubſtantia ciuitatis, quòd habeat ſedem epiſcopalem, adeò, quòd aliàs non dicatur ciuitas. not. Bartol. in l. 1. C de moto. libr. 11. Abb. in c. 1. de offic. ordin. licèt contrarium dicat. Bal. in l. reſcripta. C. de preca. Imp. offer. allegat text. in c. præcipimus. 16. quæſt. 1.

Et in ciuitatibus, aut locis inſignibus, 3 † agitandę ſunt cauſę commiſſæ a ſede Apoſtolica. c. ſtatutum, de reſcr. in 6. & leges, & artes docendæ, vt in proem. ff. de magiſt. & in c. 1. de cler. non reſid. & ſunt priuilegiatæ in alijs de quibus not. in l. fin. C. de ſacroſ. eccl.

Eccleſiæ igitur parochiales villarum 4 † muratarum præcipuè debentur viris litteratis, vt in ciuitatibus, qui litterati, & vtriſcientia perornati ad hoc debēt eis præfici, potiſſimum ſic exclamante populo, villa, vel vniuerſitate, vt poſſint populos ædificare, quia tales præſumuntur eſſe huiuſmodi qualificati, vbi enim eſt populus, qui inſtituatur intrat ratio iſtius diſpoſitionis, vt in c. ſtatutum. §. 1. de reſcri. in 6. & clem. in pleriſque de elect. vbi habes etiam, quòd non eſt inconueniens, quòd eccleſia cathedralis carens clero, & populo nō 5 habeat epiſcopum, † & faciunt in hoc notat. per Hoſtien. & alios in c. de multa, de præb. Ioan. An. in c. licèt Canon, de elect. in 6. Archid. in c. ſi apoſtolica, de præben. in 6. qui dicunt illa iura non habere locum in eccleſia parrochiali habitu, non actu, idem vult. Abbas, & Imol. in clem. 1. de offi. vica. licèt. Inno. & multi alij voluerunt dicere contrarium, vt not. in d. c. de multa, pro quib. poſſet induci d. clem. in pleriſque, quia ibi eccleſia nō definit eſſe cathedralis, licèt careat clero, & populo, & dicunt ibi aliqui, quòd ſi parrochianus receſſerit animo nō redeundi, definit eccleſia

esse parrochialis,& si non discesserit eo animo,tunc secùs, quòd reprobatur ab aliis dicentibus, quòd non debet pendere à voluntate populi, & cleri facere ecclesiam, & desinere esse parrochialē. c. mutationes.7. quæstio.1. & cap.1. de relig. dom.

Sed obstat huic fundamento, quia idem iudicatur si aliquid attētatur post appellationem, seu infra tempus, quo potest quis appellare.l.labeo.ff.de statu lib.vbi satis dicitur verificari verbū nocere,si aptum natum sit ad nocendum, & facit, quòd habetur in l.ioramen. ff. de seru.vrb.prædio.vbi seruitus satis dicitur habere causam continuam, quæ apta nata est,continuari ad recipiendū ipsam seruitutem. Item tenendo primā opinionem posset sequi inconueniens, quòd si fortè aliquis non graduatus obtineret in ciuitate, vel villa murata ecclesiam parochialem habitu tantum, & domum tractu temporis, posteà efficeretur parochialis actu, quòd etiam sine noua auctoritate superioris posset contingere per reditum parochiani, vt not.Io.An.in c.licèt Canon, de elect.in 6.& Bal. in l.cūctos populos. C.de sum. Trinit. isto casu non graduatus haberet ecclesiam parrochialem actu in ciuitate, aut villa murata.

Concludo in hoc proposito per me incidenti, quòd ratione legis expressa, vel præsumpta durante habent locum iura in contrarium allegata, sed vbi ratio legis cessat, vt in casu isto, nequaquam; & quoad inconueniens allegatum non reputo illud inconueniens, quia legis adaptantur ad ea,quæ sæpius 6 accidunt, † l.nam ad ea.ff.de legi.& inisium est spectandum.c.dudum cum ibi not.de elec.nec debet factum legitimè retractari, licèt casus posteà eueniat, à quo non potuit inchoari.l.in ambigu.s. ff.de reg.iur.c.factum, de reg.iur.in 6.

Expedita, & exonerata remaneat proposita dubitatio.

Teneas etiam,quòd vbi tales scienti- 7 fici, † & litterati non possent inueniri, alij debent institui idonei, arg. l.generaliter.§.spurios.ff.de decur.vbi in defectum legitimorum, spurij assumuntur 8 in decuriones, †& in c.1.21.quæst.1.vbi propter penuriam clericorum beneficia vniuntur, vnde dicit Host.in c.graue, de præb.quod in defectum idoneorū possunt assumi indigni ad beneficia cum melius sit locum implere, quam vacuum relinquere sed ibid. Host.dicit contrarium quod si vnus solus reperitur idoneus, illi soli sunt conferenda 9 plura † beneficia quòd non autem indignis quòd limitat. Abb. ibid. quòd vbi esset tāta indignitas quod non posset prouideri sine peccato,aut aliorum graui scandalo, tunc enim cum non posset idoneus inueniri non curreret tempus ad conferendum vel eligendum not. Archid. in c. benè nouit.01. sed si non sit tāta indignitas, vt quia patitur defectum in scientia, sed est aliàs bonus clericus tunc possent dari sibi beneficia in subsidium.

DVBITATIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Populus, an possit muros destructos reficere absque principis auctoritate.*
2 *Villa muris destructis ob delictum non dicitur amplius villa murata.*
3 *Destructa re,omnia eius priuilegia videntur sublata,nisi readificetur.*
4 *Actio semèl extincta non reuiuiscit.*
5 *Muros reficere priuato non licet.*
6 *Ciuitas vel villa destructa facto Tyranni,non amittit priuilegia.*
7 *Ciuitas contra regem à Tyranno occupata non dicitur rebellis.*
8 *Muri quo modo dicantur.*
9 *Locum vel fundum propriū licèt murali ambitu vallare,declara vt ibi.*
10 *Muri dicuntur Sancti, & in nullius bonis sunt,nec illos licèt violare vel transcendere.*
11 *Ciuitatis appellatione veniunt suburbia vbi*

est

eſt eadē ratio, & quæ dicatur ciuitas ſtrictè.

12 *Eccleſia parochialis ſita in ſuburbijs dicitur de ciuitate, eius parochianit.*

13 *Eadem ratio ſimilia iura expoſtulat.*

14 *Viri præſumuntur in maiori numero, & capaciores in ciuitate, quam rure.*

PLebs, vel populus, ciuitatis, vel villæ, an muros deſtructos poſſit † reficere abſq; principis auctoritate? priori loco notandū eſt quod ſi villa à principio fuerit murata, fuerint autem muri deſtructi radicitus, non dicitur amplius villa murata muris deſtructis auctoritate ſuperioris
2 poteſtatem † habentis propter delictū habitantium. glo. & Innoc. in c. abbate de verb. ſign. Spec. tit. de Acto. ab vniu. §. 1. ratio eſt quia deſtructa re, omnia ei-
3 us priuilegia † videntur eſſe ſublata, facit text. in l. ſi vſufructus. ff. quibus mo. vſusfr. amitt. c. placuit de conſec. diſt. 1. c. & hæc dicimus 16. q. 7. & c. cum ex iniūcto de no. op. nū. niſi poſteà reædificē tur ſuperioris auctoritate, quia tunc eadem priuilegia recuperabit. Inno. in d. c. Abbate, & in c. quia diligentia cum ibi not. per Abb. de elect. & ſi ſine auctoritate ſuperioris reædificentur non recuperaret eadem priuilegia, quia actio
4 ſemel † extincta non reuiuiſcit. c. quæris de conſecr. diſtinct. 4. Abb. in d. c. Abbate.

Modò infero ad propoſitam dubitationem, quòd priuato non licèt reficere †
5 muros publicos, ſed vniuerſitati licèt, ita no. gl. in l. ſacra. §. muros in verb. licèt. ff. de rer. diuiſ. abſque principis auctoritate, vt ibi, & in l. opus nouum. ff. de ope. pub. l. de operibus. C. eo. ſed teneas q̄ non ſic indiſtinctè, licèt vniuerſitati abſque principis vel præſidis auctoritate, iure præſertim hodierno muros vel nouos facere, vel veteres firmius renouare, vt per text. & gl. in l. omnes la 2. in verb. nouare. C. de oper. publ.

Vbi tamen ex facto alicuius Tyran-
6 ni, vel ab † hoſtibus villa, vel ciuitas ſeu muri earum deſtruerentur, non perdit priuilegia. arg. c. paſtoralis 7. quæſt. 1. c. cum per bellicam 34. q. 2. Inno. in c. grauem de ſent. excom. Bal. in l. imperialis de pace. Conſtan. Bart. in extra. quoniā collat. 11. vbi dicit quod ciuitas quæ cōtra Regem occupatur à Tyranno, vel ab hoſtem regni non dicitur rebellis,
7 & † ſi recuperat debet redire in priſtinam libertatem. l. 1. in prin. C. de off. præfec. pret. Affr.

Et ſcias quòd muri vno modo dicuntur parietes facti de lapidibus cum ce-
8 mento † l. parietes. ff. de verb. ſign.

Alio modo dicuntur parietes circūdantes pro defenſione, & tutione, & iſtorum quidam ſunt priuati, quidā publici priuati ſunt qui in priuato loco ſuo circumquaque facti ſunt, licitū eſt enim fundos ſuos, vel loca ſua murali ambitu vallare. l. per prouincias. C. de ædif. priu. dùm tamen non fiat ad æmulationem alterius, nec inde materia ſeditionis veriſimiliter teneatur. l. opus nouum. ff. de oper. publ. nec fiat in limine imperij vel regni, quia hoc non licet, niſi illi cui Princeps vel antiquitas dedit l. 2. C. de fund. limit. libr. 11.

Muri publici ſunt alicuius ciuitatis, Caſtri, vel villæ, illi dicuntur Sancti, & in nullius bonis ſunt. §. Sanctæ. inſtit. de rer. diuiſ. l. 1. ff. eo. tit. & ſunt conſtituti in auxilio habitantibus. l pupillus. §. oppidum. ff. de verb. ſign. nec illos licèt tranſcendere, vel violare ſub pœna capitis. l. ſi. ff. de rer. diuiſ.

Appellatione verò ciuitatis veniunt ſuburbia, vbi eſt eadem ratio. l. 1. §. cum vrbem. ff. de off. præfec. vrb. l. quæ incōtinentibus. l. pupillus. § incola. ff. de verb. ſign. l. nam quòd. §. ſi ita. ff. de pec. leg. & not. Io. And. in c. ſi ciuitas de ſent. excō. in 6. vbi dicit quòd parochiani eccleſiarum ciuitatis licèt lōgè extra muros extendatur parochia, poterunt conueniri appellatione ciuitatentium.

Strictè tamen, & propriè ciuitas dicitur quæ murorum ambitu terminatur,

&

& ex proprio ſignificatu vocabuli cõprehenditur ſolum quod eſt intra mẽnia. C. ſi ciuitas de ſent. excom. in 6. & c. vbi periculum de electio. in ſexto: præſertim in materia ſtricta, vt cum agitur de præiudicio tertij, vel libertatis, in materia enim ſtricta debemus capere verba ſecundum proprium, & ſtrictum ſignificatum verborum. c. ſtatutum de elect. in 6. l. non aliter. ff. deleg. 3. in d. tamen tex. c. ſi ciuitas comprehenduntur ſub vrbia ex ſpeciali caſu, ne propter fraudem interdictum violaretur notat. Abb. in c. Rodulphus de reſcrip. & in c. ſi. de præben.

Et eccleſia parrochialis ſita in ſuburbijs, & omnes eius Parochiani vel maior† pars eorum moratur intra ciuitatem, talis eccleſia dicitur de ciuitate, quia eadem eſt ratio & eadem ratio ſimilia iura‡ expoſtulat. c. inter cæteras de reſcript. cum concord. in ciuitate verò præſumuntur eſſe viri in maiori numero, & intellectu capaciores, & habiliores quam in rure habitantes. l. ſcire oportet. ff. de excuſ. tut. c. ſtatutum de reſcript. in 6. Bart. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſol. matr.

12 13 14

DVBITATIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, vel vniuerſitas, an poſſit erigere ſtudium generale.*
2 *Studium generale, quòd dicatur.*
3 *Villa non habebit priuilegium, ſtudij generalis, niſi à principe, vel conſuetudine immemoriali.*
4 *Rex Franciæ debet conuocare vniuerſitates ſi tractetur de earum negotijs.*
5 *Papa debet conuocare epiſcopos totius orbis Imperatorẽ ac principes ad cõcilĩ generali.*
6 *Archiepiſcopus debet conuocare omnes epiſcopos prouinciæ ad concilium prouinciale.*
7 *Communitas non debet erigere ſtudium generale, niſi petita licentia Papæ Imperatoris, vel principis.*
8 *Studium primum generale fuit ordinatum in Aegypto.*
Studium generale debet eſſe liberum à cenſu, & actionibus. ibid.
9 *Scholares ſunt immunes a ſolutione gabellarum.*
10 *Scholares percipiunt fructus beneficiorum in abſentia, non tamen diſtributiones quotidianas.*
11 *Studentes non minùs ſeruiunt eccleſiæ, quam ibi exiſtentes.*
12 *Abſens cauſa ſtudiorum reſtituitur.*
13 *Scholares, qui priuilegijs non gaudeant.*
14 *Clericus beneficiatus habens aliquod priuilegium, quia reſidet illud perdit ſi incipiat vagari.*
15 *Scholaris, niſi ſit matriculatus, & verè ſtudeat non gaudet priuilegio.*
16 *Scholaris ſtudens nõ tenetur ad munera perſonalia in patria ſua.*
Scholaris, qui exceſſit 20. annum præſumitur, quòd non benè addiſcat. ibid.

1 PLebs, populus, Ciuitas, vel vniuerſitas, † an poſſit erigere vniuerſitatem, puta, ſtudium generale, & plura de ſcholaribus.

Præmitto, quod ſtudium generale dicit, quòd habet ſtudiũ ex priuilegio,
2 † vt Gymnaſium, celeberrimum Papiẽſe, ſeu Ticinenſe, & Bononienſe, Pariſienſe, Pataunum Taurmenſe, Piſanũ, & huiuſmodi Academiæ publicæ, vel habet ſtudium ex conſuetudine cuius initij memoria non eſt gloſ. & Doct. in clem. dudum. §. 1. illud de ſepul. Doct. in c. 2. de priuil. in 6.

Et licèr iura poſſint legi in villis, aut Caſtris, & vbique, quia non eſt timor, vt præuertantur, cum volumina hodie ſint notiſſima, talis tamen locus non habebit priuilegia ſtudij generalis, niſi
3 ei indulgeatur a principe, † vel conſuetudine immemoriali, vt not. Bartol. in proem. digeſtorum. Abb. in cap. tuæ de cler. non reſid. vbi dicunt Doctores, Φ ſi in huiuſmodi locis aliqui ſtuderent bona fide, & ſine fraude, vt ga propter

guer-

Digitized by Google

guerram, vel peſtem non auderent accedere ad ſtudium generale, gauderent priuilegio ſcholarium.

Et ſicut vbi Rex facit aliquam conuocationem generalem, aut conuocat tres ſtatus regni ſui, debet conuocare vniuerſitates, præſertim ſi tractetur de
4 negotijs eas tangentibus. † c. fin. de his quæ fiunt à prælat. & Papa vocare debet epiſcopos totius orbis, & Imperatorem ac alios Principes vbi expedierit ad concilium generale, vt per Abb. in
5 c. graue de præben. † c. ſi quis ingenuus 29. q. 2. c. verum 63. diſt. & Archiepiſcopus ad concilium prouinciale debet neceſſario conuocare omnes † epiſcopos
6 prouinciæ, vt in 17. diſt. per tot.

Ita & vniuerſitas, populus, vel communitas non poteſt, niſi petita licentia
7 Papæ Imperatoris, † vel Regis, vel Principis ſtudium generale erigere, vt in auth. habita vbi ſcribere. C. ne fil. p patre.

Vnde Papa concedit ex priuilegio certæ ciuitati prout expediens ſibi videtur, quòd ibi ſit ſtudium generale, & q ibi fiant magiſtri, & Doctores, qui ibi legant, & regant.

Et primum ſtudium literarum fuit or-
8 dinatum in Aegypto; † ideo ſtudiũ generale debet eſſe liberum à cenſu, & exactionibus, quia olim in Aegypto vbi primum fuit inſtitutum ſtudium, gens ſacerdotum vacare dimiſſa eſt ad recentiarum inuentionem, vt dicit Philoſophus 1. Metaphyſice; & ſtipendia à communitate percipiebant liberi à cẽſu regali, vel iudiciali exiſtentes ſecundum illud Geneſ. 47. ſubiecitque Pharaoni. Ioſeph omnem terram Aegypti, præter terram ſacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis, quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. ca. nõ minùs de immun. eccleſ. vnde ſcholares habẽt immunitatem prout nota-
9 tur in l. 1. & 2. C. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. & l. ſed & reprobari §. amplius vbi Bart. ff. de excuſ. tut. l. eos. l. ſeq. ff. de vac. mun. l. medicos. C. de profeſſ. & med. & ſunt immunes à ſolutione gabellarum pro rebus ſuis d. auth. habita.

10 Et percipiunt † fructus beneficiorum in abſentia, non tamen diſtributiones quotidianas, quæ dantur tantũ intereſſentib. c. ſuper ſpeculæ magiſt. vbi ſcrib. & c. tuæ de cler. non reſid. Archid. in c. de quibuſdam 37. diſt. c. fi de reſcrip. in 6. non enim minùs ſeruiunt eccleſiæ ſaltem vniuerſali ſtudendo, quã ibi exi-
11 ſtentes arg. l. aduocati, † C. de aduoc. diuerſ. iudi. & c. cum ex eo de elect. in 6. & cauſa doctorum, & ſcholarium, & dotis concurrunt in priuilegijs. Bart. in l. 1. ff. ſol. matr. & dicit. Abb. in c. fin. de iud. quòd potior videtur cauſa doctorum, & ſcholarium fauore publico, cum ſua ſcientia mũdum illuſtrent. Et abſens, cã-
12 ſtudiorum reſtituitur, † cũ abſit nedum ex probabili cauſa, ſed ex cauſa iuſtiſſima. l. nec non in princ. ff. ex quib. cauſ. maior. l. fin. ff. de in int. reſt. Doct. in c. dilectus de procur. dum tamen ſit verus ſcholaris nõ vagabundus, Ideò qui vadũt ad ſtudium, vt adducant loci illius
13 Idioma, vel vt vexent, & citent extraneos non gaudebunt priuilegio ſcholarium, quia non ſufficit morari in ſtudio, niſi operam ſtudio dent. l. generaliter. C. de epiſcop. & cleric. capit. generaliter 16. quæſt. 1. imò ſcholares non attendentes etiamſi intrent ſcholas, niſi etiam ſtudeant non gaudent priuilegio ſcholarium. no. in l. 1. C. de ſtud. lib. vrb. lib. 11. Bald. in d. auth. habita, & idẽ dicitur ſi inhoneſtè viuunt. Abb. in c. 1. in fi. de iudic. & ideò dicit. Bar. in l. ſemper. ff. de iu. immun. per illum tex. quòd illi qui ſunt in collegio alicuius artis, ſi artem illam non exercent non debent gaudere priuilegio illius artis. Abb. in c. vigilanti de preſcript. imò, & clericus beneficiatus habens aliquòd priuile-
14 gium quia † reſidet, illud perdit ſi incipiat vagari arg. l. ſancimus. C. de teſta. l. actioni. §. item qui ſocietatẽ. ff. pro ſoc.

Et non debent gaudere priuilegio
15 ſcholarium niſi ſint † inſcripti in matricula,

Digitized by Google

tricula,& verè ſtudeant matriculam.C. de agen.in re.lib.12.Bal. d. auth. habita Bar.in l.ex.eo.ff.de teſtam.milit.& ſcholaris ſtudens non tenetur ad munera perſonalia in propria patria. Bart.in l.1.
16 C. de dignit. † lib. 12. vbi notat etiam quod ſcholaris qui exceſſit xxv.ann.prę ſumitur,quod non benè addiſcat.

DVBITATIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatis motus proprius,an tollat ſurreptionem nominationis?*
2 *Vniuerſitas debet ſeruare iura, nec contrafacere.*
3 *Quæ ſunt gratiæ quis cogi poteſt ea facere.*
4 *Diſpenſatio, quando eſt debita,iniuſtitiam facit ſuperior illam negãt, & ſi non poſſit tolli.*
5 *Approbatio vniuerſitatum ſpectat ad Principem.*

Lebis, populi, vel vniuerſitatis motus proprius,an tollat ſurreptionem nominationis?

Veritas eſt, quòd ſurrepti
1 otollitur per motum proprium.c.ſi motu, de præbend.in 6. clem.ſi Romanus, eod. tit.

Sed veritas etiam eſt, quòd nihil eſt tacendum in precibus de his, quæ mouere poſſunt Principem ad denegandũ. c.quamuis, de præbend.in 6.c.ſuper litteris,de reſcrip.Spec.tit.2.§.nunc aliqua. verſ.ſed nunquid nocet.

Communiter tamen omnes Doctores, in dict. c.ſi motu, tenent, quòd ille text.habeat tantum locum in Papa,qui eſt ſolutus legibus non autem in vniuerſitate,nec in legato,qui habet ſeruare iura communia, quia poteſtas eius eſt quaſi extraordinaria,& præiudicans ordinariæ poteſtati,ideoque eſt reſtringenda, vt per Doct.in d.c.ſi motu, & c. fin.de offic.legat.in 6.

Vniuerſitas ergò, quia habet ſeruare
2 † iura.c.1.de conſtitu.nec poteſt contra ea facere iuxta not. per Io. An. & alios in c.fin.de offic.Archipresb.ideò ex motu proprio non tollet ſurreptionẽ nominationis, vt docet pragm.ſanctio in tit de collat.verſ.item,quod vniuerſitates pag.mihi 95.

Et hæc annuiſſe ſufficiat pro iis, qui faciunt ſe nominari ad beneficia eccleſiaſtica,quia tenentur impetrare nominationem, non autem, quòd vniuerſitas motu proprio nominationẽ illis cõcedat, & vbi vniuerſitates ſolæ nominandi habeant facultatem, ipſius tamẽ vniuerſitatis nominandi facultas non valet in alijs perſonis, quæ velint virtute decretorum ipſius vniuerſitatis nominare, vt tradit pragm.ſanct.loco prę citato pag.mihi 94. col.2. & aduertẽ,qa dare huiuſmodi nominationes, eſt voluntarium, nec poſſunt ad eas concedendas cogi vniuerſitates.faciunt not. per Atchid.in c.religioſus eod.tit. & lib. in verb.obtenta, ratio eſt, quia quis nõ
3 poteſt cogi facere ea, † quæ ſunt gratię c.præcarium 10. q. 2. facit gl. in c. bonæ il 2. de poſtul. prælat.iniuſtè tamen facerent ij, ad quos pertinet, ſi negarent nominationem graduato benemerito iuxta not. in c. vt conſtitueretur 50. diſt.
4 vbi quando diſpenſatio eſt debita,iniuſtitiam facit ſuperior ſi eam denegat, tamen non poteſt cogi, vt not.in d.c.bonæ in verb.gratia; & per gl.in c.exigunt 1.q.7. Ioan.And.in c.cupientes.§.pen.in verb.gratia de elect.in 6.quarũ, vt ſcias, vniuerſitatum approbatio ſpectat ad
5 ad principem, † vt in c. ex literis de cõſtit.& l.an.C.de iurisd.om.iud.

DVBITATIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Subditus, vel Vaſſallus vniuerſitatis, an poſſit dici ſubditus ſingularum.*
2 *Omnes de vniuerſitate, vt ſinguli non dicuntur domini.*

Quòd

Digitized by Google

3 *Quod fit à maiori parte ratum debet haberi*
4 *Geſta per ſyndicum quaſi per ipſam communitatem geſta cenſentur.*
5 *Dolus vis, metus illatus ſyndico dicitur illatus communitati.*
6 *Vxor, & ſi ſit domina, tamen ſeruitium præſtitum marito dicitur præſtitum vxori, ſicq; vtrique eſt obediendum à ſubditis.*
7 *Maritus, etſi tãtum ſit vſufructuarius rerum vxoris, tamen ei debetur præſtatio operarũ, & ſeruitij à ſubditis vxoris.*
8 *Vxori potiùs ſeruitium præſtans, quam marito, excuſatur, etſi communiter marito potiùs, quam vxori ſit præſtandum.*

POpuli, vel vniuerſitatis ſubditus, vel vaſſallus, an poſſit dici ſubditus, vel vaſſallus ſingulorum? & an quòd vniuerſitati debetur ſingulis debitum dici poſſit.

Concluſiuè procedendo reſoluo arguendo à liberto, quia libertus vniuer-
1 ſitatis, non eſt libertus ſingulorum, vt probatur expreſsè in l. in tantum. §. 1. ff. de rer. diuiſ. & l. ſed ſi hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. & ita ſeruus, vel famulus, vel Nuncius communitatis, non dicitur nec eſt ſeruus, famulus, vel Nuncius ſingulorum, quia alia eſt cauſa vniuerſitatis, alia ſingulorum de vniuerſitate, l. ſicut. §. ſiquid. ff. quòd cuiuſque vniuerſ. nom. Dec. conſ. 61. col. fi. Fely. in c. eam te de reſcrip. & in c. dilectus il 2. de ſimon.

Sicque concludo idem, ex paritate rationis, eſſe reſpondendum in ſubdito, vel vaſſallo cõmunitatis, vel Reip. qui ſingulorum dici minimè debet, nec eſt ſubditus, vel vaſſallus, vt in ſpecie not. in gl. in l. 2. ff. quòd cuiuſq; vniuerſ. nom. Cagno. in l. aliud. §. refertur nu. 15. ff. de reg. iur. Pariſ. conſi. 91. lib. 4.

Prout nec omnes de vniuerſitate, vt
2 ſinguli, dicuntur domini, & quod Reipub. vel communitati debetur. ſingulis debitum dici haudquaquam poteſt. l. 2. & l. ſicut. §. ſi quid. ff. quod cuiuſque vniu. nom.

Et quamuis aliàs, quod à maiori par-
3 te fit, † ratum debet haberi, ac ſi à tota communitate factum eſſet vulg. l. quod maior. ff. ad munic. l. 3. & ſeq. ff. quod cuiuſque vniu. nom. nihilominus ſubditus ſeruus, vel vaſſallus communitatis, vel Reip. nec maioris partis Reip. ſubditus, ſeruus, vel Vaſſallus dici debet, vt elicitur ex eod. tex. d. l. 2. ff. quod cuiuſq. vniu. nom.

Infero hinc ſingulorum nullum ius eſſe, ſed vniuerſorum. potiſs. in electionibus in impedimentis per cõcurſum, in gratificationibus; prout & ſeruitium præſtari debet non ſingulis, ſed ei qui vniuerſitati, ſeu Reip. præſit, ac eiuſdẽ communitatis rerum. moderationem habeat, veluti, ſyndico aut conſuli, ſeu etiam procuratori ad id ſpecialiter electo arguendum text. in l. municipibus. ff. de condit. & demon. vbi omnia quæ gerunt. per huiuſmodi perſonas, quaſi per ipſam cõmunitatem geſta cenſen-
4 tur. prout & metus, vis, vel dolus communitati dicitur inferri, vbi dictis perſonis communitatem repræſentantib. tanquam imagini imaginatum repræſentanti, metus, vis, vel dolus inferatur, vt colligitur ex l. metum. §. animaduertendum, & ibi glo. ff. quod met. cauſ.

Idem dicimus in marito vxoris do-
5 minæ, quia ſi ſeruitium præſtetur marito per ſubditum, vel Vaſſallum, vxori cenſetur etiam præſtitum, quia maritus iudicatur quoque Dominus ſubditi, vel vaſſalli, ſicut & feudi, vnaq; ſimul mariti, & vxoris dicitur domus, ac familia commixta, ſicque vtrique debetur,
6 & præſtandum eſt ſeruitium, vt probatur. in l. 1. §. ſi vir aut vxor. & in l. ſiquis in graui. §. 1. & §. ſi cum omnes. ff. ad Syllanianum.

Et licèt re ipſa, maritus dicatur. & ſit tantum vſufructuarius, dominio naturaliter remanẽte ſaluo & integro apud vxorem vt in l. in rebus. C. de iur. dot. cũ concord. Nihilominus etiam vſufru-
7 ctuario debetur præſtatio operarum. &

seruitij.l.idemque.ff.de vſufr. & cū in officio mariti vxor ipſa eſſe debeat. l.ſicut patronus.ff.de op.lib.adeò vt à patroni ſui ſeruitio, & operis liberata ſit, eo ipſo, quòd nubit cum eius conſenſu.l.qđ ex libera. C. de op. lib. & l.2. C. de obſ. pat.præſt.multò magis arguendum à regula auth: multò magis. C.de ſacroſ.eccl.propter quòd vnunquod tale, & illud magis, ſeruitij munus,& emolumẽtum transferẽdum erit in maritum cui ſi ſeruitium potiùs, quam vxori præſtiterit ſubditus,excuſabitur.l.ſiquis in graui: § ſi cum omnes in fin. ff.ad Syllan. & è contra,vxori potiùs ſeruitium præſtãs quam marito, † excuſatur erſi communiter marito,potiùs quam vxori ſit præſtandum, niſi fortè ex natura ſeruitij, illud potiùs vxori conueniat. arg.tit. C. de mulier. & in quo loco mun. ſexui congruen.lib.10.

DVBITATIO LXXXI.

SVMMARIVM.

II *Subditus, an poſſit ſe excuſare à ſeruitio ſuperioris?*

Cõmunitatis,vel Reip.vel ſuperioris ſeruitio vtrum ſubditus poſſit ſe excuſare?

Quam plurimi extant caſus, & cauſæ ex quib. poteſt ſe ſubditus, vel vaſſallus excuſare à ſeruitio vniuerſitatis, vel Domini, ſed qa latiſſimè de illis ſcripſit Ant. Borran. in Cauale. Vaſſall.in par.5. à cap.3. vſque ad caput ſeptimum. nõ intendo hinc repetere, ſed duntaxat annuere in compendium doctiſſimè, & vberrimè per eundem Authorem exarata.

In primis excuſantur mutus, ſurdus, cæcus, Claudus, infans, minor, ſenex, officialis principis, clericus, abſens, ad dignitatem prouectus, veluti ſi imperij ius factus ſit, cuius eſt, & ipſe dominus. Item excuſatur princeps, vel dominus antiquior. Item excuſant ab huiuſmodi ſeruitio infirmitas, ſexus, tempeſtas, ideſt, qui vi tempeſtatis aut fluminis detinetur, paupertas, vincula, pudor, pietas, honeſtas, pater patria.

Sed addo ego quæ ſcribit.Brun.conſ. 185.vbi latè reperies, quòd domini loci, nõ poſſunt procedere ꝺ non aſſiſtẽtes defenſioni loci, & Caſtri abſentes, quos non eſt poſſibile intereſſe tempore proclamatum;item habes per eund. Brun.ibid.quod ſubditi poſſunt propriã ſalutem ſaluti domini preferre,& quòd ſubditi non debẽt, aſtringi ad defenſionem quæ non ſit poſſibilis, & ſi dominus cum hoſtibus componat,& homines ſoluant compoſitionem,loco operæ ſuccedet pecunia.

Sufficiat ergò pro nunc annuiſſe authores,penès quos anthitera dubitationis propoſitæ de facili ſoluere poteris.

DVBITATIO LXXXII.

SVMMARIVM.

XI *Subditus Reip. vel principis vendens rem cõmunitatis vel ſuperioris quæ ſit intra mœnia vel foſſata an puniatur?*

Niuerſitatis,Reip. vel principis ſubditus, ſi vendat rem communitatis, vel ſuperioris,vel quæ ſit intrà mœnia,& foſſata,an poſſit puniri?

Reperio quòd Doctores omnes vbi tractãt de huiuſmodi materia ſolent fingere plures caſus.

Inter alios caſus ille poteſt deſcribi, quòd ſi ſubditus illam rem per ipſum venditam; tenuit pro ſua annis centũ decurſis, & per tantum tempus cuius initij memoria non extet in contrariũ, tunc & illo caſu etiã regalia acquiruntur tanto tempore; & res eſt clara c. ſuper quibuſdam. §. præterea de verbor. ſignific.

Si

Digitized by Google

Si pariter ſubditus alienauit ſaluo beneplacito domini, quatenus eſſet neceſſarium, & rationabile, & ſic noluit alienare aliquid in præiudicium ſuperioris, ſed ſolum ius ſi quod habet, tunc ſubditus in aliquam non incidit pœnã quia reſeruauit tam in principio quam in medio, & fine contractus, beneplacitum, & conſenſum principis quatenus de iure eſſet neceſſarium, & quod talis ſubditus alienans cum huiuſmodi reſeruatione non incidit in aliquam pœnam, reſpondit. Bald. in §. fi. col. fi. in tit. quæ ſunt prima cauſ. benef. amitten. Præpoſ. in c. 1. in p. in. tit. de prohib. feu. alien. pro Feder. in vſib. feud. Abba. in c. 2. propè fi. de feudis. Iaſ. in l. fi. 24. quæſt. C. de iur. emphyt. vbi in quæſt. 26. dixit, quòd vendens ſine conſenſu Domini ſuperioris ſub conditione, ſi domino placuerit, non incidit in pœnã, ex quo non ſecuto conſenſu non poteſt dici facta alienatio, & illo ſecuto nulla eſt pœna, eoque magis, quando ſubditus eſſet in poſſeſſione.

Item ſi in ſubdito affuiſſet aliqua cauſa colorata ſic alienandi, vtique excuſaretur à dolo, & pœna, cùm quælibet cauſa etiam iniuſta excuſet à dolo, & pœna, gl. in l. ſi plagii. C. ad l. flau. de plagia vbi. Bald. cum concord. notatis per Iaſ. in l. ſi quis id quod 7. notabili. ff. de iuriſd. om. iu. vbi textus enumerat quattuor cauſas excuſantes, videlicet imperitiam ruſticitatem & huiuſmodi.

Item venditio de re principis teneret quoties in ſuo patrimonio non reperiretur incorporata l. pacta. §. fin. vbi glo. & Doct. ff. de contrahen. empt.

Et dato millies quòd res principis à ſubdito vendatur etiamſi in principis patrimonio eſſet incorporata, ſubditus de iure in nullam pœnam incurrit, & cũ à iure nulla reperiatur pœna impoſita, illa ſola erit pœna annullationis cõtractus. l. 1. §. 1. ff. de off. proc. Cæſa. & l. apud Iulianum, §. conſtat. ff. deleg. 1. niſi incerto caſu prout in l. nulli C. de fund. patr. lib. 11. cum ibi notat.

Et quando fuiſſet facta alienatio de re principis quæ exiſteret in ſolo, vt ſi fuiſſet alienatum à ſubdito ſolum, vel ædificium principis, tunc nulla alia pœna incurreretur, niſi quod Princeps poſſet rem ſuam vendicare. l. 1. C. de diuer. prædi. lib. 11. cum ibi notat. & l. fin. C. de fund. rei prin. lib. 11.

Sed ſi ſubditus per quadraginta annos illam rem alienatam tenuiſſet, hoc ſufficeret vt excuſaretur à pœna per tex. in l. fin. cum ibi notat. C. de fund. patrim. lib. 11.

Inſuper quàdo reperiretur quòd ſubditus eſſet inueſtitus cum regalibus, & ageretur de iure ſubditi, nõ de damno principis, ad quem ſubditum, quia eſt inueſtitus cum mero, & mixto imperio & omnimoda iuriſdictione ſpectat cognitio cauſæ pœnæ, & emolumentorũ, tunc ſubditus excuſaretur à quauis pœna, ſi rem principis diceretur alienaſſe. Bald. in l. 1. q. 43. ff. de rer. diu. Præpoſ. in c. 1. de controu. int. vaſ. & epiſc. in vſib. feud. ſi pariter ſubditus habuiſſet à principe aliquod priuilegium à quo argueretur quod ſic, vt fecit, alienare potuit, & ſic ſi agatur de re de qua adſit commercium tunc ſubditus quoque excuſaretur à pœna per Principem fortè præſenſa per not. in d. l. pacta. §. fin. ff. de contrah. empt. & in l. apud Iulianum §. conſtat ff. deleg. 1. cum aliis concord.

DVBITATIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſulens vel prohibens delationem criminis fieri ſuperiori, an puniri poſſit?*
2 *Suadens tenetur ad intereſſe eius cui ſuaſit.*
3 *Iudex in foro animæ peccat ſuadendo alicui vt renuntiet defenſionibus in delicto temporali ſecùs in foro exteriori.*
4 *Offenſus non dicitur ſuperior quando conſulitur ſaluti ipſius deſenti.*
5 *Præſumendum ſemper eſt pro eo quod deli-*

dum excuſat.

6 *Probationes interpretandi ne ſonent in delictum.*

7 *Pronuntiandum in dubio contra fiſcum.*

8 *Suaſio non occulta dicitur carere doli ſuſpicione.*

9 *Animus, & propoſitũ diſtinguunt maleficia.*

10 *Animus qualis fuerit à principio ex ſubſequẽtibus actibus declaratur.*

11 *Finis altus eſt attendendus.*

12 *Eadem ratio eſt finis, & eorum quæ tendunt ad finem.*

Finis trahit ad ſe principium. ibid.

13 *Eripiens è carcere principis detentum, non incidit in crimen læſæ maieſtatis.*

COnſulens, vel prohibens delationem criminis fieri illi, qui eſt ſuperior, vel caput plebis, populi, vel vniuerſitatis, ſeu princeps, an aliqua poſſit pœna puniri?

2 † Certè cum agimus de criminalitate, nullus, ex conſilio tenetur ex regula c. nullus de reg. iur. in 6. & p Bar. in l. nõ ſolum. §. ſi mandato meo. ff. de iniur.

Sed ſi datur cõſilium delinquenti, eſt diſtinguendum, aut is cui cõſilium datur non erat illud facturus, aut erat illud facturus, ſi non erat illud facturus, ſimpliciter tenetur, qui cõſilium dedit: vt l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. ſed ſi erat aliàs facturus, aut præbuit cõſilium, & non opem, aut opem, & non conſilium, aut conſilium, & opem, ſi conſilium tãtum dedit, tenebitur, quia non oportet laudando, mali cã de augeri. l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeru. corrupt. & l. ſi quis ſeruo. C. de furt. ſi dedit tantum opem, ſine conſilio principali, & ſecundario, non tenetur, l. ſi pignore. §. qui ferramenta. ff. de furt. ſi verò dedit conſilium, & opem, non eſt dubium, quòd tenetur. l. ſæpè. §. item dubitatũ eſt, ff. de verb. ſign. & §. ſæpè. Inſtit. de oblig. quæ ex del. naſc.

Inferas hinc, quod ſi quis alicui ſuadet, ne compareat, vel ſiſtat, vel procedat in iudicio, ſolùm prodita eſt illi actio ad intereſſe eius cui ſuaſit, ut in l. 3. §. 1. & tot. tit. ff. de eo, per quem factum erit,

2 † quominùs quis in iud. ſiſtat.

Inferas etiam, quòd licèt iudex poſſet in foro animæ

3 † peccare ſuadendo alicui, ut renunciet defenſionibus in delicto temporali, in foro tamen exteriori poteſt ſic conſulere, & ſuadere. Ang. Aret. in ſuo tract. malef. in clauſula, qui iudex ſtatuit terminum; ideoque non dicitur offenſus ſuperior, vel princeps quando principaliter hoc nõ agitur, prout quando conſulitur ſaluti

4 ipſius detenti ut per Bald. in l. 1. §. huius ſtudij. col. 2. ff. de iuſt. & iu. Nellus in tra. bannit. in quæſt. 50. 2. part. 2. temporis. Bart. in l. cętera. §. fin. ff. delegat. 1. dum vult ſufficere, quòd actus ſit in principio licitus ut per Doct. in l. ſiquis nec cauſam in prin. ff. ſi cer. pet. & per tex. in l. uerum la 2. & l. qui iniuriæ, in princ. ff. de furt. & ſemper debemus præſumere

5 pro eo, quòd † delictum excuſat. Bal. in l. prœcibus. col. 4. verſ. ſed quid ſi impubes. C. de impub. & al. ſubſt. l. meritò. ff. pro ſocio, & pariter debemus interpretari probationes in meliorem partem,

6 & † ne ſonent in delictum. Inn. in c. dudum il 2. de elect. cum concord. de quibus per Felyn. in c. cum delicti de accuſat. & in dubio contra fiſcum eſt pronũ

7 tiandum † vulg. l. non puto vbi. Bart. ff. de iur. fiſc.

Potiſſimumque excuſaretur conſulens ubi palàm, & publicè, vel coram multis ſuaderet, ex huiuſmodi enim ſuaſione non occulta dicitur carere ſuſpi-

8 cione † doli, & malitiæ. l. non intelligitur. §. ſi quis palàm. ff. de iur. fiſc. & l. cum ipſe. C. de contrah. empt. Alex. in l. tranſactionem, in fin. C. de tranſact.

Animus propterea, & propoſitum diſtinguunt maleficia. † l. 1. C. ad l. Corn. de ſicar. cum ibi notat. & l. item apud. Labeonem. §. ſiquis virginem, ff. de iniur. Bald. conſil. 415. uol. 2. nam qualis fuerit à principio animus ex ſubſequentibus

10 actibus declaratur c. officij de elect. & l. ſi

l.ſi ventri.§.pen.cum concord.ff.de priuil.cred. unde ſtante fine bono,totus actus eſt cenſendus bonus, cùm finis a-
11 ctus † ſit attendendus.l.cum ſyllinianũ C.ad Syllan.l.1. in prin. C. de nou. cod. compen. & eadem ſit ratio finis, & co-
12 rum,† quæ tendunt ad finem. l. oratio. ff.de ſponſal.& finis trahit ad ſe principium.glo.in l. qui ſella, §.fin.ff. de ſerui. fuſt.præd.Bar.in l.quod ait lex.§. 1. ff. de adult.cum concord.

Hinc firmo, quòd etiamſi quis eriperet de carcere principis aliquem deten-
13 tum,non ita † paſſim incideret in crimen læſæ maieſtatis.Io.Fabr. & Iaſ.in §. pœnales.inſtit.de actio.idem Iaſ.in l. 1. §. is videtur.ff.ſi quis iuſdi.non obtem.

DVBITATIO LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſp. vel dominus ſit habeat caſtrum, vtrum illo vendito, habitans in loco teneatur præſtare iuramentum fidelitatis.*

2 *Subditus, an poſſit præſcribere libertatem ex non obedientia, vel non vſu.*

Niuerſitas Reſpu.plebs, uel dominus ſi habeat caſtrum, uirum illo uendito, habitãs in loco teneatur preſtare iuramentum fidelitatis, & an
2 †ſubditus poſſit præſcribere libertatem ex non obedientia uel non uſu?

Non ignoramus ius feudorum diſponere, ac ius commune originarios, uel habitantes in loco in quo quis habeat iuriſdictionem maximè cùm mero, & mixto imperio,ſeu in uilla alicuius teneri ad præſtandum iuramentum fidelitatis.c.nimis, de iureiu.cum ibi notat imò.Bart. Aluarot. & communiter doctores in c.1.qual.naſ.præſt.deb.iura. fidel. quòd etiam frater domini tenetur ad iuramentum fidelitatis, & quicunq; familiaris, & tanto magis, quando habent domicilium, & bona in loco. Iac. de Sancto Georg.in ſuo tractat. feud.in clauſula qui quidem inueſti.col.2. uerſ. eſt,& alia.

Nec iuuabit opponere ſeipſos habi-
2 tantes, † vel originarios non teneri ad huiuſmodi iuramentũ fidelitatis ex eo, quòd nunquam illud fuerit præſtitum per eos, vel eorum anteceſſores, quoniam ex hoc non poſſunt prætendere præſcriptionem aliquam acquiſiuiſſe, niſi conſtaret, quòd requiſiti præſtare recuſaſſent, tanquam liberi,& exempti ab eorum iuriſdictione, & poſteà tranſiſſent tempora præſcriptionis. Bald. in cap.licèt,in 2.notab.vbi etiam. Aluaro. in 2.notab.ſi de feud. fuer.controu. vbi dicunt præſumi vaſallum, qui non fuit interpellatus preſtituturum fuiſſe reuerentiam,& obedientiam,ſi fuiſſet interpellatus, & quòd non præſtando ſine interpellatione nunquã præſcribit cõtra dominum ſuum, ideoque. Abb. in c.ad audientiam, de præſcri.vult, quòd ſubditus non preſcribat libertatem cõtra dominum ex non obedientia, vel non præſtatione ſeruitij, vel non vſu iuriſdictionis, quando non occurrit occaſio, & dicit ibi Fely. quòd etiamſi occurriſſet caſus, & vſus non fuiſſet, quia non erat opportunum, non poteſt dici cucurriſſe preſcriptio,& generaliter dixit idem.Fely.in c.cum acceſſiſſent, de conſtit. quòd in his, quæ ſunt meræ facultatis, & dependent à noſtra voluntate, ex non vſu, non currit præſcriptio facit, quòd ibid.ſubiungit.Felyn.& glos. in l.qui luminibus.ff.de ſeruit.vrb.præd. de eo, qui tenuit domum depreſſam, vel murum mille annis, vt non ſit præſcriptum aduerſus eũ,ne poſſit eleuare.

DVBTATIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Populus, vel vniuerſitas, an conſeruari dicatur in vno ex multis hominibus ſuperſtite.*

2 *Ciuitas ex delicto patitur quandoque aratrũ.*

3 Vni-

3 *Vniuersitate renouata omnia iura in ea conseruantur.*

PLebs, populus, vel vniuersitas, an conseruari dicatur in vno ex multis hominibus superstite, & an vniuersitate renouata omnia iura in ea conseruentur?

1 Certissimi iuris est, quòd si omnes homines communitatis moriantur præter vnum, in illo solo conseruatur vniuersitas. text. est in l. sicut. in fin. ff. quod cuiusque vniuersi nom. hincq; dicimus vniuersitatem hominum non esse dissolutam pluribus exultantibus, & licèt ciuitas ob suum delictum patiatur quan-
2 doque aratrum, † vt in l. si vsusfructus ciuitati. ff. quibus mod. vsusfr. amitt. ita, vt nullus remanserit in ciuitate, non tamē pereunt interim iura communitatis, dū homines moriuntur, vel absunt, sed remanent apud fiscum, & vbi vniuersitas
3 renouetur, † iura in ea resident, & conseruantur, vt ait. Angel. in d. l. sicut. §. 1. Paul. Castren. & alij ibid. §. fin. non enim hominibus pereuntibus iura pereunt, quia vniuersitas pertactu, non habitu, & priuilegia vniuersitatis, aliaque iura conseruantur, vt not. Innocent. in c. ex iniuncto, de oper. noui nunc. Paul. Cast. in d. l. sicut. nu. 7. ff. quòd cuiusq; vniuer. nom. & vt ait. Angel. d. l. sicut. §. 1. renouata vniuersitate omnia iura in ea cōseruantur, & interim transeunt in fiscū, qui omnia vniuersitatis iura retinet, vt volunt etiam alij Doct. in d. l. sicut. §. fin. post glos. ibid. Et licèt maior pars hominum, quæ abfuit à loco, seu oppido, nō perceperit fructus rei, seu proprietatis, quæ vniuersitatis erat, nō tamen sequitur quin alij, qui remanserunt in oppido dictos fructus percipere potuerint, & si non perceperunt, sibi imputent, si sua culpa, & temeritate ab oppido discesserint, quia si reuertantur, & ad oppidum habitaturi redeant, nullam tūc poterunt prætendere in integrum restitutionem, quam nec merentur iuxta regulam. l. damnum, quòd quis culpa. ff. de regul. iur. vt in simili casu respondit. Pancirol. cons. 158.

DVBITATIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vnus solus, qui sit de vniuersitate, vel ex condominis, an possit ius dicere, cognoscere, & terminare.*

2 *Dignitas Comitatus Marchiæ, & Ducatus est indiuidua.*

3 *Iurisdictio cum sit incorporalis diuidi non potest, sed eius administratio diuiditur.*

VTrum ex pluribus, qui sint de
1 vniuersitate Reip. vel ex† cō dominis, vnus solus possit ius dicere, cognoscere, & iudicare?

Resoluendum arbitror hunc articulum, quòd vbi pluribus competit iurisdictio, vt ordinarijs, quilibet potest ex se cognoscere, iuxta l. 1. ff. de offic. proconf. & tradit. Bar. in l. si vni, in 3. oppos. ff. de re iudic. imò si vni Comiti succesſerunt plures filij, & omnes habent iurisdictionem, vnus eorum solus poterit inter subditos ius dicere, si alij ab initio non interueniant, quia præoccupantis est iurisdictio, ex Bart. in d. l. si vni, nu. 8. in 5. quæst. & sequitur Angel. & Alexan. ibid. Abb. in c. prudentiam. §. 1. vbi Fely. & Dec. nu. 10. de offic. deleg. cum simil. Bartol. cons. 189. & Socin. cons. 272. licèt contrarium velit. Paul. de Castr. in d. l. si vni, qui tamen consentit, quòd si exercitium iurisdictionis esset apud vnum, illum solum posse causas expedire, nā sicut Comites, vel condomini constituunt prætorem, vel vicarium, qui ius dicat, multò magis possunt in vnum ex seipsis suam iurisdictionem transferre.

Et quamuis vnus Iudex, sine altero non possit iudicare secundum Bar. d. l. si vni, in 3. oppos. hoc tamen procedit in pluribus delegatis, quorum vnus sine

ne alio non iudicat, & ita procedit tex. in d.c.prudentiam, & text.in l. cum magiſtratus,C.quando prouoc.non eſt neceſſe,& in l.duo ex tribus,ff de re iud.& l.ſicuti,ff.de arbit.& cap. ei qui,§.item ſi plures,2.q.6. qui omnes textus expreſsè loquuntur de iudicibus delegatis,ſecùs vero eſt in iudicibus ordinarijs, & in pluribus filijs alicuius Comitis, vel cõdomini, vt per Bar.in d. l. ſi vni, num.8. & Abb.Dec. & Fely.in d.c.prudentiam, nam iſti ſinguli per ſe iudicat, niſi alius interueniat, & ſi ſint plures iudices tanquam vniuerſi, vt eſt collegium, hi ſimul iudicant, & ſecundum iſtos caſus intelligitur, text. in l. magiſtratus iſtud munic. vbi ſi omnes iuriſdictionem retinuerint vnus ſolus non poteſt cognoſcere prout, & in l.duo ex tribus ff.de re iud.& in l.ſicuti, ff.de arbitr. cum ſimil. quia intelligendum hoc eſt, vbi vtę q; ſimul cęperit cognoſcere, aut vbi lege municipali,ita cautum fuerit.

Inferas hinc per elucidationem,dignitatem comitatus, Marchiæ, & Du-
2 catus eſſe indiuiduam, §. præterea Ducatus de prohib. feud. alie. per feder. & licèt in Italia, & Germania diuidantur ex conſuetudine conniuentibus Imperatoribus, vt ait Ioan. And. in Rub. de feud.in add.ad ſpecul. verſ. non omitã ad intellectum prędictorum. Tamen iuriſdictio cùm ſit incorporalis diuidi non poteſt, ſed eius adminiſtratio diuiditur,nam plures filij vnius comitis,qui
3 iuriſdictionis adminiſtrationem diuidere volunt, pacíſcuntur vt plurimum, vt alterius annis aut ſemeſtribus,vt exẽplum habemus in loco verduni, & alijs caſtris præſentis patriæ Montiſferati, quilibet eorum ius reddat iuxta text. in l.quoties,ff.de vſufr.& l.lucio in fi. ff. de aqua quot. & æſt. vel alijs modis, quos ponit Aluarot. in d. §. præterea Ducatus,col.pen.verſ.an iuriſdictiones. Angel.in l.2.§.in his ff.de verb. oblig. Alex. conſ.18.ſub nu.7.verſ. & ex his vol.2. & conſ.6.& ſeq.num.6.& conſ.2.vol.5. ſed ipſam iuriſdictionẽ comitatus, ſeu eius ſubſtantiam diuidere nõ poſſent, quicquid ſit in alijs iuriſdictionibus,vt elegãter tradit.Bar.in l.inter tutores in fi.ff de admin.tut. vnde infert, q licèt inter filios comitis diuiſa ſit adminiſtratio Iuriſdictionis quatenus exercent eam in vno Caſtro, & alius in alio, ſi vnus delinquat in territorio alterius, non poterit ab eo puniri: quia, & ipſe ibi eſt comes,& habet iuriſdictionem, nam par in parem non habet imperium l. nam magiſtratus,ff.de arbitr.licèt propterea comitis alicuius caſtri videantur diuiſiſſe inter ſe iuriſdictionem, eam alterius vicibus exercendo; non tamen ob id eam dicuntur diuiſiſſe, ſed adminiſtrationem tantum, & hoc habet locum non ſolum,quoad alias cauſas ordinarias, ſed etiam quod pertinet ad feuda, quorum domini extent, iuriſdictionem omnes inſolidum retinuerũt, nam ſunt Iudices ordinarij omniũ cauſarum, quæ de eorum feudis oriuntur, vt habetur in d.§.præterea, & cum non appareat iuriſdictionem eſſe diuiſam, eam omnes inſolidum tenent.

DVBITATIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Subditi, an poſſint cogi ad militandum pro dominis, & an pro alio?*

2 *Subditus, an teneatur præſtare ſeruitium extra patriam?*

3 *Villa, vel Comitatus poteſt conuocari pro collectæ impoſitione.*
Senior populi in abſentia ſuperioris poterit cõuocare conſilium.ibid.

4 *Patria ſum abeſſe, & adeſſe, ſed ſine cauſa nolle conſentire.*

5 *Poſteri poſſunt dicere, ſe velle retinere ius primorum primogenitorum nõ aliorum, qui ſtatum alterarunt.*

6 *Poſteris nemo poteſt adimere, quod eis non dedit.*

7 *Iuramentum fidelitatis præter morem extortum*

cum non nocet posteris.

8 *Minori parti consilij licèt contradicere vbi agitur de populo onerando.*

PLebs vel populus, vel vniuersitas habens iurisdictionem, vel quiuis dominus, vtrum possit cogere subditos ad militandū, & quando abest superior, vel non vult conuenire, an senior populi possit cōuocare populum, si quæritur, an subditi possint cogi ad militandum pro dominis, res nullam habet difficultatē, quin possint cogi, vt sequantur dominum ad bellum, quando tamen illud est iustum l. fin. §. 1. ff. de mun. & honor aliàs possunt, vti proditores domini vel patriæ capite puniri, quia tenentur iuuare dominos suos, persona, & patrimonio in casu necessitatis, vel seniore per substitutum, l. quisquis præsertim, C. de epis. & cler. ex l. 4. §. qui post, ff. de re milit. tangit. Bald. in cons. 483. nu. 4. vers. 3. quæritur, vol. 1.

Sed si agatur degrauando subditos, vt per aliquo alio principi militent, nō possunt cogi, probatur hoc l. 1. C. vt vsus armo. interd. lib. 11. præcipueque non possunt cogi ad militiam à dominis recognoscentibus superiorem iuxta tradita à Bar. in l. hostes, nu. 14. & 16. ff. de capt. &c. Voluntario enim, & non coacto milite cepere expleri exercitus tempore Cesarum dicit tex. in l. 4. §. qui post, ff. de re milit. Bald. d. cons. 483. vbi habes, quòd quando guerra, vel caualcata est iniusta, subditus in maleficijs non debet esse obediens domino suo, vel seruus non in omnibus, ff. de act. & obl. sed si esset guerra licita, teneretur subditi iuuare dominos suos, tam de persona, quam de patrimonio in casu necessitatis, eo saluo, quod possint seruire per substitutū æqualem d. l. quisquis, C. de epis. & cler. & in hoc, vt subditi cogantur pro dominis ad bellum exire, dicit, ibi Bald. esse seruandam cōsuetudinem, nec ob id subditi possunt de iure cogi ad militandum, & prælian dum pro alio, sicut non possunt cogi iurare fidelitatem alicui principi. Guid. Pancirol. cons. 119. sub nu. 1. & seq. vbi de materia præsentis dubitationis, & latè scribit etiam quod dominus nō potest alterare statum subditorum, nec illos inuitos alienare, nisi contraria extet consuetudo, eo docet, quod ad versus dominos iniustè molestiam inferentes subditi possunt implorare officium iudicis, & petere declarari se esse liberos ab onere militandi, & huiusmodi feudatario enim grauante subditos, vel in eos delinquente recurritur ad superiorem, iuxta not. in c. 1. §. fi. de milit. Vasal. qui contum. est & probatur in cap. ceterum de iud. & l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & superior qui habet iurisdictionem nō potest euitare, quin audiat querelas, cap. nouit de iud. ideò non obstante quacunque conuentione, quandocunque cum adierint subditi sunt audiendi, & ipso dissentiente superiore ad eūdus est Imperator, qui est supremus Princeps omnium temporalium, vt tradit Abb. in c. licet, ex suscepto, sub nu. 9. ex de foro compet. Dec. in d. c. nouit, num. 8. de iud. Ruin. cons. 113. num. 7. vol. 5. & multò magis potest adiri summus Pontifex, qui semper, & in defectum iustitiæ adiri potest. d. cap. licet de foro comp. quia Papa potest deponere, & corrigere Principes grauantes suos subditos: Innoc. in c. quod super deuoto, cap. si alius 15. quæst. 6. c. nos 2. q. 6. & nota hinc quod dominus non seruans fidem Vasall. nec ipse tenetur seruare iuramentum fidelitatis domino, notat latè. Iaſ. in l. cum personas, nume. 6. in 4. notab. C. de pact. nam vbi reciproci sunt contractus, vt alter alteri, aliquid inuicem præstare debeat, si quis eorum non seruet conuenta, nec alter seruare compellitur. d. l. cum proponas ex reg. frangenti fidem fides frangatur eidem.

Et quia tetigi quod in bello iniusto seruis

ſeruitium non debet præſtari domino, an hoc ſemper ſit verum, & an ſubditus teneatur præſtare ſeruitium extrà
2 patriam, † poteris videre Ant. Borrin. in ſua Caualcat. Vaſall. par.1. cap.6. 7. 8.9. & ſequ.

Quo verò ad illud quòd propoſui in dubitatione in alio capite, reſoluc, qd Villa, vel Comitatus poteſt conuocare pro collectæ impoſitione conſilium, & quando abeſt ſuperior, vel non vult
3 conueniri, † ſenior populi poterit conuocare conſilium ſine alia ſuperioris auctoritate. Barto. in l.obſeruari. C.de decur.lib.10.& in l.1. ff.de albo ſcriben. Innocen. Abb.& alij in c.1.de maior.& obed. & ſi fuerint interpellati conſiliares,& noluerint conuenìri,vel non cõſentire,nec cauſam adducere cur non conſentiant, ſenior cum ſyndico poteſt congregare,& neceſſarias collectas imponere, cùm paria ſint, abeſſe, &
4 adeſſe, † ſed ſine cauſa nolle conſentire iuxta l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore vbi Paul. Caſtrenſ. notat & Alex. num.14. ff.ſol.matr. Pancirol. d. conſil. 119. nu.65. & ſeq. vbi nu.60. notat vnũ ſingulare, quòd populus alterando ſtatutum iuriſdictionis, quia à principio habuit certam formam, non præiudicat poſteris, quibus acquiſitũ eſt ius ſtatus, prout primi eorum progenitores illud comprobarunt, vnde poſſunt dicere ſe velle retinere ius primorum progeni-
5 torum, non aliorum, † qui ſtatum alterarũt.vt ſcribit eleganter. Paul.de Caſtr. conſ.70.ſub num.6.vol.1.& citat.l.tertiã in fin. ff.de interd.& relegat.& l.ſi arrogator. §.ſed an impuberi in fi.ff.de adopt.vbi habetur,neminem poſſe adimere poſteris, quòd eis non dedit. Idem vult Iacob. à ſancto Georg. in inueſtit. verſ.qui quid eſt inueſtiti col.18.vbi ait,
6 quod iuramentum † fidelitatis præter morem; extortum non nocet poſteris,
7 imò vbi agitur de † populo onerãdo aut in ſeruitutem redigendo licèt aliàs ſe-
8 tur maiori parti iuxta. † l.quòd maior.ff. ad munic.tamen licèt minori parti cõtradicere tradit. Iaſin l.iuriſgentium.§. hodie autem verſ.13.limita.ff.de pact.

DVBITATIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones vniuerſitatis, an habeant ius conſtituendi vias publicas,& ius alienandi maximam, vel minimam viæ portiunculam?*
2 *Contractus ciuitatis habet vim legis, & ſtatuti.*
3 *Ratio non eſt habenda de minimis.*
4 *Statutum imponens pœnam de vulnere non habet locum in vulnuſculo?*
5 *Via publica dicitur eſſe de regalib. principis.*
6 *Via publica, etiam per priuatum præſcribitur*
7 *Scientia principis, vel eius officialium præſumitur interueniſſe ex lapſu, & curſu temporis immemorialis.*
8 *Via publica per vniuerſitatem poteſt alienari ſaltem per viam ſtatuti.*

PLebs, populus vniuerſitas, ciuitas, vel eius Decuriones vtrum habeant ius conſtituendi vias publicas, & ius alienandi maxi-
1 mam, † vel minimam portiunculã viæ.

Primo loco ſciendum eſt, quòd via publica dicitur eſſe vniuerſitatis, & populi etiam recognoſcentis ſuperiorem l.2. ff.de via publ.in §.nullius cũ ibi notat.inſtit.de re diuit. Bald. conſ.206. col. fin.lib.1. vbi loquitur de communi Papiæ, & vult, quòd ipſa communitas, expreſſo, vel tacito eius conſenſu poſſit viam publicam in figuram priuatæ reducere.

Ideò quælibet ciuitas, ſeu eius decuriones habent ius conſtituendi vias publicas l.3. §.item viam cum gl. ff.ne quis in loc.publ.ergò, & illas alienandi.l.nihil tam naturale. ff.de regul. iur.& quia eius eſt deſtruere cuius eſt condere l.ſi quis in prin. de leg.3. dummodo via nõ ſit neceſſaria alij populo, quam diſtrahenti, & tradit Affict.tit.quæ ſint regalia

lia vers. viæ publicæ nu. 5. & ciuitas, vias publicas potest alienare saltē sicut statuendo, vt per text. gl. & Bartol. in l. 2. in prin. ff. ne quis in loc. publ. & est text. expressior in l. prohibere. §. planè, ibi si nō lex municipalis procuratori Reip. ampliùs concedat. ff. quòd vi aut clàm & hanc opinionem communiter sequūtur Doct. in l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. oblig. sequitur. Afflict. tract. de iure prothom. §. vlt. colu. 2. vers. sed antequam veniā. Alb. Brun. in tract. de stat. decre. & constit. vol 3. pag. mihi 64. vers. sed necessarium putaui, qui & si sentire videatur ex opinione. Bart. fieri fraudē legi, attamen cum ipsius transit sententia; imò nonnulli sunt, qui non requirunt statutum super hoc fieri, quasi cōtractus ciuitatis vim habeat statuti, &
2 † legis iuxta notata per Docto. in l. ciuitas. ff. si cert. pet.

Sed quomodocunque res se habeat, satis est, quòd per viam statuti hoc fieri posse nemo deneget, & hāc opinionē. Bart. d. l. 2. sequitur etiam Cæpol. tract. de seruit. rust. præd. cap. 3. de seru. viæ. q. 11. Alciat. in c. quòd sedem num. 49. de off. ord. vbi dicit, quòd ita vidit seruari, Marant. in suo Specul. aureo in vlt. par. pag. mihi 207. num. 51. vers. 12. & cum hæc sit communis opinio, non videtur ab ea esse recedendum, nec in iudicādo, nec in consulendo, & si licèt facere venditionem viæ publicę, multò magis licebit vendere minimam portiun-
3 culam, quia ratio de minimis non est habenda. l. lecto. ff. de im. restit. Alex. cōs. 67. num. 4. vol. 5. ideò statutum, quòd imponit pœnam pro vulnere non ha-
4 bet locum in vulnusculo. † Bald. in l. si prædium. C. de edil. act. faciunt, quæ scribit Dec. in c. de appellationib. extra de appell. Brun. in tract. stat. exclus. fœm. artic. 9. in vlt. quæst.

Et eo magis, quando dicta venditio viæ fieret ad ornatum, ad decorandum faciem ciuitatis, vel loci, vel publicam respicit vtilitatem. Jas. in l. cætera de leg. 1. & l. præscriptio. ff. de oper. publ. Bald. cons. 206. num. 3. vol. 1. licèt via publi-
5 ca dicatur esse de regalibus, † quæ ad principem tantum videtur pertinere. c. 1. quæ sint regal, & in specie, quòd uiæ publicæ sine usū principis alienari, & alterari non possint, tradit Aluarot. d. c. 1. quæ sint regal. & sequitur ibi præpositr. Afflict. de iure prothom. §. 9. nu. 78. & 9. Nihilominus uia publica per uniuersitatem, imò etiam per priuatum potest
6 præscribi. Crau. tract. de antiq tempo. in 4. sectio. pag. mihi 169. num. 79. & principis, uel eius officialium scientia præsumitur interuenisse ex lapsu, & cursu
7 temporis immemorialis. c. cum Apostolica, & c. ea nescitur de ijs, quæ fiunt à prælat. Dec. consil. 152. num. 4. Alex. cons. 6. uolu. 1. Oldr. cons. 296. & iuxta communem opinionem per uniuersitatem uiā publicam posse alienari re-
8 fert † Bec. cons. 15. nu. 22. saltem per uiā statuti id fieri posse not. Doct. in d. l. cōtinuus. §. cum quis. ff. de uerb. obl. Bar. in d. l. 2. ff. ne quis in loco publ.

DVBITATIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, vel lex superioris, an intelligi debeat, quòd loquatur de exteris, vel de subditis.*
2 *Subditus quis dicatur, & qualiter.*
3 *Forum quot modis quis sortiatur.*
5 *Statutum quantum ad res sitas in territorio, Statuentium porrigit effectum suum ad personas non suppositas, declara. vt ibi.*

PLebis, populi, uel uniuersitatis, uel superioris statutum, & lex, an intelligi debeat, quòd loquatur non exteris, sed tantum de subditis, & subditi, qui dicantur.

Quia lex dicitur propria constituentis l. omnes populi. ff. de iust. & iur. ad exteros non debet extendi, quia iurisdictio extrà territoriū exerceri non potest

l. fin.

l.fin.ff.de iuriſd.omn.iud. Alex.conſ.41. num.3. lib.5.quòd procedit etiam in iuriſdictione uoluntaria. Dec. conſ.150. num.4.conſ.207.in prin.& conſ.557.nu. 10.quæ tamen poteſt expediri extra territorium, ut per Bero. conſ. 59. num.26. lib.3.

Et lex intrà certas pſonas lata ad alias perſonas non debet trahi l.2. & 3. ff.de legib.ubi etiam generaliter loqueretur non de exteris,ſed de ſubditis,eſt intelligenda l.fin.ff.de iuriſd.omn.iud. etiãſi exteri in loco illo contractum facerent Bart.in l.1.num.24. quando ſcilicet nominatim loquitur de ſubditis, & ibi Alciat.C.de ſumm.Trinit.

Sed in hoc aduerte, quòd is non dicitur planè exterus, qui ſub larga ſignificatione uerbi ſubditus dicitur, & ubi lex, uel conſtitutio eſt fauorabilis venit amplianda, ut extendatur etiam ad exteros, ut conſuluit. Bec. conſ.62. num.28. & ſeq. vbi latè de hac materia.

Quò verò ad ſignificationem, & deſcriptionem huiuſce vocabuli, ſubdi-
2 tus, ſciendum eſt, † quòd propriè ſubditus dicitur, quia in loco domicilium habet.gloſ.in clemen.1.§. eiuſdem,verſ. ſubditos, de foro comp. Dec.in c.ad noſtram.num.3.vbi dicit de communi,de appell.& conſ.661.nu.6.Ruin.conſ.120. num.9.lib.4. perſonæ autem alibi habitantes non dicuntur ſubditæ propriè. clem.paſtoralis, de re iudi.Abb.in cap. propoſuiſti de foro comp.

Subditus etiam quis dicitur ratione contractus,vel delicti.c.Romana.§.cõtrahentes, de foro compet. in 6.Abb.d. c.propoſuiſti,& per gloſ.in c.nuper, de ſent. excom. ſubditus dicitur etiam ratione rei, quam habet in loco.Abb.loco præcit.& in c.1.de foro compet. vbi notat. Abb. appellari ſubditum etiam ratione beneficij.

Hinc notant.Docto. quòd ſtatutum, ſeu conſuetudo loci,vbi celebratur cõtractus, debet attendi in ijs, quæ ſolemnitatẽ reſpiciunt.l.ſi fundus. ff.de euict. Docto.in l.1.C.de ſumm.Trin.adeò inſinuatio debet fieri ſecundum conſuetudinem loci contractus etiamſi contrahentes ſint alienigenæ. Abb. conſil. 84.lib.1.& conſ.52.libr.2.& ſtatutum diſponens de ſolemnitate actus, extenditur extra locum.Alex.conſ.128. num.2. libr.1.

Subditus largo modo etiam dicitur, qui ex loco eſt oriundus licèt ibi nõ habitet.l.aſſumptio.§.fin.ff. ad munic.l.origine. C.de mun. & orig lib.11.Abb.d.c. propoſuiſti.

Arguas ex præmiſſis,quòd quis ſortitur forum in loco ratione rei ubi ſitæ,&
3 † ratione poſſeſſionis rei. l. fin. C.vbi in rem.actio.c.ſanè, vbi.Abb.& d.c.propoſuiſti, de foro compet. Dec.conſ.694.& à pari procedunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari.Dec.conſ.283. & conſ.496. vbi ſecundum hanc regulam arguit ſtatutum de ſoluendis gabellis contractuũ non compræhendere clericos, & ſecũdum eãdem regulam arguit idem. Dec. conſ.639.num.11. & Alex.conſ.210.lib. 2. quòd ſtatutum de compromiſſis neceſſarijs non ligat clericos, & ſimiliter ita arguit in ſucceſſione inteſtati.Alex. conſ.141.nu.7.lib.7. Ruin.conſ.200.nu. 14.lib.2.Bero.conſ.173.num.32.lib.1.

Arguas inſuper, quod ſtatutum quãtum ad res ſitas in territorio ſtatuentiũ,
4 † porrigit effectum ſuũ ad perſonas nõ ſuppoſitas.Natt.conſ.143.num.1. & ſeq. Contrarium tamen tenet idem. Natt. conſ.46.num.5. quando loquitur ſtatutum prohibitiuè in perſonam.

DVBITATIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Plebem, populum, gentem, quot homines faciant collegium, vel turbam,an prælatus dicatur de collegio, vel capitulo, & an collegium, vel populus vocari debeat ad ei gendum.*

Quid inferatur vid.ibid.

Congregans decem homines de nocte, dicitur congregasse totum populum, idem de congregante gentem. ibid.

Vnus, vel duo non faciunt familiam, sed tres. ibidem.

Paterfamilias quis dicatur. ibid.

Principis secularis consensus, an requiratur ad electionem prælati.

Cardinalis vnus solus in quo ius collegij residet, potest Papam eligere, & eligere seipsum.

Prouinciam posse sibi Regem eligere.

Tandem habes, quod populum decem homines faciunt, decem, vel quindecim faciunt turbam, decem oues faciunt gregem, tres collegium, duo congregationem, quinque equi, vel porci faciunt gregem. ibid.

PLebem, vel populum, vel gentē quot homines faciant, & quot faciant collegium, & quot faciant turbam, & an prælatus dicatur de collegio, vel capitulo, & an
2 collegium, †vel populus vocari debeat ad eligendum?

Licèt plebs sit pars populi, vt in hoc nostro §. plebiscitum. instit. de iur. nat. vnde non conuenit, quod pars suo toti adaptetur, ita, quòd decem homines faciant populum, sicut plebem, impropriè tamen accipitur plebs pro populo, & sicut decem homines faciunt populum, similiter decem homines faciunt plebem, vt not. Abb. in c. nullus in ecclesia. de elect. cum glo. ibid. & quòd dictum est de plebe, vel populo idem dicitur de gente, quia gens, & populus sūt synonyma, vt videtur probari in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & §. omnes populi. instit. de iur. nat. & ideò inferunt ad statutum, si quis coadunauerit gentem, vel quo punitur is, qui congregat populum de nocte, vt si congregauit decem homines, dicitur congregasse totum populum, idem dic de congregante gentem, secundum Bart. in l. prætor, la 2. ff. vi bon. rapt.

Decem verò, vel quindecim, octo, decem, vel duodecim faciunt turbam, & multitudo hominū verificatur etiā in paucioribus, quam decem, & obid secundum subiectam materiam accipiuntur isti termini arbitrio iudicis, ita post multa concludit. Dec. in d. c. nullus de elect. sub nu. 14.

Tres faciunt collegium, & in illis tribus non intelligitur, quòd sit prælatus. c. cum dilectus, de consuet. in vno autē solo collegium constitui non potest, quia collegium est nomē aggregatiuū, quòd in vno non potest verificari. Bal. in Rub. C. pro socio. Abb. in c. nobis, in 3. notab. de iure patro. & licèt in vno solo à principio collegium constitui non possit, potest tamen in vno ius collegij conseruari. l. sicut. §. fina. ff. quòd cuiusq; vniuers. nom. & ideò vnus solus, qui remanet de capitulo, prælatū eligere potest, vt not. glos. & Doct. in c. gratum, de postul. prælat. & in vno solo Cardinalius collegij potest recidere, & ille solus poterit Papam eligere. glos. not. in clemen. ne Romani, §. porrò, in vers. omnes, de elect. & quando ius collegij in vno solo residet, potest ille seipsum eligere propter necessitatem.

Tres ergo requiruntur ad constituēdum collegium. l. Neratius. ff. de verbo. signif. & not. Barto. in Rubr. ff. de colleg. illicit. & cum ita sit de iure ciuili, idem videtur de iure canonico ex quo contrarium dispositum nō reperitur, vt notatur in c. 1. de oper. nou. nunc. & cap. 1. de elect.

Prælatus tamen non dicitur de collegio, vel capitulo, & licèt prelatus possit esse de corpore capituli, vt per. Bart. in l. quòd constitutum. ff. de testa. milit.

Not. in hac materia, quòd vnus, vel duo non faciunt familiam. l. detestatio, in fin. ff. de verb. signif. glos. in c. 1. 10. q. 1. sed oportet, quòd sint tres, qui faciunt familiam. l. pronunciari. ff. de verb. sign. Abb. in c. 1. de elect. sed paterfamil. dicitur, quia habet dominium in domo, licèt filios non habeat, non enim personam solam demonstramus, sed, & iurisdi-

riſdictionem. l. pronuntiatio. §. paten. ff. de verb. ſign.

Quando tamen ſimpliciter fuiſſet dictum, quòd collegium ex duobus conſtituatur, nam tunc non intelligitur, q̃ in illis duobus ſit prælatus. c. cum dilectus, de conſuet.

Collegium verò non poteſt ſibi prælatum eligere, niſi ex poteſtate Papæ. c. quòd autem, de iure patro. Abb. in d. c. nullus, de elect. bene collegium ſeculare poteſt ſibi vnum rectorem eligere, qui habeat iuriſdictionem in ciuilibus pertinentibus ad illam profeſſionem. l. fin C. de iuriſd. omn. iud. Innoc. in c. cũ ab eccleſiarum. de offic. ordin. & hac ratione, etiam collegium conuerſorum haberius eligendi ſibi rectorem. Abb. in c. cum olim de arbit. Bald. in l. ex hoc iure. quæſt. 3. ff. de iuſt & iur. vbi concludit, quòd prouincia poteſt ſibi Regem eligere.

Populus autem non debet vocari ad eligendum. c. non licèt. 63. diſt. nec etiã eius cõſenſus de neceſſitate requiritur, quia electio facta contra voluntatem populi valet, niſi tamen ſcandalum generaretur, vt per Abb. in d. c. nullus, & Innoc. in cap. niſi cum pridem, de renunc. vbi habetur, quod propter ſcandalum populi prælatus remouetur à beneficio, dato ſibi cambio, & not. Abb. in cap. conſideranimus, in fin. de elect. quòd propter ſcandalum euitandum, prohiberi poteſt electio eius, qui non deliquit.

Ad electionem quoque prælati non requiritur neceſſario conſenſus Principis ſecularis, ſed pro defenſione vocari poteſt, & de honeſtate, vt conſentiat ad hoc, ne in futurũ poſſit opponere contra electionem, quia dominus ſecularis opponere poteſt, ſi habet prælatum ſuſpectum pro eius ſtatu, vt per Innocen. in c. ſuper his, de accuſ. & licèt conſenſus Principis ſecularis nõ ſit neceſſarius in electione Epiſcopi, valet tamen cõſuetudo, quòd mortuo prælato canonici non procedant ad electionem, niſi priùs denuncient mortem prælati Principi ſeculari, vt eius conſenſum habeãt in electione. Innoc. in c. quòd ſicut de elect. Abb. in d. c. nullus. cod. tit. vbi etiã Dec. conſ. 19.

Populum igitur decem homines faciunt, & plebem. c. vnio. 10. quæſt. 3. decem, vel quindecim faciũt turbam, vel centum. l. prætor. la 2. ff. vi bon. rapt. decem oues faciunt gregem. l. oues. ff. de abige. duo, vel tres faciunt collegium. c. 1. de elect. duo faciunt congregationem, & quinque porci, & quinque equi faciunt gregem. l. omnes. ff. de abig. Bar. d. l. prætor.

DVBITATIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Plebs, vel populi appellatione, an veniant clerici, & an forenſes?*

PLebis, vel populi appellatione nunquid veniant clerici, & an veniant forenſes pluribus poſthabitis, quæ deduci poſſent, q̃ in materia ſtricta, & odioſa teneas, qđ appellatione populi non includantur clerici, vt concludit Abb. & Dec. in c. 1. de præb. & iſta communis opinio confirmatur duobus modis per Dec. ibid. vbi tenet, quòd in materia fauorabili clerus veniat appellatione populi, & appellatione diſtrictualium, & ita clerici dicuntur eſſe de diſtrictu.

Inſuper appellatione populi veniũt aduenæ, & forenſes, vt per tex. in auth. de quæſtione in princ. ibi, dùm inquit, ciuitas noſtra populoſa eſt turbis aduerſorum hominum, & maximè agricolarum, ſuas ciuitates, & culturas relinquentium, & not. Dec. in d. c. 1. num. 9. de præben. vbi dicit quatuor cõcluſiones ſub nu. 14. ſuper appellatione, an & quando veniant clerici.

Ethæc in ſuperficie, annuiſſe ſufficiat,

ciat, ne in præsenti materia pertractati nostri §. plebiscitum, quid intactum saltem supremis labijs relictum videatur.

DVBITATIO XCII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitatis, qui sunt, an possint statuere, quòd aliquis actus non valeat, nisi de omnium consensu.*

2 *Declaratur regula, quòd fit maiori parte ab omnibus censetur factum.*

PLebis, vel populi, vel vniuersitatis, qui sunt, an possint statuere, quòd aliquis actus non valeat, nisi de consensu omnium?

1 comperio, † quòd Dec. in c. constitutus de appell. vult, quòd illi de vniuersitate cõstituere possint, quòd aliquis actus non valeat, nisi fiat de consensu omnium, & tali casu, cùm requiratur consensus omnium, nõ sufficit maior pars, etsi interpretatiuè in maiori parte videatur esse omnium consensus, & est glos. not. ad hoc in c. vbi periculum. §. idẽ quoq; in verb. singulis de elect. in 6.

Reperio insuper, quòd idẽmet Dec. in c. cum omnes in 2. lect. de constit. tenet contrarium vnde ex Alciat. in l. collectarum. ff. de verb. sign. ex Abb. in d. c. constitutus de appel. & ex eodem. Dec. in d. c. cum omnes colligo hac distinctione, cõcordari hanc dubitationem.

Aut constituerunt illi de vniuersitate vt suprà generaliter in omnibus casibus, & tunc nõ valebit tale statutum, nec consuetudo, quia difficile esset expedire negotia; & ita loquitur. Abb. in c. 1. de his, que fiunt à maiori part. cap.

Aut sic statuerunt in aliquo casu particulari, & tunc valet statutum, & consuetudo, & hoc modo intelligendus Dec. in d. c. constitutus, & facit tex. in c. licèt de elect.

Ideo firma stat regula iam per nos

2 † pertracta quòd in rebus collegij, capituli, vel vniuersitatis attenditur quòd fit à maiori parte, & iura, quæ loquuntur de omnibus in huiusmodi materia collegij, vel vniuersitatis etiam verificarentur in maiori parte per regulam. l. quòd maior. ff. ad munic. & hoc procedit, nisi constaret de mente legis, quòd præcisè omnium consensus requiratur.

In actibus verò necessarijs procedit regula, quòd factum à maiori parte cẽsetur factum ab omnibus in actibus, voluntarijs, verò secùs est dicendum vt concludit. glos. in d. c. cum omnes de constitut.

Vbi etiam pars vellet venire contra illud quòd omnes ordinassent, tunc nõ habet locum præmissa regula quòd sit standum maiori parti, vt memini me aliàs deduxisse, & licèt factum à maiori parte videatur factum ab omnibus, tamen illud quòd fit ab omnibus verè reputatur firmius, & tunc etiam potiùs inum non est standum maiori parti, quando vnus extraneus qui non sit de collegio, debet admitti ad dandam vocem, quia tunc maior pars non sufficit, secùs si ad consulendum, vt not. Dec. in d. c. cum omnes 2. lect.

In electione summi Pontificis satis etiam superioribus dubitationibus retulimus requiri, & sufficere duas partes ex c. licèt de elect.

In citatione verò collegij vel vniuersitatis non est opus requirere maiorẽ partem, sed sufficit prælatum, & maiores siue præsidentes vniuersitatis citare. glos. in c. bonæ il. 1. in verb. singulares de elect. Bar. in l. fin. ff. quòd cuiusq; vniu. nom.

DVBITATIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Consensus separatim adhibitus, an sufficiat in actibus vniuersitatis?*

An

Digitized by Google

AN in actibus vniuerſitatis, capituli, vel collegij, ſufficiat ſeparatim adhibitus conſenſus.

Non ignoramus quòd conſiliares vel collegiati in actibus vniuerſitatis vel collegij debent ſimul congregari. Bar.& alij in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.

Hac concluſione firma manente nõ ſufficit quòd ſeparatim cõſentiant, quia in agendis à communitate, requiritur conſenſus in communi, c. cum acceſſiſſent de conſtit.c. cum eccleſia ſutrina de cauſ.poſſ.& proprie.Bal.in auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſ.eccl.Abb.& alijs in c.in Geneſi de elect.

Ideò quando homines vniuerſitatis vel collegij ſeparatim ſimpliciter conſentirent, hoc caſu viderentur conſentire vt ſinguli, & proprio eorum nomine,& talis conſenſus non ſufficit, cùm noīe vniuerſitatis requirat, & aliud ſint ſinguli aliud vniuerſi, vt no.in l.in tm̃ §. vniuerſitatis.ff.de rer.diuiſ.in l.ſed ſi hac §.qui manumittitur.ff.de in ius voc.

Imòetiamſi iſti de vniuerſitate ſeparatim conſentirent, nomine tamẽ vniuerſitatis,& ea intentione expreſsè, vt actum vniuerſitatis expedirent, idem erit dicendum, quia talis conſenſus nõ ſufficeret,ex quo debito modo nõ prę-ſtatur cùm debeant ſimùl congregari & hic militant rationes adductæ per Bar.in l.omnes populi de iuſt.& iur.col 4.verſic.quæro quid ſi omnes de popu. Io, & ideò delictum, neque alius actus vniuerſitati non imputatur, niſi ex conſilio deliberato ſimùl factum ſit. Bald. conſil.370.lib.3.Alex.conſ.68.lt.2.

Quando tamen omnes de vniuerſitate aliquid feciſſent,tunc videtur illud factum ab vniuerſitate, licèt non eſſẽt ſolemniter congregati,& conuocati vt per gloſ.in l.ſicut §. 1.in verb.debetur. ff. quòd cuiuſque vniu.no.vbi Bald.in fin. & hoc expreſsè voluit.Bar.in l. obſerua re.C.de decur.lib.10.vbi inquit, quòd ſi omnes de vniuerſitate non ſolemniter congregati ſunt præſentes,& aliquid faciunt, valet quòd actum eſt perinde ac ſi vniuerſitas ſolemniter congregata fuiſſet,quia ex quo ſunt omnes præſentes,non eſt qui lædatur ex eo,quòd vocati non fuerint:idem voluit. Bald.in l. nulli.ff.quòd cuiuſque vniu.nom. in gl. verb. duæ inquit, quòd quando omnes ſunt præſentes, non requiritur conuocatio.Imò Io.Milis in ſuo repertorio in verb.vniuerſitas generaliter tenet concontra communem opinionem, quod ſi maior pars vniuerſitatis aliquid facit, etiam abſque alia deliberatione præcedente, vniuerſitas obligatur eo ipſo q̃ maior pars conſentit,& dicit,quod iure cautum non reperitur,quòd talis communicatio conſilij requiratur; ſed eius opinio nouiſſimè reprobata legitur apud.Corn.conſil.224.col.5.& 6.lib.3.

DVBITATIO XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſul vel conſiliarius an poſſit vocem ſuam committere alicui qui non ſit de conſilio vel collegio?*

VNiuerſitatis conſul, vel conſiliaris an poſſit vocem ſuam committere alicui,qui non ſit de conſilio, vel collegio.

1 † Concludo,quòd collegio,vel conſilio contradicente non poteſt quis ſuã vocem committere alicui extraneo,à cõſilio,vel collegio.Io. And.in c. quòd alicui de reg.iu.in 6.& in iſto caſu requiritur conſenſus conſilij vel collegij nullo diſcrepante, & vnus ſolus contradicens impediret vt voluit.Abb.in c.ſcriptum in 2.notab.de elect. Dec.in c.conſtitutus num.4.de appell.

Benè verum eſt,quòd cõſilij,vel collegij, vel capituli pars poteſt committere electionem in aliam partem conſilij vel capituli, & in tali actu omnes debent

bent consentire, nec maior pars sufficit quia de iure singulorum agitur, vt priuentur facultate dandi vocem prout dicit. Abb. in c. constitutus de appella. per tex. in c. quia propter de elc. & hęc est communis opinio quicquid dicant aliquot doctores, hoc dictum non benè probari iure quia regula est in cõtrarium, quia sufficit quòd actus fiat à maiori parte iuxta. l. quòd maior. ff. ad munic. vt per Dec. sic referentem in d. c. cõstitutus de appell. & in c. cum omnes col. 4. vers. 4. fallit ibi sed in contrarium facit.

Hanc ergò communem opinionem sic retentam tenеas procedere in compromisso simpliciter facto, secùs in cõpromisso secundum formam. text. in c. cum dilectis de elect. in cuius casu maior pars sufficit,, & præmissam communem opinionem sequitur. Abb. in c. in causis 4. notab. de elect. Bertach. in trac. de episcopo p. 1. lib. 3. quæst. 53. Ias. in l. & suum. §. hodie col. 3. ff. de pact. à qua communi opinione non est recedendum, etsi iure non probetur, vt dixi, vnde si non agatur de omni, & perpetua potestate, sed tantum ad certum actũ puto standum regulæ, vt sentit. Dec. d. c. cum omnes 1. lect. sub d. versic. 4. fallit, & firmat in d. c. constitutus de appell. in 2. notab. vbi vide omninò.

DVBITATIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Dominus vel vniuersitas, an possit alienare subditos inuitos.*
2 *Diminutio dignitatis est diminutio famæ.*
3 *Papa non potest Abbatem innitum transferre de vno episcopatu ad alium.*
4 *Iuramentum fidelitatis præstitum aliter quã more solito non nocet posteris.*
5 *Particularis quilibet potest se opponere vbi agitur de damno vniuersitatis.*
6 *Consilium accedere non tenetur vbi tractatur de consentiendo subiectioni.*
7 *Fidelitatem iurare non tenetur contra patriã nec iuuare dominum contra eam.*
8 *Occidere licet patrem, & filios pro libertate patriæ.*
9 *Patria potiùs quàm patri parendum exemplo Bruti.*
10 *Ciuitatem periclitantem deserens, perdit priuilegium ciuilitatis.*
11 *Crudelis est qui patriam derelinquit dictum Ouidianum.*
12 *Subditi vt inuiti alienari non possunt, ita nec ipsis inuitis potest subditorum fieri diuisio.*
13 *Præsumitur pro subditis contra dominos in dubio.*

PLebs, populus, vniuersitas, dominus, vel princeps an possit alienare subditos inuitos?

Concludo negatiuè, subdi-
1 tos, scilicèt, † non posse inuitos alienari, seu in alium dominum trãsferri per gl. in l. inuitus. ff. de fideicomm. libert. Dec. in c. 1. col. 4. sub num. 4. de probat. Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & postl. col. 17. & in l. debitorũ. col. 2. C. de pact. Rip. lib. 2. respon. de rescr. cap. 25. Bald. consi. 324. col. 2. & 326. col. 2. lib. 1. Paul. de Cast. consil. 70. col. 3. lib. 3. li. 1. Cur. iu. consi. 174. præcipuè quando dominus vult vendere subditos, vel vassallos alij minori, vel pari ipsi vassallo, delegare, vel in vasallum dare, vel permutare, interest enim subdito, vel vasallo dominum habere strenuiorem & titulis ornatum, & interest eorum potiùs esse sub magno domino, quam sub paruo. Ant. Borrin. in sua caualcat. vasall. par. 4. §. 3. pro militia vel doctoratu, quia subditi domicellos odio habent. Io. Neuiz. inter consilia. Abb. Bru. cõsil. 12. nume. 60. vbi dicit, quod nemo eorũ vmquam talem dominum dilexit, nisi vnus qui illum occidit.

Alia ratio potest allegari, quia alienã

do

do in inferiorem, vel parem ipſi vaſallo diminuit dignitas vaſalli alienati quæ tamen nō debet diminui quia diminutio dignitatis eſt diminutio famæ, & in-
2 tereſt † dignitatem non diminui. l. maiorem. ff. de pact. argumento. l. fin. C. de off. præfec. vrb.

Sed nec ſemper licitum eſt ius ſuum in alium etiam potentiorem transferre toto titulo. C. ne liceat potentioribus & l. 2. §. cauſa. ff. de ædil. ędict. vnde prout legi quandoque apud Azonem ſicut vaſallus non poteſt inuito domino feudum alienare, ita nec dominus poteſt inuito vaſallo delegare ideò. Iaſ. in l. ſi nō ſortè. §. libertus col. 10. ff. de cōd. indeb. & in l. debitorū pactionibus. col. 2. C. de pac. dicit q̄ propterea tales ſubditi non poterunt cogi iurare fidelitatem, imò vt refert. Io. Neuiza. d. conſil. 12. num. 113. ſubditi poterunt reſiſtere, & ſubiungit quòd nec Papa poteſt Ab-
3 batem † inuitum transferre de vno epiſcopatu ad alium.

Si ſubditi etiam ipſi cōſentirent propter literas regias, vel Ducales ſibi ipſis tranſmiſſas talis conſenſus præſumitur meticuloſus, & etiamſi eſſet ſpontaneus non præiudicaret poſteris. Abb. conſ. 3. vol. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 70. lib. 1. & iuramentum fidelitatis præſtitum aliter, quam more ſolito non noceat poſteris, † imò etſi maior pars conſentiret
4 ſpontè ſine aliquo metu, quia facerent contra libertatem, non præiudicarent non conſentientibus, & eſſet ſtandum minori parti nolenti conſentire. Iaſ. in Liuriſgētium. §. hodie autem col. 4. verſ. 7. limita. ff. de pact. facit. Dec. in conſil. 151. vbi dicit, quòd licèt non voceī caput, ex quo ſit ſuſpectum, vel aliquid
5 agatur contra illud, † ſi agitur de damno vniuerſitatis, quilibet particularis poteſt ſe opponere, & debet admitti.

Imò ſi feret præceptum, quòd omnes deberent comparere, vel ire ad conſilium, & aliquis ſciat, quòd hoc fit, vt
6 tractetur de conſentiendo † tali ſubiectione, non tenentur ire ad conſilium. Felyn. poſt Bald. in c. quod ſuper his de maior. & obed. dicens idem, quando ſcit, quòd tractabitur de cauſa, quàm non audebit impugnare, etiamſi ſit præſens.

Et vbi ageretur contra patriam non tenetur, quis, etiamſi fidelitatem iura-
7 uerit conſentire, vel iuuare dominum contra propriam patriam. gl. in c. de forma 22. q. 6. pro libertate enim præcipuè in qua conſiſtit decus, & ſplendor, vt in l. edicimus. C. de Murileg. lib. 11. maximè pro libertate patriæ licet occidere
8 patrem, † & filios. l. minimè. ff. de relig. & ſumpt. fun. quia patriæ potiùs quam patri eſt parendum. not. in l. veluti. ff. de
9 iuſt. & iur. ſanctus † Thom. 2. 2. q. 101. art. 1. exemplo. Bruti qui vt per Titum Liuium circa prin. lib. 2. dum eſſet conſul populi Rom. proprios filios obtruncari fecit, ſe præſente, quia agerent contra libertatem patriæ, & qui patriam malo conſilio, vel animo dereliquit, hoſtiū numero habendus. l. poſtliminium. §. transfuge. ff. de capt. & poſtl. reu. deſerenſque ciuitatem periclitatem perdit priuilegium ciuilitatis, & deſinit eſſe ciuis. Iaſ. in d. l. veluti. colu. fin. de iuſt. & iure.

10 Crudelis enim eſt, † qui eam dereliquit. gl. in l. 1. C. ſi Curial. lib. 10. Socin. conſ. 35. propterea dicebat Ouidius de Ponto. Rurſus amor patriæ ratione valentior omni, & tenetur quilibet pro patria vitam corporalem exponere ſanctus Thom. 2. 2. q. 33. artic. 3.

11 Sed in propoſito dubitationis, quòd ſubditi inuiti alienari non poſſunt vide Crauet. conſ. 54. lib. 1. num. 3. & ſeq. vbi notat etiam, quòd approbare cenſentur ſubditi infeudationem, quando nō contradixerunt, ſed tacuerunt, & ſicut non poſſunt ſubditi inuiti alienari, ita
12 nec ipſis inuitis poteſt ſubditorum fieri diuiſio. Crau. conſ. 318. num. 5. lib. 2. & pro ſubditis contra dīos præſumitur in
13 dubio † idē. Crau. conſ. 132. nu. 19. lib. 1.

DVBITATIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Vnus ſolus de vniuerſitate, an recuſare poſſit quæ alij faciunt, & an teneatur iurare fidelitatem ſecundum formam.*
2 *Membra non licet diſcedere a capite?*
3 *Vna particula ſuo debet congruere vniuerſo.*
4 *Factũ maioris partis præiudicat ſoli recuſanti.*
5 *Quando in eodem corpore vniuerſitatis ſunt plura indiuidua, ſeruabitur, in omnibus quòd à capite ſeruatur.*
6 *Vna, & eadẽ res nõ debet diuerſo iure cenſeri.*
7 *Perſonæ futuræ, etiam naſcituri ad mille annos comprehenduntur in odioſis, vbi agitur de iure vniuerſitatis, veluti, quando populus interdicitur cenſentur etiam interdicti naſcituri.*
8 *Subditus tenetur iurare fidelitatem ſecundũ formam nouam.*
9 *Subditus recuſans iurare fidelitatem, habet præſumptionem iuris contra ſe.*
10 *Habens ius, plura reſpiciens vtens in aliquibus, conſeruat ſibi ius in totum.*
11 *Fidelitatem non iurans per centum annos, non præſcribit quominùs iurare teneatur.*
12 *Præſcriptio aduerſus ſubiectionem non eſt cõſiderabilis, niſi à tempore denegatæ ſubiectionis.*
13 *Poſſidens nomine alterius non præſcribit, niſi à tempore negatæ penſionis, vel interuerſæ poſſeſſionis.*
14 *Geſſit qui ſe pro ſubdito non poteſt recuſare iuramentum fidelitatis.*
15 *Subditus non præſcribit aduerſus obedientiã, niſi à tempore quo incipit ſe gerere pro non ſubdito.*
16 *Obligatio, qua quis tenetur ad iuramentum fidelitatis ratione ſubiectionis, dicitur legalis.*
17 *Tempus triginta annorum requiritur ad præſcribendum contra obligationem hominis.*

VNquid vnus ſolus de vniuerſitate recuſare poſſit, quę alij de vniuerſitate faciunt, præcipuè, an teneatur iurare fidelitatem ſecundum formam?

1 Quòd vnus ſolus recuſare non poſſit ſuſtinere, & ſoluere onera, quæ alij ſuſtinent, & ſoluunt, hoc eſt clariſſimũ in iure, quia nõ decet à capite mẽbra diſcedere, & ille ſolus debet totum caput
2 vniuerſitatis † ſequi, à quo membra nõ debent recedere. c. cum non deceat de præſcript. c. ſi diligenti vbi glo. in verb. tota ſardinia eo. tit. & dignum eſt, vt qui alijs ſubditis vitam ſimilem ducit, ſimilem ſentiat in legibus, & oneribus diſciplinam. cap. recolentes de ſtat. monach. aliàs abſurdum foret, quòd vna
3 pa:ticula, ſuo non † congrueret vniuerſo. c. qui contra 8. diſt. in terminis. Crau. conſ. 27. nu. 7. vol. 1.

Imò factum maioris partis ſubditorum præiudicat illi ſoli recuſanti, iuxta
4 not. in † c. cum omnes de conſt. & c. humilis de maiori. & obed. Bald. conſ. 85: & conſ. 462. lib. 4. Corn. conſ. 181. num. 31. lib. 2. Oldr. cõſ. 204. in fin. vbi inquit, quòd quando in eodem corpore vniuerſitatis ſunt plura indiuidua, quòd ſuperior in maiori parte indiuiduorum
5 ſeruauit, † hoc in omnibus obſeruabitur. c. ſopitæ de cenſib. cap. 1. de religio. dom. quia vna, & eadem res non debet
6 diuerſo iure cenſeri. † l. cum qui ædes. ff. de vſucap. idcò dominus loci poteſt cogere recuſanti ſuſtinere onera, vt faciat, prout faciunt alij, ne eadem vniuerſitas diuerſo iure cenſeatur quoad perſonã ipſius recuſantis.

Ad cuius dicti confirmationem facit quòd vbi agitur de iure vniuerſitatis ẽt in odioſis comprehenduntur perſonæ futuræ, puta, naſcituri, aut venientes
7 de nouo ad habitandum, † veluti; ſi populus interdicatur, eo interdicto, cenſentur interdicti etiam naſcituri ad mille annos interdicto non ſublato. Ioan. And. in c. ſi ſententia de ſent. excom. in 6.

Hinc

Hinc infertur ad annexam, quæſtio-
3 nem, quòd ſubditus † tenetur iurare fi-
delitatem ſecundum formam nouam
ſcilicet, vitam, membrum, mentem, &
rectum honorem, vt in tit. de noua for-
ma fidel. ideò cũ ſubditus recuſans ha-
beat præſumptionem iuris contra ſe,
requiritur in præſcriptione tempus, cu-
9 ius initij memoria † non extet in con-
trarium. c. 1. de præſcript. in 6. §. 1. in au-
th. vt nulli iudic. Bald. conſ. 370. lib. 3.

Imo ſi habens ius plura reſpiciens, ſi
vtatur in aliquibus; conſeruat ſibi ius
in totum, etiã quoad alia ad impedien-
10 dum præſcriptionem. l. ſi is qui vſum
fructum. ff. de vſufr. l. vt pomum in fin. ff.
de ſeruit. l. vna eſt via. ff. de ſerui. ruſt. pd.
Paul. de Caſtr. conſ. 179. col. 3. ad fin. lib.
1. Corn. conſ. 268. col. 1. ad fin. lib. 3.

11 Et licèt † quis ſteterit per centum an-
nos, quòd fidelitatem non iurauerit, ex
eo tamen non præſcribit, quominùs
teneatur iurare, vt per Abb. latè conſ.
82. col. 3. lib. 1.

Rurſus præſcriptio non videtur con-
ſiderabilis in ſubdito recuſante iurare
fidelitatem, quando longo tempore, in
eo loco, vel caſtro comparuit, vel egit
coram caſtellanis, & officiarij illius lo-
ci, quia præſcriptio aduerſus ſubiectio-
12 nem non eſt conſiderabilis, † niſi a tẽ-
pore denegatæ ipſius ſubiectionis, arg.
l. malè agitur. C. de præſcrip. 30. ann. vbi
poſſidens nomine alterius non præſcri-
bit, niſi à tẽpore interuerſæque poſſeſ-
13 ſionis, † ſeu denegatæ penſionis. Paul.
de Caſtr. conſ. 213. col. 1. ad fin. & conſil.
298. col. 2. circa med. lib. 2. ideò cùm geſ
ſerit ſe pro ſubdito, non poteſt recuſa-
14 re iuramentum fidelitatis, † quod venit
in conſequentiam ipſius ſubiectionis. l.
illud. ff. de acq. hæred cum ſimil. & ſub-
ditus non præſcribit aduerſus obedien
tiam, niſi à tempore quo incipit ſe ge-
15 rere p nõ ſubdito, † & eſt in quaſi poſ-
ſeſſionẽ libertatis. Iaſ. in l. is, qui putat.
col. 2. in fin. ff. de acq. hæred. potiſſimũ,
quia obligatio qua tenetur quis ad iu-
ramentum fidelitatis ratione ſubiectio
16 nis, dicitur obligatio legalis, † quia per
legem cogitur ſubditus ad ſacramentũ
fidelitatis, quæ obligatio legalis dicitur
fortior obligatione hominis. Bald. in l.
frater à fratre, in vlt. notab. ff. de cond.
ind. Alex. conſ. 88. col. fin. verſ. ſed poſi-
to. lib. 6. Socin. conſ. 112. libr. 1. & conſil.
206. col. 2. libr. 1. ſed contra obligationẽ
17 hominis † non præſcribitur minori ſpa
tio triginta annorum. l. ſicuti. C. de præ-
ſcript. 30. ann. ergò tantummodo tem-
pus erit neceſſarium ad præſcribendũ
contra obligationem legalem, ideò cũ
recuſans iurare fidelitatem allegaret ſo
lum curſum temporis 20. aut 24. annor.
præſcriptioni locus eſſe non poſſet. Et
in hac materia præmiſſa retuliſſe ſuf-
ficiat.

DVBITATIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Populus, vel vniuerſitas, an poſſit agere pro iniuria particularium.*
2 *Epiſcopus poteſt pro ciuitate ſua, vel pro ſuis ſubditis appellare ſine mandato.*
3 *Pater poteſt agere pro iniuria illata filio.*
4 *Vniuerſitas patri æquiparatur.*
5 *Vniuerſitas, an poſſit remittere iniuriam illatam particularibus perſonis.*
6 *Decuriones non poſſunt remittere ius competens vniuerſitati pro iniuria.*
7 *Res inter alios acta facilius alij prodeſt, quam nocet.*
8 *Particulares poſſunt proſequi cauſam ſi vniuerſitas eſt negligens.*
9 *Vniuerſitas dupliciter poteſt agere in iuriarum.*
10 *Collegium, vel vniuerſitas non poteſt agere pro iniuria facta vni de collegio.*
11 *Agi quandoque poteſt pro iniuria alteri facta.*
12 *Mater non poteſt agere pro iniuria illata à filio.*
13 *Dominus, quando agat pro iniuria illata ſubdito.*

PLebs, populus, vel vniuersitas, an possit agere pro iniuria particularium, & an eandem iniuriam illatã particularibus possit remittere? 1

Comperio, quòd Oldra.conf.66.vult indistinctè, quòd vniuersitas agat iniuriarum licèt non fiat iniuria in contumeliam vniuersitatis, ciusdem sententiæ est. Guid.Pap.quæst.464. ratio super qua se fundant isti duo magni Doctores, illa est, quia factum subditi tangit dominum. Archid.in c.ad apostolicę in sua gl.hic videtur,de sent.& re iud.in 6.

Qui tamen dicit hanc rationem esse sano modo intelligendam, quotiescũque grauatur subditus domini, vt in apostilla ad Guid. Pap.ibid.

Hinc infert, † quòd episcopus potest pro ciuitate sua, vel pro suis subditis appellare sine mandato.c.dilecto. circ. princ.de appellat. Guid.Pap.quæst.436. num.27. 2

Et sicut dominus potest agere pro iniuria illata subditis, ita, & vniuersitas poterit agere iniuriarum pro singularibus de vniuersitate ad instar patris, cui comparatur, quia pater sine dubio potest † agere pro iniuria filio illata.l. sed & si vnius.§. ait prætor.ff.de iniur. quòd † vniuersitas patri cõparetur, dicit. Bal. conf.283.col.fina.ad fin.libr.1. vbi sicut parcitur patri filium bannitũ receptanti, ita parcitur vniuersitati ciuem, aut subditum receptanti: poterit ergo vniuersitas agere iniuriarum pro singularibus de vniuersitate instar patris. 3 4

Sed istud dictum.Oldra.& Guid.Pap. intellige, quãdo agitur ciuiliter ad æstimationem contumeliæ,quia tunc vniuersitas potest agere non nomine proprio, sed nomine subditi tantum. Si verò agatur criminaliter ad pœnam fisco applicandam iuxta text.cum glo.in §.in summa.instit. de iniur.non est dubium, quòd indistinctè potest vniuersitas vindicare iniuriam vnius de vniuersitate, siue respiciat contumeliam ipsius vniuersitatis, siue non.Bart.in l.1.§.fin.ff.de iniur. & in l.lex cornelia, in prin. col.1. post med. vers. non tamen dicitur fieri. ff.de iniur.vbi vult, quòd coniuncti possint agere iniuriarum pro iniuria coniuncti criminaliter, sed non ciuiliter, imò etiam amicus intimus potest accusare pro iniuria amico illata.Bald.in l.1. C.qui accus. non poss. sequitur. Alex.in l.non solum. §.qui alieno. ff.de procur.

Hinc soluitur succedens quæstio, q† vniuersitas non potest remittere iniuriam illatam particularibus personis, imò, nec decuriones possunt remittere ius competens vniuersitati pro iniuria ipsi vniuersitati illata: quia speciale est, in patre habente filium in potestate, q† remittere possit iniuriam filio illatam, nisi pater esset vilissima persona, filius autem honesta. Ergò in aliis secùs est, dicendum.l.sed si vnius.§.filiofam. ff.de iniur.ideò aliud esset si filius esset emãcipatus, vt innuit ille tex.dùm loquitur in filiofam. sed vniuersitas nõ habet in potestate singulos de vniuersitate. 5

Et quòd †decuriones non possint remittere ius competens vniuersitati, pro iniuria concernente ipsam vniuersitatem docet.Bart. in l.ambitiosa. ff.de decre.ab ordin.facien. Alex.conf.43.col.3. vers.nec obstat, quòd donatio. lib.3. 6

Et si dicatur sicut factum vniuersitatis particularibus non nocet, ita videtur,quòd prosit ob id,quòd particulares vti non possint iure communitatis, est aduertendum in hoc, quòd diuersa est ratio commodi,& damni, quia † res inter alios acta,facilius alij prodest,quam noceat.l.si hæres ff.famil.ercisc.l.quamuis indubitati,in fin.C.de adult.l.si desiderũ vbi.Bald.C.de posit.Paul.de Cast. conf.139. & conf.148.lib.1. 7

Imò si vniuersitas quę causã instruit, etiam † pro particularibus sit negligẽs in prosequendo, possunt particulares eam prosequi arg.d.l. sed etsi vnius, §.sed etsi pater.ff. de iniu.vbi filius emãcipatus patre negligente prosequi causam, 8

ſam, poteſt illam finire, imò quòd longè amplius eſt, ceſſante etiam negligentia, is cuius nomine alter iniuriarum egit, nomine proprio poteſt iniuriarũ agere, modò non ſit in poteſtate agentis vt exemplificatur in vxore cuius nomine, vir iniuriarum actionem poteſt proponere. l. cum qui nocentem verſ. & ideò ſi nupta. ff. de iniur. hinc ergo.

Collige, quòd etiam vniuerſitas dupliciter poteſt agere † iniuriarum, 9 vel nomine ſuo, vel nomine particularũ, quibus iniuria facta eſt, & reaſſume ſolutiones quæſtionis iuxta præmiſſas declarationes, de quibus in propoſito fideiuſſionis præſtitæ vniuerſitati, quòd illa proſit ſingularibus, vt per Cra. cõſ. 45. lib. 1.

Collige inſuper, quòd regulariter, p 10 iniuria facta † vni de collegio, vel vniuerſitate, collegium vel vniuerſitas nõ poteſt agere per text. in l. in tantum, §. vniuerſitas, ff. de in ius voc. & l. ſed etſi hac. §. qui manumittitur, & l. ſicut. ff. qũ cuiuſque vniu. no.

Et licèt aliquæ perſonæ poſſint age- 11 re pro † iniuria alteri facta, vt in l. 1. ff. de iniu. & iuſtit. cotit. in prin. non tamẽ regulariter idem eſt dicendum de vniuerſitate, & collegio.

Infer as etiam, quòd licèt pater poſſit 12 pro filij iniuria agere vt dixi, tamẽ hoc non poterit mater, quia non habet filium in poteſtate iuribus vulg.

Nec dominus aget pro iniuria ſubdi ti c. authoritate de priuileg. in 6. quod intellige verum, quando iniuria tangit 13 duntaxat ſubditum, ſecùs ſi quoquomodo tãgeret dominum, dicitur enim factum in iniuriam domini quoties grauaretur ſubditus domini, vt per gloſſ. in verb. pertinent, & in verb. iniuriam domini vbi. Ioan. And. in d. cap. authoritate.

DVBITATIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio communitatis, vel eius tranſactio an præiudicet alijs omnibus de vniuerſitate?*

2 *Vniuerſitas ſoluens expenſas factas per ſyndicum, videtur ratificare geſta per eum.*

1 DEbis, populi ſeu communitatis obligatio, vel nũquid præiudicet alijs omnibus de vniuerſitate?

Abb. in conſ. 18. colu. 2. verſ. 3. & vlt. lib. 2. dicit, quòd promiſſio de præſtando, & ſoluendo, & ſolutiones ſubſecutę præiudicant omnibus, & ſingulis de vniuerſitate, licèt aliqui tantum particulares ſoluerint, & quòd imputatur vniuerſitatis exemptę ab oneribus cur paſſa fuerit ſolui onera per ipſos particulares, & ſic obligatur tota vniuerſitas ex eius patientia, & tollerantia.

Et ſi factum, & ſolutiones aliquorum particularium tantum præiudicant toti vniuerſitati, quantò magis factum, & ſolutiones omnium de vniuerſitate pręiudicabunt vni particularitãtum, iſtud tamen. Crau. conſ. 55. ſub num. 2. lib. 1. intelligit, quando habitę eſſent ſolutiones à maiore parte hominum ipſius vniuerſitatis, ne factum minoris partis toti vniuerſitati præiudicet. Imò non præcedente titulo legitimo ad obligandum, factum maioris partis non præiudicaret alijs, qui tali facto non conſenſiſſent, cùm tale factum obligationis, non ſit ſecundum naturam officij ad obligandum vniuerſitatem. l. 1. §. 1. ff. de magiſt. conuenien. Bald. in l. per fundũ in fin. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Dec. conſil. 437. & conſil. 672. vult quòd taciturnitas, & patientia non obliget vniuerſitatem, in qua requiritur conſenſus collegialiter.

Sed iſtud dictum Decij ita ſimpliciter,

ter, & generaliter non placet, quia in his quæ habent tractum ſucceſſiuum, & quæ per homines vniuerſitatis legitimè congregatos ignorari non pñt, ſatis dicitur vniuerſitas legitimè congregata pati, & conſentire, vt minimè me deduxiſſe in quadam ex dubitationibus præmiſſis.

In caſu dubio poteſt etiam vniuerſitas tranſigere, & talis tranſactio præiudicat omnibus de vniuerſitate, etiam qui præſentes non fuerunt, ſeu non cõſenſerunt ipſi tranſactioni. l. præſes vbi latè per Doct. C. de tranſact.

Et vbi vniuerſitas ſoluit expenſas factas per ſyndicum etiam non legitimè cõſtitutum, videtur ratificare geſta per eum. Specul. in tit. de ſyndico verſ. ſed pone quòd vniuerſitas, ſequitur. Alex. conſi. 127. & conſi. 175. in fin. li. 5.

DVBITATIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Maior pars vniuerſitatis vtrum poſſit reuocare geſta per totam vniuerſitatem nemine diſcrepante.*
2 *Adminiſtratores communitatis aduertant ne temerè litigent alias tenentur de ſuo.*
3 *Adminiſtratores communitatis poſſunt allegari ſuſpecti per quemlibet de populo.*
4 *Vnus tantum de populo pro intereſſe publico poteſt petere vt ſyndicus vel officialis tollatur de officio.*
5 *Suſpecti tutoris cauſa dicitur quaſi publica.*
6 *Adminiſtratores communitatis non debent negotia illius indefenſa relinquere rationem etiam dubij expenſarum futurarum.*
7 *Syndicatus ad officium quis etiam inuitus poteſt compelli, & negligens ſyndicus remouetur, idem de tutore negligente dicitur. ibid. Idem in executore teſtamenti. Idem in ſimplici procuratore, idem in prælato medico negligente. ibid.*
8 *Negligentia ſyndici qualiter probetur.*
9 *Inexpillatio vnica ſufficit ad conſtituendum in negligentia.*
10 *Syndicus recuſans exercere officium ſuum dicitur ſuſpectus.*
11 *Syndicus dicens aduerſarium fouere iuſtitiam eſt ſuſpectus.*
12 *Teſtis quando iudicat, eſt ſuſpectus.*

PLebis, populi vel vniuerſitatis maior pars, vtrum poſſit reuocare geſta per totam vniuerſitatem, nemine diſcrepante.

1 † Negatiuè cenſeo reſpondendum, quòd maior pars vniuerſitatis non poſſit reuocare geſta per totam vniuerſitatem nemine diſcrepante quia maior pars in iſto caſu non videtur ſufficere, ſed eadem ſolemnitas videtur neceſſaria in reuocando, quæ adhibita eſt in conſtituendo. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iu. Doc. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. & in c. cum omnes de conſtit. Roma. conſil. 352. quòd conſilium reperitur inter conſilia Pauli de Caſtr. conſil. 128. lib. 2. refert. Crau. conſi. 132. num. 1. libro 1.

Benè verũ eſt, ꝙ vniuerſitatis adminiſtratores diligẽter aduertere debent ne temere litigẽt, & ꝙ debitũ eſt denegẽt,

2 † quia debẽt bonam fidem agnoſcere, non autem, quòd eſt debitum denegare, l. quoties. §. ſicut vbi Bar. ff. de admin. tut. imò ſi adminiſtrator temerè litigauerit in expenſis poterit cõdemnari nomine proprio, & de ſuo ſoluere tenebitur. l. non eſt ambigendum. C. de admi. tut. Bar. in l. qui ſolidum. §. etiam, de leg. 2. Bal. in l. polla. col. 1. verſ. & adde, quòd tutor. C. de his, quibus, vt indig. & non debent adminiſtratores inſolita negotia aggredi, aliàs de ſuo tenentur domino. l. ſi negotia. ff. de nego. geſt. vbi Doc. Curt. iun. conſil. 19. col. 1. & huiuſmodi adminiſtratores vniuerſitatis allegari

3 poſſunt † ſuſpecti per quemlibet de populo, ſicut dicitur de tutoribus cum vniuerſitas æquiparetur pupillo. l. nihil. ff. ad munic. l. Reſpublica. C. ex quib. cauſ. maio. l. Rempublicam. C. de iure Reip. lib. 10. Bart. in l. nulli. ff. quod cuiuſque

vniu.

vniu. nom. ideoque non ſolum maior pars vniuerſitatis poteſt petere, vt ſyndicus, aut officialis tollatur de officio, ſed
4 † etiam vnus tantum de populo, quando agitur de intereſſe publico, imò admittitur etiam is cuius nõ intereſt, quoties agitur de intereſſe publico. Dec. in l. ſiquis quòd col. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. & allegat notat. in l. vbi pactum. C. de tranſact. ſed de hoc etiam eſt text. in l. 3. in fin. ff. de populari act. vbi præferendus eſt is cuius intereſt, quando plures in agendo concurrunt.

Et quia dixi communitatem pupillo æquiparari, vt probaui, eſt notandum, quòd cauſa ſuſpecti tutoris dicit quaſi
5 publica, & quilibet † admittitur ad accuſandum de ſuſpecto, modò accuſans non ſit pupillus, aut impubes tex. eſt in l. 1. §. conſequens, & in l. impuberibus in princ. ff. de ſuſpect. tuto. & in l. pietatis. §. fin. C. eo. tit.

In propoſitoque adminiſtratorum
6 communitatis eſt ſciendum, † quòd nõ debent negotia communitatis indefenſa relinquere ratione etiam dubij expẽſarum futurarum. l. illud. §. 1. ff. de petit. hæred. l. qui ſolidum. etiam deleg. 2.

Et ad officium ſyndicatus, cũ ſit perſonale, quis † inuitus poſſit compelli. l.
7 munerum, & l. maximè. §. defenſores. ff. de mun. & hon. in tantum quòd huiuſmodi officium nemo recuſare poteſt. Etſi officium aliquod quis agit, ſi in eo negligẽter verſetur, poteſt, & debet ab officio remoueri prout videmus in iudice. Bal. in l. 1. §. quies in fi. ff. de off. præfec. vrb. Dec. in l. penul. in 6. notab. C. de pact. & idem dicitur in tutore negligente circa adminiſtrationem bonorum pupillarium. l. fi. ff. vbi pup. educ. deb. l. fi. C. de admin. tut. Rom. conſi. 80. & conſ. 428. Corn. conſ. 183. lib. 4. Idem dicitur in executore teſtamenti per Rom. loco præcitato. Paul. de Caſt. conſi. 332. lib. 1. & conſ. 437. in 3. dubio lib. 2. & idem dici debet in ſimplici procuratore, quem iudex remouere debet ab officio procurationis ob negligentiã, etiam ex officio nemine petẽte l. eum qui res agit. C. de procur. quem tex. pro notabili ad hoc citat. Rom. d. conſi. 428. in 2. dubio. Idem dicitur in prælato, qui à prælatura remouetur ob negligentiam vt per Laſ. in l. eum qui res col. 2. C. de procur. ſimiliter medicus negligens circa curã infirmi tenet l. Corne. de ſicarijs. Ang. in l. neceſſarius. §. vbi quis. ff. ad ſyllan. in his. n. qui ex officio obligant qd facere, ſi negligenter ſe habeant in dolo præſumuntur. Anch. conſil. 158. col. 6. Soc. conſi. 2. col. 2. lib. 1. vbi habes quòd talis negligentia dicitur peccatum mortale, imò propter negligentiam priuatur etiam quis iure ſuo, puta, ſi dominus directus ſit negligens in puniendo ſubditum vaſallum, aut emphyteutam, nam priuatur dominio directo c. ad abolendam de hæret. Fely. in c. excommunicamus col. 2. de hæret. negligens enim in puniendo deliquentem dicitur fautor eius. c. quanto de ſent. excom. c. nec reginiinis 1. q. 7. c. negligere 2. q. 7. & c. error. 23. diſt. & quòd negligentia in prælato ſit peccatum mortale probatur in c. dictæ, 81. diſt. & in c. cura 1. q. 1.

8 † Et probatur negligentia quando ſyndicus recuſat negocium publicum. Bar. conſi. 102. Bald. in l. mancipia. C. de ſeruis fugit. Dec. in l. pen. in 6. notab. C. de pact.

Et arguitur etiam negligentia in eo, qui cum remedijs opportunis ad actũ vti poſſet, id non fecit Socin. conſ. 273. col. 4. lib. 2. vbi allegat tex. in c. licet epiſcopus de præben. in 6. & c. commiſſa de elect. in 6. gl. in c. ſi clericus in verſic. negligenter de præben. in 6. & ad conſtituendum aliquem in negligẽtia ſufficit vnica interpellatio. † Rom. conſ.
9 427. col. 1. Alex. conſ. 31. col. 1. libr. 4. & ratione perſeuerantiæ delictum negligentiæ arguitur, quia humanum eſt peccare, diabolicum perſeuerare l. Polla §. vt autem vb. Bartol. C. de his quibus vt indig. l. capitalium. §. ſolent. ff. de pœn.

Suſpectus

Suspectus insuper dicitur syndicus recusans exercere officium suum, ita suspicionem in tutore arguit. Corn.cons. 11 183.col.1.lib.4.†& idem dicitur in syndico dicente aduersarium fouere iustitiam,sicut dicitur de teste,quid est suspe 12 ctus, † quando iudicat.Innoc.in c.cum causam,vbi Bald.col.2.de testib.Bartol. cons.113.in fin. Bald.cons.81.lib.3.

DVBITATIO C.

SVMMARIVM.

1 *Subditus, vel populus, an licitè possit se eximere à potestate domini ob atrocem sæuitiã.*
2 *Populus, qui nullum alium agnoscit superiorem, an possit abrogare Ducem, vel Regẽ tyrannum ex causa tyrannidis.*
3 *Rex nemo appellatur, qui non habet populum quem regat.*
Qualitas absque subiecto non est ponenda. ibidem.
4 *Primus dicitur quẽ nemo antecedit, & alius sequitur.*
5 *Vnus, & si principium numeri pluralitatem tamen, seu numerum non facit.*
6 *Vnus est caput, & finis sui ordinis.*
7 *Reges à populis Dei permissa sunt constituti.*
8 *Singulari personæ, cui tyrannus est dominus, competit eadem potestas, quæ competit populo.*
9 *Cæsar potest Reip. venetorum concessa priuilegia quandocunque reuocare.*
10 *Vassallus malè tractans subditos potest priuari feudo à suo domino.*
11 *Subdito cuique non licèt propria auctoritate occidere tyrannum, vel ei non obedire probatur auctoritate, ratione, & exemplis.*
12 *Regum lapsus est pœna populorum.*
13 *Damnum, quòd quis sua culpa sensit sibi non alijs imputandum.*
14 *Inferior non potest contra legem, vel præter legem superioris decernere.*
15 *Tyrannum doloris nostri causam nullo iure occidere, vel contra eum insurgere debemus.*

PLebs populus, vel quiuis subditus, an quis licitè possit se eximere à potestate Principis, vel domino ob atrocem sæuitiam, & an populus, qui nullum alioqui aliũ agnoscat superiorem, possit abrogare Ducem,vel Regem tyrannum ex causa tyrannidis.

1 Et quidam licere †subdito se eximere à dominica potestate, ob atrocem sæuitiam, posito etiam, quod talis subditus oppressus, & grauatus non conqueratur, firmat decidẽdo.Guid.Pap.quæst. 62. quia moderata tantum sæuitia videtur permissa dominis in subditos suos, vt in addit.ibid.

Quoad secundam dubitationem dicendum est, quod cùm Reges ab ipsis
2 †populis iurisdictionem imperiumque iuregentium habeant, Dei permissu, vt in l.ex hoc iure.ff.de iust.& iu.vni namque quem Imperatorem nominauit,imperium populus.Rom.rebus ita exigentibus, olim detulit.l.1.§.nouissimè.ff.de orig.iur.l.1.ff.de const.prin.merito abrogare eundem Imperatorem, Ducem, vel Regem ex causa tyrannidis populus posset, quando nempè alium non agnoscunt superiorem facit text.in l. q semel.ff.de decr.ab ord. facien.l.eius est nouell.ff.de regu.iur.l.is potest repudiare.ff.de acq.hæred. l.quis sit fugitiuus. §. idem ait si seruus.ff.de ædil. edict. & extat locus commodior ad hoc in §.iusiurandum, ibi, vt inde sit ei curiæ priuatio, vnde etiam datur in authen. de defenso.ciuitat. tradunt licèt per alia iura. Bar.& Paul.de Cast.in l.non ambigitur. ff.de legib.idem.Bart.in l.hi qui, nu.6.ff. de iur.immunit.

Alia potest adduci ratio,quia neminem verò appellamus Regem,qui subi
3 ectum, † quem regat, populum non habet, aliàs qualitatem,vt dicitur,absq; subiecto videremur imperitè ponere. l. si seruum.§.1.ff.de actio.empt. l.eius.§.fi. ff.si cert.petat. sicuti non dicimus illum propriè primum, seu Principem quem

nemo

nemo in ordine ſequitur, cùm ſit vnus, ſed proprio ſermone illum vocamus
4 primum, aut principem, † quem nemo antecedit, & aliquis ſequitur. l. 2. §. deinde Marcus Cato princeps. ff. de orig. iur. l. 1. §. proximus autem. ff. vnde cogna. l. pronunciatio. §. iure enim proprio. ff. de verb. ſign. l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis princeps in prin. ff. de excuſtut. l. ex duobus in princ. ff. de vulg. & pup. & ratio huius eſt, quia vnus licèt ſit principium nu-
5 merũ, † numerum tamen, vel pluralitatem non facit. gl. in. l. ſiquis ante in verſ. ſolum. ff. de acqui. poſſ. ideoque caput,
6 & finis ſui † ordinis eſſe hic vnus intelligitur. d. l. pronũciatio in fin. ff. de verb. ſignif. & ſic quem admodum primus ſiue princeps, ita & Rex verè & propriè eſſe non poteſt abſq; ſubiecto prius aliquo perſonarum numero, quas dignitate antecedat, regatuè, vnde in propoſito vt dixi, Reges à populis, & gentibus, gentium † ſcilicet, ipſarum iure,
7 Dei permiſſù fuere cõſtituti. d. l. ex hoc iure.

Imò eandem poteſtatem, quam aduerſus tyrannos princeps populus, qui alium non habeat ſuperiorem, vt oſtẽdimus, eandem inquam competere ẽt ſingulari perſonæ, cui tyrannus domi-
8 nus aſſerimus ex text. in † l. normam. C. de off. præfect. prætor orient. l. 1. ff. ad l. Iul. de amb. c. alius 15. q. 2. Abb. in conſ. 82. colu. 2. verſ. vnde hodie imperator, lib. 6. Bart. in l. hoſtes num. 4. ff. de capt. vbi ait, licere Cæſari conceſſa Reip. Ve-
9 ctorum priuilegia, † quandocunq; reuocare.

Idem dicimus in vaſſallo, qui ſi malè
10 tractet, ſubditos, † poteſt à ſuo domino priuari feudo. Afflict. deciſ. 265. nu. 92. & 97. Felyn. in c. cum nobis num. 7. verſ. non omnitto, extra de præſcript. Idem Afflict. in c. 1. §. item ſiquis feudũ in 33. cauſa priuationis in tit. quib. mod. feud. omitt.

Non tamen per ſupradicta intendimus abſolutà inferre, cuique ſubditorũ
11 defenſionis † cauſa, licere propria auctoritate occidere tyrannum, eique nõ obedire, teſtante Apoſtolo Rom. 13. quòd omnis poteſtas eſt a Deo, & qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit,
1 ſi dominis non ſolum bonis, ſed etiam diſcolis ſubditi eſſe debemus atq; obedire ex præcepto Petri in 1. cap. 2. qua ratione tyrannum, vel interficere, vel ei non parere ſubditorum cui piam licebitur: nemo enim in ſua cauſa ius ſibi dicere poteſt. l. creditores. l. ſi creditur. ff. ad l. Iul. de vi priu. l. fin. C. de off. Rect. proui. l. vn. C. ne quis in ſua cauſ. l. nullus idoneus. ff. de teſtib. l. omnibus in re propria. C. eod. tit.

Si etiam hæc licentia necandi tyrannos principes, priuitatis hominibus impunita foret, non raro accideret, vt boni frugique principes à nefarijs quibuſque, obiecta falsò tyrannidis nota; trucidarentur: ideò ſcripſit Diuus Chryſoſtomus de in Homelia de Dauide, & Saule, principes vtcunque nefarios crudeles, atque impios etſi non propter ſe eorumque malitiam, propter illum tamen, qui eos elegit Deus, eſſe venerandos, & cum honore metuendos, cuius ſancti Chryſoſtomi decreto conuenit legum ſanctio in l. 1. & 2. C. de crim. ſacrileg. licet namq; leges, & iura vti principem bonum decet, non tueatur tyrannus. l. ſi quando in princ. C. de inoff. teſtam. l. digna vox. C. de legib. attamen id potiùs cõtẽplari in illo ſubditos oportet, quòd abipſo fieri deberet, quam quòd iniquè ſit, vti Paulus Iureconſultus probè monet in l. ius pluribus verſ. prætor quoque. ff. de iuſt. & iur. idcircò diuina afflatus aura Ambroſius in libro quem de apologia Dauidis ſcripſit ſic eſt effatus, Regum lapſus, pena eſt po-
12 pulorum, ſicuti enim † eorum virtute ſeruantur, ita etiã errore periclitantur, itaque Deus omnipotens cum populorum ſuorum peccatis iraſcitur, inquit, Dabo vobis Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea oſee 13.

nam facit Deus regnare hypocritã pp peccata populi Iob.34. & ſicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud prouerb.21. cor Regum indurat habitat, immutat, & quò vult Regũ corda vertit altiſſimus exod.7. 8.9.& 14.

Non licèt ergò de tyrannis principibus conqueri, cùm peccatorum noſtrorum intuitu nos ipſi doloris noſtri vnicè cauſa ſimus, obidque damnum, quòd quis ſua culpa ſentit ſibi non alijs debet ad ſcribere.l.qui proprio.§.procu
13 rator.ff.de † procurat.l.ſi ſine.§.cum autem.ff.rem rat. hab. l.ſi merces.§.culpæ. ff.locat.l.ſiquis negotia.ff.de nego.geſt.

Et quamuis extent exempla Iudæorum, qui Dei Spiritu permoti tyrannos Reges quandoque obtruncarunt, vt legitur iudic. 3. 4. & 5.Illa tamen, quæ Dei aguntur non ſunt ſub lege, nec inferior contra legem aut præter legem
14 ſuperioris valet decernere. d.l.normã. C.de off.præfect. præt.orien.& l.nã magiſtratus.ff.de recept.arbit. cũ concord. propter igitur noſtras culpas, & peccata, in tyrannum doloris noſtri cauſam, inſurgere nullo iure debemus, nec poſ-
15 ſumus, † vt ex regula.d.c.damnũ de reg. iur.in 6.cum alijs præcitatis.

DVBITATIO CI.

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum conceſſum per principem ſi fuerit, an videatur conceſſum cum omnibus iuribus ſuis iuriſdictione, & auctoritate.*

2 *Vendito Caſtro venit iuriſdictio, & quæ intelligitur, & quæ comprehendantur in conceſſione caſtri.*

3 *Caſtro vendito non poteſt turris conſtrui in domo reſeruata venditori.*

4 *Caſtro vendito non veniunt res particulares ſitæ in territorio Caſtri.*

5 *Caſtro ſimpliciter conceſſo, an intelligatur illud conceſſum ad vitam.*

PLebi populo, vel alicui ſi fuerit conceſſum caſtrum per principem, an videatur conceſſum cum omnibus iuribus ſuis, & iuriſdictione, & authoritate.

1 Hãc quæſtionẽ † & ſi in dubitatione. 72.in fine tetigimus, ſupplere tamen omiſſis in ea intendimus.

Et quòd vendito Caſtro veniat iuriſ-
2 dictio tenuit. † Bart. & Angel. in l.2. in fin.C.de bon.vacan.lib.10. Bar.in l.2. in princ. ff.de verb. ſignif. Bald.in l.pen.C. de bon.quæ lib.& in l.pen.col.2. verſic. ſed nunquid vẽdita curia. C.de condit. inſer.

Et intelligas de ea iuriſdictione, quæ deſcribitur à territorio, non de ea, quæ eſſet conceſſa in priuilegium perſonale alicui, puta prædeceſſori. Item intelligitur ſaluo iure tertij, ideſt, vaſſallorũ. Bald.in d.l.pen.circa med. verſic. ex his conclude.

Item comprehenditur etiam ius patronatus Caſtro annexum. Innoc. in c. ex literis in gl. in verb. non excepto de iure patr. Paul.in Margar. Caſtrum in §. 1. & in l.fin.col.pen.in verb.idem ſi vẽdo caſtrum.C.de edic.Diu.Adr.toll.

Item cenſentur vendita ſimul cum Caſtro iura iuriſdictionalia, & honorificentia ſecundum.Bald.loco præcit.

Item & cenſentur ſimul cum Caſtro conceſſa inſtrumenta in eo exiſtentia ad defenſionem Caſtri Bald. in c. 1.§ ſi quis de manſo.col.3.verſ.& illa ratio eſt in tit.de contro.inue.idem Bald.in l.fin. col.2.ff.de conſtit.princ.vbi Iaſ.col.2.cũ alijs concord.ibi per eum ſignatis.

Non tamen cenſentur conceſſa iura ſpiritualia ſecundũ Innoc.in d.c.ex literis in gl.in verb.non excepto.

Veniunt conceſſi vaſſalli, qui tamen ſunt vaſſalli ratione curiæ, ideſt, perpetui, ſecundum Bald.in d. l.pen. col.2. in verb. ſed nunquid vendita. C. de condit.inſert. idem vero Bald. in l. in teſtamento.C.ad l.Falc.dicit non venire vaſſallos, niſi expreſsè ſit dictum, vidẽdus

in

Digitized by Google

In hoc eſt idem. Bald. in cap. in generali in fin. in titul. ſi de feud. fuc. controu. in. vſib. feud.

Item veniunt omnes ſuæ pertinentiæ. Bal. in l. beneficium. col. 2. ff. de conſtit. prin. Cæpol. in cap. de mari ſub titu. de ſeru. ruſt. præd.

Item venit merum, & mixtum Imperium. Alex. poſt Barto. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. Paul. de Caſt. conſ. 132.

Addo etiam ad principale dictum, videlicet, nunquid caſtro conceſſo dicatur cõceſſa omnis iuriſdictio, & omnis reditus. Bal. & Iaſ. in l. fin. ff. de conſt. prin. cum concord. ibid. ſignatis. Idem Bald. in l. à procuratore. C. mandat. & in l. 2. col. pen. verſ. ſed quid ſi habens. C. de pedan. iudic. cum alijs concord. ſignatis per Alex. in l. 1. colu. 15. in verſ. & ex his infert. ff. de iuriſd. om. iudic. Alex. in l. 3. in prin. ff. de acq. poſſ.

Et an veniant molendina, & res particulares ſcribit Iacob. de Aluarot. in c. 1. de capi. qui cur. vend. vbi habes, an in generali conceſſione veniant feudalia. & an recognito Caſtro videatur recognita iuriſdictio, vbi etiam habes, an vendens poſſeſſiones, quas habet in tali Caſtro, videatur vendere iuriſdictionem; & quòd iuriſdictio veniat conceſſo Caſtro, veluti de pertinentibus ſcribit. Alex. conſ. 23. vol. 5. & iuriſdictionis appellatione, quid veniat docet Felyn. in c. quòd ſedes de off. ord.

Et an veniant arma, quæ ibi ſunt, & nomina debitorum, quæ ſunt in inſtrumentis, notat Oldrad. conſ. 163.

Et Caſtro vendito non poteſt in domo reſeruata venditori † conſtrui turris
3 contra voluntatem emptoris Caſtri, qa non licet emptori, tute habere Caſtrũ, ſi turris fieret. Bald. in l. fin. C. de pact. int. empt. & vend.

Et Caſtri dominus ſimpliciter vendiderit caſtrum cum pertinentijs, & ha-
4 bebat ibi prædia, ſeu res particũlares ſitas in territorio Caſtri, an illa veniant in venditione dicas, quòd non Alex. in l. 3. col. pen. ff. de acq. poſſ. vbi dat elegantia exempla.

Item an caſtro ſimpliciter conceſſo
5 illud intelligatur † ad iunctam conceſſum diſtingue cum. Bald. in l. liberti col. 7. in verſ. denuò, quæro. C. de oper. lib. & Barto. in l pater ad fin. ff. de ſeru. lega. vbi dicit, quòd non; ſed diſtinguas cũ. Bald. loco præcit.

DVBTATIO CII.

SVMMARIVM.

1 *Populus, vel dominus, an poſſit alienare Caſtrum ſubditis irrequiſitis ita, quòd ſi dominus vnius caſtri donauit primo ſine ſubditorum conſenſu, & poſtea alteri cum conſenſu eorum ſit præferendus, qui habet conſenſum ſubditorum.*

2 *Item an in donatione Caſtri veniant nemora, & paſcua, ac omnia alia pertinentia ad dictum Caſtrum.*

3 *Feuda non veniunt in generali conceſſione.*

PLebs, vel populus, vel quiuis dominus, an poſſit alienare caſtrũ ſubditis irrequiſitis, ita quòd ſi dominus vnius Caſtri donauit
1 † primo ſine ſubditorum conſenſu alicui, & poſtea alteri cum conſenſu eorũ ſit præferendus, qui habet conſenſum ſubditorum, & an dicta donatione veniant nemora, & paſcua, & omnia alia pertinentia ad dictum Caſtrum?

Reperio quod Cor. in conſi. 321. inci. in hac in 4. part. poſt longam diſputationum congeriem, tenet veritatem eſſe quod dominus non poteſt alienare dominium quod habet in caſtrum, ciuitatem, ſeu oppidum niſi conſentiant ipſi ſubditi ſeu vaſſalli: qui ſicut non poſsũt alteri ſe ſubijcere, nec alios loco eorũ facere ſubditos dominorũ, ita nec domini poſſunt alios facere ſuperiores ipſis ſubditis vt probat tex. in c. imperialẽ §. præterea ducatus de prohib. feud. aliẽ. per Feder. à pari enim iudicantur do-

Digitized by Google

mini,& vasalli in huiusmodi c. 1. in fin. de form.fidelit.& in c.domino committentis si de feud.fue.contr.

Ideò subditi possunt contradicere,& resistere, si dominus vult suum ius dominij, & superioritatis transferre in alium vt per Abb. & alios in c. dilecti de maio.& obed. & interest enim subditorum non mutare dominos.Innoc. in c. auditis de præscript. imò alienatio est nulla, nisi ipsi subditi cónsentiant vt in d.§. præterea ducatus.

Et licèt, quilibet rei suæ sit moderator,& arbiter.l. in re mandata.C.mand. tamen hoc est verum, nisi lege prohibeatur vt in l.dudum in fi.C.de cõtrah. empt.& vbi non adest ratio prohibendi, veluti si de nullius præiudicio agere tur,inuriosum, & inhonestum esset impedire dominum vendere, & alienare iura sua pro libito voluntatis. d.l.dudũ.

Pro solutione cumulatę alterius dubitationis, an † in donatione castri veniant nemora,pascua, & alia huiusmodi castrum pertinentia,teneas quòd veniunt palatia,domus, nemora, pascua, molendina,si quæ sunt, & omnia alia, quæ tanquam dominus castri donans possidebat, quia ista veniunt sub illa vniuersitate donationis castri,cum tenimento,territorio,seu pertinentijs,vt ex Bald.in c. 1. de capi.qui curiam ven.& faciunt notat.per Inno.& Abb.in c. ex litteris de iurepatro. & per scrib. in l.in modicis.ff.de contrahẽ.empt. qui enim vniuersalibus verbis vtitur, nihil excludit.c.solitæ de maio.& obed. l.iulianus de leg. 3. præcipuè si verba vniuersalia essent à donante geminata, & vsus ille fuerit verbis vniuersalibus duplicatis iuxta tex.in l.balista.ff. ad Trebell.

Et quamuis in generali concessione non veniat † feuda vt in d.c.1. de capi. vend.cur.& in c. in generali de contro. int.dom.& vasal. hoc tamen verum esset,si simpliciter castrum donatum fuisset, sed quando de consensu vasallorũ fuisset facta donatio, vel alienatio castri, cum omnibus iuribus, per verba plura vniuersalia, & geminata etiã feuda tunc venirent virtute verborum, qa tunc cessat iuris prohibitio vt ex præallegatis iuribus colligere poteris.

DVBITATIO CIII.

SVMMARIVM.

1 *Populus vel vniuersitas non habens iura regalia,nunquid possit disponere de rebus singulorum?*

1 PLebs, populus, vel vniuersitas non habens iura regalia nunquid possit disponere de rebus singulorum?

Concludendum censeo negatiuè, quòd scilicet vniuersitas si non habet iura regalia, quia habet dominium suprà se, non potest disponere de rebus singulorum, vnde si millies vellet maior pars scholarium, non potest obligare scholarem, vel disponere de re sua vt not. glossa in l.2. C.quæ sit long.consuet.& Innoc.in c.ex parte de consuet.

Quando tamen vniuersitas esset, obligata, & non esset soluendo, benè tunc posset imponere collectam singulis. Abb.in c. cum omnes de constit. col.4.vbi citat glossa.not. in l. 1.ff. quòd cuiusque vniu. no. & Bart.in l.4.ff.de re iudic.idem Abb.in c. cum dilecta in gl. fin. ibi in eadem glossa soluent. singuli, non quasi singuli de rescript.

Sed quia memini me de hac quæstione, an, & quando vniuersitas possit imponere collectas,in superioribus disputationibus variè tetigisse, vlteriùs non intendo insistere.

DVBITATIO CIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitatem repræsentant duæ partes declara vt ibid.*

Maior

Digitized by Google

2 *Maior pars quomodo intelligatur, an reſpectu numeri, an reſpectu dignitatis.*

3 *Maior pars in electionibus prophanis requiritur, & quando dicatur eſſe maior pars, & quid in eccleſiaſticis.*

FIrmauit in hac materia, concluſionem legiſtarum, & canoniſtarum, quòd debent interuenire duæ partes vniuerſitatis, vt actus valeat, vt in l. nulli. ff. qd cuiuſque vniuerſ.no. & l.nominationum. C. de decur. lib. 10. & dixi quòd ex duabus partibus debet ad minùs conſentire maior pars, & quòd ſic debet intelligi text. in l. quod maior. ff. ad munic. cum concord. quia duę † partes repræſentant to-
1 tam vniuerſitatem.

Quærere tamen contingit, nunquid hoc ita indiſtinctè procedat, & certè dicerem non habere locum, vbi tractaretur de reformatione alicuius officialis in ciuitate, quia tunc non eſt ſufficiens maior pars, ſed eſt opus, quòd omnes in vnum conſentiant, & iſte eſt caſus ſingularis ſecundum omnes in §. & ſiquidem ibi, dum dicit, communi conſenſu, & nullo reluctante, in auctẽ. de defenſ. ciuit. ideo Ad. Barba. in c. fin. de iudic. dicit quòd quis poteſt confirmari in officio per biennium, dummodo fiat nemine diſcrepante illorũ, ad quos ſpectat: quòd tantum intellige procedere de iure communi, ſecus ſi aliter diſponeretur per ſtatuta. Rom. ſin. 673.

Non valet inſuper quòd fit à maiori parte, vbi tractaretur de reuocatione libertatis in ſeruitutem. gl. vbi ſcriben. in c. cum olim de teſtib. & not. omnes in c. cum omnes de conſtitu.

Vbi etiam maior pars vellet ſtatuere aliquid contra illud, quòd iam ſemèl omnes ordinaſſent, tunc non ſufficiũt duæ partes vniuerſitatis. Innoc. in c. humilis de maio. & obed. & pro ratione facit. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. l. ſtichum, aut Ramphilum. §. naturalis de ſolution.

Idem dicitur, quando alij vellent ſtatuere contra ius, tunc enim non ſufficiunt duæ partes vniuerſitatis. Inno. d. c. cum omnes de conſtitu. Bald. de hac materia in l. 1. ff. de off. proconſ. procedit enim præmiſſa concluſio quòd duę partes ſufficiant, vbi maior pars in conſilio fuerit, ſecùs ſi maior pars ratificauerit extrà collegium illud, quòd minor dixit. c. in cauſis de election. quem ad hoc allegat. Bald. in l. per fundum. ff. de ſeru. ruſt. prædio.

In delictis quoque quòd fit à maiori parte non cenſetur factum ab omnib. imò maior pars venit punienda duntaxat, minor verò pars, quæ contradixit, non inuoluitur peccato aliorum, nec pęna peccati vt ſatis colligitur in c. gratũ de poſt. prælat. Inn. in c. 1. de his, quæ ſi. à ma. par. cap. vbi notanter dicit hoc procedere, quando minor pars expreſsè contradicit, ſecùs ſi tacet, nam tunc inuoluitur peccato, & pœna peccati vna expreſsè conſentientibus, & poteſt eſſe ratio, quia ex quo quis vocatur ad vniuerſitatem, debet, aut conſentire, aut contradicere, vnde cùm teneatur loqui, ſeu conſulere affirmatiuè, vel negatiuè, tacendo habetur pro conſentiente in ſui præiudicium. arg. cap. 1. vbi Abb. de poſtul. prælat. & in c. 2. de confeſſ. in 6. & melius in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. act. proceduntq; prędicta, quando pœna apponenda concernit ſingulos, tunc enim pauciores contradicentes non puniuntur.

Vnum tamen tenendum eſt, quòd non dicitur vniuerſitas, ſeu ciuitas aliquid facere, niſi illud collegialiter factum fuerit, vnde ſi maior pars ciuitatis faceret aliquem inſultum, vel rebellionem, non debet dici, quòd ciuitas fecerit, ex quo non fuit illud collegialiter deliberatum. glo. not. in l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. ſequitur. Bartol. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. glo. in c. 1. de re eccl. non alie. Abb. in c. gratum. col. 2. de poſtul. prælat. & ſi non omnes,

ſed

ſed aliqui violant interdictum in fauorem omnium latum, non habet locũ, quòd vniuerſitas teneatur, ſed quando maiores de ordine violant, vel illi, qui præſunt loco.arg.notat.in c.conſulti,de procur. & hoc eſt dubium ſolutum per Ioann.And.in c.petiſtis, de priuileg.faciunt notata per.Innoc.in c.grauem,de ſent.excom.Bart.d.l.aut facta.ff.de pęn.

Si vniuerſitas etiam diſponeret aliũ, qui nõ eſſet de vniuerſitate reddere vocem, tunc ſi vnus tantum in vniuerſitate contradiceret, ne ille admitteretur, redderet actum nullum. Ioan.Andr.in c.ſcriptum de elect.in Nouell.Roman. ſingul.46.

Quomodo verò intelligatur maior
2 pars, † an reſpectu numeri, an reſpectu dignitatis, vide.Bartol.in l.ſi vni.ff.de re iud. Abb. in c.quia propter, de elect. & in c.prudentiam, de offic. deleg.

Circa hãc regulam. d.l.quòd maior. ff.ad municip. eſt aduertendum etiam,
3 quòd in cauſis, †& officijs merè prophanis requiritur tantummodo maior pars ad eligendum, vel concludendum aliquid in collegio, vel vniuerſitate. l.nominationum.C.de decur.lib.10.l.aliud. §.refertur.ff.de regu.iur.quæ maior pars tunc dicitur eſſe, quando ſaltem auctoritate vna pars excedit aliam, & voces ſunt numero pares,nam & ſi in electione, quando numero voces ſunt diſpares, attendatur tantummodo numerus, & tunc procedit. gloſſ.in l.Pomponius aliàs incip.ſi vni.ff.de re iud.tamen quando voces ſunt pares numero,tunc attenditur auctoritas, & tunc habet locum gloſſ. in c. dudum il 1. verſ. numerus de elect.

In his verò electionibus quæ fierent circa officia merè eccleſiaſtica,tũc magis communis opinio Doctorum eſt quòd requiratur copulatiuè maior,& ſanior pars c. quia propter &, c. in Geneſi de elect. & hæc habentur licèt diffusè,& diſpersè apud Alex.in conſ.192. 1.& 2.col.vol.6. quo in loco ſub nu.12. tangit vnum notabile, quoad probandum per illos de collegio vel capitulo tale quid geſtũ fuiſſe in capitulo,oportet teſtes eſſe conteſtes in deponendo,quòd congregati in capitulo concorditer,ſeu vnanimiter ita fecerunt. c. tertio loco de probat.& ſic non ſufficit quòd vnuſquiſque de capitulo dicat,ſe ita feciſſe ſed oportet, quod per teſtes de capitulo conteſtes probetur concorditer de his quę geſta ſunt ab alijs de capitulo,non à ſe.

DVBITATIO CV.

SVMMARIVM.

1 *Domini de conſilio ſi dicatur, tale quid fecerãt an intelligatur collegialiter, vel ſingulariter.*
2 *Antiani vel canonici verbum an denotet totum capitulum vel maiorem partem.*

DVbitari contingit, ſi dicatur in aliqua diſpoſitione Antiani, vel domini de conſilio tali fecerunt hoc, an intelligatur collegialiter, vel ſingulariter.

Varia eſt hoc in articulo opinio Doctorum nam aliqui tenent,quòd intelligatur ſingulariter, & non collegialiter per ea quæ notatSpec.in tit.de ſyndico. §.fi. vbi voluit,ꝙ ſi reperiatur in aliquo inſtrumento quòd canonici ita fecerũt quòd non intelligitur capitulariter, & hanc partem tenuit.Oldr.Lauden.cõſi. 315.vbi dicit, quòd ſi in aliquo reperitur ſcriptum canonicos ita diſpoſuiſſe, quòd non videtur, quod capitulariter illud diſpoſuerint,hanc partem tenuerunt ſcribentes in c. quanto de his quæ ſi. à prælat.ſine conſ.cap.

In contrarium adducitur. text. in c.ſi canonici iũct. doctrina Iapi, & Rom. de Sancto Gemin. ibid. de off.ord.in 6. & c.ad decimas de reſtitu. ſpol.in 6.vbi Iapus,& Domin.per illos duos textus dicunt confundi doctrinam Spec. & Oldrad.quòd vbi verbum,canonici,exprimitur

mitur in aliquo actu, intelligitur quod capitulariter,& collegialiter interuenerint, & adducitur, pro hac opinione. Abb. in c. tertio loco in verb.fratres de probat. vbi dixit, quod illi fratres, ſeu monachi ſtabant collegialiter.

Pro concordia ſolet diſtingui,aut ſumus in actu qui ſolet fieri capitulariter & collegialiter,& tunc illud verbum, Antiani, ſeu canonici, vel domini de cõſilio,intelligitur capitulariter, & collegialiter, & ita procedunt iura prælegata in d.c. ſi canonici, & d. c. ad decimas,cum ſimilibus, aut actus ſolet fieri ſingulariter,& per ſingulos,& tunc tale verbum debet intelligi ſingulariter, & ita procedet doctrina.Specul.& Oldr.& Abb.in locis præcita is, quod indefinita in tali caſu æquipollet vniuerſali ex quo exprimitur.

Per verba ſingularia,& nõ collectiua, vt ſentit. Abb. in c.2.de coniuga.lepro. Item indefinita non æquipollet vniuerſali in teſte. Abb.in c.auditis, de præſcr. Alex.conſi.210.vol.1. ratio eſt, quia teſtis neceſſariò, & non præſumptiuè deponere debet.c.in præſentia. de proba. & dictum teſtis debet concludere per neceſſe non per poſſibile.l.neque nataleS.C.de probat.& l.inter illam,vbi Bar. ff.de verb.ſignif.Alciat.in l.in vſu.num. 2.ff.de verbor. ſign.

In propoſito verò noſtræ dubitationis, † an verbum canonici, vel Antieni denotet totum capitulum,vel maiorem partem,& in qua materia vide plenè.Maſcard.de probat. concl.1313. nu. 11.& ſeqq. 2

DVBITATIO CVI.

SVMMARIVM.

1 *Verba illa, Domini de conſilio, vt indefinita oratio, an ſemper æquipolleat vniuerſali.*

CLarius eſt quærendum, & ſciẽdum,quomodo intelligantur illa verba indefinita, domini de vniuerſitate, ceu de conſilio, vel capitulo, vel collegio, an ſemper ſcilicet, † huiuſmodi indefinita oratio æquipolleat vniuerſali. 1

Sciendum in primis eſt, quòd quattuor ſunt ſigna quibus vnaquæque oratio firmatur, vel concipitur ſignum nẽpè vniuerſale, indefinitum, diſtributiuum,& collectiuum,vniuerſale,vel circa negatiuum,vel affirmatiuum; Affirmatiuum, vt omnis, negatiuum,vt nullus,indefinitum dicitur,prout ſunt hęc, homo, poſthumus, hæres,filius,ſeruus, collectiuum, vt populus, gens, turba, agnatio, grex. peculium diſtributiuum, vt quilibet, ſinguli, ex.Bartol.in l.1.ff.de reg.iur.& Alciat.in l.in vſu, ff.de verbo. ſignif.

Do exemplũ qualiter indefinita oratio æquipolleat vniuerſali,ſi teſtator dicat, hæres meus damnas eſto dare centum Titio,nã ſi ſint plures hæredes omnes etiam tenentur,etiamſi ad vnũ tantum referatur oratio. l. ſi pluribus. ff.de leg.2.& pro huiuſmodi regula facit tex. in d.l.in vſu.ff.de verb. ſignifi. & in l.qui ædificium, cum l.ſeq.ff.de ſeruit.vrban. præd.

Quæ ſiquidem procedit in inſtitutionibus hæredum, ita, indefinita æquipolleat vniuerſali, vt in l.placet,vbi laſ. ff.de lib.& poſth. Bart.in l.lucius.§.ſemproniæ.ff.de leg.3.vbi hęc dictio,hæres, non vni ſoli conuenit cùm inſolidum non ſit hæres, ſed vna cùm alijs admittitur, & ſic de omnibus hæredibus intelligetur

In ſtatutis quoque habet locum tandem concluſio, quòd indefinita oratio æquipolleat vniuerſali, latè.Bartol.in l. omnes populi.num.57.ff.de iuſti. & iur. vbi vide omninò.

In legatis quoque, vt eſt exemplum in l.cùm aurum, cum l.ſequ. ff.de aur.& argen.leg.

In

In diſpoſitione pariter fauorabili ipſi proferenti, veluti cum pater filium ſuum ſe inſtituere, vel filio tutores dare profeſſus eſt, nam tũc veriſimile eſt tali ſermone cum vniuerſaliter prouidiſſe. l. ſi quis ita. ff. de teſtamen. tut.

Non tamen militat in materia odioſa vbi facienda eſt ſtricta interpretatio, nam tunc non æquipollet vniuerſali. l. 2. vbi. Alex. & Iaſ. ff. de liber. & poſth. vbi agitur de exhæredatione, & de banno.

In dictis teſtium, quæ vt in præcedẽti dubitatione deduxi, indefinita etiam oratio, non æquipollet vniuerſali ratione ex iuribus præallegatis.

Quando inſuper non eſt par ratio, vel conditio omnium comprehenſorũ ſub oratione vniuerſali, indefinita non æquipollet vniuerſali, vt eſt caſus in l. ſi ſi cui lana. ff. de leg. 3. vbi tinctura lanæ non prouenit ex ipſo origine, l. quæſitum. §. illud fortaſſe. ff. de leg. 3.

In vniuerſali diſtributiua, ſed nõ collectiua, non æquipollet indefinita vniuerſali. Bart. in l. ſi pluribus. ff. de legat. 2. Prout, & in materia contingenti ſecùs verò in materia impoſſibili, vel neceſſaria, impoſſibili, vt ſi dicatur homo eſt lapis, neceſſaria, vt homo eſt animal rationale, ergò homo eſt animal rationale. text. eſt in cap. vt circa, vbi gloſ. in verbo aliorum, de elect. in 6.

Indefinita quoq; hominis nõ æquipollet generali, quia indefinita hominis eſt aut legis. Hominis, aut inter viros, aut in vltima voluntate, ſi inter viuos, tunc non propriè, ſed ex quadã benigna, interpretatione, indefinita æquipollet vniuerſali. Aut in vltima voluntate, & tunc indefinita æquipollet vniuerſali, legis tũc indefinita æquipollet vniuerſali, veluti, ſi lex velit homicidam ſummo affici ſupplicio, niſi ab hærede pacem impetrauerit, tunc requiritur omnium conſenſus l. 4. §. Cato. ff. de verb. obli. at in diſpoſitionibus hominum, ſecùs regulariter, quia benignius agitur cum lege, quàm cum homine. l. Celſus ubi gl. in prin. ff. de recept. arbit. & hæc ſatisfaciant pro elucidatione propoſitæ dubitationis precedentis.

DVBITATIO CVII.

SVMMARIVM.

1 *Vnus ſolus de conſilio, an poſſit impetrare litteras pro communitate tanquam coniuncta perſona.*

2 *Coninncta perſona in quibus caſibus non admittatur, vel quando admittatur.*

3 *Amicus poteſt impetrare beneficium pro amico ſine mandato, non tamen acceptare.*

VNquid unus ſolus de plebe, populo, vel uniuerſitate, collegio, uel capitulo, poſſit impetrare litteras pro uniuerſitate tanquam coniuncta perſona?

Gloſſa in c. fin. de procur. ſenſit quòd
1 ſic, † vnum ſolum, ſcilicet, de vniuerſitate poſſe impetrare litteras, prõ uniuerſitate, tanquam coniuncta perſona, & quòd iura loquentia de perſonis coniunctis verificantur etiam in coniunctione ciuili.

Contra hanc gloſſ. tenuit. Archid. in c. ſtatutum. §. cum autem, de reſcript. in ſexto.

Sed pro ſolutione arguas quid dicẽdum de coniuncta perſona, an poſſit
2 agere ſine † mandato, & firmes, quòd coniucta perſona non admittitur, regulariter in caſibus requirentibus ſpeciale mandatum. Abb. in c. nonnulli. §. fin. de reſcript. & admittitur coniuncta perſona prb cõiuncta in caſibus, in quibus ſufficeret generale mandatum, nõ alias, ut per Alex. in l. patri pro filio. ff. de mino.

Quando verò coniuncta perſona eſſet legitimus adminiſtrator, vt tutor, vel pater, vel auus, tunc admittitur etiã in his quæ requirunt ſpeciale mandatum. Abb. cum ibi ad cum addit. in d. c.

nonnulli,

nonnũlli §. fin. nu. 10. & extendas in p̃poſito iuxta Abb. ibid. nu. 1. quòd mandatum requiritur in impetratione litterarum ad lites, ſecus verò dicendum in reſcripto ad beneficia, quia in hoc nullo iure cauetur, vt ibi requirat ſpeciale mandatum. Amicus enim poteſt impetrare beneficium pro amico ſine mandato, non tamen poteſt acceptare, niſi habeat ſpeciale mandatum, vt in addit. ad Abb. loco præcit. ſub nu. 1.

DVBITATIO CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Singuli vniuerſitatis, an poſſint compelli ad præceptum factum vniuerſitati.*

PLebis populi, vel vniuerſitatis ſinguli, an poſſint compelli ad præceptũ factum vniuerſitati? Concludenter colligo ex
1 Innoc. in c. Romana. †§. vniuerſitatis de ſent. excom. n. quòd ſinguli poſſunt compelli, licèt enim literæ dirigantur contra vniuerſitatem, vel capitulum, tamen, quando mandant, quòd vniuerſitas aliquid faciat, intelligenda ſunt, quòd Canonici, ſeu ſinguli de vniuerſitate illud faciant, quia vniuerſitas eſt nomẽ intellectuale, & res incorporalis nil poteſt facere, niſi per membra ſua.

Idem dicendum, quòd ſi mandetur delegato, vt cogat vniuerſitatem facere ſolutionem debiti, vel venditionem vel permutationẽ, vel qd ſimile, cogẽda ſunt membra eius illi facto præſtare conſenſum expreſſum, & ſic de omnibus alijs, quæ conſiſtunt in facto, quæ per vniuerſitatem fieri non poſſunt, vt ex Innoc. loco præcitato, & in hac materia vide etiam notat per Bart. & Alex. pleniùs in l. ſicut. ff. quòd cuiuſque vniu. nom. & ſic ad eos te remitto.

DVBITATIO CIX.

SVMMARIVM.

1 *Singuli vniuerſitatis, an poſſint conueniri pro debitis eius.*

2 *Iuriſdictio, vel bannum, an poſſit in ſingulos exerceri, & quid ſi aliqui ſint exempti.*

AN ſinguli vniuerſitatis poſſint conueniri pro debitis eius; Dicas quòd non. l. ſicut in princ. & §. 1. vbi Bart. circa
1 prin. in verſ. nota † diligẽter & ibi Alex. ff. quòd cuiuſq; vniu. nom. gl. & Bart. in l. 1. in prin. col. vlt. verſ. vlt. facit iſta gloſſa, ff. quod quiſq; iuriſ. Specul. tit. de cenſib §. 2. verſ. quid ſi vniuerſitas; Bart. & Alex. in l. poteſt in fin. ff. de autho. tuto. & Innoc. in cap. humilis de maior. & obed. & per eundem. Innoc. in c. tanta de exceſſ. prælat. niſi tamen ſyndicus habens ad hoc mãdatum ſpeciale obligauerit vniuerſitatem, & ſingulares perſonas, & bona, aliàs non, niſi hi tantum, qui ſyndicum conſtituerunt, quia tenentur ex proprio mandato; ſi tamen vniuerſitas conſtituens ſyndicum habebat poteſtatem legis condendæ, non aliter, Barto. in d. l. ſicut in prin. in 1. quæſt. & in l. 3. §. ſi actor 2. col. in verſ. ſed pone iuncta verſic. vnde aduertè. ff. de re iudic. & in l. ciuitas. col. 1. ff. ſi cert. pet. & ibi per Alex. & Bart. in l. 2. vbi Ange. C. de dona. Bal. in l. 1. col. 1. verſ. modo in iſta lege aliquid dicam. C. ne fil. pro patre. Bart. in l. pen. C. de don. int. vir. & vx. Bald. in l. 1. §. quòd ſi nemo. 1. col. in fin. verſ. ſed iuxta hoc quæro. ff. quòd cuiuſque vniu. nom. Alex. in d. l. 4. in princ. 7. col. verſ. poſtremo quærit. Bart. ff. de re iudic. cum multis alijs concord. ibidem per eum ſignatis, vide, quę in propoſita quæſtione ego ſcripſi infra dubitatione 159.

An verò poſſit iuriſdictio, vel bannũ
2 in ſingulos exerceri vid. †Inno. in c. dilectus de ca. mo. Spec. d iuriſ. om. iud. in ſi.

Et quid si aliqui sunt exempti vid. Innoc. in c. certificari de sepul. & in c. graue de sent. excomm.

DVBITATIO CX.

SVMMARIVM.

1 *Dissoluta vniuersitate, an eius bona possint per quemlibet occupari tãquam communia, & quid dicendum inter absentes?*

2 *Qui sunt eiusdem negotiationis non cogũntur intrare collegium, & qui intrauerunt possunt exire.*

3 *Socij alicuius professionis possunt constituere collegium.*

4 *Societas non est collegium per se, nisi per principem constituatur.*

5 *Societas tantum non socius quilibet debet cõueniri de contractibus initis nomine societatis.*

6 *Societas, collegium, & corpus comparantur, declara vt ibi.*

7 *Clerici ciuitatis, vel castri non possunt facere collegium, & qua ratione.*

DEbis capituli, vel collegij vniuersitate dissoluta, an bona eius possint per quẽlibet occupari, tanquam communia
1 resolnendum censeo, † quòd sic, vt per Specul. de execut. sent. §. 3. vers. sed & si & seq. & habetur in l. 1. ff. de colleg. illic.

Singuli namq; de vniuersitate de his, quæ in ea conferunt, cùm inde recedunt, debent habere partem, sic loquitur tex. in d. l. 1. §. fin. ff. de colleg. illic. sed de alijs, quæ donantur, ve legãtur vniuersitati non debent partem habere, & pro hac distinctione argui potest à l. 2. §. viarũ. ff. ne qd in loco pub. & in c. qđ a te de cler. cõiug. & in c. de lapsis. 16. q. 1.

Inter absentes tamen non diuiduntur res talium collegiorum. ca. qui manumittitur 12. q. 2.

Hinc inferas, quòd collegia personalia scilicet, professionum, negotiationum, officiorum, & religionum sunt voluntaria, & non necessaria, & hinc est, quòd etiam illi, qui sunt de eadem professione, vel negotiatione, siue sint plures, vel pauciores, quam alij qui iam
2 coierunt collegiũ, † non cogũtur, illud intrare, imò qui intrauerunt, inde possunt exire, & exeuntes accipiunt partẽ de rebus communibus, vt not. Innoc. in c. dilecta de excess. prælat.

Exinde etiam inferas successiuè, & consequenter, quòd societas alicuius negotiationis, vel rei, vel etiam vniuersorum bonorum non constituit collegium, vel corpus, quòd apparet ex eo, quia lex dicit, quòd socij alicuius pro-
3 fessionis possunt cõstituere collegium. l. 1. §. 1. ff. quòd cuiusque vniu. nom.

Et hinc apparet, quòd societas non est collegium per se nisi constituatur
4 per principem, † vel senatusconsultum, vel alio modo, collegium enim recedit in vnum. l. sicut in fin. ff. quòd cuiusque vniu. nom. & c. fin. 65. dist. societas verò morte ciuili socij soluitur. l. actione in princ. ff. pro socio. & si societas esset collegium, non deberet cõueniri quilibet socius de cõtractibus initis nomine societatis, sed societas ipsa tantũ.
5 d. c. qui manumittitur 12. q. 2. † quòd falsum est, quia datur hæredi, & in hæredem, & ideò malè faciunt qui conficiũt libellos, vel stipulationes, vel alios cõtractus nomine societatis, cùm non sit corpus, nisi exponant libellantes, nomine sociorum, vt res magis valeat, quam pereat.

6 Et licèt hæc tria societas, † collegium & corpus, cõparentur, vt in l. 1. in prin. ff. quod cuiusque vniuer. nom. respondeas tamen illum textum loqui de societate intellectuale, & iuris, quæ est idem quòd corpus, & non de societate bonorum; vt ex eius ponderatione colligere poteris.

Clerici autem ciuitatis, vel castri non
7 possunt † facere collegium ea ratione, quia sunt in eadem ciuitate, vel castri, quia clerici non constituunt vniuersi-

tatem

tatem Caſtri, vel ciuitatis, vel Caſtrum, vel ciuitatem, quòd idem eſt, ſeu conſtituunt vniuerſitatem ſuarum eccleſiarum, & ciues conſtituunt ciuitatem, uel uniuerſitatem ciuitatis, & Caſtellani caſtrum, ſed clerici benè poſſunt conſtituere uniuerſitatem cauſa religionis ſcilicet, ut miſſas celebrent pro cuius, & defunctis, uel cõſimilibus: & non ſemper ubi plures clerici ſunt in una eccleſia poſſunt facere collegium, ut not. Innoc. â.c.dilecta in fin. de excell. prælat. quia ſi non eſt uniuerſitas, non poteſt ibi inſcribi ſigillum uniuerſitatis, d. l. 1. ff. quod cuiuſque uniu. nom. ſed in hac materia uide etiam notata per Bar. in l. ſicut in prin. in uerſi. quærit gloſſa. ff. qd cuiuſq. uniuer. nom. & ſpecul. in titu. de execut. ſent. §. ſequitur uidere uerſi. item quid ſi uniuerſitas, & Bartol. in l. fin. in pen. colu. in uerſi. quæro quid fiet. ff. de colleg.

DVBITATIO CXI.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus vniuerſitatis an quis poſſit creari inuitus, & per quos debeat eligi.*
2 *Syndicus quis dicatur, & quis poſſit eſſe, vel non eſſe ſyndicus.*
3 *Syndicus qualiter conſtitui debeat, & eligi.*
4 *Villa creare debet ſyndicum, ſeu denuntiatorẽ ad denuntiandum crimina.*
5 *Syndicus à minori parte collegij conſtitui non poteſt etiam cum cautione de rato.*

1 Lebis populi, uel Collegij uniuerſitates plures, an poſſint eſſe in uno eodemque loco? concludendum eſt negatiuè, non poſſe ſcilicet, uniuerſitates plures eſſe in uno loco, quia cùm ſit tantum una uniuerſitas omnium eorum, qui ſunt eiuſdem profeſſionis, uel negotiationis, qui morantur in eodem Caſtro, uel ciuitate non uidetur, quòd poſſint ſeſe diuidere, ut plures faciant uniuerſitates, uel etiam quòd homines eiuſdem profeſſionis, uel negotiationis, quiuunt de diuerſis ciuitatibus poſſint conuenire, ut unam faciant uniuerſitatem, poſſet tamen dici, quòd omnes illi, qui ſubſunt unius defenſioni ciuitatis etiamſi morantur per Municipia, poſſunt conuenire in uniuerſitatem, uel plures, ſecundum, quòd habent plures magiſtratus municipales ſecundũ, q̃ eis meliùs placet, & oportet ad hoc, quòd facere poſſint, ſint ad minùs tres, ut not. in c. 1. de elect. poteſt tamen dici, & benè, quòd non attenditur in iſtis collegijs artium, & profeſſionum, & huiuſmodi faciendis, quòd ſint de vna prouincia, vel diuerſis, vel quòd omnes de vna ciuitate ſint in vno collegio, vel pluribus, ſed tantum hoc attenditur, quòd tres ſunt, vel plures, qui conueniant, vt vniuerſitatem faciant pro iuſtitia cuique conſeruanda.

Inſuper ſciendum eſt in hoc propoſito, quòd hoc ipſo, quòd Princeps expreſsè, vel tacitè conſentit ex certa ſciẽtia nõ errans in iure, nec in facto, quòd aliqua faciant, vt collegium, quia, ſcilicet, ſcribit, vt vniuerſitati ex certa ſciẽtia, vel quia ſyndicum eorum admittit, ius vniuerſitatis conſequi videtur illa cõgregatio, prout idem dicitur de vniuerſitate negotiationis. & profeſſionis, & idem intelligi poteſt de vniuerſitate collegij alicuius eccleſiæ, vel monaſterij. c. quantum, de off. ordin. & à ſimili, dicitur de collegio prioratus. c. 2. de ſtat. monac.

Et ad hoc, vt Prælatus habeat ordinariam iuriſdictionem in clericos, & in eccleſijs, oportet, quod & vniuerſitas, quæ elegit prælatum, ſit clericorum, vel religioſorum, vel alias idem prælatus, iuriſdictionem ab eccleſiaſtico prælato recipiat, & quòd electus ſit clericus, vel religioſus, cum aliter non dare, nec recipere poſſit prælatus ſpecialem iuriſdictionem, ſcilicet, excommunicandi,

interdicendi, & huiusmodi. c. 2. de iudi. cap. contingit, de arbit.

Item oportet, quòd non sit mulier. c. dilecta, de maior. & obed. & ad hoc, vt habeat ordinariam iurisdictionem electus ab vniuersitate, oportet, vt eligatur in prælatum, nam si eligeretur ad aliquam dignitatem in ecclesia, puta primiceratum, Archypresbyteratum, vel custodiam huiusmodi, non habet ordinariam iurisdictionem, nisi consuetudo eis tribuat iurisdictionem. c. 2. de excess. prælat. l. 3. §. fin. C. de emancip. & hi habent etiam iurisdictionem ordinariam ex electione in eo ministerio cui præponūtur, prout Papa dicitur dare
2 iurisdictionem ordinariam, †eo ipso, quòd vocat aliquos ordinarios. l. eos C. de modo mulct. & Princeps dat iurisdictionem, quando concedit iurisdictionē in omnibus causis, quas moueri cōtingit in aliqua villa, vel castro, idem, & de Papa, l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præf. vrb. §. fina. in auct. de consulib. imò
3 †etiam lex ipsa tribuit iurisdictionem ordinariam. l. 1. §. 1. ff. de offic. eius, & lex dat etiam iurisdictionem vicarijs. c. pe. de off. vicar.

Concludamus ergò ad propositam dubitationem redeundo, vniuersitates plures non posse esse in vno loco, vt ex Innoc. in d. c. cum ab ecclesiarum, in 1. glos. in verbo, prælatis, in 1. col. de offi. ordin. vbi etiam habes, †quòd vniuersitas ciuitatis nō potest se diuidere in plures, vnde exititij non faciunt per se vni-
5 uersitatem, † sed intrinseci, sic: qui possident territorium, & retinent iurisdictionem, vnde exititij nō possunt subijcere ciuitatē, vel obligare eam ad emulationem, quæ etiam vera collegia reddit illicita. l. 2. C. de fund. limit. libr. 11. & ita refert. Bald. in Margar. vniuersitas. verſic. 6.

DVBITATIO CXII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas, an licitè possit exercere vsuras.*
2 *Communitas quomodo dicatur vsuraria.*
3 *Communitati mutuare licet, ne teneatur ad collectas.*
4 *Mutuans fisco, quando non repetat.*
5 *Vsura non dicitur mutuare granum vetus pro vehabendo nouum. intellige, vt ibid.*
6 *Vsura non dicitur, si venditur pro minori pretio cum pacto, quòd nisi soluatur pretium ad certum tempus, suppleatur iustum pretium.*
7 *Mutuans tenetur recipere illud idem quòd mutuauit.*
8 *Mutuum syndico communis factum de mandato recipiendi præsumitur versum in causā expressam.*
9 *Mutuans syndico communis repetit à communi reuocato syndico.*
10 *Communitas nec singularis persona non debent mutuare hostibus domini sui, sub pœna læsæ maiestatis.*

PLebs, populus, vel vniuersitas, an licitè possit exercere vsuras? Affirmatiuè teneo, vsuras esse prohibitas etiam ciuitatibus, &
1 †vniuersitatibus sicut priuatis personis. c. conquæstus, vbi. Doctor. de vsur. vbi Alanus arguit contra ciuitates Italiæ facientes vsuras.

2 Dicitur autem vsuraria† communitas, & singuli ciues eius regentis illam, si exercet vsuras, vel si recipit fructus de pignore, & non computat in sortē. Card. in clem. 1. quæst. 5. de vsur. mutuare tamē
3 †communitati, ne teneatur ad collectas, licèt, quia causa damni vitādi vsuræ sunt permissæ, & talis ad hunc effectum mutuans non dicitur vsurarius, & non peccat. Specul. §. fin. de vsuris, & ibi. Bald. in addit. vers. 2. & in verb. vsure. vers. 131. per. Bertach. & per Ioan. And. & Docto. in c. consuluit, de vsur. sicque inferas, quòd mutuās priuatis personis, vt vadant ad furnum suum ad coquendum

dum panem, vel ad molendinum ad macinandum dicitur vſurarius, & peccat. Ioan Cald. in c. fin. de vſur.

Et inferas, quòd mutuans fiſco non repetit, ſtante ſtatuto, quòd mutuum fiſco factum excomputetur in collectis,
4 † vel condemnationibus. Bar. in l. fideicommiſſa. §. itē ſi quis. ff. de leg. 3. prout, nec poteſt repetere mutuans in ſcortis, etiamſi recipiens non contumpſit in ſcortis. Alex. in l. ſi cum dotem. §. 1. ff. ſol. matrimon.

In hacq; materia colligas, quòd vſu-
5 ra † non dicitur, mutuare granum vetus pro rehabendo nouum, niſi fiat animo recipiendi melius, prout, nec eſt vſura, emere fructus ad vitam, & mutuare pecuniam argenteam pro recipienda aurea, niſi fiat animo lucrandi in æſtimatione. Card. in d. clem. 1. quæſt. 4. 10. & ſeq. de vſur.

Vſura tamen non dicitur, ſi venditur res pro minori prętio cum pacto, quòd niſi ſoluatur prætium ad certum tem-
6 pus, † ſuppleatur iuſtum prætium. Bàl. in c. 1. col. 2. in verſ. ex hoc infero quali ter do. propric. priue.

Et mutuans tenetur recipere illud idem, quòd mutuauit, ſi ſit eiuſdem bo-
7 nitatis. † Doct. & præcipuè. Alex. in l. 2. in princ. ff. ſi cert. pet. per text. in l. cum quid. ff. eo.

Mutuumque ſyndico cōmunis, vel eccleſiæ factum de mandato recipien-
8 di mutuum † in certam cauſam, præſumitur verſum in illam cauſam. Alex. poſt Bar. in l. ciuitas ad fin. ff. ſi cert. pet. vbi Bal. & Paul. de Caſtr.

Et mutuans ſyndico communis repetit à communi, reuocato ſyndico. gl.
9 & Bar. in † l. ſi non ſortem. §. qui filio. ff. de cond. indeb.

Aduertant communitates, & ſingu-
10 lares perſonæ † ne mutuent pecuniam hoſtibus domini ſui, quia hoc eſſet illis dare auxilium, & fauorem, & ideò tenetur communitas, & quilibet priuatus hoſti mutuans pecuniam, de crimine læſæ maieſtatis. Bar. in l. Lentuſque, & ibi Alex. ff. ad l. Iul. maieſt. in l. ſi ſcientiæ. vbi Bar. ff. de parricid. & Alex. in l. furti. ff. de furt.

DVBITATIO CXIII.

SVMMARIVM.

1 *Populus, vel vniuerſitas an poſſit deponi, & priuari priuilegijs.*
2 *Citatus tempore incongruo, & loco, non tenetur venire.*
3 *Lapſus termini quando non debeat expectari.*
4 *Peremptorium expreſſum vel tacitum requiritur in quatuor caſibus.*
5 *Citatus perſonaliter non eſt citandus niſi ſemèl, ſi dixit, nolo venire vel ſi nihil dixit.*
6 *Syndicus vel alius de vniuerſitate citatus excuſatur ſi mittat procuratorem ſed fallit in tribus caſibus, ibid.*
7 *Citatus perſonaliter quando poſſit mittere procuratorem.*

PLebs, populus, vel vniuerſitas contumax, an poſſit deponi, & priuari priuilegijs?

Scribentes canoniſtæ in cap.
1 † grauem de ſent. excomm. in nouel. & Bald. in c. 1. de milit. vaſal. qui contum. eſt ſub num. 13. tenent, quod vniuerſitas poſſit deponi, & priuari priuilegijs propter contumaciam.

Ideò Bar. in l. de pupillo. §. meminiſſe ff. de op. no. nunt. ſcribit, quòd ille qui ſemel comparuit, ſi poſtea ſolemniter citatus non comparet, præſumitur fraudationis cauſa latitare. l. fuleinius. §. quid ſit latitare. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.

2 † Citatus tamen à iudice tempore incongruo, & loco, non tenetur venire. l. qui neque. ff. de verb. ſign.

3 † Et termini lapſus non debet expectari, quando certum eſt illum nolle exequi quod ſibi imponitur. c. irrefragabili. de off. ordin.

Et quia abſonum eſt quòd quis propter

Digitized by Google

pter vnam contumaciam perdat ius cauſæ.l.1.in fi.ff.ſiq.iuſdic.non obtemp. ideò requiritur peremptoria citatio, & quatuor ſunt actus, in quibus requiri-
4 tur † peremptorium expreſſum, vel tacitum,ſcilicet,diffinitiua,miſſio in poſſeſſionem veram,abſolutoria ab inſtantia iudicij, & bonorum annotatio vt p Innoc.vt Bal. in c. ad petitionem extra de accuſat.vbi idem dicit. Innoc. quòd perſonaliter citatus citandus non eſt niſi ſemel,& hoc verum,ſi dixit, nolo,ve-
5 nire † vt in l.fin.ff.de in int.reſtit.idem ſi nihil dixit, nam de contumacia conſtat eo ipſo, quòd non comparuit, vel non miſit procuratorem.

Sed vbi iudex citauit ſyndicum, vel
6 aliquem de vniuerſitate, vel quemuis alium particularem, vt compareat, an excuſetur,ſi mittat procuratorem,dicẽdum eſt quòd ſic ſed fallit in tribus,caſibus,primus eſt ſi eius perſona reputatur legalior,vel inſtructior ſuo procuratore, ſecundus ſi cauſa ſit criminalis,tertius ſi veritas rei pateat domino, non procuratori,eſt,& quartus pro iuramento calumniæ præſtando, vt traditur. in l.fi.C. de procur.&in c.fin. de maior.& obed.in c. 1. de iudic.& in c. conſuluit de dilat.

Et quando citatus perſonaliter poſ-
7 ſit mittere † procuratorem notat.Oldr. conſi. 298. & quid de carcerato, an teneant mittere procuratorem notat. Ang.conſ. 66.

Et omnes ferè caſus in quibus quis tenetur mittere procuratorem, habes apud Iaſ.in l.non exiguus.§. ſi quis iudicio.ff.ſiq.cautio.& ibi,quid in bannito, quid in abſente, & quid in cauſis arduis, notat etiã prac.Pap.in for. reſpon. rei ſub verb. In termino ſibi aſſignato. nume. 13.

Contra contumaces ergò omnia iura clamant,ideò non mirum ſi vniuerſitas contumax poteſt deponi, & priuilegijs priuari.

DVBITATIO CXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ appellatione,Vtrum veniat vniuerſitas,& quid dicendum de verbo quicunque, & dictione ſiquis?*

PLebis populus, vel vniuerſitas vtrum veniat appellatione perſonæ,& quid dicendum,de verbo quicunque?

1 † Et certè nomine perſonæ vniuerſitas vel ciuitas non continetur, nec collegium.Bald.in c.1.§.conuenticulas nu. 2.de pac.iura.firm.& in rubr. C. ad Trebell. vnde procurator datus contra perſonam omnem, non intelligitur contra ciuitatem.Bal.ibid.

Et iurans fidelitatem contra omnẽ perſonam intelligitur, niſi contra ciuitatem vtibi per Bald. & in c. 1. de nou. form.fidel.ſcriben.in c. grauem de præbend.Alexan.in l.mortuo.ff.de fideiuſſ. Bald.in l.merum.§.animaduertendum. ff.quot met. cauſ.& in l. quicunque de ſeruis fugit.glo.in l.cos.C. de vſur.

Ideò ſcrib.in d.c.graue de præben.in ferunt quòd vbi ſtatutum loquitur de prælato,locum non habet in capitulo, & ſic in perſona ficta.

Et quòd ſi ſtatutum loquitur per iſta verba,ſiquis, non habet locum in vniuerſitate l.3.§.hęc verba.ff.de ne.geſ.vbi Io.de Imol.limitat,quando eſſet ſtatutũ exorbitans, ſed ſi eſſet præter ius, tunc credit,quòd haberet locum,allegatque tex.in l.1.§.lex Falcidia. ff. ad l.Falc.Bal. in d.l.quicunque.C.de ſeru.fugit.& in l. omnes populi.ff.de iuſt.& iur.& in c. ſedes de reſcript.dicit, quòd ſi impetraui contra Titium, & quoſdam alios non uenit collegium,& dicit, quòd ſi impetraui contra perſonas,non venit, furioſus, & quòd ſtatutum loquens per verbum, ſi quis, non compræhendat vniuerſitatem iud.addit.ad Bald.in d. c.1.§. conuenticulas ſub nu.2.de pac.iu.firm.

ubi,

vbi, & habes quòd ſi priuilegium conceſſum ſit Anglicis, compræhendit collegia, & perſonas fictas, & allegatur. Bar. in l. mortuo. ff. de fideiuſ. & in l. 1. ff. ad munic.

Et perſona electa non intelligitur inter eligentes. Innoc. in c. cum in iure in prin. de ele. in c. fi. de Inſti. quòd verũ eſt quando proceditur, per viam recompromiſſi, ſecùs ſi per uiam ſcrutinij. Bald. in Margar. verb. perſona verſ. 1. Bertach. in ſuo repert. litera perſona loquentis. verſ. 5.

Dictio, verò, quicunque, eſt dictio maſculina comprehendens etiam fœminam. l. quicunque vbi Bal. col. 3. verſic. nota tertio. C. de ſeruis fugit. & Bar. in l. hoc articulo col. 2. in fin. in verſic. quædam ſunt diſtributiua. ff. de hæred. inſti. & in l. 1. ff. de condit. & demonſt. col. 10. in verſ. 5. principaliter quæro.

Item hæc dictio, quicunque compræhendit vniuerſitatem vel collegiũ. l. metum. §. animaduertendum vbi. Alex. ff. quod met. cauſ. Bald. in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur in fi. ſt. antiqua. ff. de in ius vocan. & in Auth. quicunque. l. de epiſc. & cler. Innoc. in c. graui de ſen. excom. Bar. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœn.

Imò, & dictio ſi quis vniuerſitatem quoque continere videtur. Andr. Fachianeus lib. 1. controu. cap. 12. & in l. nihil. ff. ad Macedon. & l. 1. ff. eo. & l. item aut prætor, & l. ergo ſciendum. ff. ex quibus cauſ. maio. quia vniuerſitas vicem ſuſtinet perſonæ. l. mortuo. ff. de fideiuſſ.

Ideò inquiſitione permiſſa contra quoſcunque intelligitur etiam contra vniuerſitatem, vel collegium. vt per Alex. in d. l. metum. d. l. animaduertendum. ff. quod met. cauſ. Spec. de inquiſi. verſi. quid ſi inquiſitio. Bald. in auth. quicunque. C. de epiſc. & cler.

DVBITATIO CXV.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus vniuerſitatis an quis poſſit creari inuitus, & per quos debeat eligi.*
2 *Syndicus quis dicatur, & quis poſſit eſſe vel non eſſe ſyndicus.*
3 *Syndicus qualiter conſtitui debeat, & eligi.*
4 *Villa creare debet ſyndicum ſeu denuntiatorem ad denuntiandum crimina.*
5 *Syndicus à minori parte collegij conſtitui nõ poteſt etiam cum cautione de rato.*

1 PLebis, vel vniuerſitatis ſyndicus, an † quis poſſit creari inuitus, & per quos debeat eligi?

Quia ſyndicus dicitur, & eſt is, qui agit negotia vniuerſitatis. l. munerum. §. defenſores. † ff. de mun. & hon. in-
2 uitus creari poteſt, & cogitur vt in eod. §. defenſores quod, eſt verum in ſyndico ciuitatis vt per Specul. in tit. de ſynd. & poteſt eſſe etiam filius fam. l. item eorum. §. actor. ff. quod cuiuſque vniu. no. ſed minor 25. annis eſſe non poteſt ad denuntiandum maleficia. Bald. in l. 1. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ. adeò, quod minor non tenetur ad penam ſtatuti, ſi denuntiat. Bal. in l. exigendi. col. 3. verſ. ſed dubitari poteſt. C. procurat. Aret. in trac. malef. verſ. ad denuntiandum queſt. 2. item infamis non poteſt eſſe ſyndicus. Bal. in addit. Spec. de denuntiat. verſ. triplex. Item omnes qui accuſare non poſſunt vt per Berta. in repert. in litera denuntiator verſ. 3: Item nec excommunicatus poteſt eſſe ſyndicus, nec creari ſuperior collegij. Bart. in l. actor colu. 3. in verſ. videamus primum. ff. rem rat. hab.

Et conſtitui debet ſyndicus ciuitatis
3 vel † per adunantiã totius populi, vel per conſilium regens ciuitatem, vel ex conſuetudine, vt qui iudex eſt etiã ſyndicus conſtituatur, licèt aliter non. Bar. in l. omnibus poſt glo. ff. ad Trebell. ſed

dic

Digitized by Google

dic quod glo.non eſt in l. ita, tamen in verb. authorem immediatè ſequitur. ſed Bar.in l.nulli.1. col. in verſ. ſequitur text. ff. quod cuiuſque vniu. nom. dicit poſſe creari à conſilio populi ex conſtituto valet, niſi alius appareat, & poteſt etiam creari à prioribus ciuitatis per l. item eorum.§.1.ff. quod cuiuſque vniu. nom.& l.2.ff.ad munic.ſed Bald.& Ale. contra in l. reſcripto.§. fin. ff. de pact. & per Bald.in l.nequeuta ſi C.de procura. & poteſt creari à poteſtate ciuitatis.Bar. in l.cum alicui 1.notab.ff.de neg.geſt.& ſyndici huiuſmodi conſtitutio ſine auctoritate ſuperioris non valet.Bart. in l. 1. C. de ſeruis. Reipub. ſed imò etiam ab vno,qui de tota vniuerſitate remanſit ſyndicus poteſt conſtitui. l. ſicut. §. in decurionibus. per glo.in verb vniuerſitatis,& Bart.in verſ.quærit.glo.ff.quod cuiuſque vniuer.nom.ſed ex conſuetudine imò etiam de iure debet ſyndicus eligi per decuriones.l.procuratores,vbi Bart.C.de decur.libr.10.& Bart.in l.1.C. de irenarch.li.10.& confirmari debet p poteſtatem loci.l.1.vbi Bart. C.de ſerui. Reip. ſed non requiritur de neceſſitate dicti poteſtatis, ſeu iudicis auctoritas. Bald.in l.omnes, la 2.col.2. verſ.deinde not. C.de epiſc.& cler.Bartol.in l.actor. col.3. verſic.videamus primum. ff. rem rat.hab.in l.nulli.ff.quod cuiuſq; vniuer. nom.& in l.municipio. ff.vt in poſſ.leg. Bal.in addit.ad Specul. titu.de ſyndico. verſ.in ſyndicatu.

4 Et villa debet creare ſyndicum, ſeu denuntiatorem ad denuntiandum crimina.Bald.ad Spec.de accuſatore. verſ. ſed quid ſi villa,quòd eſt verum, vbi villa habet vicarium,vel iudicem,aliàs nō poteſt, quia denuntiatores malefactorū conſtitui poſſunt à quolibet iudice, vel vniuerſitate habēte merum,& mixtum Imperiū.l.1 §.quies.ff.de offic.præfec. vrb.l.diuus.ff.de cuſtod.reor. non autem à minimis iudicibus, nec a delegatis ſecundum.Bart.in d l.diuus, ſed an quilibet denuntiare poſſit,& quid de criminoſo, notat Fely. in c.nouit. colum.12. verſ.vtrum quilibet, de iudic.

Syndicus autem à minore parte collegij conſtitui non poteſt, † etiam cùm 5 cautione de rato.Bald.in addit.Specul. de ſyndic. verſ. minor pars, ſed debent intereſſe duæ partes. l.nulli, cum glo.in verb.partes. ff.quod cuiuſque vniuerſit. nom. & debet creari ſyndicus conuocatis omnibus de collegio ad ſonū cāpanæ, in loco ſolito, de mandato ſuperioris.glo.ſin l.aliud.§.refertur.ff.de reg. iur.Bar.in l.actuarios. C.de numera.lib. 12.Innoc.10.c.cum ex iniuncto de ope. nou.nunc. Alexan.in l.nulli.ff.quod cuiuſque vniuer. nom.

DVBITATIO CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus generalis,an poſſit vendere bona cōmunitatis.*

2 *Alienatio præcipuè rei eccleſiaſticæ, quot requiratur, vt teneat.*

3 *Alienatio rerum confraternitatis, quot ſolemnitates requirat.*

4 *Confraternitas quot requiſita habere debeat, vt dicatur locus pius.*

5 *Alienatio in rebus prophanis non valet, non ſeruata forma.*

6 *Alienationis appellatione venit donatio.*

1 PLebis,vel vniuerſitatis † ſyndicus generalis, an vigore generalis auctoritatis ſibi datę, poſſit vendere,& alienare bona communitatis, eccleſiæ, vel collegij? firmo pedem tranſto in hanc ſententiam, quod non poteſt ſyndicus alienare, niſi habeat ſpeciale mādatum, ſcriben.in rub. C.de contrah.empt. quia non valet generalis auctoritas data ſyndico.Dec.ſ. 36.inc.& pro tenui.col.3.verſ.4. Ioſeph. Ludou.deciſ.93.nu.34. par.2.

Alienatio nāmque in iure capitur quatuor modis. Bal. in authent. hoc ius porrectum.col.1.C.de ſacroſ.eccl.Barb.

conſ.

conſ.15.col.13.lib.1.Rebuff.in ſua praxi in compend. de alien.rer.eccleſ.num.6. & ſeq.videlicèt, propriè, proprijſſimè, impropriè, & improprijſſimè.

Et plura requiruntur ad validitatem
2 huiuſmodi † alienationis: præcipuè rei eccleſiaſticæ, cauſa, ſcilicèt, neceſſitatis. c.ſicut.12.q.2. vel quòd per alienationē afferatur vtilitas eccleſiæ. c.cuia, de his, quæ iun.à prælat. vel cauſa magnæ incommoditatis, quia res, quæ eſt alienāda, eccleſiæ eſt magis damnoſa, quàm vtilis.c.ſine exceptione, in fi.12.queſt.2. vel pro redemptione captiuorū. l. tancimus.C.de ſacroſ.eccl. & de his cauſis, vel eorum altera debet conſtare per publicum inſtrumentum, aliòquin non crederetur.Præpoſi.in c.non liceat Papæ.12.q.2.

Requiritur etiam tractatus, nam debet fieri congregatio ad ſonum campanæ, vel alias, vt moris eſt, quibus congregatis debet antiquior præponere, vel prior l.2.C.de decurio. & petere ſuffragium ab omnibus ſuper re alienanda, de quo tractatu, & inquiſitione debet conſtare per publicum inſtrumentum ad hoc ſpecialiter tendēs, nec probaret inſtrumentum alienationis, ſi diceret habito tractatu, & colloquio, niſi præcederet ſegregatim inſtrumentum tractatus. Alex.conſi.17.col.2.li.4. Caſt. conſ.74.col.2.lib.1.Rebuff.in dict.compend.de alie.rer.eccl.num.12.& 13.vbi tradit formam, quomodo debeat dictari inſtrumentum ſuper tali alienatione poſt Specul.in tit. de locat.

Requiritur etiam conſenſus collegij capituli, conſilij, ſeu confraternitatis præſtari, & non ex interuallo: Rebuff.loco præcitato num.15.

Et requiritur in inſtrumento alienationis expreſſio nominum ſingulorū. Bar.in l.1. ff. de albo ſcrib. imò. Rebuff. loco præallegato nume.16. & ſeq. dicit requiri etiam ſubſcriptionem.

Inſuper requiritur licētia ſiue authoritas epiſcopi, vel ſuperioris auth. hoc ius porrectum vbi.Bal.C.de ſacro.eccl. quæ authoritas debet præſtari cum cauſæ cognitione.Gemin.conſi.48.colu.3. Rebuff. vbi ſuprà num.21. & ibi poſt alios dicit non valere conſuetudinem, quò interueniat auctoritas prælati, nec poteſt præſcribi contra huiuſmodi cōſuetudinem.

Et ſupradictæ ſolemnitates vt ſyndicus, vel procurator conſtitutus valeat alienare, requiruntur omnes. Bart.Soc. conſ.52.li.4. eſſet enim abſurdum quòd ſimiles perſonæ poſſent alienare res eccleſiæ non ſeruatis dictis ſolemnitatibus; & habere plus authoritatis, quā tota ipſa vniuerſitas.

Et licet omnia ſupradicta videantur procedere in alienatione rerum eccleſiæ; non autem in alienatione rerum
3 † confraternitatis in quibus alienationibus non requiruntur tot ſolemnitates. Fel.in c.de quarta col.2.de præſcrip. & in c.2.de for.comp. in fi. Bal. in auth. hoc ius porrectum col. 2. verſ.2. quæro vbi etiam. Caſtr.C.de ſacroſ. eccl. Pariſ. conſi.34.col.3.lib.4. Gabr. comm. concl.in tit.de pia cauſa concl.1. nume.12. hæc tamen procederent, quando con-
4 fraternitas † non haberet hoſpitalitatē, campanili, & alia requiſita, de quibus per Felyn.in d. c.de quarta de præſcript. quæ omnia ſi haberet confraternitas, verè diceretur locus pius, & eccleſiaſticus, & de rebus ſuis, tanquam eccleſiaſticis eſt iudicandum vt ex Felyn.d.c.de quarta.

Et vbi confraternitas non diceretur locus pius, & conſequenter in alienatione bonorum ſuorum tot ſolemnitates non requireretur, tamen inficiāri non poterit, illam ſolemnitatem potiſſimè requiri, quæ in reb. prophanis vniuerſitatum, quod ſcilicet, fiat alienatio congregatis hominibus in loco ſolito, & ad ſonum campanæ l.fin. C. de venden.reb.ciuit.li.11. quæ lex licèt loquatur in venditione, habet tamen locum in qualibet alia alienatione. Bald.in l.1.

in princ. ff. de magiſt. conuent. & in l. ciuitas. ff. ſi cert. pet. Alexand. conſil. 1. lib. 4.

Et quòd non valeat alienatio, & in re
5 bus prophanis † non ſeruata forma d. l. fin. C. de venden. reb. ciuit. lib. 17. tradit Ruy. conſ. 175. lib. 1. vbi loquitur etiam
6 in terminis † donationis quæ etiam venit ſub appellatione alienationis vt in l. 1. C. de contra. vid. & l. voluntas. C. de fideic. Iaſ. in l. 2. & fin. C. de iur. emphyt. Alex. in l. ſi filiofa. §. ſi vir in quinquennium. ff. ſolut. matr.

DVBITATIO CXVII.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus habens generale mandatum cum libera, an poſſit renuntiare liti, & cauſæ, ſeu inſtantiæ.*
2 *Renuntiatio iuris principalis eſt donatio.*
3 *Donare qui non poteſt, nec poteſt facere gratis remiſſionem debiti illiquidi.*
4 *Mandatum generali cum libera æquipollet ſpeciali mandato, non tamen poteſt donare, nec dilapidare, nec debitum remittere.*
5 *Adminiſtratores etiam legitimi, vt tutores, & huiuſmodi donare poſſunt.*
6 *Procurator non poteſt renuntiare appellationi per ſe interpoſitæ.*
7 *Renuntiando inſtantiæ videtur renuntiatum iuri, & cauſæ.*
8 *Inſtantiæ renuntiari poteſt vtraque parte volente.*

PLebis, vel vniuerſitatis ſyndicus habens generale mandatum, etiam ad compromittendum, & cum libera, an poſſit renun-
1 tiare litem, & cauſæ, ſeu inſtantiæ, concludendum eſt, quod non poteſt ſyndicus sic renuntiare. Alex. conſi. 115. li. 5. nec per dictam renunciationem præiudicare cõmunitati, quia licèt adiecta eſſet clauſula præmiſſa, q̃ poſſit facere circa ſ̃dicta, & quodlibet prædictorũ, ac connexa, & dependentia ab eiſdem etiamſi talia forent, quę mandatum exigerent ſpeciale, tamen hoc non obſtãte, ſyndicus non poteſt præiudicare cõmunitati per dictam renuntiationem, quia dicta clauſula non operatur niſi quoad caſus ſimiles expreſſis, non quoad maiores vt per Doct. in c. qui ad agẽdum. §. 1. de procu. in 6. & ibi gl. in verb. non expreſſos.

Sed cum nullus caſus ſit expræſſus in dicto mãdato generali, qui ſaperet omnimodam donationem prædictam, ergò ad talem caſum non extenduntur, quia dicta clauſula refert ſe ad præcedentia, & connexa, & non ad alia, patet ex verbis, ſcilicet in prædictis, & circa prædicta, vnde non extenditur niſi ad ea quæ concernent caſus ibi ſpecificatos, non alios, ita loquitur. Bar. in l. qui Romæ. §. Callimachus ad fin. ff. de verb. obl. faciunt notat. per Alex. conſi. 22. lib. 1.

Talis etenim renunciatio, & remiſſio non poteſt fieri niſi ab eo, qui poteſt donare, quia renunciatio iuris prin
2 cipalis eſt † donatio l. hoc iure. §. 1. ff. de donat. l. ſiquis delegauerit. ff. de nouat. l. ſiquis obligatione. ff. de reg. iu. Doct. in l. Modeſtinus. ff. de donat. & dato, quòd ius non eſſet liquidum vel liquidata, tamen gratis remittendo videtur donare, cum ille qui non poteſt donare, nõ
3 poteſt facere gratis † remiſſionem talis debiti non liquidi, & præmiſſam renuntiationem. Bal. in l. 1. col. 4. C. de pac. vbi allegat. l. præſes cum ibi not. C. de tranſaction.

Sed ſyndicus non poteſt donare, qui in mandato quantumcunque generali cum libera, & plena poteſtate æqui-
4 pollente ſpeciali mandato † iuxta l. procurator cui liber. cum gloſſ. & in l. mandato cum gloſſ. vbi Bart. ff. de procur. & c. qui ad agendum de procurat. in 6. l. nam, & nocere, vbi Baldus. ff. de pact. idem eſt. Bal. in l. illud. ff. de minor. non venit, quod mandatarius poſſit remittere, & donare. l. contra iura. §. ſi filiuſſa.

liusfa.ff.de donat. ergò non poterit ſic, vt ſuprà renuntiare.

Imo habens generale mandatum ad tranſigendum, & componendum cùm generali poteſtate, non poteſt debitum gratis remittere, per. text. in d.l. contra iura.§.ſi filiusfa. ff.de donat. & d.l. nam, & nocere.ff.de pact.quòd etiam voluit. Bald.in l.ſi procurator.C.de procur.vbi vult, quòd procurator habens liberam, quæ dicitur æquipollere ſpeciali mandato, vt per Bald.in l.illud. ff.de minor. cum concord.tamen non poteſt donare, nec dilapidare, nec debitum remittere per l.creditor.§.Lucius.ff.mand.& l. ſi pater. ff.quæ in fraud. credit.

5 Vnde videmus, † quòd iſti adminiſtratores etiam legitimi, vt tutores, & conſimiles, donare non poſſunt. l. 1. poſt princi.ff.de tutel. & l.per hi.§.clarum. ff. quod vi, aut clam, quamuis habeant liberam adminiſtrationem cum generali poteſtate, vt not.glol.& Docto.in l. mandato generali.ff.de procur. quibus tutoribus æquiparatur ſyndicus ab vniuerſitate conſtitutus, vt probant.Barto. & alij in l. iuſiurandum. §.deſensor, per glol.ibi.ff.de iureiu. quia dicuntur legitimi adminiſtratores habẽtes liberam adminiſtrationem.l.1.in princ. & l.munerum.ff.de mun. & hon.& ſic poſſunt ea, quæ ſpeciale mandatum requirunt, vt in d.l.præſes, cum ibi not. C.de tranſact.& tamen huiuſmodi tutores, & adminiſtratores donare nõ poſſunt. hinc que.Ioann.Andr.& alij in c.2.de donat. per illum text. dicunt, quòd prælati eccleſiaſtici, & ſimiles adminiſtratores nõ poſſunt remittere exceptionem peremptoriam, & idem not.Inno. in cap.1.de depoſit.& in cap.cum olim, il 1.de oſſi. delegat. vbi etiam idem dicit in procuratore.

Et idem dicit. Bart.in l.fi.in prin.ff.de fer.& in l.procurator cui generaliter.ff. de procur quod procurator non poteſt renuntiare appellationi per ſe interpoſitæ: per id, † quòd habetur, in l. re-
6 ſcriptum.§.fin.cum l.ſeq. & l.contra. §.ff. ff.de pactis.& l.apud celſum.§.mandaui. ff.de doli excepr.

Et licèt.Barto.in l.poſtquam liti. C.de pact.fuerit ſolus in vna opinione, quòd renuntiando inſtantiæ videtur renuntiatum iuri, & cauſæ, quia ſoli inſtantiæ renuntiari non poteſt, auth qui ſemèl. C.quom. & quando iud. & not.in l.edita.C.de eden.& hic renuntiando inſtantiæ, vt valeat renuntiatio, videtur etiam
7 † renuntiatum fuiſſe iuri, & cauſæ. arg. l.illud.ff.de acq.hæred.

Nihilominus communiter Doctores in d.l. poſtquam liti tenent contrarium, quia renuntiari poteſt ſolum in-
8 ſtantiæ vtraque parte volente, † vt per glol.in l.1.C.de præſcr.long.temp.licèt ſecus ſit parte inuita, & contradicente.

DVBITATIO CXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Communitas, an ex vſu particularium hominum dicatur quæſiuiſſe ius lignandi, & paſturandi in territorio alterius diſtrictus.*

2 *Seruitutes diſcontinuæ non præſcribuntur, & quæ cenſeantur diſcontinuæ.*

3 *Aliud eſt vniuerſitas, aliud hominis vniuerſitatis.*

4 *Actus geſti per vniuerſitatem, vt afficiatur illam, quid requiratur.*

1 PLebs, vel hominum vniuerſitas, ſeu † communitas, an ex vſu particularium hominum dicatur quæſiuiſſe ius lignandi, & paſturandi in territorio alterius diſtrictus?

Certè non reperiuntur cautũ, quòd obligatio, & actio perſonalis acquiratur præſcriptione, vt inſtit.de obl.g. vbi enumerantur modi quibus obligationes querunur, & in l.1.in prin.ff.de act. & obl.& facit.l.ſi certis annis.C.de pact. & quòd not. glol.in l.ſolent. ff.de offic. præſid. licque ius paſturandi, & lignandi

di nō quæritur præſcriptione, quia agitur de præſcribenda obligatione perſonali, quę non poſſidetur, neque quaſi poſſidetur. l. 3. in princ. ff. de acq. poſſ. & ideò ex huiuſmodi paſturatione, & lignatione, eſſet quæſitum aliquod ius, certè eſſet quæſita obligatio, & actio quædam perſonalis, & nō ſeruitus prædialis, vel perſonalis. l. vt pomū, in prin. & ibi glo. Barto. & Bald. ff. de ſeruit. & l. pecoris. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & in l. mela. §. fin. vbi glo. & Bart. ff. de aliment. & cib. lega. ſed obligatio, & actio perſonalis nulla poteſt acquiri ex prędictis, quia nec poſſidetur, nec quaſi poſſidetur, ergò nullum ius acquiretur per communitatem ex vſu hominum particularū, in propoſito noſtræ dubitationis.

Non enim præſcribuntur ſeruitutes diſcontinuæ. l. ſeruitutes, la 3. ff. de ſeruit.
2 † & cenſentur diſcontinuæ, quæ requirunt factū homini. l. foramen. ff. de ſeruit. vrb. præd. licèt hoc non procedat in ſeruitute perſonali, puta, vſusfructus. l. fin. C. de long. temp. præſcr. & poteſt eſſe ratio, quia vſufructuarius naturaliter rem poſſidet. l. naturaliter, in prin. ff. de acquir. poſſ. præcipuè, quia communitas ipſa non poterit iuuari præſcriptione, quando communitas non lignauit, neque paſturauit cum ſuis animalibus in ſylua.

Et licèt particulares homines communitatis lignauerint, & paſturauerint in ſylua, non propterea cenſentur dicti actus geſti per vniuerſitatē, nec afficiūt vniuerſitatem, cum aliud ſit vniuerſi-
3 tas, † aliud homines vniuerſitatis. l. ſicut. §. ſi quid vniuerſitate. ff. quòd cuiuſque vniuer. nomin.

Sępè namque prædiximus, quòd ad hoc, vt actus geſti afficiant vniuerſitatem, requiritur, quòd ſint geſti vniuerſitate ſolemniter congregata, & quòd
4 communicato conſilio, † & habita deliberatione gerantur. Barto. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. in l. omnes populi circa prin. ff. de iuſt. & iur. Caſtren. in d. l. ſicut. §. ſi quid vniuerſitati. gl. in Rub. C. quæ ſit long. conſuet.

Licèt ergò homines alicuius vniuerſitatis fuerint vſi aliquo nemore, paſturando, & lignando, non propterea cēſebitur, quæſita poſſeſſio communitati, etſi, quod fortius eſt, vſi fuiſſent tanquā nemore communitatis, vt ex præmiſſis comprehendere poteris.

DVBTATIO CXIX.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus communitatis nunquid nomine illius poſſit compromittere, & qualiter conſtare debeat de ſuo mandato.*

2 *Compromiſſum eſt ſpecies pacti, & tranſactionis.*

3 *Syndicus in actu compromittendi debet docere de mandato.*

PLebis populi, vel communitatis ſyndicus, nunquid poſſit nomine communitatis compromittere, & qualiter debeat cōſtare de ſuo mandato.

1 Si bene recolo, † frequenter tetigi, q illud quòd facit conſilium alicuius oppidi, cenſetur factum per ipſum oppidum, ſeu communitatem, vt per glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. Barto. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & facit. tex. in l. municeps, & l. quod maior. ff. ad munic. nam illi per quos geruntur negotia communitatis poſſunt contrahere, & vniuerſitatem ad obſeruantiam contractus, & ad pœnam in eo appoſitam obligare, vt per gl. in d. §. refertur.

Sicque ſyndicus conſtitutus ad paciſcendum, & tranſigendum videtur etiā habere facultatem compromittendi, & obligandi vniuerſitatem ad obſeruantiam compromiſſi, & ad pœnam in eo contentam, & conſequenter ad obſeruantiam laudi, quòd dependet à cōpromiſſo. l. nō diſtinguemus. §. de officio. ff. de arb. & l. ſi cum dies. §. plenū, ff. eo. ti.

Com-

Compromiſſum enim eſt ſpecies pa-
2 cti, † & cenſetur ſpecies tranſactionis ſe cuto laudo auth. ſi verò contigerit cũ ibi nota per gl. & Doct. C. de iudic.

Et ex compromiſſo oritur exceptio pro obſeruantia laudi. l. cum anteà in princ. C. de arbitr. ideò habentes arbitrium paciſcendi, videtur quòd poſſint cõpromittere, & maximè quando ſubdit clauſula, & cætera, quæ ſolet continere clauſulas ampliantes mandatũ, attento, quòd ſub dicta clauſula, & cętera, continentur ea, quæ ſolent apponi, in ſimilibus inſtrumentis per ea, quę habentur in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſth. ideoque agi poteſt ad pœnam compromiſſi. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitr. cum concord.

Sed in huiuſmodi actu compromittendi, debet ſyndicus docere de man-
3 dato per inſtrumentum, † quòd habeat indictionem, annum, diem, & menſem huiuſmodique ſolita promitti in inſtrumentis de conſuetudine, quorum omiſſio vitiat inſtrumentum, vt not. Bart. in l. ſi librarius. ff. de regu. iur. & in l. nominatim. ff. de cond. & demon. & per Spec. tit. de inſtr. edit. §. 1. verſ. poſt annos, & per Bal. in l. fin. col. 3. C. de fideicom. ita & taliter, quòd in inſtrumento ſyndicatus ſint deſcripta nomina interuenientium, vt per Barto. in l. 1. ff. de albo ſcriben. & per Hoſtien. in ſumm. tit. de ſyndico. quod præcipuè attenditur vbi agitur de venditione rerum ciuitatis, vel Caſtri per ea quæ habentur in l. fin. C. de vendit. rer. Ciuitat. lib. 11. & vbicũque fit per vniuerſitatem actus multum ponderoſus, vt per Baldin. l. 1. ff. de magiſtr. contien. quod inſtrumenta conſueuerunt ſic concipi, congregata tali vniuerſitate in tali loco, more ſolito in qua interfuerunt duæ partes, & vltrà repræſentantes ipſa vniuerſitatem, ipſa vniuerſitas conſtituit talem ſyndicũ, & ad talem actum, vt inſt. nulli, & in l. planè. ff. quod cuiuſque vniu. nom. & q vniuerſitas ſit congregata de mandato

ſuperioris, vt per text. in l. obſeruare. C. de decurio. lib. 10. vbi Bart.

DVBITATIO CXX.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus, quando contrahit cum altero ſyndico communitatis, & non apparet de mandato illorum, an ratificatio tacita, vel expreſſa illorum communitatum ſufficiat.*

PLebis, vel vniuerſitatis ſyndicus quando contrahit cum altero ſyndico alterius cõmunitatis, & non apparet de mãdato illorũ,
1 an ratificatio tacita, † vel expreſſa illarum communitatum ſufficiat? etſi veritas ſit, quòd ſufficiat tacita, vel expreſſa ratificatio illarum communitatum, ẽtſi ſyndici amborum communitatum mãdatum nullum habebant, quia ratificatio trahitur retrò, & mandato æquipatur. l. ſi. C. ad Macedon. & l. licet. ff. de iudic. & colligitur ex Specul. in tit. de ſyndico. §. 1. in verb. ſed pone quòd vniuerſitas vbi dixit, quod ſi vniuerſitas ſoluit expẽſas occaſione geſtorum ab eo qui ſe geſſerat, vt ſyndicus vniuerſitatis, videtur vniuerſitas ratificaſſe geſta, & allegat in argumentum. l. paulus reſpondit. ff. rem rat. hab. & l. pen. ff. de accuſ. & c. quòd ad conſultationem de re iudic. Alex. conſ. 127. lib. 5.

Nihilominus vbi conſtaret, q illi ſyndici, qui contraxerunt nomine eorum cõmunitatis habebant ſufficiens mandatum, res eſſet expedita, quod communitas teneretur ratificare, quia nil refert, an commune ſe obligauerit per ſe, an verò mediãte alio ſuo miniſtro mandatum, ſeu poteſtatẽ habente. l. 1. §. quibus, & l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin. & l. municipibus. ff. de condit. & demonſtrat.

Sic autem commune non ratificaret expreſsè, vel tacitè, tunc dicti ſyndici tenerentur facere ratificari contractum,

per

per communem,& eis non facientibus tenerentur dicti ſyndici ad pœnam in inſtrumento conuentam cum refectione damnorum,& expenſarum,quia dubium non eſt, quòd talis pœna eſt exigibilis, quia eſt ad facta facto. l.ſed etſi quis.§.fin.cum ibi notat. ff.ſiquis caut.& l.Iulianus. §.idem Papinianus, cùm ibi. notat.& l.Lucius.ff.de actio.emp.& plenè per Doct.in l.cum allegas.C.de vſur. & in l.ſtipulatio iſta §.alteri.ff.de verbo. oblig.& in c.ſua, de pœn. & in c.dilecti, de arbitr.cum ſimilibus.

Satis tamen erit, quòd etiam pendẽte iudicio, communitas,& hominis terræ ſolemniter ratificent cõtractum eorum nomine factum, quia, vt dixi, cùm talis ratihabitio trahatur retro,& mandato comparetur,conualidatur iudiciũ ex parte agentis, quando pendente iudicio ſuperuenit ius ex cauſa de præterito.l.ſi rem.§.fin.ff.de pigno.act.l.ſi mãdauero, la 1.ff.mand.& plenè per Doct. in l. non poteſt. ff. de iudic. cum concord.

Et vbi ſyndici promiſerint in aliquo contractu de defendendo ab omni homine,commun,collegio,vniuerſitate, & perſona,& de auctorizando,& diſtrigando in iudicio, & extrà. Iſta promiſſio debet intelligi ſecundum quod eſt de natura contractus, ita notat. Bartol. & alij in l.ſtipulatio iſta, in prin. in verſ. quæro aliquis videns.ff.de verb.obliga. Bald.in l.fin.C.de act.empt. prout etiam Notarius intelligitur rogatus, vt apponat clauſulas vniformes,& conſuetas.l. fin.C.de fideiuſ.l.ſi priùs.§.rectè placuit. ff.de aqua pluu.arcend.& not.in l.ex ea parte,in prin. ff.de verb. oblig.

In materia præmiſſæ dubitationis faciunt etiam, quæ ego ad partem pro pleniori intelligentia deduxi infrà dubitatione.115.

DVBITATIO CXXI.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas vel communitas,an poſſit ſibi eligere perpetuum Rectorem.*
2 *Officia ſecularia aliquando ſunt perpetua,aliquando temporalia.*
Veneti non ſubſunt dominio alicuius ibid.
Veneti poſſunt ſibi eligere perpetuum Ducem. ibid.
3 *Chriſtianus,qui nominari deſiderat, debet fidem Catholicam defendere ab hæreticis.*
4 *Deus iraſcitur, ſi contumeliæ ei illatæ tolleruntur.*
5 *Delictum non minus eſt tollerare quam agere.*
6 *Hæreticus quis non eſt habendus niſi ſit manifeſtè talis.*
7 *Notorium idem quòd ſententia operatur.*
8 *Domini temporales niſi hæreticos eijciant,poſſunt à Papa excommunicari.*
9 *Papa poteſt abſoluere vaſallos à fidelitate domini temporalis, & totum territorium opponere alijs occupandum vbi reſiſtant obedientiæ Papæ.*

1 PLebs,† ciuitas, vel communitas, an poſſit ſibi eligere perpetuũ rectorem?

Hæc quæſtio diſputata legitur per Io.And.in c.fin. de iudic. vbi arguit pro,& ℈,& facit mentionem de Venetis, qui eligunt ſibi perpetuum,Ducẽ & in effectu concludit ibi.Io.Andr.poſt Hoſt.quòd non poteſt vniuerſitas eligere ſibi perpetuum rectorem, maximè ſi eſt ſub dominio alicuius,quia tunc ſine conſenſu illius, cui ſubeſt, hoc facere non poteſt: allegat quòd habetur in c. dilecta, de exceſſ.prælat.in c.ad hæc, in fin.de offic.Archidia.tangitur etiam de hoc in c.præſidentes, de iudæis, in 6.

Hinc que notandum, quòd quandoque quis aſſumitur in poteſtatem perpetuam, aliquando in temporalem, quia
2 † officia ſecularia,aliquando ſunt perpetua, aliquando temporalia. l. meminiſſe.

niſſe. ff.de offic.proconſ. & leg. & in l.ſi fortè.ff.de offic.præſid. & dicit Hoſtien. in cap. excommunicamus. §.moneantur.de hæret.quod hoc fuit dictum propter Ducatus, Principatus, & Comitatus, in quibus ſuccedunt filij, ſed quòd dixi de Venetis, teneas eſſe verũ, quòd, quia nõ ſubſunt dominio alicuius, poſſunt ſibi eligere perpetuum Ducem. Io. de Anan.in d.§.moneantur in 3.notab. ſed, & ipſi domini temporales debent ſub pœna in d.§.moneantur, contenta purgare terras de hæreſi, & ſic tenentur iurare, & ſi ſic ſeruare neglexerint puniuntur pena ibi deſcripta, quia, qui nominari deliderat Chriſtianus debet fidẽ catholicam pro uiribus defendere ab
3 † hæreticis, vt ſit nomẽ conſequens rei. §.eſt autem,& aliud.inſti.de donat. & in c.cum ſecundum Apoſtolum,de pręb. ſicut enim quis tenetur ad defenſionẽ proximi,ſi iniuſtè opprimitur.c.quanto de ſent.excom.c.dilecto, eo.tit.in 6.

Ita, & multo magis ad defenſionem fidei, quia primum præceptum eſt erga Deum religio in l.veluti.ff.de iuſt.& iur. Iraſcitur namque Deus ſi contumeliæ
4 ei illatæ tollerentur. c. etſi † iudæos, de iudæis, non enim in hoc cenſetur mi-
5 nùs delictũ tollerare, q̃ † agere, vt not. in ſimili in c.1.de offic.delegat.& præcipuè tollerare non debent eos, qui ab eccleſia fuerunt denotati.

Sed exterminare, ideſt, extrà terminos, & fines eijcere; hinc tamen patet, quòd antequam publicetur ab eccleſia aliquis vt hæreticus non debet euitari,
6 quod eſt verum, † niſi fortè eſſet manifeſtè hæreticus, quia tunc notorium idẽ
7 quòd ſententia † operatur.l.emptorem in prin.cum ſimil.ff.de act.empt.
8 Et niſi Domini temporales hæreticos eijciant, poſſunt à Papa excommunicari, & Papa poteſt abſoluere vaſſallos à fidelita.e domini temporalis,& totum territorium oponere alijs occupãdum, † vbi reſiſtant obedientiæ Summi
9 Pont.not.Io.de Anan.d. §.moneantur.

DVBITATIO CXXII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas vel vniuerſitas quando mutuat pecuniam ad vſuras, an ſinguli de tali vniuerſitate dicantur vſurarij, & teneantur reſtituere.*
2 *Cauſa vniuerſitatis non eſt ſingulorum.*
3 *Vſuras exercere etiam pro opere pio non licet.*
4 *Dare, & recipere ſunt correlatiua.*

QVia ſuprà dubitatum fuit in dubitatione 112. an vniuerſitas poſſit exercere vſuras, & deciſum fuit non poſſe.

Quæro modò quãdo ciuitas, vel aliqua vniuerſitas mutuat pecuniam ad
1 vſuras, an ſinguli de tali vniuerſitate dicantur vſurarij, & teneantur ad reſtitutionem?

Hanc quæſtionem format. Io.de Lignano, qui allegat Hoſtien.in ſumm.de pœnit. §. fin. in verb. quibuſcunque de ciuitatibus, & tenet, quòd ſic, licèt cauſa vniuerſitatis † non ſit ſingulorum. c.
2 qui manumittitur.12.q.2.

Ratio illa eſſe poteſt, quia quantum pertinet ad delicta, omnes illi qui ſunt conſentientes, pariter puniuntur, & hęc vera ſunt in his quibus hoc placet, & in mente ratum habent, poſſent prohibere, & non faciunt.

Si verò ignorantes, vel non poſſunt prohibere, videtur ſecùs, per id quòd habetur in c.1. de vſur. illi verò, qui participarent commodum burſali, indiſtinctè tenentur; omnes enim illi quorum conſenſu, & authoritate hoc fit, ſunt vſurarij, vt per Doct.in c.conqueſtus de vſur.& notat ſignanter. Ioan de Anan.in cap.ſuper eo eod.tit.de vſur.in vltima quæſtione.

Imò notandum eſt in propoſito, qđ
3 non licet inducere † quem ad exercendum vſuras etiam pro opere pio; & ita peccet ille, qui recipit ad vſuras, ſicut

ille

ille qui mutuat, quia prohibitio vsurarum, comprehendit dantem, & recipientem, sicut eadem pœna puniri debet vnus dans alteri materiam delinquendi, qua ipse delinquens, vt patet in illo qui receptat bannitos, vel delinquentes. l. 1. ff. de receptat. nā si non esset qui reciperet, nec esset, qui fœneraretur. c. non satis de simon. quia ista sunt correlatiua, dare, & recipere, sed natura
4 correlatiuorū est † vt statutum in vno porrigatur ad aliud, sed Hostien. & alij dicunt, quòd istud est rigorosum, & in contrarium facit, quòd habetur in c. 1. & c. debitores de iureiur. in quibus habetur, quòd ille qui iurat soluere vsuras tenetur soluere, & est obligatus, quòd non esset, nisi esset prohibitum recipere. l. si non sortem in prin. ff. de cond. indeb. c. si ad peccatum 21. q. 4. & ideò alij tenent indistinctè, quòd recipere pecuniam ad vsuras nō est peccatū, quasi sit vexationis redēptio. c. per tuas de Sym.

Alij dicunt, quòd pro opere pio, & virtuoso licitum est recipere pecunias ad vsuras, vt si vult inde facere elemosinam, vel fabricare ecclesiam, vel quid simile, sed propter luxuriam, vel lasciuiam, vel quid simile non licet recipere, ideò peccat, qui recipit.

Alij dicunt, quòd etiam pro opere pio non est semper licitum, puta si vellet pascere pauperes non multum indigentes tandem concludunt omnes, q̄ ille qui pro opere peccati recipit pecuniam ad vsuram, peccat, non solum in eo, quòd pro illicita causa accipit, sed etiam in eo, quòd consuluit fœneratori, quod ex illa causa mutuet, sed pauci sunt, qui de tali peccato faciant sibi cōscientiam; sed & illa ratio de correlatiuis non semper est bona, quia nō semper sequitur, quod statutum in vno de correlatiuis intelligatur statutum in reliquo, vt per exemplum possit per glos. in c. debitores de iu. eiur. vnde concordando opiniones concluditur, quòd ex causa voluptatis, & lasciuiæ non est licitum, imo peccat recipiens, sed ex causa honesta est licitum, putant tamen aliqui, quod si commodè quis possit habere ab aliquo sine vsuris, non debet recipere ad vsuras, quia quantum potest, debet vitare, ne proximus incidat in peccatum, si verò commodè nō posset, & tunc non peccat. ita concludit Ioan. de Anan. in c. super eo colu. 2. de vsuris.

DVBITATIO CXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas nunquid possit contrahere cōfraternitatem in sacrifontis baptismate.*
2 *Vniuersitas est persona representata, & fungitur vice personæ.*
3 *Actus quilibet potest explicari per procuratorem nisi expressè à iure sit prohibitus.*
4 *Multa fieri per procuratorem prohibentur facta tamen tenent.*

1 PLebs, vel vniuersitas nūquid possit contrahere † confraternitatem in sacrifontis baptismate? licet sæpè ciuitates constituant syndicum quoad hunc actum, tenent consulentes citati per Abb. in c. veniens de cognat. spirit. quòd non possit vniuersitas cōtrahere istam cōfraternitatem, quia nemo qui non fuit baptizatus potest alium tenere in baptismate per text. in c. in baptismate de consecr. dist. 4. sed vniuersitas non habet animam ergò non potest esse compar huius specialis cognationis. c. Romana in §. vniuersitatem, & c. si sēntia de sent. excommun. in 6.

Sed Abbas in d. c. veniens credit posse attentari, vt constituentes syndicum efficiantur compatres, quia dispositio concepta in vniuersitatem, resoluitur, vt concernat singulares personas de vniuersitate, si actus non cadit in vniuersitates, vt res non careat effectu est tex.

tex.not.qui facit ad multa in d. c.ſi ſententia,& facit quòd not.gl.in d.§.in vniuerſitatem,& facit l. ſtipulatio iſta §. ſed ſi ſerui.ff.de verb.obl. & c. nouerit, & c. graue de ſent.excom. vbi excommunicantur ſinguli ſtatuentes contra libertatem eccleſiaſticam,licèt ſtatuant nomine vniuerſitatis:dicit tamen Abb.in d.c.veniens,quòd Feder.conſ.15.tenuit contrarium, ſcilicet, vniuerſitatem nõ poſſe contrahere cõfraternitatẽ hmõi.

Benè poteſt collegium ,ſiue vniuerſitas contrahere , & ſibi alium obligare etſi alteri ex mutuo obligare . vt in l.ciuitas. ff. ſi cert. petat. & in l. 2. ff. quòd cuiuſque vniu. nom. poteſt etiam poſſidere pignus.& omnem rem l.1. in fin. cum l.ſeq.ff.de acqu. poſſ.

Eſt enim vniuerſitas perſona repræſentata habẽs animum fictum, ex quo idem effectus producitur quoad contrahendum, ac ſi haberent verum animum, vt patet in c. dilectus de ſimon. Bald.in l.Polla. C. de his quib. vt indig. vbi habes, quòd vniuerſitas poteſt delinqueri& facit,quod habetur in l.mortuo.ff.de fideiuſſ. vbi litera dicit, quòd hæreditas perſonæ vice fungitur, ſicut municipium, curia ,& ſocietas. Io. de Anan.in c.conquæſtus in prin. de vſur.

Huiuſmodi tamen cognatio ſpiritualis benè poteſt per procuratorem contrahi,hancque opinionem contrariam texti in l.neque,& in l.poſt mortem. §. fin.ff. de adopt. quibus iuribus cauetur non poſſe contrahi cognationem legalem per procuratorem, ideoque conſequenter nec ſpiritualem,tenuit. Bal.in d. vn. §. nc autem col. vlt.C.de cad.toll. Aret.in §. illud inſtit. de nupt. & refert. Abb.in præcit.c. veniens de cogn. ſpir. num.4. videlicet , ante factum non eſſe admittendum quemquam per procuratorem ſed poſt factum placet. Abbati in d. c.veniens,hunc actum poſſe explicari per procuratorem, † quia regulariter quiſque actus poteſt explicari p procuratorem niſi expreſsè à iure ſit prohibitus.l.1.§.rurſus ff.de procur.& in c.poteſt quis per alium de reg. iur. in 6. ſed nullibi ſpecialiter hoc prohibetur ergo communi promiſſum , nam iura ſolum requirunt leuantem , vt reſpondeat pro puero,& obliget ſe apud Deũ, vnde cõſtituitur fideiuſſor pro eo apud Deum c. vos ante omnia de conſecra. diſt.4. hæc autem obligatio debet poſſe contrahi per procuratorem,cùm nõ eligatur induſtria perſonæ, nec agitur hic de magno facto.

Item quia multa fieri per procuratorem prohibentur † facta tamen tenent vt ſentit glo.in l.vniuerſis.C.de præcib. Imp.off.in c. 1. de iudic.Bart.in d. l. poſt mortem.§.fi.ff.de adopt.

Præſuppoſito quòd per procuratorem non poſſet contrahi , ſaltem ſi de facto contrahatur per procuratorem qui de facto tenuit baptizatum, tenet cognatio vt notat.Io.And.in d. c.poteſt quis per alium quia reipſa procuratorẽ interuenit,& licèt non intenderet obligari , tamen ſæpè extrà id quòd agitur, naſcitur obligatio vt in l.is qui in fin ff. commod.

Contrariam tamen opinionem credit veriorem.Abb.in d. c. veniens quia vbi non eſt conſenſus alterius non naſcitur obligatio. l. in omnibus.& l. conſenſus.ff.de act. & obl.

DVBITATIO CXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vnus ex omnibus vniuerſitatis ſi non poſſit ſoluere ſuam partem oneris,an alij teneantur ſiue ſit onus perſonale, ſiue conſiſtens in præſtatione pecuniæ vel onus impoſitum cuilibet, vel onus reale, vt tributum.*

SI vnus ex hominibus vniuerſitatis , plebis, vel populi non poſſit ſoluere ſuam partem oneris, an alij teneantur, ſiue ſit onus perſo
1 nale, † ſiue cõſiſtens in præſtatione pecuniæ,

cumie,vel onus impoſitum cuilibet,vel onus reale,vt tributum.

Diſtinguēdum opinor, aut eſt onus perſonale iniunctum, & tunc ſi nō poteſt expediri per vnum, debet expediri per alios l.honor in fin. ff. de muner. & honor.

Aut eſt onus quòd conſiſtit in præſtatione pecuniæ, & tunc ſi eſt onus quod imponitur vniuerſitati ſimpliciter, licet aliqui non ſint ſoluendo, adhuc tenetur vniuerſitas, quia cenſetur eadem.l.proponebatur.ff.de iud. & l.ſicut.ff.quòd cuiuſque vniuerſ.nom.

Aut imponitur onus quilibet de vniuerſitate, vt puta, cuilibet ciui, aut oppidano, & tunc vnus pro alio non tenetur.l.vnic.C.vt null.ex vicar.pro alio. debit.teneatur. lib.11.

Aut onus impoſitum eſt onus reale, vt tributum, quod ſoluitur pro rebus, & tunc vno non ſoluente alij grauantur, & aſſignantur eis poſſeſſio non ſoluentium.l.1.C.de omni agro deſert.lib. 11.adde prædictis,quia.Bartol.in l.legatorum petitio, in prin.ff.de lega.2.dicit, quòd illa lex facit;contra conſuetudines ciuitatum, per quas ſi vnus ruſticus non eſt ſoluendo, exigunt ab alijs, faciunt ad prædicta, quæ notat.Spec. tit. de cenſib. §. nunc dicendum, in verbo, quid ſi vniuerſitas, & in verb. ſequenti, & per Bart.& alios.Doct.in l.ab omnib. in princip.de leg.1.vbi habetur,quòd ſi vnus eximitur à collectis, alij tenentur ſoluere partem ſuam, de quo etiam notatur in c.2.de immun. eccle. in c.accedentibus, de præſcript.in capit. ea, quæ de cenſib.

Not. tamen in propoſito oneris realis, quòd illud euitatur ab eo, qui vult res dimittere, ſed non onus perſonale, vt in l.vſufructuarius paratus,& ibi Bar. ff.de vſur.& cum præmiſſa diſtinctione in materia propoſitæ dubitationis tranſit.Io.de Anan.in c.tua nos.col.3. verſi. quæritur curia prædicta, de vſur.

DVBITATIO CXXV.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, vel communitas, quæ per multos annos ſtetit bannita, à qua non fuit exacta condemnatio, an mortuis omnibus, qui tunc erãt de illa vniuerſitate, ſuperior poſſit bannum exigere?*

2 *Vniuerſitas eſt eadem etiamſi omnes, qui viuebant tempore banni, ſint mortui.*

3 *Vxor, mortuo viro non eſt amplius vxor.*

4 *Excommunicatus quis intelligitur, quandiu non purgauerit contumaciam.*

5 *Finito nomine agnationis finitur tutela, quæ defertur agnato.*

1 PLebis, villæ, vel alicuius collegij vniuerſitas, vel ciuitas, quæ per multos annos † ſtetit bannita, condemnatio non fuit exacta, an mortuis omnibus, qui tunc erant de illa vniuerſitate, ſuperior poſſit §bannum exigere.

Credo, quòd ille de vniuerſitate poſſint inſurgere, & dicere, quòd bannum fuit extinctum per mortem eorum, qui tunc erant; nam omnibus mortuis collegium eſt diſſolutum. Bart.in l.fin.ff.de colleg.illic.per not.in l.eis.§.fi.ff.ad munic.& in l.ſicut. ff.quòd cuiuſq; vniuerſ. nomin.ex quo ſequitur, quòd bannum eſt finitum, & ſic non poſſet à ſucceſſoribus exigi, ſed iſtud verum teneo, ſi ante omnium mortem nullus alius fuiſſet in collegio ſubſtitutus,tunc enim verum eſt, quod diſſoluta eſt vniuerſitas per mortem omnium, & ſic bannum extinctum,& licèt alij poſtea,vel ex cõceſſione ſuperioris,vel propria auctoritate conſtituerint ibi collegiũ, vel vniuerſitatem,non tamen eſt illud antiquũ collegium, vel illa antiqua vniuerſitas, ſed eſt noua, & ab ea bannum exigi nõ poterit, argumento.l.qui res §.aream.ff. de ſolut.& l.inter ſtipulantem.§.ſacrã,& q ibi tangitur per Bar.ff.de verb. oblig

Si

Si autem vt plerunq; contingit, vno
2 mortuo alius ſubrogatur, & ſic de ſingulis, licèt omnes illi qui tempore banni viuebant, mortui ſint, tamen eadem eſt vniuerſitas, vt præcitatis iuribus, & habetur in l. vetus eſt quæſtio in fin. cũ l. ſeq. ff. de vſufr. & in l. proponebatur. ff. de iudic. & ideo poterunt ad bannum conueniri, ſecundum ea quæ habentur per Bart. in l. 4. §. actor. ff. de re iudic.

Quid autem iuris ſit in excommunicatione, an vniuerſitas poſſit excommunicari, memini me aliqua tetigiſſe ſuperioribus dubitationibus, in materia c. grauem de ſent. excomm. ſed ad propoſitum faciunt, quæ habentur in c. ſi aduerſus conſules de Immun. eccl. quod Canoniſtis pro nunc relinquetur

Inſuper non pigeat addere, an ſtante ſtatuto, quòd filij bannitorum debeant expelli à ciuitate tempore facti ſtatuti, bannitus habens filios erat mortuus, dicti filij debebunt à ciuitate expelli, reſolue, quòd non, quia filij non ſunt banniti. l. emancipatum. §. 1. ff. de ſenat. & fortè idem erit, ſi erat viuus tẽpore ſtatuti, nam licèt ab initio ligatus fuerit à ſtatuto, tamen poſtquam executio non eſt facta, cum commodo, quando expelleretur non eſſet filius banniti non excluditur à ſtatuto, debet enim intelligi ſecundum tempus expulſionis l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. l. Titius cum ſimil. ff. de milit. teſta.

Idem dicitur de vxoribus bannitorũ quæ ſi ſtatuto cauetur, quòd perpetuò ſint bannitæ ſi maritus bannitus præmoriatur vxori, vxor non intelligitur amplius bannita, quia illud verbum perpetuò intelligitur, quandiù manſerit vxor, ſed ipſa viuo mortuo non eſt
3 amplius vxor. l. quintus. ff. de donat. int. vir. & vxor. & l. qui tibi. ff. de aur. & arg. leg. ſic etiam dicitur, quòd quis ſit perpetuò excommunicatus, intelligitur enim, quandiù non purgauerit contumaciam † c. reperiũtur 1. q. 1. Item alia
4 ratione, quia impoſita eſt pœna ſub nomine appellatiuo, quia ſtatutum dicit, vxores, ergò finito nomine finitur, & pœna, ſicut finito nomine agnationis finiuntur tutelæ, quæ deferunt, vt agnato. l. tutelas. ff. de cap. dim. & licèt in cõtrarium videatur facere text. in l. fœminæ. ff. de ſena. & l. filij. §. vidua. ff. ad mun. & l. 3. C. de bon. mat. tamen hoc verum eſt quoad fauorem, quia quoad fauorẽ dicitur durare matrimoniũ, non quoad odium, vt in d. §. vidua.

DVBITATIO CXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatis præpoſitus, an poſſit facere ſtatuta.*

2 *Duo populi conueniendo in vnum poſſunt facere vnum populum.*

3 *Mulieres monacæ habent ſua prælatas cum quodam imperio.*

1 PLebis, vel vniuerſitatis præpoſitus, an poſſit facere ſtatuta?

Exiſtimo breuiter hanc dubitationem ſic poſſe reſolui;

Propoſitum vniuerſitatis poſſe facere ſtatuta, cum conſenſu eiuſdem vniuerſitatis, alias non, niſi ſuperior confirmaret, hoc enim vult tex. in l. ſodales. C. de colleg. illic. §. 2. dum in plurali dicit, his autem, & quam velint, nam ſtatuta eorum intra pacti cenſentur tex. ibi notab. benè verum eſt, quòd ſi ſtatuta eſſent contra ius publicum non valerent, vt ex eo. tex. in d. l. ſodales ibi, dũ dicit, nequid ex publica lege corrumpant.

Hinc q; ponitur concluſio, quòd id quod eſt reprobatum iure pacti, non poteſt valere iure ſtatuti, & ideò mercatores per ſuum ſtatutum nõ poſſunt conſulibus eorum dare poteſtatem relegandi aliquem mercatorem, vt l. nulli. C. de ſent. & interd. om. iud.

Reus tamen non poterit declinare forum ſui præpoſiti, ſecundum Innoc

& Bald. in c. cum ab eccleſiarum vbi ēt præcipuè per Bald. de præmiſſa dubitatione de offic. iud. ordin. per tex. in l. fin. C. de iuriſd. omn. iud.

Nec quis de neceſſitate cogitur agere coram tali præpoſito, quia poteſt adire iudicem ſuperiorem. d. l. fin. C. de iuriſd. om. iud. aptio enim iudicis regulariter dat actori. l. non vtique. ff. de eo. q̄ cert, loco poſtquam tamen elegit, variare non poteſt. l. 1. in fin. C. de aſſer. tol.

Superior vero prælatus non autem inferior eſt ille, qui habet ordinariam iuriſdictionem, vnde dignitas primicerij, vel cuſtodis nō dat iuriſdictionem, niſi in exercitio ſui miniſterij ſecundū Innocen. in d. c. cum ab eccleſiarum, & eſt ratio, quia ille, qui eſt ſub poteſtate, alium in poteſtate habere non poteſt, & ſubdit. Innoc. quòd illi poſſunt ſe cōgregare in vnum corpus, qui ſunt de eadem terra, vel iuriſdictione, poſteà more ſuo variare, & dicit, quòd hoc ſignificare non eſt aliud, quam dare intelligere. l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrb. p̄d. quòd intellige dùm tamen collegium non ſit reprobatum ratione ſectæ, vnde bene poſſent Monteſimagnēſes, & Via
2 rinenſes conuenido ēin vnum, poſteà facere vnum populum, † vt not. in auth. de quæſtorē poſt prin. vbi tex. notat, quòd homines vndecunque venientes vocantur de populo, & tanquam populares defendendi, & habendi ſunt, ibi, dùm dicit, magna verò hæc eſt ciuitas noſtra populoſa ex turbis diuerſorum hominum, qui tex. eſt valdè ſingularis vnde ſi ſtatutum dat aliquem precipuū fauorem popularibus, iſte fauor includit etiam aduenas commorantes, & ſi contrahit, vel delinquit, etiam eo ipſo facit ſe de populo, & tanquam popularis venit iudicandus obſtante, quòd in ſua natione eſſet de nobili genere.

Taliſq; præpoſitus collegij oportet, quòd non ſit mulier, intelligendo de collegio negotiorum, vel monachorū, vel mixto mulierum & marium, vt per Innoc. in d. c. cum ab eccleſiarū de off. iud. ord. benè poſſunt in collegio eſſe mulieres, vt patet in collegio monialium, quæ etiam habent ſuas prælatas cum quodam imperio, plene enim iuriſdictio apud prælatos eſt non apud
3 prelatas, † ſunt & quedam collegia mulierum ſpiritualia, vt tertij ordinis Sancti Franciſci Seraphici, quæ ſimiliter habent ſuam prioriſſam, regulat, & regit eas, ſicut caput regulat membra, quia in capite eſt intellectus.

DVBITATIO CXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum, vel Ciuitas, an poſſit ſibi conſtituere ius vniuerſitatis.*
2 *Homo meus non poteſt ſe facere hominem alterius.*
3 *Prælati eccleſiaſtici electi à collegio non habent iuriſdictionem, niſi per ſuperiorem cōfirmantur.*
4 *Præpoſitus omnis artis mechanicæ non habet iuriſdictionem.*
5 *Vniuerſitas omnis dicitur corpus.*
6 *Collegium eſt imago quædam quæ magis intellectu, quam ſenſu præcipitur.*
7 *Collegium quid ſit.*
8 *Conſtruenda vbi erit vniuerſitas, intellectus procedit componendo, in deſtruenda procedit diuidendo.*

Lebs, Ciuitas ſiue caſtrum quodlibet an poſſit ſibi cōſtituere † ius vniuerſitatis.
1 Sine conſenſu ſuperioris dicerem, quòd quælibet ciuitas, & quodlibet Caſtrum non poteſt ſibi cōſtituere ius vniuerſitatis, etiamſi eſſent mille millia diciturque conſentire, eo ipſo, quòd concedit eis locū ad ædificandū ciuitatem, caſtrū burgū, vel villā, vel admittit ſyndicum eorum, vel ſcribit eis tanquam vniuerſitas ex certa ſcientia, nam hoc ipſo conſentit, qd habeant ius vniuerſitatis, & quòd ſint

corpus

corpus licitũ ita habetur apud Io. And. & Inn. in c. cum ab eccleſiarum de off. iud. ord. & dicit Hoſtienſ. quod vbi eſt aliqua terra, quæ non habet rectorem temporalem, epiſcopus eſt iudex tam in temporalibus quam in ſpiritualibus. §. in ciuitatibus in auth. vt differentes iudic.

Imò Imperator, eſt iudex, quia eius eſt terra, & plenitudo eius. l. de præcario. ff. ad l. Rhod. de iact. & maieſtas eius vbicunque repræſentatur in toto orbe qui regitur ab humanis.

Refert. Bal. in d. c. cum ab eccleſiarũ quòd ſunt quædam ciuitates quæ non habet magiſtratus vt notat̃ in l. ſi duas. ff. de excuſ. tut. & dicit. Hoſtien. quòd ciuitates potiſſimum lombardiæ non recognoſcunt Imperatorem vt debent, nec illum recognoſcitur rex Franciæ nec rex Bohemæ.

Et ciuitas vel caſtrum de iure non poſſunt iuriſdictionem aliquam ſui ſuperioris vſurpare, quia ſeruus ſeipſum alienare non poteſt: imò facit furtum ſui, & nemo poteſt alienare rem alienã vt in rubr. 6. de reb. alie. non alien. l. id quòd noſtrum. ff. de reg. iu. vnde homo
2 meus ſe non pôt, † facere hominem alterius. l. ſi rem mobilem. ff. de acq. poſſ. l. quædam. C. de decurion. lib. 10 ſed de hac materia latiùs dixit. Bald. ſuper pace conſtantiæ.

Prælati verò eccleſiaſtici electi à collegio non habent iuriſdictionem, niſi
3 per ſuperiorem † confirmentur vt in §. interim in auth. de defens. ciuit.

Prout nec iuriſdictionem habet omnis præpoſitus artis Mechanicæ niſi à
4 ſuperiore † confirmetur l. primatorum. C. de iuriſd. omn. iud. nam ſi electus à tota ciuitate non habet iuriſdictionem niſi confirmetur d. §. interim ergò multò minùs electus à paucis, niſi conſuetudo præſcripta ampliùs concedat vt l. 10 C. de emancip. lib.

Sed vt ſcias terminos, omnis vni-
5 uerſitas dicitur † corpus, quia compoſitum, & aggregatum, vbi corpora ſunt tanquam materia, dicitur autem forma ideſt, formalis ſtatus l. qui in luminibus. ff. de ſeru. vrb. prædio.

Collegium verò eſt imago quædam, quæ magis intellectu, quam ſenſu per-
6 cipitur. l. rerum. † mixtura. ff. de vſucap. & l. metum. §. animaduertendum. ff. quòd met. cauſ. & c. graue de ſenten. excomm.

Collegium tamen eſt collectio per-
7 ſonarum † iuris ordine ſociata, vno nomini ſubiecta; & de eſſentia collegij nõ eſt prælatus, quia eſt collegium quòd eligit prælatum, & eſt verum, quòd ſi ſuperior non vult, quòd habeat prælatum, erit collegium priuata ſocietas. Bal. d. c. cum ab eccleſiarum hinc num. 8. Inferas quòd domus ſapientiæ Peruſij, vel huiuſmodi, dicitur collegium, quia illius rector habet iuriſdictionem ſecundum ſtatuta, & diſciplinam, & regulam domus, vnde ſtudentibus dici poteſt illud quòd ſcribitur. Pſ. 3. Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur dñs, & expellamini de domo iuſta.

In conſtruendaque huiuſmodi vni-
8 uerſitate intellectus † procedit componendo, in deſtruenda procedit diuidẽdo. l. 1. in fin. ff. de colleg. illicit.

DVBITATIO CXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas an poſſit citari ad domum.*
2 *Citatus ſemel poteſt poſtea in ſingulis actibus ſucceſſiuè citari domi ſolitæ habitationis.*
3 *Vxor citabit virum in domo vbi debent matrimonialiter habitare.*
4 *Quis non dicitur propriè ibi eſſe, vnde ſtatim eſt diceſſurus ideò peregrini, & aduenæ non poſſunt citari niſi perſonaliter inueniantur.*
5 *Reus vel actor quando abeſt, non ſunt de neceſſitate citanda amici, niſi in caſibus expreſſis à iure.*
6 *Vniuerſitas citanda ad locum vbi conſueuit congregari.*

Plebs,

PLebs, vel vniuersitas nunquid possit citari ad domum?

1 Videtur negatiuè respondendum, quia vniuersitas non habitat certum locum, sed vnusquisque habitat in domo, dicendum tamē est, quòd vniuersitas citari debet ad locum vbi publicè consueuit congregari vt l. non potest dolo carere vbi gloss. sing. ff. de reg. iur. & quando vniuersitas non vult se congregare, intelligitur latitare, & patitur secundum decretum, sicut quælibet priuata persona vt l. item eorum. §. fin. ff. quòd cuiusque. vniuers. nom.

Sed dicēdum est, quòd citatus semel potest posteà in singulis actibus successiuè citari domi, † scilicet domi solitæ
2 residentiæ familiaris hæreditatis vt l. 2. C. vbi Senat. vel clariss. & l. si quis instructus. ff. ad munic.

Nam vt scias, alia est etiā domus debitæ residentiæ, verbi gratia, ecclesia, vbi curatus debet facere residentiam, & tunc distinguendum est, aut debet facere, & non facit, & citabitur, ibi, aut non debet facere, & facit, & tunc autem quæstio de ipsa ecclesia, seu beneficio, & citabitur, ibi, aut de alia re, & tunc citabitur ad domum solitæ habitationis secundum. Innoc. in c. si aduersarius, vbi Bald. de eo qui mitt. in poss. caus. rei seru.

Idem dicendum est si sit quæstio cōiugum inter virum, & vxorem, quia vxor citabit virum, & econtra, in domo vbi debent matrimonialiter, idest,
3 simul † habitare, sed vbi de alia re non considerabitur, si quid fieri debeat, sed quid fiat secundum Innoc. loco præcitato verius est dicendum, quòd citatio debet domi fieri ad eam domum, ex qua sit verisimiliter ad citatum prouentura notitia per vicinos, & amicos vt in l. de pupillo. §. si quis forte vbi gloss. ff. de no. op. nunc.

Alia insuper est domus, in qua proprie quis non habitat, sed tantùm per hospitatur, vt peregrinus, & aduena, & ad istam domum non potest
4 fieri citatio, quia non † dicitur propriè quis ibi esse, vnde statim est discessurus, l. 1. §. fi. ff. de his qui deiec. vel effud. l. lex Cornelia. §. domum. ff. de in ius. hincque sequitur, quòd peregrini, & aduenæ nō possunt citari nisi personaliter inueniantur.

Quando verò reus, vel actor abest, non sunt de necessitate citandi amici,
5 quia † nec admittendi ad contradicendum, nisi vt possint allegare causas absentiæ nisi in casibus expressis a iure, & l. 1. §. fin. ff. de ventr. inspic. præterea nec cognati nec affines sunt de necessitate citandi, quia affectio non facit eos procuratores, nec defensores cum mandato. l. 3. §. si fortè. ff. de iud. c. solui. & l. exigendum. C. de procurat. nec mulier admittetur ad defendendum. Innocen. & Bald. in d. c. si aduersarius circa fin. de eo qui mitt. in poss. cau. rei seru.

Citanda igitur erit vniuersitas ad locum vbi consueuit congregare, & vbi
6 congregari recusat, patietur secundum decretum vt dixi, sed quia de hac materia, an & quando vniuersitas possit in contumaciam constitui?

Et quando vti contumax possit priuari priuilegijs eius s. in duabus dubitationibus latius tetigi, nolo vlterius insistere, sufficiat quoad elucidationem præsentis dubitationis, sic vt vides, in medium deduxisse.

DVBITATIO CXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an possit compelli testificari contra suum collegium?*

2 *Clerici possunt esse testes in causa ecclesiæ, & quomodo.*

3 *Interesse illius dicitur qui suo proprio nomine potest agere vel excipere.*

4 *Leuis suspitio purgatur per iuramentum.*

Testes

Digitized by Google

5 *Teſtes repelluntur, ob magnam affectionem vel amicitiam.*

6 *Frater an cogatur teſtificari contra fratrem.*

PLebs, vel vniuerſitas, an poſſit compelli teſtificari contra ſuũ
1 † collegium?

Dicendum eſſet, quòd ſic, quia maior reuerentia debetur veritati, quam collegio, & quia celare veritatem, eſt peccatum mortale, & quia nõ debet timere, qui iuſtitiam loquitur inter perfectos, & quia collegium poteſt inducere pœnã, ergo idem eſt contrario ita gl. in c. cum nuncius vbi Bald. de teſtibus qui dicit, quod ſi teſtis timet damnum ſpirituale, vel temporale ſibi ab alio inferri, puta à Tyranno, vel populo, vel ab alio potẽtiori, ſe poteſt excuſare à teſtimonio ferendo, quia ſi nõ cogitur teſtis in præiudicium fratris l. lege Iulia. ff. de teſti. nec vt tutor l. humanitatis. C. de excuſ. tut. ita multò minùs contra ſe, nec refert in his quę facti ſũt, vtrum timeat periculum facti, vel iuris vt in l. interpoſitas. C. de tranſact. & c. in ſuper de teſti. ibi alia ſimplex relatio, & in l. Iulianus. ff. de petit. hæred. ibi cauſa puta, periurij, vel inimicitiæ, vel infamiæ, nam tales teſtes ſicut non proſunt ſingularibus perſonis, ita non proſunt ciuitatibus, vel alijs vniuerſitatibus. vt per Bald. in d. c. cum nuncius.

Ideò clerici poſſunt eſſe teſtes in cau
2 ſa † ſuæ eccleſiæ, dum tamen alias ſint idonei, & dummodo non procurent cauſam, hinc quærit de collegio poſſũt eſſe teſtes cauſi collegij, & eſt ratio, qa eorum non intereſt, nam illius dicitur intereſſe, qui ſuo proprio nomine põt
3 agere, † vel excipere. vt l. 1. §. ſed liberius, ff. quando appellar. ſit. & l. ſed liberius §. procurator. ff. de iniur.

Et quando ſi dicatur, quod in ratione affectionis, reſpondebitur hãc eſſe ſcuem ſuſpicionem, quæ purgatur
4 per iuramentum † teſtis, quia dat quod non deponit cauſa veritatis impugnandæ, & inde lucrum, vel damnum non pertinet ad eum: nam iuramenta ſuſpicionum ſunt purgamenta, poſſet tamẽ pro accidens eſſe affectioni ita annexa commoditas, quod licet res eſſet vniuerſitatis, & non ſingulorũ, repellerentẽ illi de vniuerſitate, vt quia eſt, quæſtio de prædio, vel de vinea, vnde illi de collegio habent victum, vel de nemore, vbi habent paſcua, cùm alibi non poſſent commode eſſe. Idem ſi eſſet quęſtio de ſtatu vniuerſitatis, vel aliquo magno honore, vel magna iuriſdictione, nam propter maximam affectionẽ, benè repellerentur teſtes, cùm repellãtur etiam † propter magnam amicitiã.
5 l. 3. ff. de teſtib.

Et commoda aduerte, quòd non cõmittuntur arbitrio iudicis, ſed ſimplex affectio, ſic Bald. in d. c. cum nuncius, de teſtibus, & in propoſito, quod dixi non cogi fratrem teſtificari in præiudicium
6 fratris, † vide notat. per Felyn. in c. dilectorum. col. 2. de teſtib. cogen.

DVBITATIO CXXX.

SVMMARIVM.

1 *Communitas, an poſſit ſtatuere aliquid in præiudicium ſingulorum ciuium.*

2 *Voluntas priuata partium non poteſt mutare generalem conſtitutionem.*

3 *Bona fides, quando non requiratur in præſcribendo.*

4 *Ciuitas ſi ex priuilegio habeat primum appellationem non poteſt ſtatuere, quòd non liceat appellare.*

5 *Vniuerſitas quocunque ſe transferat non tamen ex mutatione loci minuuntur iura ordinarij iudicij.*

6 *Populi inferiores non poſſunt facere pgualem conſtitutionem ſuis ſuis rectoribus.*

7 *Decuriones, qui prò tempore fuerint, tenentur quid facere illud dictum, pro tempore, qualiter intelligatur.*

8 *Latius momentum ſollicitudinis habet occaſio retro.*

Plebs,

1 PLebs, vel etiam ciuitatis † communitas, an possit statuere aliquid in præiudicium singulorũ ciuium.

Innoc.in c.venientes, de iureiurand. firmat, quod non, intelligendo contra aliquos ciues nominatos,sed in genere dicit, quòd sic,vt in l.siue.§.Lucius.ff.de administrat.tut.& in l.2. C.quæ sit long. consuet.Bart.in l.3.§.actor.ff.de re iud.

2 Econuerso,† voluntas priuata partiũ non potest mutare generalem constitutionem, secundum Inno.sic notantem in c.in nostra, de procur.ad hoc tamen facit.text.in l.nemo potest. ff.de legat.1. hocque est verum, nisi in dependentibus simpliciter à consensu,vnde per pactum potest inueniri præscriptio à iure non inuenta, & tunc in prescribendo

3 non requiritur † bonafides, vt notatur in c.pastoralis, per glos.in verb.sed vsq; de offic.ord. & potest derogari præscriptioni inuentæ à iure. l. quod si nolit.§. siquid ita. ff.de ædil.edict.

4 Insuper si † ciuitas ex priuilegio habeat primam appellationem nõ potest statuere, quòd non liceat appellare, vt per Bart.in l.fin. ff.de aqu.plu.arc. quòd verum est, nisi statuta sua sint confirmata per Principem ex certa scientia, ad iudicem autem municipalem appellari non potest. Bald.in Rubri. extra de constit.num.24.& seq.vbi dicit,quòd in constitutione populi nõ requiritur cõsensus Principis,nam sufficit auctoritas proprij magistratus, & licentia, quam habẽt per legem omnes populi, & hoc siue constitutio concernat iurisdictionem,siue non.l.cùm alicui,& l.ex facto. ff.de neg.gest.

5 Et quocunque si transferat † vniuersitas non tamen ex mutatione loci minuentur iura ordinarijs iudicibus illius loci, vt exemplificat Bald.in d.Rubric.de constit.nu.6.vbi firmat, quòd si vniuersitas studij Papiensis trãsferatur Mediolanum, licèt mutetur locus,non tamen minuentur iura episcopi Papiensis,qui est ordinarius illius vniuersitatis.

Notandum verò est, quòd inferiores populi non possunt facere constitutio-

6 nem † pœnalem sine suis Doctoribus. Innoc. in c.cum omnes, de constit. sed maiores populi cum auctoritate suorũ magistratuum benè possunt legem pœnalem condere etiam duram, vt notatur in l.1.§.1. ff. quod quisque iur. & refert.Bal.d.rub.de constit. nu.22.

Et quando decreto, vel statuto dicitur, quòd decuriones, qui pro tempore fuerint teneãtur intrà mensem talem, quid notificare,vel facere illud dictum

7 pro tempore † debet intelligi, idest, in ea parte temporis, vt patet in c.generali.§.illos, de elect.in 6.& si intrà terminũ decuriones electi decesserint,non tenẽtur successores. l. prouidendum. C. de decur.lib.10.nam inspicitur municipiũ temporis. arg.l.si filius.ff.de verb. oblig.

Idem videtur de syndico, qui habebat quatuor dies ad denunciandum, & interim fuit remotus,quia succedens officij non tenebitur, quia pro tempore,idest,in principio temporis non erat syndicus.

Et quia idem est officium continuatione, dicendum est, quòd si primus est mortuus, nullus tenetur,sed si viuit primus, tenetur gesta explicare,& non secundus.l.nam, & seruius.§.si me viuo. ff. de neg.gest.& arg.l.1.C.de administ.tut.

est enim hoc de reliquijs officij prioris, vt in rubro, & nigro,l.vt causæ post pu-

8 bert. adsit tutor, & quia iste est † actus momentaneę sollicitudinis,quæ habet oculos retrò, habet enim constitutio oculos ad subiectam materiam, tunc si subiecta materia est de præterito,respicit circa præteritum, si de futuro, respicit in futurum, vnde si disponit de pœna imponenda, intelligitur de futuris, si autem de indulgentia, vel dispensatione,intelligitur de factis præteritis,ne instruatur materia delinquendi. l. cum lex. ff.de leg.

Et hæc incidenter per digressionem

in

in propoſito promotę dubitationis annuiſſe ſat ſit.

DVBITATIO CXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Laicorum vniuerſitas, an poſſit conſtituere ſyndicum ſine auctoritate magiſtratus?*
2 *Syndicorum quilibet debet vocem ſuam de per ſe exprimere in collegio, & non alibi.*
3 *Notarius, vel teſtis non ſufficit, quod dicat, quod interfuit totum capitulum, niſi ſpecificet nomina intereſſentium.*
4 *Vox hæc, ſyndicus prædicatur de pluribus.*
5 *Grege legato, ſi capita omnia ſint mortua tępore teſtamenti, excepto vno capite, non debetur illud, quia non poteſt ſuppliere vicem aliorum capitum mortuorum.*
6 *Turba hominum ſi mortalitate reducta eſt ad vnum, ille non dicitur turba, quia deficit numerus.*
7 *Societas mercatorum non manet in vno, ſed ſoluitur morte.*
8 *Ciuitas, & caſtrum manet in vno, & collegij corpus ciuiliter loquendo.*
9 *Genus, & quadriga non remanet in vno.*
10 *Vniuerſitas poteſt conſtituere procuratorem ad criminalia ad defenſam vniuerſitatis nō autem ſpiritalis perſonæ illius.*

1 PLebs, ſeu vniuerſitas laicorũ, an poſſit cõſtituere ſyndicũ ſine auctoritate magiſtratus eorum?

Glo. in l. nulli. ff. quòd cuiuſq; vniuerſ. nom. ſentit, quòd non, in publicis namque negotijs requiritur auctoritas magiſtratus, vt in l. 1. C. de ſeruis Reip. manum. & l. 1. §. ſolent. ff. quando appell. ſit. & ad hoc facit tex. in l. 1. §. 1. ff. quòd quiſque iur.

In contrarium facit text. in l. actor. ff. rem rat. hab. & l. 1. ff. de mun. & hon. & l. ſi itẽ. §. ſi decuriones, & §. actor. ff. quod cuiuſque vniuer. nom.

Sed dicas, quòd in cõſtitutione procuratoris non requiritur decretum iudicis, niſi quãdo conſtituitur à pupillo. ſine auctoritate tutoris in c. fin. de iudi. lib. 6. & pro ſolutione teneas, quòd regulariter ſufficit auctoritas immediatè propoſiti ipſius vniuerſitatis, puta conſulis mercatorum, arg. l. item magiſtris. ff. de pact. ipſe tamen præpoſitus non poteſt creari, niſi auctoritate ſuperioris, vt l. fin. C. de iuriſd. omn. iud. & l. priuatorũ co. it. & l. obſeruare. C. de decurio. libr. 10. & §. interim in auth. de defenſ. ciuit. niſi lex municipalis diſponat aliud. vt l. prohibere. §. planè. ff. quòd vi aut clam. vel niſi ius commune tradat ſuper hoc ſpecialem formam, vt l. fin. C. de vend. re. ciuit.

Vnum tamen eſt notatu dignum, q̃ vniuerſitas propriè conſtituit procuratorem in re propria, vniuerſitatis etiam ſine decreto. l. filius. §. militis. ff. de procurat. ſed in rebus ſuis vniuerſitas conſtituit actorem decreto, & auctoritate ſuperioris, vt quando petit rem quæ non eſt ſua, ſed ſi debita. c. cum cauſam de iur. cal. vbi Innoc. qui idem ait, quòd per alium idem poteſt de calumnia iurare, quia iuratur de credulitate, & quiſque de ſuo, & de alieno facto credere poteſt, ſi de animi affectione non iuret, quia affectio eſt in corde proprio hominis, maximè ſecundum Theologos, qui dicunt, quòd intellectus eſt in corde, licèt Philoſophi dicant, quòd eſt in cerebro.

Idem Innoc. ait loco precitato, & in c. Imperatorum vbi Bald. de iuram. cal. quòd qui iurat in animam alterius, debet eſſe informatus ad quid & qualiter dominus velit iurare, alias dominus nõ eſſet periurus, niſi haberet liberam q̃d ſingulariter notandum dicit Bald. in d. c. imperatorum.

In iſtis verò ſyndicatibus quilibet per ſe exprimit vocem ſuam, tamen debet
2 eam exprimere in capitulo, † & nõ alibi, quia vbi eſt collegium, ibi debet fieri, nec valeret, ſi quilibet in domo ſua, & ſeorſum, quia diuiſi non faciunt capitulum

pitulum, vt notat Io. And. in c. sicut de elect. in 6. & l. 28. ff. nominationum forma. C. de decurio. lib. 10. nam collegiũ non debet diuidi per singulas personas, vt & notatur in c. in Genesi de elect. gl. & Doct. in c. cum omnes de constit.

Imò in alienationibus debent exprimi nomina singulorum, nec sufficit, q̃ Notarius, vel testis dicat, quod interfuit
3 totum capitulum, nisi specificet nomina corũ qui interfuerũt Arch. in d. c. Imperatorũ de iur. cal. & in c. sine mediocri, & c. sine exceptione 12. q. 2. licèt in commissionibus, & mandatis non requiratur tanta solemnitas secundum quosdam Bald. d. cap. imperatorum sub num. 2.

Hæc verò vox syndicus, de pluribus
4 prædicetur † quasi singulorum causæ complexiua, & simul dicens, tamen in vno non sunt actus plures, dummodo sit in congregationis aptitudine, quam aptitudinem vocamus habitum, secùs tamen est in pecudibus. Nam si lego gregem, & capita omnia sint mortua tempore testamenti, excepto vno capite, non debetur illud, quia non potest
5 supplere vicem aliorũ † capitum mortuorum. l. grege. ff. de leg. 1. Item si turba hominum, mortalitate reducta est ad
6 vnum, † ille non dicitur turba, quia deficit numerus. l. 2. ff. vi bon. rapt.

7 Item societas mercatorum non manet in vno, quia soluitur morte, sed ciuitas, & castrum remanet in vno, sicut
8 collegij corpus † similiter loquendo secundum Innoc. in ca. dilecta de excess. Prælat.

Item genus, & quadriga non remanet in vno, quia contrarium sonat text. in l. peculium. §. quadrigæ. ff. de leg. 3.

9 Vniuersitas quoque præterea, quæ dicta sunt de syndico, potest constituere procuratorem ad criminalia, ad defensionem tamen vniuersitatis, non ad
10 defensionẽ † spiritualis personę de vniuersitate. l. ram collatores. C. de re milit. libr. 12.

DVBITATIO CXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps scribens hoc nomine, dilectis, an cõprehendantur omnes etiam indigni de vniuersitate.*

2 *Princeps si scribat hoc nomine, filijs, comprehenduntur prælati, & episcopi.*

3 *Princeps si scribat ad studentes tunc comprehenduntur episcopi.*

4 *Episcopus hẽns potestatẽ super gregẽ suum, habet, etiam potestatem super hæreticos gregis; & Schismaticos illius gregis.*

5 *Grex, & familia, & si dicat vniuersitas, tamen qui petit vnum caput de grege, non obid petit alia capita.*

6 *Causarum vniuersitati commissa pluribus, an videatur commissa cuilibet in solidum?*

PLebi, populo, vel vniuersitati si princeps scribat hoc nõio, dilectis, an comprehendantur omnes quotquot sint etiam indigni de vniuersitate, & vbi scribat princeps ad vniuersitatem studentium, an inter eos comprehendantur episcopis & quid si committat princeps vniuersitatem causarum pluribus, an censeatur commissa cuilibet in solidum?

Quoad primam dubitationẽ teneo, quòd non comprehendantur indigni,
1 hoc nomine dilectis, † quando vniuersitati scribitur ad honorem, non ad pœnam; sed si scribitur ad pœnam, tunc comprehenduntur indigni sic colligitur ex l. Lucius. Titius. ff. de leg. 2.

Quando verò nõ ponit adiectiuum, dilectis, aut scribitur ad terrorem, vel ad regulam, & comprehenduntur omnes, aut ad gratiam, vel fauorem, & non comprehenduntur indigni, vel odiosis & quando princeps scribit hoc nomine filijs, † hoc nomine comprehendũ-
2 tur prælati, & Episcopi, includuntur enim tanquam contentum sub continenti, non de per se, ex Bald. in proem. decretal. num. 9. & 10. q. vbi dicit quod si

inter

3 interſtudentes ſint epiſcopi, † hi cõprehenduntur ſub vniuerſitate, quia non inſpicimus qualitatem, quæ inest ſingulis generum, ſed genenbus ſingulorum, & vt plurimum ſicut dicimus in ſimili, quod qui vendicat gregem, intelligitur etiam pubricianam proponere pro pecudibus, quę non ſunt ſuæ, ſed ſunt de numero gregis. Ideo epiſcopus habẽs poteſtatem ſuper gregem ſuum, habet poteſtatem, & ſuper hæreticos
4 gregis, † & ſchiſmaticos illius gregis, vt notat Marcellus vbi gl. ff. de rei vend.

Vnum tamen eſt aduertendum, qđ grex, & familia licèt dicatur vniuerſi-
5 tas, vt innuit gl. iuncto tex. in l. licèt minimam. ff. de petit. hæred. veritas ẽt in contrarium, quia qui petit vnum caput de grege, non propterea petit, nec in iudicium deducit alia capita, quia alio modo eſt genus, & ſpecies, & numerus, vnde vniuerſitas non alibi dicetur ex Bald. in procm. decretal. num. 1.

Quod attinet ad aliam dubitationẽ, an vniuerſitas cauſarum commiſſa pluribus, videatur † cuilibet in ſolidum cõmiſſa, videretur 1. aſpectu dicendum, ꝙ
6 ſic, per tex. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exerc. act. reſoluendum tamen eſt oppoſitũ, quia in d. l. 1. §. ſi plures, eſt caſus ſpecialis; nec eſt dicendum, quòd ſit commiſſa cuilibet in ſolidum ſed in concurſu faciunt ſibi partem. l. creditor. §. duobus. 3 ff. mand. & ſi Bart. teneat, quod ſit commiſſa cuilibet in ſolidum, in l. ſi vni. ff. de re iudic. & quòd non ſit commiſſa in ſolidum, ſed quòd in concurſu faciant ſibi partem ſic contra. Bart. tenet, Bald. in c. de cauſis num. 7. de off. deleg. ſed de hac dubitatione vide prælatus ſcripſi infrà eo, §. dubit. 140.

DVBITATIO CXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis pronuntiatio, an illum faciat ſyndicum, qui non eſt.*

2 *Conſiliarij ſiue Antiani poſſunt ſyndicum cõſtituere ſine poteſtate illius terræ dummodo officium prætoris vacet, nec adſit locumtenens.*

3 *Syndicum conſtituentes debent eſſe talis ætatis ad obligandum ciuitatem, qualis debent eſſe ad obligandum ſeipſos, videlicet ætatis annorum. 18.*

4 *Syndicus minor 20. ann. ſi denuntiat malificium, poteſt opponi, quòd non valeat denũtiatio.*

5 *Syndicus non legitimè conſtitutus poteſt obligare conſentientes, ſed non ipſam vniuerſitatem.*

6 *Syndicus vnde dicatur.*

7 *Quæ fiant generaliter ad ſolemnitatem eodẽ contextu non ex interuallo fieri debent.*

8 *Syndicus ciuitatis, vel vniuerſitatis poteſt nominatim obligare ciues ex vi conſenſus.*

9 *Generalis lex, & publica ligat omnes etiam pupillos, & mulieres.*

PLebis, vel vniuerſitatis ſyndicum illum, qui non eſt, an faciat iudicis pronuntiatio?

1 Colligo ex Specul. in tit. de ſyndico, quod pronunciatio iudicis non facit ſyndicum illum qui non eſt, ſed ex Bald. in Rub. extrà de ſyndico habes generaliter, qđ vbicunque requiritur mandatũ domini vel quaſi, & tunc interlocutoria omniũ iudicum non ſufficit, ſi mandatum deficit, ſed vbi ad iudicem pertinet conſtitutio interlocutoria iudicis, ſufficit, vt in l. 1. §. idem pomponius. ff. quod fall. tut. aut.

Quem vtique ſyndicum, conſiliarij, 2 ſiue Antiani ſine poteſtate illius terræ poſſunt conſtituere per tex. in l. vbi abſint. ff. de tutor. & cur. da. ab his quòd eſt verum, quando officium poteſtatis vacat, ſed ſi non vacat, & poteſtas eſt præſens in ciuitate, requiritur in conſtitutione ſyndici, eius auctoritas, ſicut in conſtitutione actoris, vt notatur in l. nulli. ff. quod cuiuſque vniu. nom.

Et constituentes syndicũ debent esse
3 talis ætatis † ad obligandum ciuitatem, qualis debent esse ad obligandum seipsos. arg. l. fin. C. de leg. tut. sed videtur, ꝙ sufficiat, quòd sint maiores annis. 18. & ꝙ ista ætas est affinis legitimę ætati. vt not. in l. de pupillo in princ. ff. de nou. oper. nunc.

Alij dicunt, quòd quilibet adultus habet legitimam ætatem, & quod adultus habet vocem in consilio, in electione, & constitutione syndici; contrarium tenet. Bartol. in dicta. l. de pupillo per text. in l. spurij. §. 1. ff. de decurio. & l. ad rem publicam. ff. de muner. & honor. & facit, quòd notat Specul. in titul. de syndico. §. 1. versicul. sed cuius ætatis, vbi dicit, quòd quilibet adultus debet iurare fidelitatem, ergo, & facere ea, quæ mandantur fidelibus.

Et si syndicus minor 20. ann. est, & denunciat maleficium potest opponi, ꝙ
4 non valeat denuntiatio, † quia est quodammodo testis cum denuntiatio officialis faciat indicium. l. 2. §. fi. ff. de accus.

Syndicusque minùs legitimè constitutus potest obligare consentientes, sed
5 non ipsam † vniuersitatem, vt in l. 1. ff. de magist. conuen.

Sciendum insuper est, quòd syndicus
6 dicitur quasi † singulorum causam gorens, siue dicens, sed ista æthymologia non est completa, quia iam sequeretur, quòd vnus posset consentire hodie, alter cras, vt l. per fundum. ff. de seru. rust. præd. quòd tamen falsum est, quia consensus debet præstari in capitulo, seu congregatis simul eodem contextu, & generaliter omnia, quæ fiunt ad solem
7 nitatem, † generaliter fieri debent non ex interuallo. l. hac consultissima. C. de testa. l. pen. C. de Decur. lib. 10. dicendũ est ergo, quòd syndicus dicitur quasi simul plurium causam dicens, & est allusio vocabuli à syndico, quòd est cùm, ideſt, simul, sicut dicitur causidicis, ideſt, causam dicens.

Qui nempè syndicus ciuitatis, vel vniuersitatis potest nominatim obligare ciues, non ex vi generalis syndicatus,
8 † sed ex vi consensus, Bal. in Rubr. extra de syndico. nu. 2. vbi vult posse fieri statutum, quòd syndicus possit obligare singulos, & eorum bona, nam lex pu-
9 blica, † & lex generalis ligat omnes etiã pupillos, & mulieres. rex. est not. in l. sine hæredes. §. Lucius. ff. de adminiſt. tuto. & notat. Bart. in l. actor. ff. rem rat. hab. & l. 4. §. actor. ff. de re iudic.

DVBITATIO CXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Confessio per errorem facta à syndico in iudicio, an noceat vniuersitati.*
2 *Periurus non dicitur, qui non intellexit.*
3 *Confessio facta à muliere, minore rustico, vel milite non eis nocet, si per iuris imperitiam emanauit.*
4 *Militi errauti in disciplina militari, non est parcendum.*
5 *Solemnitate actus omissa, error omnibus etiã minori, militi, mulieri, & rustico nocet etiãsi esset error Tabellionis, & Aduocati, & numero 7.*
6 *Peritia mundus illuminatur.*
7 *Mulieri minori rustico, & huiusmodi nõ subuenitur in iniurijs, & damnis alteri illatis, nisi in leuibus criminibus.*
8 *Non errantibus, quandoque etiam subuenitur.*
9 *Error proprius in æstimo communis, seu libro consulis non potest corrigi.*
10 *Confessio succedit loco probationis.*
Probatio non est probatio si falsa sit. ibid.
11 *Error aduocati nocet clientulo, nisi reuocetur.*
Non contradicere est par confessioni. ibid.
12 *Error iuris commissus per aduocatum debet reuocari per clientem incontinenti ideſt, infrà triduum, si client est præsens, & intelligens.*
13 *Qui non intelligit est præsens corpore, absens spiritu.*
14 *Quilibet præsumitur intelligens, si ex proposito, & non fortuitò interest.*

Plebis,

PLebis, vniuerſitatis, collegij monaſterij ſyndicus œconomus, ſi fuit confeſſus in iudicio quædam per errorem, an error ille noceat, & quæ requirantur ad hoc, vt confeſſio valeat, & quid dicendum de confeſſione aduocati, & huiuſmodi, † quod error non noceat, errore probato, nedum finito negotio, vbi ſyndicus oeconomus quædam per errorem fuerit confeſſus, res eſt clara ex c. ex parte, de confeſſis vbi canoniſtæ. 1

Et ſicut duo exiguntur in confeſſione, ſcilicet, veritas, & ſcientia, e, contrario duo eam infringunt, ſcilicet, falſitas & ignorantia, ſeu error. Bald. in d. c. ex parte in princ. periurus enim non † dicitur, qui non intellexit. arg. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud. ideò confeſſio facta à minore, muliere, ruſtico, vel milite, non eis nocet, † ſi per iuris imperitiam emanauit, & probabitur imperitia eo ipſo, quòd non probatur contrarium. l. ſi quis id, quòd. ff. de iuriſd. omn. iud. & l. quòd adhibitus. C. de his, qui ſibi aſcr. quæ lex dicit, quòd ex notabili præſcriptione præſumitur in milite potius imperitia, quàm dolus. 2 3

Interdum non tamen parcitur † militi, vt ſi errauit in diſciplina militari, quia debet ſcire arma. l. fin. in prin. C. de iur. delibe. prout, nec parcitur ei in iure naturali, vel quaſi, puta, quia contra bonos mores deliquit. l. venia. C. de in ius vocan. l. adulterium cùm incæſtu. ff. de adulter. 4

Nec patrocinatur militi, vel minori, ſi per iuris errorem omiſit † ſolemnitatem, vel formam rei, vt quia fecit teſtamentum ſolemnitate omiſſa, tam cõmuni, quàm militari, quia vbi agitur de productione alicuius actus in eſſe, omiſſio modi, & formæ omnibus nocet, etiã error tabellionis, vel aduocati, vt notatur in l. ambiguitatem. C. de teſtam. Itẽ omnes homines natura ſcire deſiderãt, & præter naturam eſt, non conſulere peritiores, quorum † peritia mundus illuminatur. l. ſi auiam tuam. C. de ingen. manum. & ideò omnibus nocet in lucro captando, & quaſi lucro, vt in hæreditate paterna, † & materna. l. in bonorum. ff. de bon. poſſ. glo. in l. ſi emancipata. C. de iur. & fact. ignor. Item prædictis mulieri, minori, rem non ſubuenitur in iniurijs, & damnis alteri illatis, vt in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, niſi fortè in leuibus criminibus, vt in delatione armorum, & ſimilibus, quæ non fiunt contra bonos mores, vt nemini nocere. Item quandoque † non errantibus ſubuenitur iuris priuilegio. l. 1. C. de iur. & fact ignor. 5 6 7 8

Notandum in hac materia vnum ſingulare, quòd ſi quis vellet corrigere errorem † proprium in æſtimo communis, ſiue in libro conſulis, non poteſt hoc facere de iure, quia deſiderium apud acta officialium publicatum nõ poteſt corrigi, vt not. in Liura. C. de omni agro deſert. libr. 11. nec obſtat confeſſio, quia confeſſio ſuccedit loco probationis, & probatio non eſt probatio, † ſi falſa ſit, vt l. 2. ff. quemad. teſtam. aper. præſertim ſi hæc acta ſunt per procuratorem ſine ſpeciali mandato, quia ex certa ſcientia non poteſt domino nocere, vnde non eſt neceſſe probare eam erraſſe, ſed ſufficit rem aliter ſe habere. 9 10

Quòd attinet ad confeſſionem aduocati, vtique reuocatur illa oſtenſo errore, ſi proceſſum eſt ad ea per quæ videatur confeſſio approbata, aliàs reuocatur ſine oſtenſione erroris, & quòd dicitur errorem aduocati nocere clientulo, hoc procedit ex natura officij aduocati, qui habet pro clientulo proponere, & reſpondere, vt l. 1. §. 1. ff. de poſtul. & † error aduocati nocet clientulo, ſi errorem non reuocat, quia non contradicere, par eſt confeſſioni. l. quo enim. §. 1. ff. rem rat. hab. & error iuris commiſſus per aduocatum non debet reuocari per clientem incontinenti, id-eſt † infrà triduum, quòd datur, vt poſſit alios conſulere. l. 1. & 2. C. de error. ad 11 12

uoc.

uoc & oliéns debet reuocare illum errorem aduocati, incontinent, ideſt infrà triduum, ſi ipſe dicens præſens eſt, & intelligens, quia qui nõ intelligit, eſt
13 præſens † corpore, ſed abſens ſpiritu. l. cum ancillis C. de inceſt. nup. & l. 1. in fin. C. de falſ. monet. vnuſquiſque autẽ
14 præſumitur † intelligens, ſi ex p opoſito, & non fortuito intereſt. vtl. Diuus ff. de teſtam. milit.

DVBITATIO CXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus ſi à ſententia appellauit, & pendente appellatione finitum eſt tempus ſyndicatus, an teneatur proſequi.*
Syndicus nouus ſi creetur, in eum fit translatio officij neceſſarij & iudicij.
2 *Syndici officium eſt publicum, & dicitur habere liberam ad exequendum ſuum officium.*
4 *Collegium quodcunque poteſt compelli ad conſtituendum ſyndicum, vel procuratorem.*
5 *Vniuerſitatem caſtri vel villæ quinque homines faciunt.*
6 *Rector antiquus recuperat rectoriam, ſicut pater propriam poteſtatem, quando redintegratur à principe vniuerſitas.*
7 *Reſurgens nõ recuperat quia eſt nouus homo.*
8 *Collegium deſolatum, poſtea reparatum an ſit idem, an verò nouum.*
9 *Virtus ad reaſſumendum formam eandem, remanet in materia prima.*
10 *Quædam remanent in virtute infauorabili, quæ ſunt deſituta virtute informante.*
11 *Anima ſeparatur à Deo per peccatum, & per pœnitentiam reconciliatur.*
12 *Media tempora non curamus, dummodo valeant extrema.*
13 *Dignitas annichilata, & poſtea reparata recuperat ſuos vaſſallos.*
14 *Inſula quæ fuit, inſula appellatur.*
15 *Præteritum ponitur vt principium, & vt terminus.*
16 *Præteritum verum ponatur ampliatiuè, & ſuccedaneè, continuatiuè, an abnegatiuè.*
17 *Extinctum non dicitur, quòd penaet, & quod eſt occiditatum ad tempus.*
18 *Somnus non interficit hominem, dum virtus intellectiua quieſcit.*
19 *Pupillaris ætas non interrumpit longiſſimam præſcriptionem, ſed facit eam dormire.*
20 *Homo dormiens ſuſpenditur, etſi ab actu operationis animæ intellectiuæ, tamen homo eſt.*
21 *Interdictum ecclæſiæ ſi relaxetur ad tempus quoad actum ſum, tamen habitu remanet.*

PLebis, vel vniuerſitatis ſyndicus ſi à ſententia appellauit, & pendente appellatione finitum eſt tempus ſyndicatus, an teneatur proſequi, & quid dicendum de vniuerſitate deſtructa, & reparata?

Videretur dicendum, quòd ſi res nõ
1 erat integra, ſyndicus † appellans tenetur proſequi, cùm ipſe melius ſciat veritatem. arg. l. 1. ex vt cauſæ poſt pubi. adſit tut. eſt notat. Bar. in l. fin. ff. de appell.

Sed verius eſt firmandum, quod ſyndicus qui ſuccedit in officio, debet cauſam proſequi, quia officium primi, eſt extinctum, & vltrà hoc habet ſucceſſorem in officio, ſcilicèt, nouum ſyndicũ, in quo fit tranſlatio officij neceſſarij, &
2 † iudicij in c. fi. clement. procurat. & qd notatur in l. 1. C. de contract. iudi. & ſi dicatur, quod primus eſt melius informatus, reſpondendum eſt, quod tenetur alium inſtruere, & informare, item ſi dicatur, quòd primus eſt legalior, hoc non facit ad Rhunbum, cùm ſecundus ſit auctoritate publica creatus. argu. ca. cum deputati de iudic.

Nec obſtat text. in d. l. 1. C. vt cauſæ poſt pub. adſit tut quia illud intelligitur quandd adultus non habet curatorem qui ſuccedit loco tutoris, vnde ex quadam neceſſitate tutor proſequitur cauſam pro intereſſe adulti, ne remaneat indefenſus, non pro intereſſe aduerſarij. arg. l. nam & ſeruus. §. viuo. ff. de neg. geſt.

Et huiuſmodi ſyndicus vniuerſitatis dicitur habere liberam ad officiũ ſuum
3 exequendum, † quia officium ſuum eſt publicum

publicum.vt per Bar.in l.1.§. ſi ſiquis. ff. quando appell.tit.& ſic æquiparatur tutori ſed de hoc habes gl. in l.iuſiurandū & ad pecunias §.defenſori. ff. de iurciu. Bal.in rub.de appellat.nu.15.& 16. quęcunque verò vniuerſitas,ſeu quòdcunque collegium poteſt compelli ad conſtituendum procuratorem,† vel ſyndicum.vt in l.ergo.ff.de fideicom.lib.Bal. in c.cauſam num.3.de iudic.

Vniuerſitatemque Caſtri, vel villæ quinque † homines faciunt.l. fin. C. de teſt.vnde dicit. Bal. in c.nullus de elect. quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd villa teneatur emendare damna commiſſa in ſuo territorio, & in villa non ſunt quinque viri,ideſt,patresfamilias non compræhenditur in ſtatuto.

Collegium autem vel vniuerſitatem ſi princeps deſtruat funditus,& tandem tractu temporis illud vel illam redintegrat, rector antiquus recuperabit rectoriam, † ſicut pater recuperat patriā poteſtatem. l. fin. C. de ſent. pact.& reſpublica recuperat ſuum ciuem. l. 1. C. eo.tit.& quicquid non reperitur tranſlatum in alium.l.Aritto.ff.de manum.teſta. quicquid aliqui dicantur rectoricā eſſe ſimilem ſponſæ, quamquis à mortuis quodammodo reſurgens non recuperat, quia † eſt nouus homo,l. non vt à patre.ff.de capt.& poſtl.reu. l. ſi ſeruo.ff.de adim.leg.l.interdicit.ff. de condit.& dem.authore. Bal.ſic concludentem in d.c.nullus de elect.num.7.& ſequ. vbi etiam † quærit vtrum collegium penitùs deſolatum, poſteà reparatum, ſit vnum,& idem,an verò ſit nouum, & putat,quòd in materia prima remaneat virtus ad reſumendum† eandem formā vt not.in l.quæſitum.§. illud. ff.de leg. 3. & l.deferre.§.fin.cum l.ſeq.ff. de iur.fiſci & quòd dictum collegium reparatum ſit vnum, & idem quia,quædam remanent in virtute in fauorabili, quæ ſunt deſtitutæ virtute †informante.l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum.ff.de ſeru.vrb.præd.l. ſi nauis.ff.de rer.vend.& l. æde ſacra. ff. de contrah.emp.& vult.Bal.d.c. nullus nu. 8.quod ille rector ſi non trāſiuit ad aliā rectoriam,debeat gaudere prima, alias non & tamen verum eſt,quòd eſt nouum monaſterium,ſed non per omnia nouum, quia ſubrogatum loco antiqui monaſterij,& illo reſpectu reſtauratū. l. filio quem pater.ff.delib.& poſtl.arg.l.ſi donare.§.ſi ſponſus. ff. de don. int.vir.& vx.& datur exemplum, per peccatum mortale anima ſeparatur à Deo,per pœnitentiam † reconciliatur, & ea omnia opera bona, & virtutes reſurgunt cum ipſa.Item eſt ſimile,quia lex dicit, quòd media tempora non curamus,dū modo † habeamus valentiam extremorum.l. ſed ſi conditione.§. ſolemus. ff.de hære.inſtit.

Idem dicitur de dignitate annichilata,& poſteà † reparata, quia recuperat ſuos vaſſallos, vt dicitur in prælato ſuppreſſæ dignitatis ſine culpa prælati, ea reintegrata ſuam recuperat prælaturā, ſine alia noua inueſtitura, adeò quòd etiam recuperat ipſo iure naturalem poſſeſſionem,quæ cedit veritati argu. l. clam poſſidere.§.fin.cum gl.ff. de acqu. poſſ.quanquam in poſſeſſione poſſit cō tradici. l. eum qui ædes. §. ſi autem demolita.ff.de vſucap.& l.ergò.§. fin. ff. de acq. rer. dom. vbi inſulam quæ fuerat, quo magis intelligeretur, inſulam appellat.

† Ideò.Bal.in c.cùm acceſſiſſent nu. 18.de conſtit. ſic referens ſubiungit qđ præteritum quādoque ponitur vt principium,vt † cum dico, Troia capta fuit l.plotiana.ff. de iur. codicill. tamquam terminus vt dico, fui dominus taiis rei, quaſi dicam, non ſum, vt notatur in l. certum.§.1.ff.de conſeſſ.quandoque dubitatur vtrum præteritum ponatur, ampliatiuè,& ſuccedanеè, continuatiuè, an abnegatiuè, & in his qnæ ſolo temporis curſu mutantur ponitur abnegatiuè, quia non poteſt continuari quod neceſſariò mutatur, ſed quæ ſcipta nō mutant, niſi mutentur ex præterito, præ-

ſumitur

sumitur in præsente vt l. sine possidetis. C.de probatio. & non dicitur extinctũ, quòd pendet, & quòd est ad tempus occultatum, sicut somnus non interficit
18 hominem dum quiescit † virtus intellectiua, sic pupillaris ætas non interrũpit longissimam præscriptionem, sed in
19 terim facit eam † dormire.l.sicut. C. de præscript.30. ann. nam homo dormiẽs suspenditur ab actu operationis animæ
20 intellectiuæ, tamen † homo est, & si interdictum ecclesiæ relaxetur quoad actum suum ad tempus, tamen habitu re
21 manet. † vt notat. Innoc. in c. cum inter consuet. ex Bald. d. c. cum accessissent num. 15. & 17. & seq. de constit. vbi plenè habes de dignitate destructa, & reparata, an censeatur eadem dignitas numero.

DVBTATIO CXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vsus nemoris si sit legatus vniuersitati, an quilibet de vniuersitate poterit vti.*
2 *Quilibet de vniuersitate, an possit esse testis pro vniuersitate.*
3 *Vtilitas secundaria non curatur.*
4 *Viles, & pauperes non admittuntur ad testificandum, & similes sunt infamibus infamia facti.*
5 *Populus non potest facere statutum quòd sapiat monopolium, idest, diuisiones, scitas, & æmulationes.*
6 *Impossibilia, & nimis difficilia sunt extra naturam humanam.*
7 *Testes de vniuersitate an admittantur in causa vniuersitatis.*

PLebi, populo, ciuitati, vel vniuersitati si legatus sit vsus nemoris, an quilibet de vniuersitate poterit vti; & an quilibet de vniuersitate possit esse testis pro vniuersitate?

Quòd quilibet de ciuitate non' pos-
1 sit vti nemore ciuitati † legato, hoc videtur colligi ex eo quia nec vendicare, nec possidere, aliquo iure proprio potest quilibet de ciuitate. vt in l. in tantũ. §. vniuersitatis. ff. de rer. diu. nam hæc p syndicum debẽt expediri l. ciuitatibus. ff. delega. 1. sed resoluendum est; quòd si est talis vsus qui propriè respicit vniuersum, & si legitur ciuitati, vt habeat pecuniam pro stipendiarijs, & tunc nõ potest quilibet vti. Si verò sic legetur, lego ad ligna facienda, vel pascenda pecora, & tunc sic, quia mens testatoris est seruanda. l. non aliter. deleg. 3. Mens autem colligitur ex vsu proprio vel magis consueto, qui pertinet ad particulares ciues. vt l. plenum. §. equitij. ff. de vsu. & habit.

Quòd attinet ad aliam' dubitationẽ videtur dicendum, quòd quilibet de v-
2 niuersitate, non potest † esse testis pro vniuersitate per tex. in c. nullus de testibus quia, quilibet de vniuersitate est de corpore l. nullum, & l. omnibus, C. de testibus. & quilibet est filius vniuersitatis, & tenetur ei obedire vt l. veluti. ff. de inst. & iur. si filius, ergo non potest, quia in causa propria, præterea quilibet de vniuersitate habet affectionem singularem, & vltrà modum ad vniuersitatem, sed ratione affectionis prohibent quis ferre testimonium. l. lege. & l. pen. C. de testib. & quilibet habet vtilitatem, vt l. de disse. C. de oper. pub.

Pro veritate vero distinguendum est quòd si volo probare per illum de vniuersitate in causa tali, de qua non potest scire, nisi ille de vniuersitate, & admittitur, vt l. consensu. C. de repud. & §. cogitãdi in authen. de mon. si verò per alia sciri potest, & causa est ad commodum, & honorem vniuersitatis & idem vt in l. si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan.

Nec obstat tex. in l. splendidissimè. C. de oper. publ. quia licèt quilibet de vniuersitate commodum habeat, hoc euenit secundario, quæ secundaria vti-
3 litas non curatur. † l. quę testamento. ff.

de

de teſtam. & §. legatarijs inſtit. de teſtam.

Si verò eſt commodum ſingulorum, vt quia legatur ciuitati ad alimenta eorum, tunc non admittuntur, l. nullum, & l. omnibus. C. de teſtib.

Et viliſſimi ciues, & pauperes nõ admittuntur ad teſtificandum, quia ſimiles ſunt infamibus infamia facti, † & nõ admittuntur etiam cum tormentis, vbi ſunt alij teſtes idonei, niſi princeps aliter decreuiſſet ex Bald. in d. c. cum acceſſiſſent nu. 12. & ſeq. de conſtitu. vbi ſub num. 11. etiam tangit quod populus nõ poteſt facere ſtatutum, quod ſapiat monopolium, † ideſt, quòd ſapiat diuiſiones, ſectas, & æmulationes in populo, quia talia ſtatuta ſunt mala mente, & malo fine, & cùm ciues debeant eſſe ſocij, iſta non eſt bona ſocietas, & ideo non valent ſtatuta iniuſta partialia, & ſtatuta debent eſſe habilia ad obſeruãdum, nam impoſſibilia, vel nimis difficilia, ſunt extra naturam humanam, † vt ex. Inno. in c. Abbas, quòd met. caut. & ex Bal. d. c. cum acceſſiſſent.

In propoſito verò, an teſtes de vniuerſitate admittantur in cauſa vniuerſitatis copioſiſſima, hanc materiam † habes apud. Maſcar. de probat. concl. 1421. qui author latè etiã ſcribit in concluſione ibid. præcedente 1420. lib. 2. de probat. an, & quando vniuerſitas de delicto teneatur, & quæ ſint probanda, vt cõdemnetur de delicto; ideò iam chartis commendata vberrimè per Maſcar. parum iuuat hic repetere.

4 Teſtes de infamia facti admittuntur.

5 Monopolium quid.

6 Impoſſibilia, vel nimis difficilia ſunt extra naturam humanam.

7 Teſtes de vniuerſitate admittuntur.

DVBITATIO CXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio ſi inſurgat inter noua, & antiqua capita, dicentibus nouis ſe velle participare de commodo antiquorum quid dicendum?*

2 *Vniuerſitates rerum poſſunt pignori obligari.*

3 *Populus idem hoc tempore putatur, qui abhinc centum annis fuit. Idem dicitur de ſubrogatis loco mortuorum. Idem de naui refecta. Idem de homine.*

4 *Succeſſores pro debito anteceſſorum quandoque non teneri.*

5 *Superuenientia capita demono, ſicut non debent participare de onere iam impoſito, ita, nec de commodo iam quæſito.*

PLebs, populus, vel vniuerſitas, ſi habeat bona ſtabilia, ſeu immobilia longo tempore quæſita, & tempore procedente noua capita ſuperuenant, & inſurgat quæſtio inter noua, & antiqua capita dicentibus nouis ſe velle participare de commoditate dictorum bonorum, recuſantibus † antiquis, quid erit reſoluendum de iure?

1

Ex Doctoribus neminem comperio clarius hoc dubium reſoluiſſe, quam Signorol. de homod. conſil. 44. vbi dicit, ſciendum eſſe, quòd interdum diſponitur ſuper vniuerſitate, interdum alius diſponit ad vtilitatem vniuerſitatis.

Primo caſu noua capita ſuperueniẽtia continentur, & iſte non eſt caſus noſter, vt in l. grege. ff. de pigno. & l. proponebatur. ff. de iudic. & l. denique. §. fin. ff. de pecul. leg & l. peculium. de leg. 2.

Caſus enim eſt, in d. l. grege. in princ. quod ſi prioribus capitibus decedentibus totus grex fuerit renouatus, etiam obligatus cenſetur, & pignori obligabitur, quia idem grex dicitur, & vniuerſitates † rerum poſſunt pignori obligare, in dicta verò l. proponebatur. habetur, legionem eandem cenſeri, ex qua multi deceſſiſſent, quorum in locũ alij eſſent ſubiecti, & populum eundẽ hoc tempore putari, † qui abhinc centum annis fuiſſent, cum ex illis nemo nunc viueret, & ideò idem dicitur populus Albenſis, qui erat ante centum annos retro, licèt omnes mortui ſint, qui tunc erant, & ita debet eſſe etiam de tribus, vel duobus iudicibus mortuis, & alijs ſubrogatis, prout idem legitur in dict. l. proponebatur, de militibus, quia licèt omnes moriantur, & alij ſint ſubrogati

2

3

eadem erit legio. Idem ibidem dicitur in naui, quia licèt particulatim fuerit refecta, & si omnis tabula noua fuerit, nihilominùs est tandem nauis.

Vltimo ille tex. deducit, quòd si aliud diceretur, esset inconueniens, quia si diuersum esset iudicium propter iudicis mutationem, non idem esset homo hodie, qui fuit ante annum uariatis, scilicèt particulis m homine.

Casus verò in l. denique. §. final. ff. de pecul. lega. & in l. peculium, in prin. de leg. 2. est, quòd si legaui tibi peculium, certè si minuam aliquas res tantum de eo minùs habebis, si adiungam, tãtum plus habebis, quia quando legatur vniuersitas, augmentum, & diminutio contingens etiam viuo testatore pertinet ad legatarium.

Sed casus continenti in dictis iuribus, in d. l. grege, & in l. proponebatur, ac in dict. l. denique, & l. peculium sunt diuersi à casu dubitationis nostræ, vt ex discursu, & exemplificati colligi potest.

Secundò verò loco, quando vniuersitas disponit, iste est casus dubitationis nostræ, noua capita superuenientia nõ continentur, vt in l. prouidendum. C. de decurion. libr. 10. vbi dicitur successores pro debito antecessorum non teneri, & sic dirimitur nostra quęstio, ex eo, quòd sicut de onere iam imposito, exitu iam attento non debent participare capita
5 de nouo † superuenientia, ita, nec debent participare de cõmodo iam quæsito. arg. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & l. 1. §. sed, & manifestetur. C. de cad. toll. & l. si Pamphilo. §. fin. & l. final. ff. de legat. 3.

Et hac declaratione enucleata, & clara redditur resolutio propositæ dubitationis, & quando vniuersitas habet bona immobilia longo tẽpore quæsita, & temporis progressu noua capita superueniant nõ possint noui dicere sese debere participare de commoditate dictorum bonorum, potissimum, vbi antiqua capita reculant, commoditatem dictorum bonorum, absque nouis sibi debitam prætendentia.

DVBITATIO CXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Populus, vel ciuitas vtrum possit cogere ciues ad susciendum legationem, vel defensionem pro patria.*
2 *Ortus nostri partem patria vendicat, partem amici.*
3 *Mandatarius ciuitatis spoliatus à latronibus in itinere, non tenetur ad damnum.*
4 *Mandatum vti bonæfidei contractus vigorem non admittit.*
5 *Ciuitas casu quo mandatarius fuerit captus ab hostibus debet soluere redemptionem.*
6 *Alijs facere debemus sicut in nostris facimus vel fieri cupimus.*
7 *Culpa in dubio nõ præsumitur in mandatario.*
8 *Ambasciator transiens per loca insuetata, si depredetur, non repetit à mandante.*
9 *Ciuitates non possunt se vnire sine consensu principis.*
10 *Superioris auctoritas omnem maculam delet.*
11 *Nostra dicimus quibus auctoritatem impertimur.*
12 *Homines non possunt mutare domicilium, ne collectentur.*
13 *Originem, habent ab vrbe, si alio loco domicilium constituerunt, munera eius sustinere debent.*

Terræ ad quam pergis, cape mores, quos ibi cernis. ibid.

PLebs, populus, vel ciuitas vtrum
1 possit cogere ciues ad susciendum legationem, vel defensionem, & an ciuitates possint sese vnire sine consensu principis; Item an si vniuersitas ob priuatum debitum debet collectari, homines possint mutare domicilium, non collectentur.

Censeo, quòd ciuitas potest inuitos, & nolẽtes cogere ad susciendam le-
2 gationem, † & defensionem pro patria, & ciuitate. l. 1. §. 1. l. munerum. ff. legati. ff. de

Digitized by Google

de mun. & hon. l. poſt legatum. §. aduocatum. ff. quib. vt indig. l. cum poſtulaſſe ff. de damn. infect. cui nos parere oportet. l. veluti. ff. de iuſt. & iur. l. poſtliminiũ. §. filius. ff. de capt. ortus enim noſtri partem patria vendicat, partem amici M. T. Cicero 1. offic. l. 1. §. generaliter. ff. de vent. in poſſ. mitt. laſ. in l. 1. §. huius ſtudij num. 13. ff. de iuſt. & iur.

Benè verum eſt, quod ſi in caſu legationis mandatarius ciuitatis à latronib. ſpoliatus eſſet, aut naufragio, vel ſuo languore res amiſerit, non debet, grauari, vt damnum ſi quod in itinere contigerit, patiatur ſolus. † l. eum, qui. ff. de iureiur. l. iure. ff. de iure dot. ca. qui in vno grauent de reg. iur. in 6. etiamſi mandatarius liberè, & ſpontè onus mandati ſuſcepiſſet, quia cum mandatum ſit bonæfidei contractus, talem rigorem non admitteret † vt l. non fuerint. §. fin. ff. pro ſocio. l. emptorem. §. ibidem. ff. de actio. empt. cùm ex officio, & amicitia originem tradat. l. 1. ff. mand. maximè, quando mandati tempore itinera erãt periculoſa, & mandantibus nota, qui poterant cogitare iſta poſſe contingere, & non credere mandatarium velle facere beneficium cum hoc ſuo tanto, & miſero damno. l. cũ de indebito. ff. de probat. c. conſtitutus de fideiuſſ. l. ſi cum auro. ff. de ſolut. Ideò debet ciuitas caſu quo dictus mãdatarius fuerit captus ab hoſtibus, ſoluere redemptionem, teſte Bald. in l. inter cauſas. §. non omnia. ff. mand. Abb. in c. ſicut nu. 2. ff. de iureiur. Paris de Put. de ſyndicatu in §. iudex in officio num. 5. Corn. conſ. 157. nu. 3. lib. 2. Natt. conſ. 137. & conſ. 168. alijs enim facere debemus ſicut in noſtris facimus, † vel fieri nobis cupimus 1. diſtin. Bart. in l. 1. ff. de ſolut. Dec. in l. in perſonã §. generaliter. ff. de reg. iur. Cra. conſ. 190. nu. 5. Meno. de arb. q. 13. nu. 15. cum ſeq. li. 1. potiſſimũ quia mandatarius nõ fuerit in culpa ſic per trãſeundi, & itineradi, ſed cã euitandi hoſtes, qui fortè latere poterãt in ea parte itineris q̃ culpa in dubio nõ † præſumitur in mãdatario. l. meritò. ff. pro ſocio. Afflic. deciſ. 13. nu. 18. Crauet. conſ. 8. nu. 20. & conſ. 85. nu. 5. vnde in dubijs cauſis non ſolemus quempiam pro culpa condemnare, ſed potiùs abſoluere. l. quoties. ff. de rebus. dub. l. quoties. ff. de regul. iur. Bald. in l. ſi creditor. C. de pigno. actio. Oldrad. cõſ. 307. in fin. Alex. conſ. 383. num. 6. lib. 7. Crau. conſ. 8. nu. 30. & conſ. 151. nu. 19.

Hinc inferas, quòd Ambaſciator, vel Nuntius tranſiens per inuſitata, ſi depredetur, † non repetit à mandante. l. non ſolum. §. animus, ibi, non exarciuit. ff. de excuſ. tut. l. 1. §. quòd ſi propter loci iniquitatem. ff. ſi quadr. paup. feciſ. dic. Bal. in l. 3. C. de naut. fœno. Rip. de peſte de præſerua. remed. num. 79. cum ſeqq. Hyeron. à Lauren. deciſ. Rot. Arcenio. 127. vbi deciditur caſus in terminis terminantibus.

Quoad aliud caput propoſitæ, quæſtionis, an ciuitates poſſint ſe vnire, dic quòd non poſſunt ſine conſenſu principis. l. populus. §. territoriũ. † ff. de verb. ſignif. l. priuatorum conuentio. C. de iurisd. om. iud. c. ſi diligenti de for. comp. Afflict. deciſ. 254.

Superioris namque auctoritas omnẽ maculam delet. l. adoptio. ff. de adopt. l. ea quæ vbi Abb. & † Felyn. de re iudic. c. 1. & fin. de confirm. vt l. vel inut. ea. n. noſtra dicimus, quibus auctoritatem impartimur. l. 2. † §. ſed neque. C. de vet. iu. enucl. l. omnium. C. de teſtam. c. inter dilectos de fid. inſtru. c. quia diuerſitatem de conceſſ. præben. Alex. ferè in terminis conſ. 219. num. 5. lib. 6. cum præſertim iuriſdictio vtriuſque ciuitatis pertinet ad vnum principem. l. & ideo. ff. de offi. proconſ. c. 1. & 2. de offic. deleg. in 6.

Quoad aliam dubitationem breuiter exiſtimo, quòd ſi ciuitas, vel villa deberet centũ alicui, pro quib. centũ vniuerſitas collectatur, hoies non poſſint mutare domiciliũ ne collectent, & ne ſoluant partem † ſuam. gl. eſt in l. & qui originem in prin. ff. de mun. & hon. ſingul.

gul. diuerſ. Guilelm. de Ludo. ſuo ſing. 19. nihil enim in tali caſu prodeſt domicilij tranſlatio, vt per gl. & tex. in d. l. & qui originem in verb. debent vbi tex. in prin. habet hæc verba; & qui originē ab vrbe Roma habent, ſi alio loco do-
13 micilium † conſtituerunt, munera eius ſuſtinere debent, & illa glo. in verb. debent, ſolet allegari adhunc verſum., Terræ ad quā pergis, cape mores quos ibi cernis nihilominùs tamē, & Romæ vbi quis natus ſit, munera ſubire debet.

DVBITATIO CXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Populus, vel ciuitas exercens iuriſdictionem in aliquos ciues, an dicatur exercere iuriſdictionem in ſeipſam?*
2 *Imperare ſibi ipſi quis non poteſt.*
3 *Populus non poteſt punire ſeipſum.*
4 *Dictum de populo intelligitur de eius conſilio.*
5 *Ciuitas, qualiter intelligatur, & accipiatur.*
6 *Adminiſtrator obligatur ſimul cum ciuitate.*
7 *Syndicus ciuitatis non ſufficit vt poſſit obligare bona illius, niſi ſint bona ſpecificata ſecùs eſt in priuato.*
8 *Ciuitas ſi accepit pignus non idoneum ſibi nō præiudicat.*
9 *Pignus in dubio præſumitur idoneum.*
10 *Iudex per negligentiam vel malò iudicans facit litem ſuam.*
11 *Iudex videns aliquos rixari, & non ſe interponens, ab officio poteſt remoueri idem dicitur de cuſtode.*
12 *Ciuitas negligens facere iuſtitiam facit litem ſuam.*
13 *Ciuitas excuſatur ſi elegit Doctorem qui reputabatur idoneus.*
14 *Poteſtas excuſatur in ſyndicatu, ſi tulit ſententiam de conſilio aſſeſſoris approbati Doctoris.*

POpulus, populus, vel ciuitas, ſi exercet iuriſdictionem in aliquos ſuos ciues, an dicatur exercere iuriſdictionem in ſeipſam, & qualiter accipiatur † hoc nomen ciui-
1 tas, & an ſi iudicem elegit qui iuſtitiam facere negligit, faciat litem ſuam.

Licèt iuriſdictio cohereat territorio, vt ſit iuriſdictio in ſeipſa actiuè, vt eſt ciuitas venetiarum vel lucenſium, quæ habet iuriſdictionem in ciuitates, & caſtra, quæ illi ſubijciuntur, non tamen poteſt vnum territorium iuriſdictionē habere in ſeipſo paſſiuè, ſed in alio: qa ſibi ipſi quis imperare nō poteſt', l. pen.
2 ff. de † arbit. facit. text. in l. 2. ff. de ſtipul. ſeru. in c. fin. de inſtit. hincque infertur, quòd populus non poſſit exercere iuri-
3 ſdictionem, † & punire ſeipſum, & ideò exercēdo iuriſdictionem in ciues ſuos, non dicitur exercere iuriſdictionem populus in ſeipſum: quia illi ciues ſunt particulares, ſed ſi populus ex præcedē ti deliberatione aliquis faceret, tali caſu non poſſet populus ſeipſum punire, & quòd dicitur de populo, intelligitur de conſilio, quod eius vicem repræſen
4 tat: vt † per gloſſ. in Rub. C. quę ſit long. conſuet. Alex. conſi. 101. in princ. lib. 1. Dec. in l. 1. num. 39. ff. de iuriſd. om. iud.

Ciuitas verò quādo accipitur, & exiſtit † loco prouinciæ. gloſſ. notab. in l. fi.
5 C. de præſcript. long. temp. in verſ. 1. in vna prouincia, quæ intelligitur, & loquitur quando ciuitas habet propriam iuriſdictionem, ita quòd nō ſubijciatur iuriſdictioni alterius, vt per Alexan. in conſ. 89. in fi. lib. 5. & quòd dictum eſt in ciuitate idē eſt in Caſtro ſi haberet propriam iuriſdictionem, quia eſt eadem ratio. Dec. in l. 1. num. 25. ff. de off. eius.

Hoc que nomē, ciuitas, accipitur nō tantum pro loco, ſed etiam pro populo, & pro communitate, & hoc modo ciuitas dicitur hominum multitudo, ſo cietatis vinculo adunata, vt per Alber. in ſuo dictionario in verb. ciuitas ſed hæc deffinitio non ſatisfacit, quia etiā

Caſtro,

Digitized by Google

Caſtro,& villę competeret, ideò videtur potiùs quædam deſcriptio, & accipiendo ciuitatem, vt dixi, pro populo ciuitatis, intelligitur pro magiſtratibus quibus adminiſtratio ciuitatis commiſſa ſit, vt ſunt priores ciuitatis, non autē intelligitur de poteſtate, & capitaneo quibus ſolum adminiſtratio iuſtitiæ data eſt: vt not. Bar. in l. principalibus in fi. ff. ſi cer. pet. & quòd dicitur de ciuitate', & populo, idem videtur in conſilio generali ciuitatis in quo totus populus repræſentatur: iuxta glo. in Rub. C. quæ ſit long. conſuet.

Cuius ciuitatis adminiſtrator obligatur ſimùl cum ciuitate, quando pecu-
6 nia eſt conuerſa in † vtilitatem ipſius ciuitatis. vt per Bar. & Dec. num. 9. in l. ciuitas. ff. ſi cer. pet.

Nec tamen ſufficit, quòd ſyndicus ciuitatis, vel caſtri, ſi habet mandatum vt
7 poſſit † obligare bona ipſius ciuitatis, vel caſtri, niſi bona ſint ſpecificata, licèt ſecùs ſit in priuato. vt per Bald. in Rub. C. de contrahen. empt. quæſt. 3. in fin. & notat. Dec. in d. l. ciuitas. num. 11. & ſi ci-
8 uitas. accepit † pignus nōidoneum ſibi non præiudicat. l. creditor vbi ſcriben. ff. ſi cert. pet. etſi in dubio pignus præſu-
9 matur † idoneum. vt not. gloſſ. in l. 2. in verb. redigere. C. de pignor.

Non ſolumque iudex qui propter negligentiam vel malè iudicauit, facit
10 litem ſuam, & poteſt † priuari officio vt not. Bald. in l. 1. §. quies in fine. ff. de offic. præſect. vrba. vbi dicit, quòd iudex, qui videt aliquos rixari. Et ſe non interponit ab officio, remoueri poteſt: & idem dicitur de cuſtode, ſed etiam ciuitas, quæ iudicem elegit, qui
12 negligit † facere iuſtitiam, facit litem ſuam, vt per Rom. 138. & ſi excuſet ciuitas ſi elegit Doctorem, qui reputaba-
13 tur idoneus, † ſicut dicitur de poteſtate qui excuſatur in ſyndicatu, ſi tulit ſententiam de conſilio aſſeſſoris, qui habe-
14 bat inſtrumentum † doctoratus approbationis factæ in ſtudio generali. vt per Alex. conſi. 65. lib. 1. & per Bald. in Rub. C. de pęn. iud. qui mal. iu. & refert. Dec. in l. ſi quis in conſcribendo nume. 17. C. de pact.

DVBITATIO CXL.

SVMMARIVM.

1 *Collegij, vel vniuerſitatis plures ſyndici cum generali mandato conſtituti, an intelligantur in ſolidum?*
2 *Dictio quilibet attribuit vnicuique actum inſolidum.*
3 *Syndici, quando conſtituti dicantur in ſolidū.*
4 *Dictio, vterque, coniungit non diuidit.*
5 *Conſtitutus vterque cenſetur diſiunctim non inſolidum de veriori opin.*
6 *Quilibet præſumitur habere ſpeciale mandatum.*
7 *Procurator cui generaliter commiſſa eſt libera adminiſtratio, poteſt exigere, & omnia facere, vt dominus.*
8 *Mandatum habens ſpeciale cum libera non poteſt donare.*
9 *Tranſigendi, & componendi generalem habēs poteſtatem, non poteſt debitum gratis remittere, nec poteſt renunciare appellationi interpoſitæ.*

1 PLebis, populi, capituli, collegij, vel vniuerſitatis plures ſyndici cum generali mandato conſtituti, an intelligātur inſolidum?

Si dictum fuerit in mandati inſtrumento, conſtituimus Titium, & Seium
2 procuratorem, & quemlibet eorū, præſumūtur dati inſolidum, † quia dictio, quilibet, attribuit vnicuique actum inſolidum, vt eſt caſus in l. creditor. §. duobus. ff. mand. & per. Specul. in tit. de procurat. §. ratione formæ. verſ. quid ſi duo.

Prout, & conſtituti cenſentur inſoli-
3 dum ſi dictum ſit, † conſtituimus ſyndicos Titium, & Seium, & vtrumque ipſorum, ita. Bald. in l. ſi ita. ff. de iniuſt. rupt. teſt. quia dictio vterque attribuit cuilibet officium per ſe, & ideo coniunctim & di-

Digitized by Google

& diuisim, disiunctim, & insolidũ quilibet agere poterit, & licèt dictio vterque
4 coniungit, † non diuidit. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. & ita videtur dixisse. Bald. in l. fina. §. ipsum autem. C. de bon. quæ lib. Attamẽ verior est opinio,
5 † quòd constitutus vterq; censeatur disiunctum, & insolidum, ita, vt quilibet eorum poterit agere insolidum, ita firmat pro veriori opinione Philip. Fran. in c. si duo, de procu. in 6. vbi etiam vult non esse necessarium apponi verbum insolidum, sed sufficere verba æquipollentia, vnde dicebat. Bald. in Rubri. de exercit. in fin. quòd si plures procuratores sunt simul constituti cum libero, & pleno mandato, videntur cõstituti insolidum, per text. in l. 1. §. si plures. ff. de exercit. act. vbi si plures sint magistri, nõ diuisis officijs, idest non assignato cuiq; officio suo, cuilibet insolidum videtur commissum, obligare exercitorem.

Hinc firmare possumus cõclusionẽ, syndicos, vel procuratores plures cùm generali mandato constitutos intelligi insolidum, ita, vt quilibet præsumatur
6 habere speciale mandatum, † quia plures procuratores simul constituti, videntur constituti insolidum, per tex. in l. si mandato Titij. §. Paulus respondit. ff. mand. & l. creditor. §. duobus. ff. cod. tit. Bald. in tit. de pace constantiæ. §. in ciuitate, in verb. mittit. & si contrarium teneat. glos. in l. pluribus. ff. de procur. quæ vult, quòd si plures sunt constituti procuratores, nec dictum fuit insolidum, agere debet vnusquisque pro parte, q̃ est hodie expressum in c. si duo, de procura. in 6. vbi si duo procuratores simùl non adiecto, insolidum, fuerint constituti, vnus sine altero admitti nõ debet.

Et quia dixi syndicum habere speciale mãdatum, hoc procedit etiam in his, quæ requirunt speciale mandatũ. Alex. cons. 22. num. 9. lib. 1. & idem notat in l. procurator cui. ff. de procurat. ratio est, quia tales syndici dicuntur habere mãdatum cum libera secundum. Bal. in l. præses. C. de transact. procurator autem
7 † cui generaliter cõmissa est libera. rer. administratio, potest exigere, & omnia facere, vt dominus. d. l. procurator cui. ff. de procur. etiam circa ea, quæ requirunt speciale mandatum. Bald. in d. tit. de pace const. §. in ciuitate in verb. mittit per not. in c. in præsentia, de testibus, in texto

Sed vnum est aduertendum, quòd licèt habeat speciale mandatum, & li-
8 beram administrationem † non potest donare. glos. in d. l. procurator. ff. de procur. & in l. filiusfam. §. item videamus. ff. de donat. Bal. in d. l. præses. C. de transac. Alex. d. cons. 22. lib. 1. nu. 8. ratio est, quia in mandato quantumcunque generali, & cum libera, & plena potestate æquipollente speciali mandato iuxta. dict. l. procurator non venit auctoritas donãdi. l. contra iuris. §. fin. in glos. final. ff. de pact. l. filiusfam. ff. de donat. imò habens
9 potestatem generalem transigendi, & componendi, non potest debitum gratis remittere, cùm capiat donationem. Bald. in l. si procurator. C. de procu. nec potest renunciare appellationi per se interpositæ, nec etiam instantiæ litis, vt dixi supra satis abũdè dubitatione. 117.

DVBITATIO CXLI.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus vniuersitatis, an quis præsumatur vel an legitimè constitutus, & à maiori parte constituentium censeatur, attento instrumento, quòd tales de consilio talem syndicũ constituerunt.*

2 *Procurator quis non præsumitur nec syndicus.*

3 *Procurator non admittitur testis in causa quam procurauit; nec syndicus in causa communis.*

4 *Mandatum habere non intelligitur, qui non habet integrum.*

5 *Syndicum vel procuratorem non sufficit probare per instrumentum, nisi probetur legitimã*

maſſi ipſius conſtitutiõ.

6 *Verba illa canonici talis eccleſiæ, vel domini de conſilio, poſſunt verificari de duobus tantum.*

7 *Teſtis deponens, quòd tales ſic reputati fuerunt apud homines, & vicinos poteſt intelligi apud duos vel tres.*

8 *Syndicus quando præſumatur legitimè conſtitutus.*

9 *Conſilium collegium, vel capitulum, iſtud verbum appoſitum in inſtrumento denotat oẽs.*

PLebis, populi, vniuerſitatis, vel capituli ſyndicus, an quis præſu-
1 matur, † vel an legitimè conſtitutus, & à maiori parte conſtituentium cenſeatur attento inſtrumento, quòd tales de conſilio talem ſyndicum conſtituerunt.

2 Eſſet in primis notandum, † quòd ſicut quis non præſumitur procurator, nec mandatum pro eo, vt latè per Maſcard. de probat. concluſ. 1007. ita, nec ſyndicus quis præſumitur, niſi probetur. Bald. in l. ſi non ſortem. §. qui filio. in fin. ff. de cond. indeb. & ſicut procurator nõ
3 admittitur teſtis in cauſa † quam procurauit. l. fin. ff. de teſtibus. c. Romana, vbi ſcrib. de teſtib. in 6. ſic, nec ſyndicus in cauſis collegij, vel communis adminiſtrati per ipſum. Bartol. in l. idonei. ff. de teſtib. Campeg. de teſtib. reg. 82.

Nec ſufficit probare ſe eſſe ſyndicum creatum, ſed etiam legitimè, & ſolemniter factum, quia non intelligitur habere mandatum, qui nõ habet integrũ.
4 † l. 1. §. fin. ff. de edend. l. cum hi. §. prætor. ff. de tranſact. Bald. in addit. ad Specul. verſic. exceptio, quòd ſyndicus, titu. de ſyndico.

Imò, nec ſufficit exhibere inſtrumẽtum, in quo contineatur, quòd domini de conſilio conſtituerunt talem procuratorem, vel ſyndicum, niſi probet ſui-
5 ipſius legitimam † conſtitutionem. Bald. loco præcit. Alex. conſ. 7. nu. 2. libr. 1. ratio eſt, quia illa verba canonici talis eccleſiæ, vel domini de conſilio poſſunt
6 verificari † de duobus canonicis, vel duobus de conſilio tantum. l. inter illã. §. fi. ff. de verb. ſign. Oldr. conſi. 100. Bart. in l. fin. C. de præd. curial. lib. 10. Specul. loco præallegato vbi vult, quòd ſi inſtrumento dicatur. Abbas cum conſilio monachorum vel poteſtas cum cõſilio conſiliariorum nec illorum nomina ſufficientem partem denotantia fuerint expreſſa, nõ probabitur legitima conſtitutio ſyndici, quia poſſet, vt dixit verificari in duobus tantum. l. interomnes. ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. ff. de vſufr. accreſ. l. ſi quando. §. 1. ff. ſi ſeruit. vẽdic. Felyn. in c. cum omnes. nu. 22. de conſtit. Alex. in l. reſcriptum. ff. de pact. & in conſil. 68. volum. 2. & conſ. 195. num. 3. lib. 7. vbi infert, quòd ſi teſtis deponat de conſanguinitate aliquorum, quia ſic reputati fuerunt apud homines, & vicinos, non probat eius ratio, quia poteſt intelligi dictum teſtis, quòd fuerint reputati ſic apud duos tantum homi-
7 nes, & vicinos, † vel tres cum talis ſermo poſſit in duobus tantum verificari d. l. inter illam. §. fi. ff. de verb. ſign. Alex conſ. 114. num. 17. lib. 4. vbi dicit, quòd aliud eſt dicere, homines talis loci, aliud commune talis loci, nam dicere homines, poteſt in duobus tantum verificari.

Syndicus propterea legitimè cõſtitu-
8 tus † præſumitur, & à maiori parte conſtituentiũm, quando in inſtrumento adeſt verbum, omnium, niſi ſimus in caſu quo abſentes vocari debent, & maior pars fuerit abſens, nam cum verbũ omnes, intelligatur tantum de præſentibus non intelligetur legitimè conſtitutus ille ſyndicus, ſi maior pars fuerit abſens. Felyn. in c. cum omnes de conſtit. Specul. in tit. de ſyndicis. verſ. porrò nũm. 10. vbi tamen in inſtrumento fuiſſet appoſitum verbum, conſilium, vel capitulum, vel collegium, tunc iſtud verbum denotat omnes, vel maiorem partem. Felyn. in c. auditis. nume. 24. de præſcr. Old. conſ. 100.

DVBI-

DVBITATIO CXLII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, vel vniuersitas si in communi opinione credebat se habere priuilegium, tamen nō habeat: an mihi, vel alteri prosit ille communis error.*

2 *Indulgentiæ concessæ à prælato penitùs falso, qui tamen communi opinione reputabatur verus ab omnibus, ita proficiunt animæ saluti, ac si à verò prælato fuissent concessæ.*

3 *Communis error facit ius.*

4 *Confitens peccata sua ei qui communi opinione putabatur sacerdos, sed non erat, valebit confessio, & absolutio.*

5 *Sacerdotium præsumitur ex quasi possessione.*

6 *Habilis, vel talis, vt quis habeatur, sufficit semel tantum se vti talem exercuisse.*

PLebs, populus, ciuitas, vel vniuersitas, si in communi opinione credebat †se habere priuilegiū, tamen non habeat, an mihi vel alteri prosit ille communis error? 1

Et quòd si aliqua ciuitas, vel vniuersitas communi opinione credat se habere priuilegium studij, tamen non habeat, & istud ego sciam, in eaque vrbe doctoratus insignia sumpserim, non mihi prosit ille communis error: notatu dignum refert. Felyn in c. ad probandum post num. 8. & vers. & ex isto dicto, de re iudic. & refert Brixi. in suo reper. in ver. error is enim, gratia cuius actus geritur, quando sciebat ciuitatem non habere illud priuilegium, non debet reportare commodum ex illo actu, nec honorē, imò ille actus propter eius dolum retractatur, ita sensit. Fely. d. c. ad probandum, & sequitur. Abb. in c. si duobus. num. 15. vers. ad hoc, de appell. & in c. post cessionem nu. 17. de probat. Rom. sing. 767. Corset. in singul. in verb. error communis circa fin. cum alijs relatis ab eo, & hæc est vna ex limitationibus quę potest addi ad text. in l. Barbarius. ff. de off. prætor. vbi Vlpianus proponit axioma, quòd communis error facit ius.

Cuius regulæ tenere, attento etiam Indulgentiæ concessæ à prælato pœnitus falso, qui tamen communi opinione verus putabatur ab omnibus, nō minùs animarum saluti proficiunt, †quam si fuissent à vero Prælato concessæ, & in simili infertur ad quosdā quæstuarios, qui post mei reditum ab Alma vrbe patriam Montismagni accedentes, adulterina arte, asserebant, & suadebant, ꝙ si quis sese adscribi faceret in quadam sodalitate Bononiensi, media quadam pia largitione, & elemosina, innumeras assequeretur indulgentias concessas a clem. 8. & aliis prædecessoribus summis Pontif. qua vtique arte sub ipuerūt ijdem quæstuarij nonnullos aureos, à patria mea memorata, & ab oppidis præsentis dominij, & tandem ad aures omnium peruenit, illos ob huiusmodi detectam eorum fraudem fuisse detentos, & forè acerrimè punitos, sicque in proposito illa pia charitas, & largitio tantum pro fuit animarum saluti, ac si vera fuissent diplomata indulgentiarū saltem pro consequendo merito pietatis præsentis, & ita sequitur. Iaſ. in l. præscriptione. num. 26. vers. tenendo istam partem. C. si contra ius, vel vtil. pub. & in l. si vrbana num. 8. vers. alibi tamen. fide condict. indeb. quicquid improbauerit Oldr. cons. 75. & 93. & præcipuè in cons. 75. incip. quæritur de illo, vbi in vtranque partem ratiocinatur, & tandem contrarium sensit num. 30. vers. in contrarium, cui adhæret. Card. in clem. 2. §. adhæc multiplici vers. quinto quæro de pœnit. & remiss. vtra autem harū opinionum sit probabilior, poteris ex lectura tātorum patrum colligere, sed ego cēseo cum Iaſ. in d. l. præscriptione, potissimum in facto per me proposito, pro assequendo merito pietatis præsentis, non autem, quòd eodē possit consequi indulgentias, quę non sunt cum nō entis nullæ sint qualitates, quia finis qui

cit

eſt primus in intentione, fuit pius, & cõ ſequenter Deo gratus, vt habemus ex Dauidico affatu, & Pſalmo, præparatio nem cordis eorum audiuit auris tua, ſcrutatur enim Deus corda, & renes.

Hinc colligimus etiam, quòd ſiquis omnium conſenſu legatus ſummi Põt. exiſtimetur, ſeq. pro legato gerat cùm reuera non ſit, quos abſoluerit, ſint abſolutè, & rata ſint ab eo geſta non ſecùs ac ſi verè legatus fuiſſet, quia com-
3 munis error facit ius, & ita tenet Spec. tit. de lega. §. ſupereſt num. 18. verſ. quid ergò ſiquis motus auctoritate ſummi. Pont. in c. ad eminentiam de ſent. excõ.

Idem dicitur de eo, qui non ſit vicarius epiſcopi, & tamen communi opinione nominatur, & exiſtimatur vicarius, quia tenent quæ facta ſunt ab eo. Rot. Rom. deciſ. 1. de off. Vica. in nou. & dec. 4. de off. or. in antiq. Aegid. Bellamer. deciſ. 402. de off. legat.

Siquis etiam confiteatur peccata ſua ei, qui cõi opinione putabatur ſacerdos, ſed non erat, & ab eo fuerit abſolu
4 tus, † valebit confeſſio, & abſolutio. ſic per gl. in c. dudum in verb. receptæ vbi. Innoc. & alij de elect. & ſequitur. Iaſ. in l. Barbarius num. 63. ff. de off. prætor. ex quaſi enim poſſeſſione præſumitur ſa-
5 cerdotium. Bal. † in l. non ignorat poſt nume. 10. C. de ijs qui accuſ. non poſſ. imò, & ſacramenta, & ordinationes ab hæreticis, & quibuſcunque alijs criminoſis occultis valent, ſi communi opinione exiſtimabantur veri, & legitimi prælati teſte. Innoc. in c. 1. nu. 3. in prin. de ſchiſmat. & ſequitur. Soc. ſen. conſil. 32. num. 19. lib. 1.

Quid verò dicendum ſit de Notario qui uerè non erat Notarius, ſed talem ſe gerebat, & exercebatur, & pro tali cõ muniter reputabatur, an teneant receptata, & geſta per eum, iud. ſcrib. in d. l. Barbarius.

Et pariter ſi quis communiter exiſtimetur habere aliquam facultatem, & non habuerit, tenent geſta per eum argum. eorum quæ latè ſcribit in regula. d. l. Barba. Maſc. de prob. concl. 649. nu. 69. & 74. vbi n. 69. habes ſatis eſſe aliquẽ bis aliquos actus feciſſe tanquam talem, & in duobus actibus habilem exiſtimatum fuiſſe, quinimò etiam ſiquis
6 † ſemel tãtùm ſe exercuerit vt talis. ibi. Maſcad. num. 70. d. concl. 649. vbi plura congerit in hac materia, & magis ordinatè, & veridicè, quàm fecerit, & ſcripſerit. Gabr. in ſuis comm. concl. titul. de probat. lib. 1. concl. 8.

DVBITATIO CXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, vel vniuerſitas, an poſſit habere fiſcum, & an reſtitui in integrum?*
2 *Rex vel Princeps habet priuilegia, & iura fiſci.*
3 *Multa, & pœnæ, an vadant ad dominum immediatum, an ad mediatum, & ſic an feudatarys confiſcationes vel principi applicentur & quando.*
4 *Ciuitas, caſtrum, & municipium reſtitui debet, & alia priuilegia habere quæ Reip. competunt.*
5 *Reſtitutio in int. datur etiam contra exemptionem communitatis.*
6 *Immunitas ad quæ extendatur.*
7 *Immunitas quando locum non habeat.*

PLebs, populus, ciuitas vel vniuerſitas, an poſſit habere fiſcum de iure, & an reſtitui poſſit in integrum?

1 † Quoad primum dubium, certum eſt, quod nulla ciuitas habet fiſcum præter Romanam. l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. & not. Angel. in l. non tantum, §. ad aptanda. ff. de peti. hæred.

Licèt verò de iure communi princeps, vel ciuitas Romana habeat fiſcũ dict. l. 1. tamen de conſuetudine ciuitas imò, & nobiles alicuius Caſtri, vel loci fiſcum habebunt, & vicem fiſci. Bart. d. l. cunctos populos. C. de ſumm. Trin. &

fid.cath.cui ſiquidem fiſco ex variis cauſis bona quæruntur,aliquando omnia, aliquando pro parte l.1. & per tot. titu. ff.de iure fiſci.

Rex pariter habet de conſuetudine
2 iura fiſci,vel † ſaltem priuilegia aliqua. vt not.per Alber. de Roſat. in l. 1. C. de his quibus vt indig.vbi dicit ſe ſic vidiſſe ſeruari vltrà montes, & tãgit in auth. itaque in fi. C. communia de ſucceſſio. prout, & eodem modo poteſt vindicare locum conſuetudo,in Barone inferiore Regis,Ducis,& Marchionis, ſi tamen habeat territorium, & merum, & mixtum imperium, licèt de ſtricto iure ſit ſecùs iuxta.Alberic.d.l. 1.

Et ſi quæraꝫ, an mulctæ, & pœnæ quę ſunt fructus iuriſdictionis,& iurium, vadant ad dominum immediatum, an ad primum ſuperiorem mediatum,& dicitur,quòd ad immediatũ,quia nõ tenẽ-
3 tur†obedire hoẽs vaſalli ſimpliciter habẽre imperium domino feudi,nec eos poteſt collectare,nec mulctare, & alia ſimilia facere,ſecundum.Specul. in tit. de feudis §.quoniam verſ.14. & ſeq.niſi vbi faceret propter publicam vtilitatẽ totius Regni, quia moueretur bellum contra regem vt ibid. per Specul.

Hincque non omittas colligere, qđ pœnæ,& mulctæ,& confiſcationes bonorum ſubditorum feudatarijs applicãtur, non principi, ſed eius feudatarijs habentibus vtile dominium. Martin. Laud. tract. de principe de fiſco concl. 24 Boſſ.tit.de hæret.num. 34.laſ.conſil. 57.vol.3.Brun.conſi.31.qui laſ.& Brun. volunt pœnas, & mulctas ac confiſcationes reſpectu ſubditorum feudatarijs eſſe applicandas, & non principi, etiamſi princeps, aut officiales principis cognoſcerent, non feudatarij, nec eorum officiales de cauſa ipſa,hoc tamen intelligendum eſt reſpectu pœnarum ac mulctarum, & confiſcationum bonorum,quæ fiunt iure ordinario,vel ex arbitrio conceſſo ex fortè ſtatutorũ, ciuitatis,vel loci, aut ex forma iuris cõmunis maximè iuxta tit.ff. ſiquis iuſdic. non obtemp. nam talia cenſentur conceſſa feudatarijs, ex quo habent vtile dominium. vt per Iaſ. dict.conſil. 57. & Brun. dict. conſilio. 31. ſed ſi pœna vel mulcta, aut confiſcatio imponitur non vigore arbitrij,ſed ex poteſtatis plenitudine,& ex alto, & ſupremo dominio,quam,& quòd Imperator, & quilibet princeps cenſetur ſibi reſeruaſſe in quacunque conceſſione,ex quo imperator, & quilibet princeps non cenſetur voluiſſe, nec poteſt à ſe abdicare per infeudationem alteri factam, aliquam partem imperij,ideſt, illius ſuperioritatis, quam quilibet tenentur recognoſcere, vt ait. Bald. in l.qui ſe patris. C.vn.lib.& conſil.327.& conſi.333. vol. 1.Alex.in l. filio quem pater. ff. delib.& poſth.quos refert,& ſequitur.Alba. cõſ. 62. num. 10. vbi vult hoc procedere in omni infeudatione, & conceſſione iuriſdictionis principis,cenſeatur ſibi reſeruaſſe ius ſuperioritatis, niſi conceſſio ſit facta eccleſiæ:quia tunc ſi princeps ſibi expræſsè eam non reſeruauit, videtur etiam ſuperioritatem conceſſiſſe eccleſiæ,ex quo cenſetur donare, ſeu concedere Deo opt. Max. qui non habet ſuperiorem.vt per Abb.d.conſil. 62.num.10.

Vltrà etiam præmiſſa, vbi feudatarij fuiſſent in dolo, vel culpa, vel conſcij, & participes delictorum: tunc pœna, mulcta, & confiſcatio reſpectu eorum ſubditorum non confiſcabitur, nec applicabitur,ipſis feudatarijs, ſed parti offenſæ,& reſpectu pœnæ in quam feudatarij inciderunt,ob præmiſſam applicabitur principi.Io.Bapt.Plot.in tract. blaſphemiæ quæſt. 40. vbi ad hoc propoſitum citat. l. ſed ſi hac, §. præſtituta. vbi tex.Bald.Ang.Alex.& Doct. ff. de in ius vocan.tex. & Doct. in l. 1 C.ſi mancip. ita veniat ne proſtituatur, & in §. ſancimus itaque in auth.de rapt. mul. & in §. pen.in auct.ſeænicas non ſolum mulieres.Abb.in c.poſtulaſti in vlt.notab. de

con-

conceſſ.præben. Rol.à Val. in tract. lucri dot.quæſt.61.

Princeps verò non poteſt mulctare, nec collectare ſubditos feudatarij, niſi vbi faceret propter publicam vtilitatẽ totius ſtatus ipſius principis, quia fortè contra eum moueretur bellum. Rol. à Val.conſi.1.num.62. cùm ſequ. vſque ad fin.volumin. 2. vbi conſuluit. Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum tunc Ducẽ Mantuæ Marchionẽ Montisferrati, hodie vtriuſque dominij Sereniſſimum Ducem, ob ſtatus conſeruationẽ poſſe collectas imponere ſubditis feudatariorum, & q dẽt credi principi imponenti collectam, dicenti ſe eam ponere ex cauſa prædicta, quæ tamen nõ procedunt contra ſubditos Comitis, cuius ſubditi ob eius antiqua, & ampla priuilegia titulo oneroſo habita, non poſſunt ad præmiſſa adſtringi, ad præmiſſa onera per eundem Sereniſſimum D.meum Ducem.

Quo verò ad aliud caput præmiſſæ
4 dubitationis,† ciuitas ſicut de conſuetudine reſtituitur, ita, & Caſtrum, & municipium reſtitui debet, & alia priuilegia habere, quæ Reipub. competunt. l. Reſpublica vbi latè per Albe. C. ex quib.us cauſ.maior.

Imò reſtitutio in integrũ dat ẽt cõtra
5 exemptionem communitatis, quia ſi communitas aliquem ob benemerita, vel ex contractu immunem declaraſſet, ſi enormiter læderetur, contra eandem immunitatem daretur reſtitutio in integrum. dict.l. Reſpublica vbi text. & Caſtr. & Docto. C. ex quib.cauſ.maio. & de cõmuni opinione teſtatur Ioa. Bapt. Plot.in repet.l.ſi quando nu.24.C.vn.vi. quæ immunitas communitatis etiam
6 non extenditur ad† onera inſolita de nouo ſuperuenientia maximè ratione belli, peſtis, vel alterius neceſſitatis Paru.conſ.25. num.111. vol.1. Alex.conſ. 216. vol.2. Curt. iun. conſ. 61. num.14. Ias. Soc. & Rip. & Doct. in l.ſi ex toto. ff. de leg.2. nec habet locum dicta immu-
7 nitas vbi adeſſet conſtitutio,† quòd cõmunitates non poſſent concedere immunitatem, principe incõſulto, vel Senatu: & quòd aliter conceſſa ſit nulla, quo caſu, vertente dubio, an aliquis debeat ſoluere onera, nõ poteſt ſuper hoc dubio tranſigi inconſulto principe, vel Senatu. l. non ſolum. C. de præd. min. l. oratio. ff. de ſponſ. Plot. d. l. ſi quando num.116. C. vn. vi. vide quæ ego tetigi 5. dubitatione 17.

DVBITATIO CXLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Singuli vniuerſitatis, an teneatur ad expenſas, & onera, quæ occurrunt, vt id fiat, quòd vniuerſitas decreuit.*

2 *Læſio vbi daretur in obligatione facta per vniuerſitatem, ſinguli poſſent ſeſe opponere pro intereſſe ſingulari; ſicut & vniuerſitas poteſt defendere ſibi ſubditum.*

3 *Læſio magna, quæ ſit.*

4 *Læſione pro modica nulla competit actio, nec appellatio.*

5 *Arbitratoris ſententia etſi non appelletur, petitur tamen reductio ad arbitrium boni viri, cum eſt enormis læſio.*

PLebis populi, vel vniuerſitatis ſinguli, an teneantur ad expenſas, & onera, quæ occurrunt, vt id fiat, quòd vniuerſitas decernit.

1 Clarum eſt, quòd maior pars obligat minorem partem, quando factum eſt vtile, & neceſſariũ vniuerſitati, & iſtius vtilitatis ſunt participes ſinguli de vniuerſitate, qui ad contributionem veniunt, nam ſecundum naturam eſt, vt ille ſentiat onera, qui participat commoda, & non alius, ſi autem per eum ſtet, quominùs participet, & tunc imputet ſibi, ſaluo, quòd domicilium tranſferre non poſſunt, niſi qui conſentiunt, vt l. domicilium. ff. ad municip.

Si verò non reſpiciat bonum publi-

eum, nec afferat vtilitatem alijs, sed solis consentientibus, soli consentientes tenentur; est enim potiùs monopolij, quam ius publicum. c. cum omnes de constit. l. 2. C. quæ sit long. cõsuet. l. aliud §. refertur vbi gl. ff. de regu. iur. l. 1. C. de monopol. l. nec emere. C. de iur. delib. l. 1. §. 1. ff. de magistr. couen. & quòd notat in l. morem, & l. rescriptum. ff. de pact. Sicque respondendum est cum promissa distinctione, vt in terminis respondet. Bald. conf. 462. libr. 4. vbi ponit casum, in quo transit cum memorata distinctione, inferas à prælegatis, quòd vbi læsio daretur in obligatione facta
2 per vniuersitatem, † singuli possent sese opponere pro interesse singulari, sicut, etiam vniuersitas, vel commune potest agere, & excipere pro sibi subdito, cui inferatur molestia ab alio communi, & illum defendere, & ei auxiari agendo, & excipiendo pro suo interesse, vt dicit Innoc. in c. auditis de præscript. & in c. inquirente de off. ord. in c. Romana de sent. excomm. in 6. Archid. in c. ad apostolicæ de re iudic. in 6. Io. And. in c. authoritate de priuileg. in 6. ad quod facit rex. in c. licet causam in fin. de appella. & in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend. Idem dicit Oldrad. conf. 146.

Quæ autem sit magna læsio, quidam
3 respondent, quòd est pars sexta, alij autem, vt quòd verius est, dicunt, quòd est dimidia arg. l. 2. cum ibi notat. C. de rescin. vend. pro modica namque læsione nulla competit actio. l. scio. ff. de
4 in integ. restit. refert pract. Pap. in form. libell. compromis. in glo. nec reductio ad arbitrium boni viri. nu. 4.

Videmus etenim, quòd etiam si iudex grauat in modico, tunc ab eius sententia non appellatur, aut enormiter, & secùs quia tunc, vel appellatur à sentẽtia, vel si est sentẽtia arbitratoris, cum adest enormis læsio, licèt tunc non ap-
5 pelletur petitur tamen reductio † ad arbitrium boni viri secundum. Rom. cõs. 295. Ias. in l. nemo potest 1. lect. nu. 65. de leg. 1. & est communis per Abb. consil. 77. lib. 2. idem Rom. conf. 261. vbi allegat Bal. in l. vn. C. de his, quę pœn. nom. Alex. conf. 109. num. 6. & 15. lib. 3. Boer. quæst. 284. idem Rom. conf. 27.

DVBITATIO CXLV.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus vniuersitatis, an possit obligare omnes etiam consentientes.*
2 *Quid si expensa nimis oneret non consentientes, seu etiam absentes.*
3 *Domicilium facto, & animo proprio non alterius animo constituitur.*
4 *Reparationẽ fortificationis si quis tenetur adiuuare, non tamen tenetur reparare nouiter inuenta opera.*

PLebis, populi, vel vniuersitatis syndicus, an possit
1 obligare † omnes de vniuersitate, etiam non consentientes.

Considerare primo loco debemus, an ille syndicus iuerit factus in forma vniuersitatis legitimæ, & congregatę in numero sufficienti, necne, tunc enim refertur ad vniuersos q scilicet, duabus partibus vocem habentibus congregatis, ferre dicitur per maiorem partẽ. l. aliud §. refertur. ff. de reg. iur. quod vtique videtur etiam verum, quando maior pars nomine vniuersitatis init nouos contractus, quia gl. ord. in d. §. refertur, habet locum in contractibus, nam certũ est; quòd vniuersitates possunt contrahere, l. ciuitas. ff. si certerat.

Factum tamen vniuersitatis licèt nõ obliget singulos, quando non consentiunt. l. 1. §. 1. ff. de magistr. conu. & not. in l. 2. C. quæ sit long. consuet. tamen quãdo in arca vniuersitatis non est vnde soluatur, illi de vniuersitate inter se distribuunt per æs, & libram, vnde singuli tenentur corpori vniuersitatis contribue-

tribuere. l.1. §. quibus. ff.quod cuiuſque vniuer. nom.not.Innoc.in c.grauem de ſent.excomm.

Quod propterea fit per maiorẽ partem hominum, qui faciunt corpus vniuerſitatis in aliquo, æquiparatur ei, qđ fit à domino, ſcilicet, quoad ipſos facientes, & in aliquo æquiparatur ei, qđ fit ab adminiſtratore, ſcilicet, quoad certos abſentes, itaque taliter debet eſſe factum, vt quòd fieret ab adminiſtratore obliget dominum, quando ergò iſti contractus fiunt, bonus iudex tam ex perſonis, quam cauſis ordinabit, vt in l.in fundo.ff.de rei vend.

Si etenim expenſa nimis oneret non
2 conſentientes, † ſeu etiam abſentes, eo quòd habent, puta, maximam partem ſummæ Caſtri, & non fuerunt requiſita, iniquum eſt illos cogi contribuere arg. l.fin.C.qui bon. cred.poſſ.l.maiore.ff.de pact. præſertim ſi negotium inutiliter geſtũ ſit l. ſed an vltro. §.pen. ff.de neg. geſt. kiniquiſsimũ.ff.de iur.fact. ign.niſi tanta eſſet cautalis neceſſitas, quod ita, & non aliter, oportuiſſet fieri, quia neceſſitas non habet legem. l.1. ff.de off. proconſ.

Si vero eſt expenſa ad commodum nimis grauis, & expediens toti corpori, quòd reſpicit bonum commune, ſi vtilitas non eſt vni nomini ſubiecta non dicitur vtilitas vniuerſitatis. l.rer.mixtura. ff.de vſucap. ſed cum vtilitas eſt vni nomini ſubiecto, & affectus reſpicit vniuerſos, etiam abſentes contribuere debent per regulã datam ab Innoc.d.cap. grauem de ſent.excom.

Vbi verò exempligratia contingeret ſyndicum vniuerſitatis nomine, legitimè conſtitutum, emere Caſtrum, vel domum, vel villam, ſi omnes de villa excepto vno volunt nouum domicilium acquirere in alia villa, vel alio caſtro, & vnus ſolus vult remanere in villa, & domicilio veteri, plus valet vox ſua in contradicendo per ſe, quam omnium aliorum contra ſe, quia domici-
3 lium facto, † & animo proprio, non alterius animo conſtituitur. l.non vtique ff.ad munic. & l.domicilium. ff.eo. vnde ſi tota colonia transfert ſe ad aliam, vno ſolo remanente, ille non ſequitur illam, nec eſt de illo corpore, nec tenetur ad onera illius translationis. l.ſi eadem.ff.de off.aſſeſſ. Noua igitur centoria, & nouos incolatus, nemo tenetur ſequi, & qui contrarium diceret, eſſet pecus; vnde cum nouum domicilium, palatium, & caſtrum fuerit extrà corpus illius loci vniuerſitatis nemo inuitus tenetur illuc noua domicilia cõtrahere, vel cõtrahentes ſequi, nec per ea obligari. Et licèt quis teneatur adiuuare reparationem fortificationis, non tamen
4 tenetur reparare, & aptare nouiter inuenta opera. vt in cap.1. §.pen. de relig. dom.in 6. & l.4. §.pen.ff.de itin.actuque priu.

DVBITATIO CXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus ſi donauerit prædium, vel caſtrum, an donatio teneat, & tenere concluditur dũmodo concurrant ibi notata.*

PLebis, populi, vel communitatis, ſeu Reip. ſyndicus ſi caſtrũ donauerit, an donatio de ipſo
1 Caſtro, † vel prædio teneat?

Sanè vbi ſyndicus ſit ad hoc ſpecialiter deputatus, teneret donatio, quæ tamen eſſet nulla ſi in ea non interueniſſet conſenſus, vel decretum Rectoris pròuinciæ, vel niſi ſingulatim homines illius communitatis ſuam voluntatem pro dicta donatione depoſuiſſent. vt in terminis. Bald.in conſ.400.vol.4.

Quæ pariter donatio eſſet nulla vbi excederet ſummã quingentorũ aureorum, nec eſſet inſinuata. l.ſancimus.C. de donat.

Imò addit loco, & conf. præcit. Bald. quòd etſi in inſtrumento adeſſet clauſula

ſula, quòd tot donationes intelligantur, quot ſunt res, quia cenſetur poſita in fraudem legis requirẽtis inſinuationem arg.l.quemadmodum. C.de agr.& cenſib.l.11.& not.per Specul.de donat. §.1. verſ.quid ſi aliquis.

Et ad hoc, vt dicatur vna donatio, & eget inſinuatione, ſolũ inſpicit, an vno tempore ſit facta, an diuerſis, licèt tpe donationis plures res ſint nominatæ, vel plures ſint faciendæ præſtationes vt in l.ſancimus.§.ſiquis autem.C.de donat.vbi tex.& gl.

Facta verò,& adimpleta obſeruatione prædictorum vt ex.Bal. d. conſ.400. parum vel nihil referret, ſi inſtrumentum donationis non reperiretur authẽticum,nec ſolemniter exemplatum, ẽt ſi non adeſſet inſtrumentum ſyndicatus,nam dictum inſtrumentum etſi defectiuum cum curſu temporis cuius memoria non exiſtat, facta obſeruatione præmiſſorũ vigore dicti temporis,dicitur plenè probatum. l. cum de in rem verſo.ff.de vſur.l.ſi ſeruitus ruſticorum. ff.de ſeruit.

Sicut enim filius ſi tenuit hæreditatẽ ſibi velatam,diù, præſumitur iuſſum patris præceſſiſſe, & adiectionem ſecutã eſſe vt in l. qui alienam verſ. non adierit.ff.de acq.hæred.& l.ſi filius. C. de petit. hæred.

Sicut etiam emancipatio inutilis cũ curſu tẽporis habetur pro valida l. poſt mortem.ff.de adopt.l.1.C.de pat.poteſt & teſtamentum inutile cum curſu temporis operatur, quòd aliàs non operaretur.l.ſancimus. C. de teſta.

Ita dictum inſtrumentum donationis etſi non authenticum fuerit curſu temporis prædicti, habetur pro authentico bono,& præſumitur facta remiſſio vt l.pericula.ff de probat. & quanquam inutile eſſet tale inſtrumentum præſumitur vtile ex curſu temporis.l.1.§. 1. in gl.incipien.iure ſeruitus.ff. de itin. actuque priu.& l.fin.C.de fund.pat.li.11.

Et licèt inſtrumento opponatur de ſcriptura priuata,tamen dato, quòd ſit ſcriptura priuata cũ alijs adminiculis, probabit.vt l.inſtrumenta.C.de probat. & per gl.in l.pen.C.comm.diuid.

Concludamus ergo donationem factam per ſyndicum tenere, dummodo præallegata concurrant.

DVBTATIO CXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas, an poſſit rem alienam præſcribere quando oppidani vel ciues ab initio ſunt in mala fide, ſi illis mortuis alij ciues bonã fidem habeant.*

2 *Ciuitas eadem vel oppidum idem eſſe dicitur etſi mortui ſint priores ciues vel oppidani.*

3 *Vniuerſitas, & ſinguli homines idem reputantur.*

PLebs,populus,ciuitas vel vniuerſitas, an poſſit rem alienam præ
1 ſcribere,quando oppidani † vel ciues ab initio ſunt in malafide, ſi illis mortuis, alij ciues bonam fidem habeant.

Video hoc in negotio, quòd 1. opinio aliquorum Doctorum eſt, quod quantum ad præſcriptionem, malafides ſingularium perſonarum nocet ipſi vniuerſitati,quia per hoc dicitur vniuerſitas ipſa eſſe in malafide, donec illi qui primò habuerunt malafidem, deceſſerint, & alij ſucceſſerint, qui bonã fidem habere dicantur.Innoc.in c.cura de iurepatr.vbi:Abb.col. 1.verſ. 3. ſolutio.Bar.in l.poteſt in ſi.ff.de vſucap.Socin.ſen.conſ.187.col.fin. verſ. præterea. lib.2.alioſque citat.Gabr. lib. 6. comm. concluſ.tit.de cuiuſque vniu. nom. nu. 14.concl.1.

Altera opinio Doctorum contraria eſt, quòd imò licèt mortui ſint priores,
2 illi ciues.vel † oppidani, qui malam fidem habuerunt, & alij in locum eorũ ſucceſſerint bonæfidei poſſeſſores, eadem tamen ciuitas,vel idem oppidum eſſe

eſſe dicitur.l.proponebatur.ff.de iudic. & conſequenter dicitur ſemper eſſe in malafide, & ita mortuis primis habentibus malam fidem, impediri præſcriptionem vniuerſitati tenuit. Bald. in l. imperium.ff.de iuriſd.om.iud. quem refert,& ſequitur.Corn. conſil. 22. nume. 12.volumin.1.Pariſ.conſil.27.num.106. & ſequ.volu.1.& conſil.104. nume.133. vol.eo.

Huius vltimæ opinionis vti verioris fuit.Andr.Fachin.controu.iur.lib.8. ca. 25.vbi tollit obſtacula,& dicit non obſtare.Bar. authoritatem in dict. l. poteſt in contrarium pro 1.opinione adductã qui.Bar.nititur auctoritate.Inno.in d.c. cura de iure patr. vbi Innocentius id non affirmat, imò diſputando in contrariam potiùs ſententiam inclinat,qđ & Corneus animaduerſit in d.conſi.22.

Sicque inferas, quòd in caſu malæfidei,attenta hac vltima opinione retenta per Andr.Fachin.mortuis primis habentibus malamfidem, impeditur præſcriptio in vniuerſitate ea ratione, quæ tamen non vbique militat ſed ſaltem in præſenti caſu,videlicet,quia vniuer-
3 ſitas,& ſinguli homines idem reputantur.ex gloſſ.in l.ſicut in §.ſiquid vbi. Bal. ff.quòd cuiuſque vniu.nom.quia, ſcilicet,vniuerſitas nihil aliud ſit, quam homines vniuerſitatis, ſed an hoc ſit ſemper verum propono ſequentem dubitationem.

DVBITATIO CXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Homines plebis vel vniuerſitatis ſunt idem, quòd ipſa vniuerſitas.*
2 *Debitum vniuerſitatis non eſt debitum ſingulorum nec è contra.*
3 *Procurator conſtitutus ab vniuerſitate, non eſt idoneus in cauſis ſingulorum.*
4 *Procurator capituli poteſt appellare à declaratione excommunicationis lata ob contumaciam.*
5 *Procurator conſtitutus ab vniuerſitate, & ab hominibus per dictionem copulatiuam eſt idoneus in cauſis ſingulorum.*
6 *Liberatio facta vniuerſitati,non liberat homines illius.*
7 *Res vniuerſitatis non eſt res ſingulorum.*
8 *Lis vniuerſitatis, non eſt ſingulorum, nec è contra.*
9 *Compromiſſum vniuerſitatis,non eſt ſingularium perſonarum.*
10 *Mandatum factum capitulo,videtur factum etiam ſingulis qui poſſunt illud exequi.*
11 *Appellatio interpoſita ante excommunicationem per vniuerſitatem,prodeſt ſingularibus.*
12 *Scientia ſingulorum congregatorum collegialiter dicitur ſcientia vniuerſitatis.*

1 NVnquid homines, plebis vel populi† vel vniuerſitatis ſint idem quòd ipſa vniuerſitas, variæ leguntur opiniones.

Aliqui dixerunt, quòd vniuerſitas & ſinguli homines idem ſunt, quia vniuerſitas ipſa nil aliud eſt, quam ipſi homines ipſius vniuerſitatis.glo.vn.in fin. in l.ſicut.§.ſi quid ff.quòd cuiuſque vniuer.nom.vbi Bald.

Aliqui & longè plures tenent contrarium præcipuèque Caſtren.in d.§.ſiquid in princ.Bart.in l.aut facta.§.fin. ff. de pœn.Rip.in c.eam te nu.43.vbi Fely. plura cõgerit col.13. de reſcript. Corn. conſ.63. vol.4. nu.4. Dec. conſ.61. & in d.c.eam te nu.7. de reſcr. Ruin.cõſ.202. col.3.vol.2.

Ideò præſuppoſito,quòd vniuerſitas, & ſinguli homines ſint vnum, & idem, quando vniuerſitas nihil habet, & ſolutio debet fieri per ſingulos, tunc ſinguli non ſoluunt, vt ſinguli, ſed tanquã vniuerſitas, puta, ſi diſſoluto monaſterio monachus petit partem, eam petit non tanquã monachus, ſed quaſi pars monaſterij, ſeu conuentus gl.in c.cum dilecta in verb.reſtitutis de reſcript.

Qui concordantiam horum contrarium opinionum cupiunt, ſolent dicere, quòd ſi collectiuè capiantur homi-

nes

nes de vniuerſitate, & ipſa vniuerſitas, dicuntur vnum, & idem, ſecùs verò ſi capiantur diſtributiuè Felyn. in c. ſignificaſti col.1. de foro compet. Corn.cõſ. 211.nu.4. vol.4. ſed Felyn. in d.c.eam te de reſcr. ſolet concordando reſpondere, quòd vniuerſitas nil aliud eſt, quam homines vniuerſitatis ſecũdum ipſam veritatem, ſed ſecundum fictionem, & diſpoſitionem iuris, aliud eſt vniuerſitas, aliud homines vniuerſitatis, & hinc
2 infertur, † quòd debitum vniuerſitatis non eſt debitum ſingulorum, nec è cõtra per text. in d.l.ſicut. §. ſiquid. ff. quòd cuiuſque vniuno. & ibi Angel. in prin. & Paul.de Caſtr.in 1.& 2. notab. & procurator conſtitutus ab vniuerſitate, nõ eſt idoneus in cauſis ſingulorum ho-
3 minum de vniuerſitate. † l.2.ff.quòd cuiuſque vniu. nom. Dec. d.conſ. 61. & in d.c.eam te col.fin. verſ.& ad hoc fuit de reſcript. benè verum eſt, quòd procurator capituli poteſt appellare à declara-
4 tione excommunicationis † latæ ob contumaciam capituli contra nonnullos de capitulo. vt per Rot. Rom.in deciſ.1.in tit.de dolo, & contum.& quando appareret procuratorem conſtitutum fuiſſe ab vniuerſitate, & ab hominibus per dictionẽ copulatiuam, tunc procurator conſtitutus ab vniuerſitate
5 eſſet idoneus in cauſis † ſingulorum. Ruin.conſ.129. num.12. vol.4.

Liberatio tamen facta ipſi vniuerſitati, non liberat ſingulos homines vni-
6 uerſitatis. Dec.d.conſ.61. † Rip.in d.c.eã te num.43. de reſcr. ſicque res vniuerſitatis non dicitur res ſingulorum. glo. &
7 Bart.in l.in tantum. §.vniuerſitatis. ff de rer.diu. Corn.conſ.293. num.11. vol.5. & conſ.188. num. 9. vol.4. & lis vniuerſitatis non dicitur lis ſingulorum, nec
8 è contra † Cor.d.conſ.293.& cõpromiſſũ vniuerſitatis, nõ eſt cõpromiſſũ ſin-
9 gulariũ pſonarũ Soc. cõſ.95.col.4.vol.3.

Mandatum verò factum capitulo, videtur etiam factũ ſingulis, qui poſſunt illud exequi, & implere, cum mandatũ,
10 ſcilicet, † contineret nudum factũ. Innoc. d. c.eam te circa fin.de reſcrip.vbi Abb.Fely.& Rip.col.13. verſ.ſunt qui.

In caſu autem appellationis interpoſitæ, ante excommunicationem per vniuerſitatem, huiuſmodi appellatio prodeſt ſingularibus vt excommunicari non poſſint, & vbi excommunicatio
11 feratur poteſt dici nulla: etiam † per ipſum capitulum, ſi ſua intereſt. Innoc.in c.Rommana col.1. ſed quęritur de ſent. excomm.

Quoad ſciẽtiam ſingulorum, teneas,
12 ſcientiam ſingulorum congregatorũ collegialiter, dici ſcientiam vniuerſitatis Ruin.conſ.129.nu.12.vol.5.

Non igitur in propoſito præmiſſæ dubitationis eſt recedendum ab vltima parte, quam tenet Felyn. in d. c. eam te col.13.de reſcrip.& in d. ca. dilectus il 2. col.2.de ſymon. vbi Felyn. plura infert, & cumulat, vt videre poteris.

DVBITATIO CXLIX.

SVMMARIVM.

Hæc fuit latiùs explicata ſub dubitatione 146.vti continens materiam donationis factæ à ſyndico. ideò non vlterius producitur.

DVBITATIO CL.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatis homines, an poſſint poſſeſſionem acquirere vniuerſitati?*
2 *Præſcriptio eſt odioſa, & qualiter.*
3 *Adminiſtratio requiritur ad acquirendam poſſeſſionem.*

PLebis, populi, ſeu vniuerſitatis homines, an poſſint poſſeſſionẽ acquirere vniuerſitati.

Etiam in hoc articulo legitur conflictus Doctorum.

Aliqui tenent, quòd per homines vni-

vniuerſitatis acquiritur poſſeſſio ipſi vniuerſitati per gl.in l. ſicut. §. ſiquid in fin.ff.quòd cuiuſque vniu.nom.huiuſq; ſententiæ fuit.Bal.& Paul.de Caſtr.ibid. in fin,

Negatiuæ, & contrariæ opinionis fuerunt.Corn.conſil.299. col. 2. & ſequ. vol.1.& conſil.46.col. 3. vol.3.& conſil. 63.col. 1.& ſeq.vol.4.& conſil. 148. col. 1.volu.1.Cepol.in tractat.de ſeruit.ruſt. prædio.in rub.de ſerui.iuris paſcen. nu. 25.Dec.conſil. 221. col.3. Rip.in c eam te col.12.de reſcr.Pariſ.conſi.27.nume. 102.vol.1.

Concordantes ſolent dicere, quòd ſi ſinguli poſſederunt nomine vniuerſitatis, & ſcientibus officialibus ipſius vniuerſitatis, dicitur quæſita poſſeſſio vniuerſitati, & non aliàs. Cepol.loco præcitato.Dec.d.conſi.221.Pariſ.conſi.111. vol. 1. Ratio poteſt eſſe, quia poſſeſſio vniuerſitatis retinetur per vſum particularium,ita.Paul.de Caſtr. dict. §. ſi quid. Corn.d.conſi.299.vol.1.& conſi.46.vol. 3.& hæc in ſpecie faciunt ad vſum nemoris per beſtias hominum villæ. Bal. etenim exponens. glo. in d.l.ſicut.§.1.in ff.quòd cuiuſque vniu.nom.vult, quòd ſi homines ſingulares villæ paſculauerint in nemore,vniuerſitas intelligatur licèt non appareat, de mandato eorũ, quia patientia vniuerſitatis loco mandati habetur.l. qui patitur. ff. mand. qđ ideò pauci poſſederunt, extenditur ad vniuerſos,& ſic extenditur preſcriptio, ſeu conſuetudo ſecundum. glo. de qua per Innoc. in c. dilecto extra. de offic. Archid.

Si aliqui propterea decem vel viginti vniuerſitatis ſinguli,vſi ſunt quodam nemore in tanto tempore cuius initij memoria non extat in contrarium licèt videatur acquiſitum ius illis ſolis, quia preſcriptio eſt odioſa.l.quòd meo
2 §.fin.† ff.de acq. poſſ.tamen ſi ipſi vſi ſũt nomine vniuerſitatis,& eamque de vniuerſitate, vniuerſitati ius queritur,quia cum interrogabuntur reſpondebunt, ideò vſi ſumus, quia vniuerſitas habet ius, & ita per tales acquiritur vniuerſitati,facit tex.in l.ſed ea.ff.de legi. & l.an in totum.C.de ædif. priu.& l.2.C.quæ ſit long. conſuet.

Et licèt præſcriptio ſit odioſa, ſicque non amplianda, tamen hoc verum eſt in ipſa acquirenda, ſed poſtquam eſt, quæſita facilius ampliatur.l. apparet. ff. de itin.actuq.priu.

Prædictaque vera ſunt,ſi tales perſonæ hoc fecerint nomine vniuerſitatis, & de mandato, vel ſcientia vniuerſitatis, vel regentium ipſam, quo caſu nedum poſſeſſio acquiſita conſeruatur, ſed etiã de nouo acquiritur per tex. in l.1.& ſeq.ff.de acqu. poſſ.& l.municipibus.ff.de cond. & dem.iuncta.l. qui patitur.ff.mand.

Et dictæ perſonę dicuntur vſæ de voluntate, & ſcientia eorum quibus cura vniuerſitatis commiſſa eſt, vt l. munici. intelliguntur. ff. ad municip.& not. per gl.in c.dilectus il 2.in verb. officialibus. ff.de teſtib.

Intelligendumque hoc eſt quando illi regentes ſciebant dictas perſonas ſinguläres vti nomine eorum ſiue vniuerſitatis,alias non poſſet vniuerſitas poſſidere,ex quo ſunt adminiſtratores,nec ſciebant per vniuerſitatem poſſidere,
3 † quia ad acquirendam poſſeſſionem requiritur adminiſtratio.l.3.in princ. & l.quemadmodum.ff.de acqu.poſſ. quia animus debet eſſe apud regentes ciuitatem.d.l.1.§. fin. cum l.ſequ.ff.de acqu. poſſeſſ.

In practica propterea articulãdum, & probandum eſt, quòd adminiſtratores ſciuerint tales nomine vniuerſitatis ſuæ poſſidere, vt ex præmiſſis potes colligere.

DVBITATIO CLI.

SVMMARIVM.

1 *Singulares perſonæ vniuerſitatis ſi ſimpliciter*

ter vſæ ſint iure communitatis abſque mandato aut ſcientia vniuerſitatis, vel regentiũ eam, an dicantur acquiſiuiſſe communitati.

2 *Non ſolum nobis nati ſumus, ideò & naſcimur patriæ.*

PLebis, vel populi, vel vniuerſitatis ſingulares perſonæ, ſi ſimpliciter vſæ ſint iure communitatis abſque mandato, aut ſcientia vniuerſitatis, vel regentium eam, an
1 † dicantur acquiſiuiſſe communitati?

Diſtinguẽdum eſt per ſolutionẽ: aut illæ perſonæ ſingulares ſunt vſæ nominibus proprijs, & tunc clarum eſt nihil acquiſiuiſſe vniuerſitati, nec in acquirẽda poſſeſſione, nec in acquiſita conſeruãda. l. ſicut. §. 1. ff. quòd cuiuſque vniu. nom. ratio eſt, quia actus agentium nõ debent operari vltrà eorum intentionem. l. non omnis. ff. ſi cer. pet.

Aut ſunt vſæ nominibus proprijs, & vniuerſitatis, vel vniuerſitatis tantum, & hoc non conſtat, & idem, quia paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere. l. fundi. & l. Rutilia. ff. de contrahend. emption.

Aut conſtat, quòd fuerunt vſæ abſq; mandato, vel ſcientia vniuerſitatis, vel gubernatium eam, & tunc, aut tractãt de poſſeſſione, vel quaſi acquiſita vniuerſitati conſeruanda, & prodeſt vniuerſitati, per text. in l. generalis. ff. de acqu. poſſ.

Aut tractatur de poſſeſſione, vel quaſi de nouo acquirenda vniuerſitati, & tunc videtur, quòd ius poſſeſſionis vel quaſi, quærere vniuerſitati illę ſingulares perſonæ non potuerint per text. in l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. de acqu. poſſ. Et hoc videtur probari ea rõe, quia ſicut p ciuẽ non poteſt quæri ciuitati ratione ſubiectionis. vt not. Bar. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. obl. & l. 1. ff. de iu. fiſc. ita multò minus videt̃ p ruſticos poſſe quæri villæ ſuæ, vel per alias perſonas ſingulares vniuerſitati ſuæ, quæ tamen ratio nõ eſt approbata per Paul. de Caſtr. in d. §. Chryſogonus qui tenet contrarium, ſcilicet, quod per ciuem, & eius ſtipulationem acquiratur ciuitati, ſicũt per filium patri, quia non eſt minor ſubiectio, quàm filialis. vt l. veluti.
2 ff. de iuſt. † & iu. & non minùs, qui naſcitur ſuæ. Reip. vel communitati, ſeu patriæ. l. primæ. §. generaliter. ff. de ventr. in poſſ. mitt. vnde M. Tullius. lib. 1. officiorum ait, non ſolum nobis nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vendicat partim amici noſtri, facit tex. in l. poſtliminium. §. filius. ff. de capt. Cæpol. tamẽ in tit. de ſeru. ruſt. præd. c. 9. de ſeru. iuris paſcen. tenet quod non acquiratur ciuitati per tex. in d. l. 1. §. fi. cum l. ſeq. cum gloſſ. vbi eſt caſus. ff. de acq. poſſ. & dicit non obſtare quòd per ciuem acquiri poſſit ciuitati, ſicut per filiũ patri, quia hoc non putat verum, quia non reperitur iure cautum, contrariumque notãt communiter. Doct. in d. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verbor. obl. in alia præterea vniuerſitate, quàm ciuitate vel patria non procederet ſine dubio per prædicta.

DVBITATIO CLII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas ſi emit rem non communem vt haberet ius lignandi, vel paſcendi, an in dicta venditione ſibi facta veniat illud idem ius lignandi.*

2 *Exemplum de molendino vendito.*

3 *Vendito vel legato fundo, an videantur vendita vel legata paſcua, quæ ſunt.*

PLebis, vel villæ vniuerſitas, ſi emit rem non communem, vt haberet ius lignandi vel paſcẽdi, & aliquis de dicta villa ſua p̃dia vendiderit, an veniat in dicta venditione † ius lignandi vel paſcendi quod dictus venditor habebat?
1

Tenendum eſt, quòd veniat in dicta venditione, niſi aliud dictum fuerit, ius lignan-

lignandi, vel paſcendi, ſeu conlignandi, vel compaſcendi, quòd habebat dictus venditor: caſus eſt in ſimili in l. teſtatrix. §. 1. ff. ſi ſeru. vendic. facit text. in l. fi. in princ. cum ibi nota. ff. de ſeru. vrb. præd. & l. 1. cum ibi not. per gl. & Bart. ff. de reb. dub.

Hinc infertur, quòd ſi quis habebat in flumine Tanagris vnum molendinum magni prætij, & quia in illo flumine propè erat alius locus pro molendino faciendo, vt aliquis † non haberet cauſam conſtruendi ibi aliud molendinum, & damnificandi ſuum, emit illum locum, ſeu poſtam molendini ſolum, vt remaneret vacua, ne damnificaretur ſolum molendinum, vendidit poſteà molendinum: iudicandum erit, quòd in illa venditione veniret etiam ille locus, ſeu illa poſta molendini per text. in d. l. teſtatrix. §. 1. ff. ſi ſeru. vend. hoc tamẽ intelligendum eſt, niſi quantitas prætij ſuaderet contrarium, quia ſcilicet, prætium conueniret ſolum molendino, ac poſtæ molendini, quia vtrumque multò plùs valeret. argu. l. primæ cum ibi not. ff. ad Trebell. eo. arg. gl. not. in l. 1. §. in verſ. agendo in fi. ff. de ſuperfic. & gl. in l. ſemper in ſtipulationibus, ibi, iter actus, intellige etiam actum ratione rei ff. de reg. iu. & gl. in l. ſemper in obſcuris ff. eo. facit tex. in c. 1. §. donare in tit. qualiter olim feu, pot. alien. & idem ideo dicitur de iure lignandi vel paſcendi, vt non ueniat in uẽditione facta de fundo, quando prætium conueniret ſolũ rei uenditæ, & non dicto iuri lignandi, uel paſcendi.

Hinc infertur ad aliam quæſtionem, 3 an uendito uel legato fundo, † uideantur uendita, uel legata paſcua quæ ſunt uel debentur in alijs prædijs uenditoris: & in hoc eſt diſtinguendum. Aut paſcua erant deputata ad uſum fundi uẽditi, & cum eo uno nomine nuncupata, & tunc ueniunt ita etiam paſcua, ut eſt caſus, & ibi hoc notat. Bar. in l. ſeiæ. §. tyrannæ. ff. de inſtruct. fund. & probatur in d. l. teſtatrix. §. 1. ff. ſi ſeru. uendic.

Aut dicta paſcua erant deputata ad uſum fundi uenditi, ſed uno nomine non erat nuncupata, & tunc illa paſcua fuerunt empta, quæ erant deputata ad uſum dicti fundi tantum, & tunc idem eſt dicendum per text. in d. l. teſtatrix. §. 1. quia uendendo fundum ſimpliciter præſumitur uendidiſſe totum, & cum omni iure ſpectante, niſi aliquid ſit exceptuatum uel qui tabernam cum ibi not. ff. de contrah. empt. & l. 1. C. quę res pig. obl. poſſ. & Bald. in l. 1. C. qui teſtam. fac poſſ. & l. ſi domus. §. fi. ff. deleg. 1. & l. Titia teſtamento. §. Lucius Titius deleg. 2. & hoc intelligendum eſt quando ius paſcendi debetur uenditori in fundo alieno pro fundo uendito, quia tũc eſt propriè ſeruitus. d l. teſtatrix. §. fi. cum gl. in uerb. legatario in fi. & idem dicendũ quando paſcua deberentur in fundo uniuerſitatis, quia tunc etiam poſſet dici ſeruitus debita uni ad uniuerſitatem uendenti fundum propriũ, ſeu debita illi fundo, quia licèt fundus in quo debetur ius paſcendi, ſit uniuerſitatis, non tamen dicitur ſingulorum. l. in tãtum. §. uniuerſitatis. ff. de rer. diuiſ. & l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur cum ibi not. ff. de in ius uoc. ſed ſi uendens haberet ius compaſcendi in fundo communi, iſta non poſſet dici propriè ſeruitus, quia res ſua nemini ſeruit, etiam cõmunis, ut ſinguli. l. in re communi. ff. de ſeru. vrb. præd. & l. uti frui. ff. ſi vſufruc. petit. & ita debet intelligi gloſſ. in d. l. teſtatrix. §. fi. ff. ſi ſeru. uendic.

Aut dicta paſcua non erant deputata ad uſum fundi uenditi, nec eo nomine nuncupabantur cum fundo uendito, & tunc aut paſcua ſiue ius paſcendi, non debentur niſi illi, qui habet certũ numerum camporum 25. ſicut eſt quibuſdam locis ſtatutum, & tunc ſiquis ſimpliciter uendiderit fundum ſuum pro maiori munere camporum. 25. etiã non uidetur vendere paſcua ſeu ius paſculandi, quia illud ius non debetur extra-

tranco ex forma statuti, nisi habeat uigore emptionis, quia in eo non est nominatus l. in uendendo in prin. ff. de cõtrah. empt. nec uigore statuti, quia illud non loquitur, nisi in habentibus commodum burſale ſingulis menſibus, puta quando beſtiæ hominum illius villę paſcuntur gratis, & ſine aliquo prætio quod detur de communitate, nam tũc licèt nomen ſit vniuerſorum, effectus tamen eſt ſingularis. vt l. ficut. §. 1. ff. qđ cuiuſque vniu. no. & l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. eo. latius in hac materia vid. Cepoll. de ſeru. ruſt. prædi. cap. 9. de ſeru. iur. paſc. col. 2. & 3.

DVBITATIO CLIII.

SVMMARIVM.

Homines vniuerſitatis, an poſſint eſſe teſtes in materia iuris lignandi.

1 REbis, populi, vel vniuerſitatis homines, an in materia iuris lignandi vel paſcẽdi † poſſint eſſe teſtes.

Conciliandæ ſunt difficultates medio diſtinctionis.

Aut eſt quæſtio inter homines de vniuerſitate, & illi poſſunt in teſtimonium adhiberi, & deponere pro vno de vniuerſitate, & pro alio, quia tũc ceſſaret cauſæ ſuſpicio, cùm præſumatur in dubio teſtis diligere vnum, ſicut alium, ex quo cenſetur inter eos eſſe par affectio. arg. l. non ſolum. §. de vno, & quòd notat. Bar. ff. de ritu nupt. & per hoc faciunt nota. per Bar. in l. extraneo §. de quæſtione. ff. de quæſt. & l. qui teſtamento ad fi. ff. de teſt. rex. cum gl. magn. in c. conſanguinei 3. q. 5. gloſſ. & Doct. in c. poſtremo de appella. & quod not. Bald. in l. cum alienam. C. delega.

Aut eſt quæſtio inter homines aliquos de vniuerſitate, & extraneum, & tunc alij de vniuerſitate poſſunt eſſe teſtes, niſi ſentirent aliquod commodũ, vel ſentire poſſent quia ſimilem cauſã haberent vt in c. perſonas cum ibi not. de teſtib.

Aut non eſt quæſtio inter hõies de vniuerſitate ſed inter vniuerſitatẽ & extraneũ, & tũc aut tractatur de iure lignãdi vel paſcẽdi cõpetẽti tm̃ vniuerſitati, ita qꝫ vtilitatis effectus in totum vel in partem venit etiam in ſingulos de vniuerſitate, vel principaliter, quia ſinguli depaſcunt animalia ſua, & tunc non poſſunt teſtificari illi, qui ſunt de ipſa vniuerſitate quia dicerentur eſſe teſtes in facto proprio. l. omnibus. ff. de teſtibus & l. nullus. ff. eo.

Idem dicendum eſt, quando vtilitatis effectus principaliter competeret vniuerſitati, & in conſequentia ſingulis de vniuerſitate, puta, quia vniuerſitas locat paſcua, & recipit prætium, qđ diuidit poſteà inter ſingulos, & idem eadẽ ratione facit. gl. ſing. in l. de iure. ff. ad munic. & not. in l. ex. quacunque. ff. ſiq. in ius voc. non ierit, quòd eſt intelligẽdum quando ſunt ſinguli capaces illius vtilitatis, aliàs ſecùs, ſicut contingit in cauſa monaſterij, quia licèt quandoq; de bonis monaſterij fiant portiones inter ſingulos monachos, vt c. inſinuante extra qui clericum, & c. dilecto de pben. tamen non ſinguli monachi habent ius petendi illas portiones vt ibi notatur, & facit quòd habetur in c. 1. de ſtat. mona. & c. edoceri de reſcr. & propterea ſinguli monachi in cauſa ſuæ vniuerſitatis poterunt teſtificari.

Aut tractatur de iure paſcendi qđ competit vniuerſitati tantum, quia nullo modo communicatur cum ſingulis de vniuerſitate, nec inter eos diuiditur, & tunc quæritur, nunquid homines de illa vniuerſitate poſſint in teſtes admitti, & examinari, & dicitur quòd ſic per tex. in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rer. diu. & l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc.

Aut quæritur, an dictum eorum faciat plenam fidem, & ſic an ſint dicti teſtes

Digitized by Google

ſtes oī exceptione maiores, & in hōc dicerem, quòd non facerēt plenam fidem, ſed præſumptionem inducerent quia negari non poteſt eos habere aliquam affectionem ad ſuam vniuerſitatem, quia communiter habere conſueuerunt, ideò hoc præſumere debemus per id quod habetur per gl. & Doct. in l. 1. C. de arbit. & ideò non ſunt omni exceptione maiores, quia exceptio iſta præſumpta poteſt eis opponi, vt eſt gl. not. in c. 1. in verſic. maiores extra de conſang. & affin. benè verum eſt, quòd ſi teſtes erunt plures, fidem plenam facerent, quia hoc, quòd deficit in fide, ſupplet numerus. vt per gloſſ. notab. in l. 3. §. eiuſdem quorum principis, in verb. numerus. ff. de teſti. Bald. in l. ſiquis ex argentarijs. §. 2. ff. de eden. dicerem tamē concludēdo q̄ hoc relinquēdum eſt arbitrio iudicis, an illis teſtibus ſit adhibenda fides, qui iudex habet cōſiderare qualitatem, & conditionem teſtium, ſiue perſonarum, & quantitatem cauſæ, & an tota vniuerſitas magnam habeat in illa cauſa affectionem ita vt ſit ſuſpicandum de illis de vniuerſitate teſtantibus arg. l. 3. §. 1. & §. eiuſdem quoque principis cum ibi not. ff. de teſti.

DVBITATIO CLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis examinatus ſi ſentiat commodum, an falſum dixiſſe intelligatur, & repellatur à teſtificando.*

2 *Pecoris nomen, eſt generale comprehendens omnes quadrupedes.*

3 *Animalia in agro alieno non licèt paſcere, trā ſiendo per terram poteſt equum ſuum pabulare iuxta viam.*

4 *Poſſeſſionem, an retineat, qui eſt in poſſeſſione alicuius paſcui.*

5 *Ius paſcendi competens vniuerſitati, an poſſit probari per decem homines illius.*

PLebs, populus, vel vniuerſitas ſi in ſua cauſa fecerit examinare teſtes ſi ſentiat commodum ex paſcuo, vel huiuſmodi, & dicat quòd non ſentit commodum, an falsū dixiſſe intelligatur, & repellatur à teſtificando.

1 † Bart. in l. ex quacunque col. 4. ff. ſiq. in ius voca. non ierit, tenet quòd ſi colligatur, ex præcedentibus, ſi repelleretur, quòd dixit falſum, tunc non poteſt euadere pœnam falſi, aliàs ſecùs, & hęc iuuat præcipuè in materia, & ſeruitute iuris paſcendi, ideſt, pecoris paſcēdi in fundo alieno agri, mei cauſa. l. 2. §. in prędijs. ff. de ſeruit. ruſt. prędi. & dicitur ius paſcendi, quia ſeruitutes ſunt iuris. l. 1. in prin. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & l. hæc autem iura in prin. ff. eo.

Pecoris autem nomen eſt generale,
2 & compræhendit omnes † quadrupedes, quæ gregatim veſcuntur l. legatis. §. pecudibus ff. deleg. 3. & l. 2. ff. ad l. Aqui. paſcua verò dicuntur loca vbi beſtiæ paſcuntur. l. ſylua cædua. §. fi. ff. de verb. oblig. & l. 1. tot. tit. C. de paſcu. publ. vel priu. lib. 11.

Hinc collige, quòd non licèt paſcere
3 animalia in agro alieno, † benè quis poterit per terram tranſiens equum ſuum pabulare, iuxta viam in propinquo loco, ad refectionem, & reſpirationem equi ſui impunè, etiam herba viridi, & ſylua ſine vaſtatione vtatur pro ſua cōmoditate, & vſu neceſſario, vt per text. vbi Bald. in c. 1. §. fi. in tit. de pace tenen. in vſibus feud. vbi in ſpecie. Bald. dicit, quòd quicunque tranſit per terram cū equo poteſt equum ſuum ſaturare iuxta viam, & poteſt etiam vti herba viridi & ſylua ſine deuaſtatione alicuius, & p hoc facit quia de iure diuino licitum eſt comedere vuas in agro alieno ſed non exportare, & colligere licèt ſpicas, non tamen mittere falcem in meſſem alienam c. diſcipulos de conſecr. diſt. 5. Bart. in l. 2. in fi. per illum tex. C. de paſcu. pub. vēl priu. lib. 11.

Si

Si verò quis eſſet in poſſeſſione alicuius paſcui,& eo † tantum vtatur certo tempore anni, an per hoc retineat ſuã poſſeſſionem, tenendum eſt quòd ſic. l.3.§.ſaltus.ff.de acq. poſſ. 4

Inferas igitur à præmiſſa dubitatione aliam quæſtionem, numquid ius paſcendi competens villæ vel vniuerſitati, poſſit probari per decem homines villæ † vel vniuerſitatis? 5

Et communiter Doctores ſolent diſtinguere, aut illi homines ſentiunt cõmodum, vel non, ſi ſentiunt commodũ quia in re propria non poteſt ferri teſtimonium, ideo non erit idoneum illorum teſtimonium.l.1.ff.quando app. ſit l.omnibus.C.dè teſti.

Si verò ſinguli non ſentirent aliqđ commodum in particulari, ſed tantum in communi, quia ſolum afferretur cõmodum in communi, puta, quia communis animalia ſolum paſcebatur, vel pro communi tantum ligna incidebantur, tunc poſſent eſſe teſtes arg. l. in tantum. §. vniuerſitatis.ff.de rer. diu. & l. ſed ſi hac. §. quia manumittitur. ff. de in ius voc.Bald.in l.parentes.C. de teſti. vbi dicit in fine, quòd ſi vtilitatis effectus non diſtribuitur in ſingulos, ſed pertinet ad burſam vniuerſalem, tunc recipitur teſtimonium ſingulorũ: quia bona ſunt diuiſa, ſcilicet, vniuerſitatis, à bonis ſingulorum, ſecùs vbi vtilitatis effectus diſtribuitur in ſingulis.

DVBTATIO CLV.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas ſoluens expenſas pro procuratore vel ſyndico non legitimè conſtituto, an videatur habere ratum, quòd actum eſt, per eũ.*
2 *Tacens nomine illius cuius agitur quando habeatur pro conſentiente.*
3 *Ratihabitio retrotrahitur.*

PLebs, populus, vel vniuerſitas ſoluens expenſas pro procuratore, vel ſyndico non legitimè conſtituto, an videatur habere, 1 † ratum quod actum eſt per eum.

Et quòd affirmatiuè ſit concludendum, vniuerſitatem, ſoluentẽ expenſas ſcilicèt, videri ratum habere quòd actũ eſt per huiuſmodi ſyndicum, facit text. in l.3.§.falſus procurator.ff.rem.rat.hab. & c. quòd ad conſultationem de re iu. Specul.in tit.de ſyndico.§.vnico, & nos ſuprà tetigimus in dubitatione 120. in ſimili dicimus, quòd qui appellat à ſententia lata contra falſum procuratorẽ, videtur ratificare omnia geſta per eum d.§.falſus procurator.

Ratio eſt, quia quando tacens eſt ille nomine cuius agitur in iudicio, habetur pro conſentiente, nam de voluntate ſua præſumitur † agere, vel defendere cum poſſit falſum procuratorem prohibere, & non prohibet.l.ſæpè.ff. de re iudic.vnde contra eum mandabitur ſententia executioni, cum credatur eius mandato agere, vel defendere.l.4.ff. de re iud.& not. Innoc. & Hoſtien. in c. ex parte in gloſſ.2.de reſcript.& c. cum in iure de off.delega. & ita not.Abb. & Fel. in 6. c.nonne de præſumpt. vbi etiã notat Henr.Bohic col.2. diſtinguendo quòd quando tacens eſt in iudicio nõ ſicut pars ſeu altera partium, tunc aut tacens, eſt ille cuius nomine agitur in iudicio, & habent locum præmiſſa, aut tacens eſt in iudicio non vt pars, nec vt ille, cuius noĩe agitur, ſed aliàs, & tunc etiam diſtingue vt notat idem Bohic loco præcitato. 2

Propriũque ratihabitionis eſt retrotrahi, & mandato comparari facit glo. in l.litem.C.de procurat.& per text. qui procedit in iudicijs: vbi ratihabitio retrotrahitur, & mandato cõparatur in l. licèt.ff.de iudic.& c.non ſolent.2.q.6. & c.fin.de iureiu.in 6. & c.ratihabitionem de reg.iur. in 6. & quod ſoluens expenſas factas in cauſa videatur ratum habere 3

bere arguitur à l.pen.ff.de decur. & in c. quod ad conſultationem de re iud. & c.ſicut tuis de ſymõn. & Specul.in tit.de ſyndico verſ.ted pone,qd vniuerſitatis, & in l. 2.& per tot.C.ſi maior factus, nã ſi agis contra me nomine procuratorio pro aliquo non habens mandatum, propter hoc iudicium non deficit in ſubſtantialibus, quia ſunt ibi partes, & iudex.l.plautius. ff. de procur. tamen in accidentalibus deficit propter defectũ
3 mandati, & † ideò ratihabitio retrotrahitur vt dixi, ex l. licèt. ff. de iudic. vnde ratum habere videtur ſoluens expenſas factas in cauſa.

Si quæras deinde vtrum ratihabitio ſemper retrotrahatur,& mandato equi paretur in contractibus,iudicijs & delictis,vel quaſi diſtinguere poteris vt abũ de per canoniſt. & præcipuè per Henr. Boich in c.mulieres.num. 5. de ſent.excommun.

DVBITATIO CLVI.

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum, & alia loca aliquibus ſubdita, an poſſint de nouo ſeſe in vniuerſitatem exigere, ſigillum, & arcam communem habere.*
2 *Prælato vel patrono inuito eccleſia poſſit fieri collegiata.*
3 *Iure ſuo quis priuatur etiam ſine ſua culpa propter maius bonum.*

PLebs,communitas,villa, vel caſtrum,& alia loca aliquibus dominis ſubditi, an poſſint de nouo contra voluntatem dominorum ſeſe in vniuerſitatem erigere, ſigillum,& arcam communem habere.
1 † Reſolue,quòd non poſſunt,ſed etſi iam ſe erexerint,præſumitur contra ipſos.arg.l.primæ,& tertiæ.ff. de colleg.illic.& c.poſtulaſti de iurepat.& c. adhęc de off.Archid. nam regulariter nouitates ſunt ſuſpectæ. c. cum conſuetudinis de conſuet. niſi fortè ſic pacificè vixerint, à tempore, cuius initij memoria non exiſtit.c.ſuper quibuſdam.§. præterea de verb. ſign. & c. nobis de iure pat. & c.cum ab eccleſiarum de off.ordin.

Inferas hinc ad aliam quæſtionem,
2 inuito prælato, vel †patrono eccleſiæ parrochialis capellæ, ſeu præbendæ ipſa eccleſia,capella,vel præbenda poſſit fieri eccleſia collegiata? & videtur dicẽ dum,quòd non.vt per Archid.in c. monaſterium 16.q.7.& per Archi. in c. poſtulati de iurepatr. ratio eſt, vt per hoc laici inuitentur ad conſtructionem eccleſiarum, ſicut per contrarium à prouiſione eccleſiarum reuocarentur. vt not.ſcriben.& præcipuè.Henr.Boich in c.nobis nunc.6.de iurepatr. vnde durũ eſt ſi ius patronatus, vel alia commoda ſine culpa ſua amittant,cum iura imperialia etiam in bonis eccleſiaſticis ſemper remanent ſalua. C. ſi tributum. 11. quæſt. 1.

Contrarium tamen videtur poſſe di-
3 ci,quia† propter maius bonum quis iure ſuo etiam ſine culpa ſua priuatur. C. de Conſtantinopolitana 22.diſt.c.ſacro ſancta de elect.& c.bonæ il 1. de poſtul. prælat. in ipſa enim fundatione hoc euenire poſſe proſpicere debebant. l. ſi quis domum.§.1.ff. locat. & c. in nomine domini 23.diſt.

Ideò pro concordia dicendum eſt, per epiſcopum vel alium inferiorem Papę fieri hoc non poſſe,& ſic eſt intelligenda prior opinio negatiua, ſed per Papam fieri poſſe, & ſic intelligendam eſſe poſtremam opinionem, quoniam dicentes, quòd epiſcopi de eccletia parrochiali poſsũt facere collegiatam, vel conſentualem dum tamen ſufficiãt facultates, hoc intelligitur, quando non eſt ibi patronus,vel eſt,& cõſentit; aliàs ſecùs.Papa verò cuius plena eſt diſpoſitio totius vniuerſalis eccleſiæ c. licèt il 1.de præbend. in 6. & ipſe ſolus nedum poteſt,imò debet imminente multiplicatione populi augmentare operarios, & ſedes ipſis congruas collocare, ac de ſtipen-

ſtipendijs ſufficientibus miniſtrare. arg. c.in nouo.21. diſt. & c. quoniam de off. ord.etiam cum detrimento aliorum, vt ſic minor vtilitas cedat maiori,& priuata communi.l.bonę il 1.de poſtul. prælat.& in c.ſicut 7. q. 1. & faciunt in propoſito, an vniuerſitas poſſit inuitis dominis ſe de nouo in vniuerſitatem erigere,quæ negatiuè vt ſuprà reſpondet. Henr. Bohic in cap. dilecta de exceſſ prælat.

DVBITATIO CLVII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatis ſi teneatur alicui domino ad certam annuam præſtationem, & dominus cōcedit priuilegium alicui, ne præſtare teneat, an tantum debeat minùs ſoluere vniuerſitas quantum contingebat illi de collecta priuilegiato.*

2 *Legatorum procurationes, & decimæ papales non imponuntur prædijs, ſed eccleſijs.*

PLebs, vel vniuerſitas alicuius loci ſi tenetur alicui domino ad certam annuam pręſtationem, & dominus concedit priuilegium alicui perſonæ de illa vniuerſitate,ne præſtare teneatur,an tantum minus † debeat ſoluere vniuerſitas,quantum illi priuilegiato de collecta contingebat. 1

Et videtur dicendum, quòd vniuerſitas tenetur ad integram collectam arg.l.uacuatis.C.de decurio.lib.10.nam priuilegium vni conceſſum,non eſt vniuerſitati conceſſum l.in tantum.ff.de rer.diuiſ vnde non debet ad eam extēdi.§.quodcunque.Inſtit. de iure nat.& l. 1.ff. de conſtit. princ. & idem dicitur in pactis.l.ſi vnus.§.ante omnia. ff. de pact. priuilegia namque ſingulorum legem non faciunt c.non exemplo.25.q.2.

Contra hanc opinionem, quod imò vniuerſitas poſſit ſe pro parte illius excuſare,arguitur à l.creditores.C.de pac. & à iuribus adductis, & quæ ſequitur p hac contraria opinione.Specul. tit. de cenſib. & exact.§.nunc reſtat verſ. quid ſi vniuerſitas,quia ſcilicet,non modica infertur læſio communicati, & priuilegium ſemper intelligitur conceſſum ſine læſione alterius:hancque opinionem ſequitur.Henr.Bohic.in c. paſtoralis.num.2.de priuileg.& exceſſ.priuileg. ſed pro concordia vide quæ ego latius tetigi ſuprà.co.§. dubitatione 18.

Inferas, & addas hinc colligi, quòd procurationes legatorum, † & decimæ papales non imponuntur prædijs ſed eccleſijs, & tunc bona acceſſoria ſequūtur principale. reg.acceſſorium de reg. iur.in 6.non autem illius ſub quo ſitum eſt prædium, quia illius reſpectu ſub illo debet conueniri principaliter vt in c.ſanè de foro comp. Bohic.in d. c. paſtoralis ſub num. 1. 2

DVBITATIO CLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Creditor vniuerſitatis,an cogi poſſit ſuſcipere particularem ſolutionem à particularibus pro rata 3.*

3 *Caſtrum vel municipes in communi ſi nil habent, executio non eſt facienda contra particulares, ſed cogendi municipes ad collectam.*

4 *Legatum factum municipibus intelligitur factum ciuitati, & non ſingularibus perſonis.*

5 *Communitas, quando poſſit collectam imponere, & qualiter imponenda ſit, & qui poſſint collectari, vel non.*

PLebis, vel uniuerſitatis creditor, an cogi poſſit ſuſcipere particularem, ſolutionem † à particularibus pro rata. 1

Habemus in iure, quòd vbi ciuitas, caſtrum, villa, uel municipes in commune nihil habent, executio non eſt facienda contra particulares, ſed cogē di ſunt municipes collectam facere, vt ſic † habeant aliquid commune ad 2

qui

qui poteſt facere, vt poſſit, non dicitur non poſſe facere. l. qui poteſt. ff. de reg. iur. & ita concludit. gloſſ. in l. 1. §. quod ſi nemo in verb. proconſul. ff. quòd cuiuſque. vniu. nom. Specul. in tit. de execut. ſent. §. ſequitur verò, quid ſi vniuerſitas, & gloſſ. fin. in c. cum dilecta de reſcription.

Hinc elicienda, eſt ſolutio permotæ dubitationis, quòd ſcilicèt, creditor vniuerſitatis, non cogitur recipere ſolu-
3 tionem † particularem, à particularibus pro rata, quod probatur. in l. 3. in princ. ff. de alim. & cib. lega. & notat. Rip. in l. ſi rem obtulit in prin. nume. 27. ff. de re iudic. nam particularis ſolutio multa affert incommoda. l. tutor. §. Lucius. ff. de vſu. & legatum factum municipibus
4 † intelligitur factum ciuitati, & non ſingularibus perſonis de vniuerſitate cõtra. gloſſ. in c. requiſiſti in verb. non eſt, de teſtam. contra quam eſt tex. clarus in l. ciuibus. ff. de reb. dub. vbi. Paul. de Caſtr. plura dicit.

Elicitur etiam alia concluſio per nos hoc eod. §. ventilata; quòd vniuerſitas pro ſuis neceſſitatibus occurrentibus
5 † poteſt collectam imponere abſque licentia ſuperioris. l. omnes prouinciarũ. C. de oper. publ. & in l. per Bythiniam. C. de immun. nem. conce. li. 10. ſi tamẽ vellet communitas collectam imponere pro donatione facienda, ſine licentia principis, & ſine conſenſu omnium non poſſet. l. ambitioſa. ff. de decre. ab ord. facie. ita concludit. Bart. in l. 1. § qd ſi nemo in verb. proconſul. ff. quòd cuiuſque vniu. nom. & in l. 1. col. 4. verſicu. quæro hic primum. C. de mulier. & in loco lib. 10. ſicut etiam pro publica vtilitate ipſius vniuerſitatis communitas poteſt imponere collectam, ſecùs verò pro publica vtilitate totius imperij, pro qua a ſolo principe poteſt imponi collecta. l. 1. C. de ſuper indict. libr. 10. vbi Bar. & c. placet de excuſ. mun. co. lib.

Prout, & inter ipſos de vniuerſitate poteſt communitas collectam imponere, ſecùs verò quoad alienigenas, quibus vniuerſitas non poteſt collectam imponere ſine licentia principis, quia talis impoſitio generalis, eſt de regalibus. c. 1. quæ ſint regalia in vſibus. feud. & ita intelligi debet. tex. in l. 2. noua vectig. inſt. non poſſe imò etiam inferior princeps non poteſt ſine licentia ſuperioris ſubditos ſuos collectare. d. l. 1. vbi Bar. C. de ſuperind. lib. 10. Bald. in l. cum multa. C. de bon. quæ lib. Alex. conſil. 144. lib. 2. Abb. conſi. 6. vbi conſuluit, qd cõmunitas non põt imponere gabellã carnium forenſibus ſine licentia ſuperioris, eſt tamen ſtandum conſuetudini quæ in iſtis plurimum poteſt. Alex. cõſi. 122. lib. 4. quæ vtique collecta imponẽda eſt pro viribus patrimonij, ideſt, per æs, & libram, quando imponitur pro onere patrimoniali, vel mixto. l. omnes prouinciarum. C. de ope. pub. ſi verò pro onere perſonali tunc imponenda eſt per capita, ſi verò pro onere exoluendo per fumantes, erit etiam imponenda per fumantes ratio eſt, quia collecta debet regulari ſecundum naturã oneris in cuius locum ſubrogatur. l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſiq. caut. Bar. in l. 1. colu. 4. verſ. quæro ergo vtrum. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. Abb. in c. non minùs in fi. de immun. eccl. & licèt clerici non poſſint collectari pro bonis patrimonialibus ſecundum. Abb. in c. 1. de conſuet. Alex. conſil. 68. lib. 8. tamen hoc locum habet niſi collecta imponatur in locum oneris, ad quòd clerici tenentur vt ad onus refectionis põtium, murorum, viarum, fontium, & huiuſmodi. l. ad inſtructionem. C. de ſacroſ. eccl. & pari ratione tenet. Rip. in tract. de peſte. lib. 2. remed. præſeruatiuo 7. verſic. diſcuſſa quæſtione de munere perſonali, quòd doctores, & ceteri exẽpti ab onere perſonali cuſtodiendi portas, ſunt etiam exempti à collecta impoſita pro cuſtodia facienda diſtinguẽdo tamen vt ibi.

Et in propoſito ſi non appareat pro

quo onere fuerit imposita collecta, tũc per æs,& libram est exoluenda, quia in dubio collecta dicitur onus mixtum quòd imponitur personis pro rebus. l. rescripto.§.sciendum vbi.Bart. ff.de mu. & hon.Bart. in l. 1.C.de apoc.publ.sicq; onera realia, & mixta sunt soluenda p æs,& libram,personalia verò per capita.Bald.in auth.defuncto.C. ad Tertull. inferens, quòd si princeps mandet debere solui onera per ciues, & incolas p rata debita, quòd rata erit intelligenda per æs & libram,si sint onera realia,vel mixta,& per capita,si sint personalia, & ibidem. Bald. subdit, quòd si princeps mandet, quòd quilibet vadat ad bellũ intelligitur solum grauare vnum pro qualibet domo.

Redeundo igitur ad propositam dubitationem concludas creditorem nõ cogi recipere solutionem particularẽ à particularibus pro rata, quia particularis solutio, vt dixi affert multa incommoda, & præmissa habeas incidenter, & successiuè.

DVBITATIO CLIX.

SVMMARIVM.

1 *Executio, pro debitis vniuersitatis, an possit fieri contra vnum in solidum, an pro rata eũ concernente.*

2 *Diuites, an teneantur pro pauperibus, quando fit executio contra communitatem.*

3 *Non exempti, an teneantur præstare collecta, & onera pro exemptis.*

SVprà dubitatione 62. quæsiui, an personæ singulares possint grauari pro vniuersitate,& dubitatione 109. tetigi, an singuli vniuersitatis possint conueniri pro debitis eius.modò, & plenius quæro,an contra vnum insolidum, an
1 pro † rata eum concernente fieri possit executio pro debitis vniuersitatis?

Præ manibus habeo.Bar. & Rip. in l. sese non obtulit in princ.ff.de re iudic. qui tenent solum pro rata contra vnũ posse fieri executionem,quia nemo potest pro alienis debitis conueniri.l.1. C. vt nullus ex vica.pro alie debit. conuẽ. lib. 11.nisi tamen consuetudo, vel statutum disponat, quòd quilibet possit capi,& conueniri insolidum.argu.eorum quæ notantur per gl.in rub.C.de decre. decurio.lib.10.& ita tenet.Bald.in l.etiã C.de execut.rei iud.col.4.

Intellige etiam esse verum nisi sit ex actor collectæ, qui onus exigendi in se susceperit, nam ipse in solidum potest conueniri.l.1.ibi, decem primates periculo suo.ff.de mun. & hon. & in l. missi opinatores.C.de exact.tribut.li. 10.

Intellige etiam nisi syndicus habens specialem potestatem obligauerit vniuersitati singulares personas eorumq; bona insolidum.vt per Bart. in d. l. sese non obtulit.

Et quia,quandoque quæritur, an diuites vniuersitatis teneantur pro pau-
2 peribus, quando fit † executio contra vniuersitatem, esset respondendum, q; sic per tex.in l.1.C. de omni agro deser. lib.11.& sequitur.Bald.in l. etiam. C.de execut.rei iud. dicens pauperes qui proprio labore victum quæritant non esse cogendos conferre in collectam, imò dicit idem.Bald.in auth.defuncto.C.ad Tertull. quòd pauperes sunt de libro collectæ delendi;sed Bartol.in l.2.C.de apoc.publ.distinguit inter onera personalia pro quibus effectualiter alius nõ tenetur p alio,nisi res pro qua collecta debetur,sibi assignetur,& ita loquitur.tex. in d.l.1.C.de omni agro deser.& l.fin.C. de exact. trib. & onera personalia, pro quibus habiles tenentur, pro inhabilibus vt l.honor.§.fin.ff.de mun.& hono. & onera mixta pro quibus diuites pro pauperibus supplere debent per æs,& libram si talia onera sint imposita vniuersitati,quia eadem remanet vniuersitas demptis pauperibus. l. proponebatur.ff.de iudic.l.sicut.§.fin.ff. quod cuiusque

que vniu. nom. & facit. text. in l. omne territorium ſecundum vnum Intellectum. C. de agric. & cenſi. lib. 10. Si verò onera mixta ſint impoſita ſingularibus perſonis, tunc vnus non tenetur pro alio. d. l. 1. C. vt nullus ex vica. lib. 10. & l. legatorum vbi. Bar. ff. deleg. 2. quæ omnia procedunt, niſi lege, vel conſuetudine aliter cauentur. l. fin. §. mixta vbi. Bar. ff. de mun. & hon.

Se deinde quæratur, an non exempti
3 teneantur præſtare† collectas, & onera pro exemptis, eſt diſtinguendum, quòd ſi onus ſit impoſitum poſt datam exemptionem, non exempti tenentur ſoluere pro exemptis, ſecùs ſi ante exemptionem onus fuerit impoſitum, quia tenẽtur exempti, quia tunc per gratuitam exemptionem cenſetur ſatisfactum imponenti onus, & quia non eſt recedendum à forma diſtributiua, quam obligatio oneris iniuncti aſſumpſerat, ante exemptionem ſecundum. Bald. in d. l. eriam. C. de execut. rei iud. col. fi. & intelige de exemptis a principe ſupremo, non autem de habentibus immunitatem ab inferiore, quia inferior non poteſt concedere immunitatem etiã ſubditis ſuis in damnum tertij, ſecundum. Abb. in c. prouenit de immun. eccl. & probatur in l. vacuatis cum gloſſ. C. de decur. lib. 10. niſi ſubſiſtente cauſa rationabili, nam iſto caſu inferior poteſt cõcedere immunitatem, etiam in damnũ aliorum. l. 1. C. de decr. decur. lib. 10. ſecundum. Abb. in dict. cap. accedentes de præſcript.

DVBITATIO CLX.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ ſingulares, & eorum bona, an poſſint conueniri vbi ſyndicus vniuerſitatis obligauerit ſingulares perſonas.*

Inferior vniuerſitas poteſt ſtatuere, quòd ſingulares perſonæ teneantur pro debito communitatis, & qualiter.

PLebis, vel vniuerſitatis ſyndicus ſi obligauerit ſingulares perſonas, & cuiuſlibet ipſorum bona, an tunc ſingulares perſonę, & eorum bona poſ
1 ſint† conueniri diſtinctionis fœdere, eſt reſpondendum, aut ſyndicus non habebat ſpeciale mandatum, & tunc certum eſt non poſſe conueniri, nam quãdoque ſyndicus conſtituitur ad ſtipulãdum, non ad obligandum. l. fin. ff. quòd cuiuſque vniu. nom. quandoque ad lites tãtum c. 1. extra de ſyndico; & ſic ea ſolum poteſt, quæ habet in mandatis vt per Corn. conſil. 167. lib. 2. aut habebat adhoc mandatum & tunc ſecundum Bar. in l. ſi non obtulit. ff. de re iudic. eſt ſubdiſtinguendum aut mandatum habebat ab vniuerſitate habente poteſtatem legis condendæ, & tunc quilibet conueniri poterit, quia tale mãdatum habet vim legis. l. cęſar. ff. de publicat. l. pen. C. de donat. int. vir. & vx. Bar. in l. ſicut. in princ. ff. quòd cuiuſque vniu. no. & in l. ciuitas col. 1. ff. ſi cer. pet. Bald. in l. 1. §. quibus. ff. quòd cuiuſque vniu. no. Alex. & Iaſ. in d. l. ſi ſe nõ obtulit, & hęc videtur communis opinio, quæ de plano procedit, ſi ſyndicus mandatum habuit à generali conſilio vniuerſitatis, nam tunc quilibet ex ſuo mandato cõueniri poterit.

Si verò habuit mandatum à conſilio ciuitas, quòd repræſentat totum populum vt l. aliud §. refertur cum gloſſ. ff. de reg. iu. tunc vniuerſitas non poteſt obligare ſingulares perſonas non conſentientes ſecundum gloſſ. in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. quam ſequitur. Abb. in c. cum omnes. col. 4. de conſtit. Barto. in l. quòd maior. ff. ad munic. quia aliud sũt ſinguli, aliud populi. l. ſed ſi hac. §. manumittitur. ff. de ius vocan. ergò contractus vnius non debet alteri præiudicare. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.

Et licèt contractus vniuerſitatis habeat vim legis. vt per Bart. in d. l. ſi ſe nõ

obtulit, hoc tamen est verum quoad ipsam vniuersitatem, non quantum ad particulares personas, vel aliter dici potest secundum. Bar. ibid. hoc verum esse, quando vniuersitas cõtrahit animo condendi legem, sed mandatum factũ syndico non potest dici factum animo legis condendæ, cùm neque forma, neque propositum deliberatum intercesserit. l. 1. & l. humanum. C de legi.

Tandem extant variæ in hoc negotio opiniones quæ sunt concordandæ, vt quando constat de voluntate ex mãdato, etiam vniuersitas inferior, quę nõ habeat auctoritatem legis condendæ nisi in respicientibus administrationẽ suæ communitatis, potest statuere, quòd
2 † singulares personæ teneantur pro debito communitatis, & posteà, quòd fiat mandatum syndico, & ita intelligẽdus, est Bal. in l. 1. C. ne fil. pro patre, & Alex. sibi contrarius consi. 44. li. 1.

Et ita tenendo intelligenda erit. glo. in l. 2. C. quæ sit long. consuet. quòd vniuersitas inferior, & superiorẽ recognoscens non potest obligare aliquos particulares duntaxat, nec etiam potest statuere in damnum quarundam particularium. l. 1. in fi. ff. de except. doli. l. ante scientiam. ff. de priuil. credit. sed benè potest, obligare per statutum, vel per cõtractum quoscũque vniuersaliter, quia tunc lex est generalis, & in istis terminis loquitur Bart. in l. omnes populi in 5. q. ff. de iust. & iur. & Alex. in d. l. si se non obtulit. col. fi. de re iudi. vel dicas, quòd illa gloss. l. 2. C. quæ sit long. consuet. debet intelligi, quando vniuersitas vult obligare singulos singulariter pro contractu principaliter respiciente vtilitatem priuatam, puta, si vniuersitas fideiuberet pro aliqua persona, & vellet obligare singulos singulariter, secùs, p contractu concernẽte vtilitatem. Reip. principaliter secundum. Bal. in dict. l. 2. col. fi. C. quæ sit long. consuet. & Alex. in d. l. si se non obtulit.

DVBITATIO CLXI.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus communitatis habens speciale mandatum si obligauerit particulares, & eorum bona, an quilibet poterit conueniri insolidum.*

2 *Eadem res si pluribus simùl obligetur, omniũ aqua est conditio.*

3 *Vniuersitas cogitur syndicum constituere.*

4 *Vniuersitas si sit domina castri cogitur vnum eligere cui fidelitas iuretur.*

5 *Vniuersitas castri potest habere iurisdictionem illius castri in singulos de vniuersitate.*

6 *Vniuersitas non potest sibi imperare, nec singulis, vt vniuersis, sed singulis, vt singulis.*

Lebis, vel communitatis, syndicus habens speciale mandatum, si obligauerit particulares, & eorum bona, † an quilibet poterit cõueniri insolidum.
1

Scribentes in huiusmodi materia solent considerare verba quomodo sint concepta, nam si syndicus obligauerit insolidum quemlibet, & eorum bona, dicunt rem esse claram. Si verò obligauit particulares, & eorum bona simpliciter, tunc respectu obligationum personalium censetur quemlibet obligasse in virilem. l. reos. §. fi. ff. de duob. reis respectu verò hypothecæ censetur obligasse bona cuiuslibet insolidum. l. alienа. §. 1. ff. de pig. act.

Sed contra hæc, quæ præcipuè sunt à Bar. in l. si se non obtulit. ff. de re iudic. dùm dicit. Barto. quemlibet obligari in virilem non videtur admittẽdum, quia hoc modo elusoria quodammodo erit obligatio, cum non facilè fieri possit quot sint personæ in oppido, vel ciuitate, considerandum ergò est, an Bar. velit dicere in virilem, facta computatione per æs, & libram non pro numero personarum.

Quic-

Quicquid ſit, teneas opinionem Bar. in d. l. aliena. §. 1. ff. de pign. act. vbi habes, quòd ſi eadem res pluribus ſimul
2 obligetur, † omnium æqua eſt conditio, quæ æqua non eſſet, niſi omnibus inſolidum obligata foret, vt fatetur. Iaſ. in d. l. ſi ſe non obtulit in prin. & ſi pluribus inſolidum cenſetur obligata, quãto magis ſi vni ſoli obligetur, conſequẽterque teneas, quòd ſyndicus obligauit bona cuiuslibet pro debito vniuerſitatis, pro quo inſolidum intelligitur obligaſſe, & non pro debito ipſius particularis, cuius ſunt bona, & ſic concludit poſt plura Rip. in d. l. ſi ſe non obtulit in prin. ſub num. 43. in fi.

Et licèt vbi vniuerſitas per ſe contrahens
3 non habeat neceſſe ſyndicum cõſtituere, cogi tamen poteſt iudicis officio, ſic inſtantibus creditoribus, aut debitoribus conſtituere ſyndicum, contra quem agant, & Theſaurarium cui ſoluant. l. 4. §. creditoribus. ff. de fideico. libert. Bar. in l. ſolent in fi. ff. de alim. lega. Bal. in l. fi. C. de teſta. ma. & loquuntur communiter Doctores vt per Alex. in l. 1. §. ſi autem collegium. ff. ad Treb.

Et non ſi vniuerſitas ſit domina caſtri cogitur vnum eligere, cui fidelitas
4 iuretur, † cum ſingulis, vt ſingulis non ſit iurandum notat. Rip. in d. §. ſi autem collegium num. 9.

Vniuerſitas namque alicuius caſtri,
5 poteſt habere † iuriſdictionem illius caſtri in ſingulos de vniuerſitate. c. ex litteris de conſtit. vbi Fely. col. 2 in 3. not. licèt enim vniuerſitas non poſſit ſibi imperare, nec ſingulis; vt vniuerſis poteſt tamen † imperare ſingulis, vt ſingulis prout capitulum poteſt imperare ſingulis de capitulo. Abb. in cap. nuper de decim. & iurans obedire capitulo non tenetur obedire ſingulis de capitulo in Fely. in c. 1. col. 3. 9. & ſeq. de reſcrip. & notat. Rip. in dict. §. ſi autem collegium.

DVBITATIO CLXII.

SVMMARIVM.

1 *Villa ſi fuerit vnita alteri, an ſi illa cui eſt facta vnio, eſt grauata debitis, creditores poſſint agere contra bona villæ non obligatæ.*

2 *Infertur ibi ad plura ſimilia.*

1 PLebs, ſeu villa ſi fuerit vnita alteri, an ſi illa cui facta eſt vnio eſt grauata debitis, creditoris poſſint agere contra bona villæ nõ obligatæ?

Reſoluendum eſt negatiuè, quòd ſcilicet, villa non obligata, & alterius cui fuit vnita non teneatur debita ſoluere, vt ex Innoc. in c. paſtoralis extra de priuileg. vbi habes, quòd ille cui data eſt eccleſiæ, vendere vel pignorare non poteſt poſſeſſiones illius eccleſiæ pro ſoluendis debitis alterius eccleſiæ, cui vnita fuit.

Contrarium tamen tenet gloſſ. in l. 1. C. de vend. rer. fiſc. cuiũ priu. comm. lib. 10. vbi habes, quòd res vnius põt vendi pro debito alterius, refert vtranque opinionem Bald. in auth. hoc ius porrectũ num. 10. C. de ſacroſ. eccl. vbi etiam notat, quòd ſi cuidam hoſpitali vel eccleſiæ fuerit relicta vel legata res ſub pacto de non alienando, in caſu neceſſitatis de iure canonico poterit alienari ſi eccleſia non habeat aliàs res, de iure vero ciuili ſecùs.

Felynus tamen in c. translato de conſtit. ſub num. 6 ſequitur opinionem Innoc. in d. c. paſtoralis, & tenet quòd ſi eccleſia cui facta eſt vnio, eſt grauata debitis, non poſſunt alienari res eccleſiæ vnitæ, vt ſatisfiat, & idem de bonis caſtri vniti decidit. Bald. in l. 1. C. de metropol. beryto lib. 11. & in l. 1. ſe cohæredem. ff. ad l. Falcid. pro quo facit quòd not. Archid. in c. ſumma 21. q. 1. circa. fi. vbi dicit, quòd ſi eccleſia matrix non ſoluit iura epiſcopalia, non poſſunt eccleſiæ

cleſiæ ab ea dependentes propter hoc interdici, nec eorum bona pignorari, hincque inferas, quòd impetrans beneficium vacaturum, quod ſpectet ad collationem, non poteſt petere beneficiũ vnitum beneficio illius, ſi ſunt æquè principaliter vnita, nec habebit illud quòd eſt vnitum, ſecùs ſi acceſſoriè, & in dubio quomodo præſumatur vnio, recurritur, ad coniecturas, videlicet, p̃eminẽtiam denominationis, obſequia & ſimilia vt in eiſdem terminis reſpondit. Oldra conſil. 223. & 219. & ex denominatione cognoſci poteſt, quòd beneficium ſit principale ex duobus vnitis ſecundum gloſſ. in clem. per litteras in verb. eccleſijs de præben. quo non apparet attenditur, quòd eſt dignius, & de iſta materia, quando duo diuerſæ naturæ vniunt, & an ſi duo officia vniuntur illis, præfectus habeat duplex ſalarium & duplicata onera notant. Bald. in l. ex pupillari, & in l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulg. Bart. in l. inficiando. §. infans. ff. de furto.

Si verò villa, an rex ſint compatibilia cum ſtatutis alterius, ſeruantur ſtatuta villæ dominantis: ſecus ſi ſunt compatibilia. Bald. in c. translato de conſtit. vbi Fely. ſub num. 6. ideò ſi Papa vniuit monaſterium alteri monaſterio, beneficium conſuetum conferri clerico ſeculari, illud beneficium mutat naturã, & efficitur monaſticum, dummodo vnio fiat per incorporationem, ſecùs ſi vniretur, quoad vnionem vel protectionem. Abb. in c. 1. de relig. dom. in 6. Angel. conſi. 243. dummodo tamẽ vnio fiat perpetuò, ſecùs ſi ad tempus ſecundum. Bald. in l. etiam. C. de iur. dot. ideo que refert. Fely. in d. c. translato num. 6. verſ. limita etiam de mente. Ancha. dicentis, quòd ſi banniti non poſſunt morari in diſtrictu, poterunt tamen morari in caſtro vnito diſtrictui ad tempus, & videndus eſt. Bart. in l. ſi quando in fi. C. de appe. vbi dicit, quòd quando vnũ officium vnitur alteri, illud quòd vnitur, extinguitur, adeò quòd ſi appelletur ab eo qui retinet illa duo, debet indiſtinctè appellari ad ſuperiorem officij cui facta eſt vnio non habita conſideratione vniti.

In hac tamen materia habeas regulam, quòd propter ſimultaneã originẽ in vnam naturam ſpecies diuerſæ annectuntur, quando eſt eadem origo in cauſa efficienti, & ſic adhoc vt aliqua ſint connexa non ſufficit, quòd eodem tempore ſint facta, ſed ſimul vt ex. Fely. in d. c. translato.

DVBITATIO CLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas vel villa vnita regno, an debeat gubernari ſecundum ſtatuta regni, vel ſecundum ſtatuta propria ipſius villæ vel ciuitatis.*

PLebs, villa, vel ciuitas, vnita Regno, an debeat gubernari ſecũdum ſtatuta regni, vel ſecundũ ſtatuta propria ipſius † villæ, vel ciuitatis.

Deciſio hæc erit, quòd vbi caſtrum, vel ciuitas, non fuerit effectum vel effecta vnum corpus cum regno, nec appellatur de regno, ſed eſt territorium per ſe, ex bullis vel priuilegijs, tunc caſtrum vel ciuitas non viuit, nec viuere debet legibus, & ſtatutis regni, quia dicta villa vel ciuitas non eſt incorporata cum regno, vel comitatu, & hæc eſt diſtinctio. Bar. in l. ſi conuenerit. §. ſi multa. ff. de pignor. actio. ergò in illa villa vel ciuitate non debent ſeruari ſtatuta regni, ſed ſuæ leges, & conſuetudines, & in earũ defectum diſpoſitio iuris communis, quæ dicitur eſſe ſua lex in defectum ſtatutorum, quia caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris cõmunis, & l. ſi extraneus. ff. de condit. ob caul. & l. commodiſſim. ff. delib. & poſth.

Et in hoc propoſito ſcias terrarum

appella-

Digitized by Google

appellatione venire caſtrum.c. cum in partibus de uerb.ſign. Alex. conſil. 114. nu.11.& 19.vol. 4.

Qñ etenim illa villa vel ciuitas erit translata in regnum, videlicet, fuerit facta ſubiecta regno, nullis exiſtentibus ſtatutis in villa vel ciuitate debet regi, & gubernari ſtatutis regni, vel ciuitatis dominantis. arg. c. translato vbi Rip. & alij de conſtit. per illum tex. dicentem, translato ſacerdotio neceſſe fore fieri translationem legis, ita ergò in ſimili dicendum eſt, vt translato dominio villę vel ciuitatis in aliam ciuitatem dominantem vel regnum, neceſſaria ſit ſtatutorum, & conſtitutionum immutatio, & translatio. arg. etiam c. cum olim in verb. Aglicanis extra de conſuet. & c. de his 12. diſt. terminantis, quòd eccleſiæ inferiores debent regi, & gubernari ſecundum conſuetudinem, & ius eccleſiæ Metropolitanæ ſuperioris.

Si tamen villa vel ciuitas ante ſubiectionem propriis gubernabatur ſtatutis, non debet dominium regni prætendere quòd ſeruentur ſtatuta regni, nec hoc debet prætendere ciuitas dominans, niſi vt ſuprà dixi illa ciuitas vel villa fuerit vnita, & incorporata ipſi regno vel ciuitati dominãti, ſed in dubio c. ſi regnũ vel ciuitas acceptauerit ſubiectionem villę vel ciuitatis, ipſa acceptatio, aut noua acquiſitio in dubio dẽt intelligi ſine præiudicio iurium aliorum. l. 2. §. meritò, & §. ſiquis à principe. ff. nequid in loc. publ. & l. nec auus. C. de emancip. lib. & c. quamuis de reſcri. in 6. ciuitas ergò vel villa occupata debet propriis regi ſtatutis, vel conſtitutionibus, quatenus illæ honeſtæ ſint, & non aliter, & in hac materia vide plenè ſcribentem. Rom. conſi. 218. per tot.

DVBITATIO CLXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ſi fiat, quòd hebrei vendentes pignora debeant facere certa bannimenta ante, & ipſa debeant in curiæ actis regiſtrari alias vendere non poſſint, ſi de in contingat hebreos feciſſe fieri dicta bannimenta in actis non regiſtrata, an poſſint hebrei vendere dicta pignora, & tunc quomodo conſulatur domino pignorum.*

2 *Oblatio, notificatio, ſeu proteſtatio quæ requirat, ad impediendam pignorum diſtractionẽ.*

3 *Hebreus vendens pignora non ſeruatis ſolemnitatibus requiſitis à principis lege, poteſt puniri pœna furti; & quæ illa ſit.*

4 *Domino pignorum quomodo conſulatur, vendito per hebreum pignore ſine ſolemnitate requiſita.*

PLebs, vniuerſitas, vel princeps, ſi faciat ſtatutum, quòd hæbrei vendentes pignora debeant facere certa bannimenta ante, & ipſa debeant in actis curiæ regiſtrari, aliàs vendere non poſſint, ſi contingat hæbreos feciſſe fieri dicta bannimenta in actis nõ regiſtrata, an poſſint hæbrei vendere dicta pignora, & quomodo cõſulatur tunc domino pignorum?

1 † Compendiosè dicendum eſt, quòd ipſa bannimenta per hæbreos facta ſed in librum, & actis curiæ poteſtatis per Notarios actorum non regiſtrata ſecũdum prædictam principis plebis vel vniuerſitatis cõſtitutionem dicuntur illegitimè facta quia ſolemnitas omiſſa, quæ requiritur in ipſius actus celebratione, illum nullum atque illegitimum reddit. Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccl. l. cum hi. §. prætor. ff. de tranſact. l. hac conſultiſſima, & l. cum antiquitas. C. de teſta. l. obligari. §. tutor. ff. de auctor. tut. & l. hæredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſta.

Imò magis in ſpecie hoc probatur per text. in l. 2. C. de conu. fiſc. debit. lib. 10. vbi eſt expreſſum, quod ſpecialis ſcriptura in confectione ſui requirens determinati Tabellarij ſubnotationem, illa non interueniente, nulla redditur.

Idem

Idem enim videmus in oblatione, notificatione, seu protestatione, quę qa in eorum celebratione requirunt congruitatem temporis, & loci, eorum de omissio illas reddit illegitimas. l. si soluturus. ff. de solut. & l. creditor. C. eo. titul. l. mora, & l. obsignatione. ff. de vsur.

Probatur, etiam præmissa resolutio ex his quę not glo. in l. si prius. C. de destruct. pign. & in l. si rem. §. fi. ff. de pigner. act. vbi oblatio pecuniæ, vt dicatur per debitorem creditori facta legitimè ad impediendum pignorum distractionē necessarium est, illam in iudicio fuisse celebratam ita igitur in terminis conuersis, adhoc vt inscriptio bannimenti postquam conceditur pignoris distractio dicatur legitimè non autem illegitimè facta, requiritur ipsa statuti solemnitas, scilicet, vt in libruin actorum per eundem Tabellarium hæbreorum facta fuerit.

Hæcque omissa solemnitas vel quia nullo modo facta fuerit vel facta, & illegitimè, cum paria censeatur iuribus vulg. reddit dictum bannimentum nō nullum ipso iure, sed annullandum, seu rescindendum. glosl. ord. approbata ex Bald. & Bart. in l. vniuersa. C. de præcib. Imp. offi. idem. Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl. & in l. filio prætorito ad fi. ff. de inin. rupt. testa. Bal. in l. ambiguitatem. C. de testam. vbi dicit, quòd omissio solemnitatis à constitutione, vel lege requisita, post ipsius actus celebrationem non reddit actum nullum ipso iure, sed annullandum à iudice, vel ope exceptionis.

Imo hæbreus pignora vendens non seruatis præmissis solemnitatibus requisitis à principis constitutione, potest pu-
3 niri pœna furti. l. si is † qui pignori rem ff. de furt. §. furtum. instit. de obl. quæ ex delict. cuius quidem furti pœna est dupli, vel quadrupli applicanda parti, hi, cet ilia inspecto foro conscientiæ ac pœnitentiæ exigi non debeant glosl. ord. in c. fraternitas 12. q. 2. cit. & alia pœna pe-
cuniaria fisco applicanda, & iudicis terminanda arbitrio. vt l. fin. ff. de furt. item & alia pœna de qua habetur in auth. sed noui iure. C. de seru. fugit.

Quomodo verò consulatur domino pignorum vendito pignore sine so-
4 lęmnitate requisita † distinguendum est, aut vult agere ipse debitor ratificando dictam venditionem contra hæbreum vendentē in eo pluri, quo magis venditum est pignus, quam esset debitum, & hoc poterit pignoratitia actione vt in l. fi. C. de distract. pign. l. quamuis. ff. de pignor. act. aut vult agere ex eo, quia venditio nulla fuit non seruata solemnitate bannimenti. vt l. cum contra. C. si uendi. pign. à debit. agatur ibi dum dicit, non obseruantur quæ in distrahendis pignoribus obseruari consueuerūt, & tunc dirigit rei vendicationem cōtra emptorem pro re distracta sibi restituē da. d. l. cum contra, & in l. a. C. eo. ti.

DVBITATIO CLXV.

SVMMARIVM.

1 *Communitas vniuersitas vel princeps, an possit expellere iudæos, & Saracenos de dominio suo, & capere eorum bona.*
Papa, an habeat hoc, principibus præcipere, vel suadere.
2 *Iudei vnde dicti.*
3 *Iudaizare dicuntur Christiani nimium adhærentes litteræ.*
4 *Hæbrei quare sic dicti.*
5 *Sarraceni vnde sic nuncupati.*
6 *Christiani filij sarræ in qua firmata est ecclesia.*
7 *Iudæis nulla debet infectri molestia, nec eorū bona debent auferri.*
8 *Princeps dominus est, quoad protectionem non quòd possit spoliare.*
9 *Papa debet iudæos tolerare in quantum pōt.*
10 *Iudæi facti sunt nobis serui per Christi mortem.*
11 *Iudæi designātur per illam ancillam quæ fuit priuata dominio.*

12 Princeps

12 *Princeps quacunque vult ſibi fieri, alijs tenetur facere maxime ſubditis.*

13 *Iudæis princeps tenetur ſubuenire tempore neceſſitatis.*

14 *Iudæis, & paganis nulla debet fieri violentia.*

15 *Hyeruſalem terra eſt promiſſionis Chriſtianis debita, quia ſecundum Apoſtolum ſumus filij Abrahæ.*

16 *Bellum contra Turcas quare eccleſia indicit.*

PLebs, vniuerſitas, Reſpub. vel princeps, an poſſit expellere Iudæos, & Saracenos ſine peccato, de dominio ſuo & accipere eorum bona, & an Papa habeat hoc principibus † præcipere vel perſuadere?

1

In primis volo notare, quòd Iudæi dicũt à Tribù Iuda quæ præ ceteris erat

2 bellicoſior, & in bellis † obtinebat primam aciem, vti honorabilior, & ex illa ſola Tribu rex creabatur ſicut ex Tribu leui ſacerdotis, & hi ſeruant ad litterã legem Moſaycam, ſcilicet, circumcidendo, & alia legalia faciendo ad litteram.

Et ideò hi qui nimium adhærent litteræ, dicuntur Iudaizare, † quòd Chriſtiani facere non debent. c. 1. §. pen. de ſacr. vnct. & notant ſcriben. in Rub. extra de Iudæis dicuntur etiam hebrei ab heber cuius familia tenuit cultũ vnius

3 Dei cæteris idolatrijs fedatis ſecundũ. Hoſtienſ. in ſumm. Saraceni voluerunt

4 † nuncupari a Sarra libera vxore Abrahæ, tamen ab ea nati non ſunt, nec origi-

5 nem † habuerunt, ſed potiùs debent dici Agareni ab Agar, quæ fuit Ancilla Sarræ, & Abrahæ, ex qua deſcenderunt ſaraceni. c. recurrat. 32. qu. 4. & iſti nec nouum nec antiquum teſtamentum recipiunt.

Competentius autem nos Chriſtiani dicimur filij Sarræ quæ fuit Libera,

6 quia † in Sarra eſt firmata eccleſia. tex. & gloſſ. in c. & ſi Iudæos. §. pen. in verb. Liberę, & in verb. Ancillæ de Iudeis.

Variæ ſunt opiniones circa propoſitam dubitationem, aliqui tenent negatiuam, † quia non debet Iudæis moleſtia inferri, nec eorũ bona auferri. l. nullus. C. de Iudeis c. ſicut Iudęi extra eo. ti. cũ enim iuſtè poſſideãt, non debẽt ſpoliari. c. ſi de rebus 23. qu. 7. imò princeps

7 qui aufert eorum bona peccat, quia licèt ſit dominus quoad protectionem, non quoad hoc, vt poſſit ſine iuſta cauſa † ſubditos ſpoliare. vt not. in l. benè à

8 Zenone. C. de quadr. præſcr. Innoc. in c. quia plerique de immun. eccleſ. & c. quod ſuper his de voto vbi. Hoſtien. dicit, quod Papa ſine cauſa, Iudæis non poteſt auferre bona, imò debet eos in-

9 quantum † poteſt, tollerare, vt per eorũ conſortium poſſimus illos lucrifacere Chriſto. c. infideles 24. q. 4. & c. ad mẽſam 11. q. 3. & debent conſeruari Iudæi, quia vt dicit, Sanctus Aug. Pſalmo 40. ſunt vti fidei noſtræ, quia per codices eorum confundimus inimicos noſtros. c. qui ſincerè 4. 5. diſt. & Sanctus Hyeronymus dicit, quòd debent ſeruari, vt in die iudicij apparẽt reliquiæ eorum, & fuit populus Iudæorum ſignificatus in Caym, qui interfecit Abel fratrem ſuũ, & tantum Caym fuit præſeruatus.

Contrarium alij tenuerunt, dicentes quòd licèt priuata perſona nõ debeat Iudæis moleſtiam inferre, tamen princeps poteſt, quia ſerui facti ſunt nobis

10 per † Chriſti mortem, vt in c. cõſuluit, & in c. etſi Iudæos de Iudæis, & ſic qđ Princeps, plebs, vel vniuerſitas poſſit eos vendere, multò magis expellere arg. l. 1. & 2. ſi ſeru. expor. vend. & iſta ratione poſſit eis auferre bona, quia vt p Archid. in c. fraternitatem 54. diſt. ipſi retinent bona vt peculium, pro quo allegat. text. in c. Iudæi de Iudæ vbi dicit, quòd bona non ſunt eis auferenda ſi conuertantur: ergò à contrario ſenſu, ſi non conuertantur, poſſunt auferri. præterea Iudæi ſuſtentantur ex pietate, & gratia, ergo non debet gratia trahi ad neceſſitatem vt l. ſolent ad fin. ff. de off. proconſ. & leg. & quòd ſuſtententur ex

gratia probatur in d.c. etsi Iudæos, & hoc est verum indubitanter si imminet aliquod periculum vel necessitas, quia tunc dicuntur abuti priuilegio, & merentur illud perdere, vt in dict. cap. etsi Iudæos.

Probatur, quia Iudæi designantur p
11 illam † ancillam quæ fuit rebellis dominæ suæ, ideò fuit repulsa. c. si ecclesia 23. q. 4. sed si quietè viuant, & cessit scandalum, & necessitas non videtur, quòd Papa possit illud præcipere id quòd no. in c. quòd super his de voto ad idem faciunt scripta per Oldr. consi. 254. vbi dicit, quòd illa videtur probabilior sententia, quòd princeps absque legitima causa pacificos Iudæos, vel alios paganos, & infideles de terris suis non potest expellere, quia iuris naturalis, & diuini est, quòd quæcunque vult princeps sibi
12 fieri, † alijs faciat, & maximè subditis suis seruis, & tributarijs. c. ius naturale 1. dist. cum simil. nec alijs faciat quòd sibi fieri nolit c. dilecti de mai. & obed. sed ipse nollet de regno expelli, ergò nec alios debet expellere. Tenetur etiam diligere Iudæos, & Saracenos inquãtum sunt sua natura participes, nedum in anima, sed etiam in corpore vt expressè habetur in c. caritas vers. nonnulli, & vers. seq. dist. de pœn.

Expellendi ergò non sunt Iudei sine causa, aliàs esset contra præcepta charitatis, hinc est, quòd ex ista charitate
13 princeps tempore necessitatis † tenetur iudæis subuenire, & facere elemosynas. c. quiescamus 42. dist. c. si cupis 16. q. 1. c. non satis 30. dist. cum simil. quia scriptum est, cœli domino, terram autẽ dedit filijs hominum Iudæisque, & pa-
14 ganis † nulla debet fieri violentia. l. Christianis. C. de sacrif. paga & ecclesia indicit bellum cõtra: quia vt dicit. Bar. in d. l. Christianis, detinent terram no-
15 stram, nam † terra Hierusalem est terra promissionis quã promisit Deus Abrahæ, & semini eius, & illa terra est debita nobis Christianis quia secundum Apostolum sumus filij Abrahæ, & ecclesia indicit bellum contra Turcas, q-
16 † non tenent terram nostram vt dicit ibi. Bar. & Oldr. d. consi. præcitato, quia aliter non possumus ire ad Saracenos, & ob id turcę dicuntur tentare aliquid turbulentum, & legi contrarium ideò ecclesia indicit eis bellum quia etiam ipsi, nos Christianos prosequuntur. c. dispar 28. q. 8. faciunt not. per Bar. in l. hoste. C. de capt.

DVBITATIO CLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Homines, an possint compelli secundum formam, & modum primæ constitutionis solenne, an secundum formam secundæ visitatę contra primam.*

I ex forma constitutionis puta Albensis communitatis homines puta Barbarisci, vel Montislupi ipsi ciuitati subiecti debebant soluere certas gabellas, ita quòd quilibet tenebatur soluere suam impositam, & pro ea poterat grauari particulariter, & postmodum fuit facta 2. constitutio, qua cauetur, quòd homines dictorum locorum faciant cumulum suarum impositarum, & soluant, & secundum istam vltimam constitutionem fuit solutum per dictos homines per 40. annos, an
1 † per solutionem dicto tempore visitatam dicatur derogatum, & præscriptũ contra primam, adeo quòd dicit homines non possint compelli secundum formam, & modum primę.

Tenendam censeo negatiuam opinionem qđ dicti homines non possint compelli secundum formam, & modũ primæ constitutionis, quia non est dubium, quòd secũdus varius soluẽdi modus subrogatus est loco primi, & sic vtens 2. modò censetur vius modo primo, arg. l. quoniam prætio. ff. de vsufru.

vbi

vbi qui prætio vtitur, videtur eſſe vſus reipſa cuius loco prætium ſubrogatur: ſicque vtens 2. modo non videtur vſus contra primum præſcriptum modum, arg. etiam l. is cui. ff. quemad. ſeru. amit. vbi contra habẽtem ſeruitutem vnius aquæ ducendæ non cenſetur eſſe præſcriptum, etſi legitimè ſeruitutem habens nõ ſolum vſus fuerit illa, à qua ſeruitus erat, ſed & plùs fecerit, quia alia fuit vſus permixtim. Quòd autem hic ſecundus modus exactionis, & primum modum in ſe contineat, & quid quòd eſt magis, patet, quia vbi primo modo conſiderato quilibet ſubiectus de per ſe ſingulariter annuatim ſoluebat, ſic ſecundo conſiderato, quilibet primo, & de per ſe ſoluit ſingulariter, ſecunda autem ſolutio ſingularium perſonarum vnum cumulum pecuniarum facit qui datur communitati.

Alio poteſt etiam fortificari argumẽto reſolutio negatiua, quæ eſt verior iuxta nota. per Rom. conſil. 198. iuriſdictio ipſa ob quam hæc onera imponũtur, eſt vna ſola, qua vti poteſt Albenſis communitas diuerſis modis, ergò ſi vno modo exactionis ſcilicet, ſecundo ipſa communitas in exigendo vſa fuerit, non tamen cenſetur præſcriptum contra modum, imò per vſum huius ſecundi modi retinetur ius primi: iſte eſt, caſus notabilis qui quæſtionem determinat in l. vna eſt via. ff. de ſeru. ruſt. vbi quando vna eſt ſeruitus itineris qua tamen pluribus modis vti liceret, & per fundos plures per vſum vnius modi retinetur vſus alterius, non autem per cõtinuum vſum. Idem optimè facit tex in l. quis vſumfructum. ff. quemad. vſufruc. amit. l. ſi ſtillicidium. §. fi. ff. quemad. ſeru. amitt. & l. ſi eo in fi. ff. ſi ſeru. vendic. Innoc. in c. tua nos extra de deci. faciunt. not. per Bart. in l. 1. 6. ſiquis hoc interdicto. ff. de itin. actuque priu.

Sicque ex præmiſſis concludo cum Rom. d. conſi. 198. quòd ſi homines diſtrictuales, ſeu comitatiui 40. annis vſi fuerint ſecundo modo ſoluendi, nihilominùs grauare eos põt Albenſis cõmunitas vt ſoluant ſecundum eum modum, quem primæ conſtitutiones induxerunt, dùm tamen ipſa onera hodie exigantur non in ſuperioris præiudiciũ.

DVBITATIO CLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Syndici, an habeant cognitionem de eo, quòd extra officium committitur.*
2 *Officialis durante magiſtratu non poteſt regulariter conueniri, fallit vt ibid.*
3 *Sententia ſyndicorum, an valeat poſt tempus inſtantiæ.*

PLebs, vel vniuerſitatis officialiũ ſyndicus, an habeant cognitionem de eo, quòd extrà officium committitur, & an poſt tempus inſtantiæ valeat ſententia ſyndicorum?

1 † Quòd attinet ad primum dubium, dicendum eſt, quod ſi facultas cognoſcendi non eſſet de pertinentibus ad officium, ſyndicus nullam haberet iuriſdictionem, cognitionem, vel adminiſtrationem quantum deputati ad ſyndicandum officiales non poſſunt ſe intromittere de eo, quod non geſſerunt in officio nec officij contemplatione, ſed tanquam priuati vt probat text. in ſimili notab. in l. 3. §. eodem tempore. ff. de adm. tut. vbi officio tutoris incumbit adminiſtrationis rationem diligenter ſcribere, eamque finita tutela pupillo reddere, & conficere inuentarium confectu nque bona fide manutenere quouſque tutela durauit, & ſiquid tutor infideliter doloſè ve geſſerit circa hæc duo, pupillo actione tutelæ tenetur ex eo quia in pertinentibus ad officium tutelæ deliquit. l. tutor qui repertorium. C. de adm. tut. l. tutores. ff. de tutel. & rat. diſtrh.

Ita dicendum in propoſito, quod cũ iſtud, de quo quæritur, ratione officij

pertineat libros ſibi traditos diligenter, bonaque fide conſeruare, conſequens eſt, vt ſi in iſtis deliquerit, in eis falſitatem committendo, in pertinentibus ad officium deliquiſſe intelligatur, & conſequenter ad ſyndicum ſpectabit cognitio.

Et licèt durante magiſtratu regulariter non poſſit officialis cõueniri. l. pars litterarum. ff. de iudic. l. nec magiſtratibus. ſi. de iureiu. tamen dicitur hoc fallere, † quando deliquit circa concernẽtia officium gl. ſing. in l. iubemus. C. ad l. Iul. repet. in verbo. adminiſtrante vbi durante magiſtratu officialis poteſt cõueniri quando probatur, quod venalẽ ſententiam protulit, & ſic dicitur. Iudex delinquere in pertinentibus ad officiũ, quando cum ſententiam bona fide ferendam dolosè fert. pariterque dicitur delinquere in pertinentibus ad officiũ, qui libros ſibi traditos nomine ſui officij conſeruare tenetur, & non conſeruauit.

Quoad alterum articulum dicendũ eſt, quod cùm terminus ad expediendum ſit † præfixus à conſtitutione ipſi ſyndico ad cauſæ expeditionem, conſequens eſt vt & poſt ipſius lapſum poſſit ipſe iudex cauſam expedire: caſus eſt in l. 1. C. vt omnes eam ciui. vbi Imperator licèt protegat terminum ſyndicis magiſtratuũ, infrà quẽ debẽt cauſam expedire, tamen expreſsè determinat, quod poſt lapſum termini cognoſcere, & pronuntiare ſyndici poterunt: vnde concludunt communiter. Doct. præcipuè. Bald. in l. properandum. C. de Iudic. & in l. ſcire oportet. ff. de excuſ. tut. quod vbicunque ſtatutum ad finiendum cauſam ponit terminum perſonæ iudicis verbis in eum directis, lapſus termini nunquam excludit iudicem à cognitione atque pronuntiatione.

DVBITATIO CLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Villa communitas ſi lædatur ex contractu ſyndici, an reſtituatur in integrum ad inſtar ciuitatis.*

2 *Communitas læſa, an & per quod tempus poſſit aſpirare ad reſtitutionem in int.*

PEbs, caſtrum, vel villa, ſi ex contractu ſyndici lædatur, an reſtituatur in int. † ad inſtar ciuitatis.

Multæ fuerunt opiniones, an ciuitati vel caſtro in integrum reſtitutionis beneficium concedatur ſed communis, & vſitata opinio, quam Bar. & omnes ſequũtur in l. reſpublica. C. ex quibus cauſ. maio. vult, caſtrum multitudinem hominum habens propter quod neceſſe eſt homini regi per adminiſtratores ſuos in integrum reſtituțio poſtulari poſſe, eo tunc quia eadem ratio in ipſo eſt, q̃ in ciuitate, cui eadem conceditur reſtitutio argu. d. l. reſpublica, C. ex quibus cauſ. maio. & l. rempublicam. C. de iure Reip. lib. 11. ſi propterea huius qualitatis erit caſtrum, poterit meritò hoc beneficium poſtulare ita Rom. conſ. 423.

In caſu verò, quod vna ciuitas contra aliam, vel vnus dominus contra alium mouerit guerram in qua guerra ſpoliata, & capta ſint aliqua caſtra, vel alia bona, ſi quæratur, an talia de iure ſint ſpoliato ante omnia reſtituenda in hoc eſt diſtinguendum ex Bar. in l. hoſtes. ff. de capt. & poſtl. reu. ſequutus verba. Innoc. in c. olim de reſtit. ſpol. & in c. fi. extra quod met. cauſ. aut talia caſtra vel bona capiuntur in bello licito, aut illicito, & reprobato, ſi in bello licito, quod, ſcilicet, indicitur, & imponitur p. Papam vel Imperatorem, vel alium inferiorem de ipſorum mandato, tunc perſonæ captæ efficiunt ſeruæ ipſorum capientium

pientium de iure ſcripto vt d. l. hoſtes licèt de conſuetudine non ſeruetur, & bona mobilia, & immobilia ſimiliter efficiuntur capientium, & ideò non fit eorum reſtitutio.

Si in bello illicito, & reprobato qđ illud dicitur, quòd à quocunque alio indicitur ſine cauſa legitima à iure approbata vt habetur in d. c. olim, & d. l. hoſtes tunc perſonæ captæ non efficiũtur ſeruæ, bona autem de iure ſcript. ſimiliter non fiunt capientium ſed de conſuetudine ſic ſecundum. Bart. vbi ſuprà, licèt Innoc. loco præcitato dicat quod nec de conſuetudine debent eſſe ipſorum capientium, cum ſit potiùs corruptela vt per eum notatur in c. fin. quòd met. cauſ. & per Hoſtien. in c. ac pro humani extra de homic. & Archid. in c. ne præſidentes extra de hæret. Hoſtien. in ſumma de treug. & pace. §. 1. & 2. & per Archid. in cap. 3. de re iud. in 6. verſic. præmiſſa. & Innocent. in c. ſicut de iureiur.

In materia, quando communitas eſt
2 læſa, an & per quòd tempus poſſit aſpirare ad reſtit. in int. vide ſuprà quæ dixi dubitatione 66.

DVBITATIO CLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Apprehendens poſſeſſionem caſtri, an per talem apprehenſionem videatur ſibi conceſſa poſſeſſio territorij aliorum iurium, & caterorum?*



Lebs, populus vel vniuerſitas vel quilibet alius apprehendens poſſeſſionem caſtri venditi vel donati, an per talem apprehenſionẽ
1 videatur † ſibi conceſſa poſſeſſio cæterorum videlicèt, territorij, & aliorum iurium; licèt ſuprà dubitatione 72. & 101. terigerim aliqua quæ poſſent famulari præſenti articulo. Nihilominùs magis in propoſito poteſt hoc dubium diſſolui ſedere nunc annotandæ diſtinctionis, aut aliquis vendit caſtrum ſimpliciter, aut vendit pluros fundos ſeparatos, aut vnum fundum ſolum.

Primò caſu vbi quis vendit caſtrum certè per apprehenſionem illius quæritur poſſeſſio etiam territorij eius arg. l. Caius. ff. deleg. 2. & in l. Caia, & l. Titia teſtamento. ff. deleg. 3. pro quo facit qđ not. Innoc. in c. in litteris extra de reſtit. ſpol. Bar. in l. 3. in prin. & in §. ſiquis. ff. de aq. plu. arc. nam etſi princeps donet caſtrum videtur conceſſiſſe iuriſdictionẽ contentam in caſtro. vt per Bar. & Doctor. in l. 2. C. de bo. vac. lib. 10. & in propoſito dubio ſcribit. Oldrad. conſi. 253. pract. Pap. in for. lib. act. real. in gloſ. iure dominij ſub num. 29.

Non tamen ob id inferas, quòd iuriſdictio ob id vendita cenſeatur niſi expreſsè ſit actum, quia iuriſdictio cohærens perſonæ non tranſit vltrà quãres in alium trãſitum faciat c. 1. in prin. de capi. qui curiam ven. & facit text. in l. pater filiæ. ff. de ſeru. leg. cum concor. quia etiam iuriſdictionem habens non poteſt eam à ſe abdicare, niſi in manibus ſuperioris à quo habuit, eam reſignet. l. penul. ff. de off. præſi. vnde diſtinguendum eſt, aut dominus vẽdidit medietatem prædiorum, & tunc iuriſdictio, quam in eis habet, vendita non ceſſetur, quia vendita tunc eſt proprietas ipſorum prædiorum, & iſta nil habent commune cum proprietate iuriſdictionis, & vno translato reliquum non trãſit. vt per Innoc. in c. cum ad ſedem de reſtitu. ſpol. & ſi huiuſmodi venditioni adiecta erit clauſula cum omnibus iuribus quæ in eis habet illa etſi generalis clauſula referenda eſt, ad ea quæ ſunt de natura 23. venditarum, non autem rei alterius, prout eſt iuriſdictio. vt determinat. Innoc. in c. ex litteris de iurepatro. & Bal. in l. à procuratore. C. mãd.

Si verò vendita eſt medietas ſub nomine magis vniuerſali, puta, vendidit medie-

medietatem caſtri,& tunc cenſetur venditа iuriſdictio eidem caſtro coherens, quia iſta nomina,caſtrum,villa,& ſimilia, iuriſdictionem in ſe continent. vt not. Inno. d. c. ex litteris de iurepatr. & quia, quando aliquod vniuerſale datur omne ius eius tale quale erat in dante refertur in recipientem.l.traditio. ff. de acqu.rer.dom.& l. alienatio. ff. de contrahen.empt.alia etiam ratione, quia ſi ſacra vel religioſa conceſſioni vniuerſaliter factæ accedunt. l. in modicis. ff. de contrahen.emp.l.quædam. ff.de acq. rer.dom. ergò multò magis iuriſdictio quæ eſt res profana venditioni vniuerſali accedet.rurſus alia ratione, quia iuriſdictio cohæret territorio. l. 1. §. cum vrbem.ff.de off.præfec.vrb.& l.pupillus §.territorium.ff.de verb.ſign. ſed concedens locum videtur concedere omnia ei loco cohærentia.l. via conſtitui verſ. pen.ff.de ſeru. ruſt.l.2.in fi.ff.ſi ſeru.vēd. prour, & qui præſcribit locum, videtur præſcribere omnia iura loci.l.ſi alienā. §.ita.ff. de vſucap.

Si verò fuerit vendita,puta,medietas non adiecto verbo,prædiorum,vel caſtro, tunc verbum hoc ambiguum interpretandum in dubio contra venditorem, & conſequenter vt vendidiſſe videatur medietatem caſtri. l. Labeo ſcribit, & l. cum in lege. ff. de contrah. empt.& l.veteribus.ff.de pact.& ſic concludendum iuriſdictionem cum proprietate translatam videri.

Vbi autem facta fuerit alienatio plurium fundorum, tunc per appræhenſionem vnius fundi non acquititur poſſeſſio aliorum.vt per gl.in l.3.in prin.ff. de aq.plu. arc. quando verò quis vendit vnum fundum,& ſecuta eſt apprehenſio partis, an tunc ex appræhenſione partis prædij inducitur acquiſitio poſſeſſionis in toto.d.l.3.in prin.

DVBITATIO CLXX.

SVMMARIVM.

1 *Confœderationem faciens cum duobus regibus an debeat requiſitus obedire primo, an ſecundo?*

2 *Iure prævalet qui ſecum contendentem tempore prævenit.*

3 *Aduocatus ſi conuenit patrocinium vno monaſterio,& contraxit poſtmodum cum alio, ſi contingat illa duo monaſteria litigare, inuicem, an & cui patrocinari debeat.*

Quid dicendum de vaſallo duorum dominorum. ibid.

Item de ſubiecto pluribus ciuitatibus. ibid.

4 *Homo ligius, an quis poſſit eſſe duorum inſolidum.*

PLebs, populus, vniuerſitas, comes,vel etiam ciuitas, vel quilibet alius, ſi facit confœderationem cum duobus regibus, vel duabus,ciuitatibus, & vti confœderata vel confœderatus requiratur pariter ab
1 † ipſis regibus,vel Ducibus, an debeat obedire primo,vel ſecundo?

Equidem conſonum videtur eſſe, & magis reſpondens iuri communi, quod obedire debeat habenti ius potentius.

Prima ratio eſt, quia ille de iure prævalet qui ſecum contendentem tempore prævenit l.2.C.qui pot.in pig.hab.
2 † & l.ſi fundum.ff. eo. tit. c. cum qui de præbend.in 6. regul. qui prior de regul. iur. in 6.

Secunda ratio erit conſiderabilis qa duobus circa idem prætendentibus is præferendus eſt, qui potentius ius habet.l.contra pupillum.§.qui & maius. ff. de re iud.c.ſi duobus extra de appellat. argu.etiam l.quæritur.ff. de ſtat. hom.& l. ſeruis legatis. §. ſi vni optimè. ff. de legat. 3.

Tertio debet aduerti, an quis eorum regum,vel Ducum præoccupauerit, &

præue-

præuenerit, quia ius præuentionis, & præoccupationis eſt magis attendendum, & duobus æquale ius habentibus occupantis aut alio modo præuenientis potior validiorque eſt conditio. l. ſi pluribus. ff. deleg. 1. l. 2. ff. de in ius voc. & l. 2. §. ſiquis municipalis. ff. ſiquis caut. notum enim eſſe debet, quòd ex hac confœderatione oritur perſonalis obligatio ad faciendum, puta, ad præſtandum auxilium in bellis, ſed in obligatione perſonali ad faciendum, ille eſt potior in iure, qui prior fuit in tempore vt ex caſu notabili qui præſens dubium, quã do decidit in l. in operis. ff. locat.

Et præter adducta, in hoc negotio eſt arguendum à ſimili quæſtione deciſa, & hunc caſum decidente nempè exemplum habemus in Aduocato, qui pro certo feudo, vel annuo ſalario conuenit patrocinium vni monaſterio, idem met Aduocatus contraxit cùm alio, ſi
3 † illa duo monaſteria contingat litigare inuicem, & quæratur, cui patrocinari debeat aduocatus, & deciditur, id monaſterium eſſe iuuandum, quòd iuſtam cauſam fouet, non autem iniuſtam. l. rem non nouam. C. de iudic. in dubio autem primum monaſterium iuuare tenetur, & ſic ius primi potentius eſt iure ſecundi. Specu. in tit. de aduoc. §. 1. verſ. quid ſi aduocatus, & Io. Andr. in regu. contractus de reg. iu. in 6. in mercur.

Si pariter, quis ſit effectus vaſallus duorum dominorum quòd eſſe poteſt vt clem. paſtoralis. §. aliter verſ. rurſus de re iudic. & c. grandi extra de neglig. prælat. & l. duorum libertus. ff. de ope. lib. & contingat ambo dominos inter ſe bellare, cui auxilium præſtare tenebitur vaſallus, & deciditur, quòd ſtante æquali iure vtriuſque aut neutrum iuuabit, cũ inuicem concurrentes ſe inuicem impediant l. quoties. ff. de vſufr. Specul. in tit. de feud. §. 2. verſ. 12. & ſequ. & eſt ferè caſus in l. eo tempore. §. ſi patrono. ff. de ope. lib. vel poterit etiam vaſſallus per ius gratificationis alteri ſe offerre argu. l. ſi plures. ff. de accuſ. & l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. delega. 2. & l. ſi quis in graui. §. ſi cum omnes. ff. ad ſyllan. Iure autem vnius ex dominis priore in tempore iure alterius de rigore iuris illud eſt verius vt potius ius circa auxilium, & quæ cum alia primus habeat dominus immediatus, quam ſecundus mediatus, & benè ſeruit in propoſito text. in c. quia tua circa fin. 50. diſt. ibi 1. opera, & c. veniens extra qui cler. vel vou.

Inſuper ſi benè aduertatur ad Bal. in l. in adoptionem. C. de adopt. ibi decidit. Bal. de captiuo duorum ſecundum conſuetudinem gentis armigerę, qui ſimùl ab vtroque vocatus neſcit cui potius parere teneatur, & dicit, quòd ſi litteræ capientium ſimùl captiuo præſentantur, litteræ illius eſt primo obediendum, quæ primò eſt aperta, quaſi per aperturam inducta fuerit præuentio aut iuris præoccupatio. Si verò ius vnius ex captiuantibus præuenit ius alterius tempore, ius primi eſt potentius & illi eſt parcendus per tex. in l. in operis. ff. locat.

Similiter ſi ſubiectus pluribus ciuitatibus eodem tempore vocatur ab illis ad munera realia, vel perſonalia cui parendum ſit, deciditur per glo. in l. ciues C. de incolis lib. 10. quòd habentem ius potentius tempore præuentionis, aut origine, vel nobilitate eſt parendum.

An autem, quis poſſit eſſe homo li-
4 gius duorum † inſolidum, quòd idem eſt quòd ſeruans legalitatem infidelitate, & alijs præſtandis, dicas, quòd ſic, erit tamen ligius, & confœderatus cum tertio, ſaluo iure primi, & ſecundi c. eam te & c. veniens extra de iureiur. & ligius, vel confœderatus principis poteſt cum altero confœderationem facere, ſaluo tamen principis iure c. imperialem. §. fi. de prohib. feu. alie. per Feder. & c. 1. de noua forma fidei in vſibus feudorum.

DVBI-

DVBITATIO CLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Debitorem si exegerit communitas vel princeps, expulso principali creditore, an ille debitor dicatur liberatus distingue, & declara vt ibid.*

1 PLebs, vel communitas, vel etiã princeps, si exegerit debitorem, expulso principali † creditore, an ille debitor dicat liberatus?

Et illum debitorem dici liberatum indistinctè tenet. Bar. cum alijs in l. creditor. ff. de solut. sequitur. Bal. consi. 128. vol. 2 & quod dicitur de principe intelligendum est de eo qui potest metum inferre, & non de alio, quia proculdubio solutio facta alteri regulariter non liberat debitorem. Bart. in tract. de Tyrann. in 7. q. Ruyn. consi. 150. vol. 1. Affl. decis. 150. num. 4.

Sed deueniẽdo ad communitatem, quando illa vel ciuitas habet obligata bona creditoris, qui habet obligatum debitorem, tunc ei soluendo debitor liberatur absque dubio. vt per Bartol. d. l. creditor. Speculan tit. de oblig. & solut. §. illud in princ. Dec. consil. 25. & istud procedit, siue sit facta exactio propter culpam creditoris, siue debitoris. Gabr. comm. concl. de solut. concl. 1. num. 4. & seqq. ubi hanc dubitationem plenè per eum discussam, ideò vlteriùs non insisto, sed illum uideas diligenter per totam illam conclusionem, quam ampliat, & limitat diuersimodè?

In debitore tamen generis, quòd nõ fit liberatus si exigatur per communitatem, vel eius officialem, vel per principem expulso principali creditore firmat. Alex. consi. 103. vol. 2.

Qui nempè debitor generis perempta specie ob casum, nec etiam liberatur. l. incendium. C. si cer. pet. cum simil. nisi genus respectu certæ speciei deberetur, quia tunc peremptione speciei liberatur debitor. Bart. in l. quòd te col. 1. ff. si cer. pet. vbi Ias. Alex. in l. in ratione. §. diligenter. ff. ad l. Falc. Ias. in l. si pluribus. col. 5. ff. deleg. 1. Maria. iun. consil. 120. num. 16. vol. 1.

Quando tamen debitor habebat facultatem soluendi speciem etiam inuito creditore, tunc videtur esse potius in obligatione illa, quam quantitas, secùs si non habebat hanc facultatem. Alex. in l. quòd te. ff. si cert. pet. nisi illa quantitas adhuc maneret. Ias. d. l. quòd te. Ruy. consi. 116. num. 11. vol. 5.

Liberatur etiam tunc debitor si deberetur genus, & casus superueniret culpa creditoris. Bal. in l. siue hæreditaria in 2. notab. ff. de neg. gest. Dec. in l. si à furioso col. 2. ff. si cer. pet. Ruyn. consil. 85. col. 4. vol. 1.

Prout, & liberator debitor generis, quando debitum factum esset contemplatione ipsius creditoris, & ad eius vtilitatem iuxta terminos. l. Titius, ff. de p̃scr. verb. Ias. in l. si pascenda. C. de pact. Soc. consil. 265. col. 5. versic. confirmatur. lib. 2.

Quando pariter debitor generis obtulisset speciem illius generis quam creditor recusasset recipere, tunc specie enim illa perempta, liberatur debitor. Bar. d. l. quod te num. 4. Alex. in d. l. in ratione. §. diligenter. ff. ad l. Falc.

Liberabitur etiam debitor generis subalterni si totum illud genus pereat, quia tale genus perire potest d. l. in ratione in verbo incertæ. ff. ad l. Falc. Alex. in d. §. diligenter, & in l. recusare. §. siquis alio. ff. ad Trebell. liberabitur etiam in totum Respub.

Quando, quis noluit accipere frumẽtum a Resp. ratione fertilitatis expectãs tempus caritatis annonæ, tunc enim. Resp. in totum liberatur etiamsi frumẽtum extaret. l. nulli vbi. Bar. C. de erogat. milit. anno lib. 12. Bald. in l. accepta nu. 14. C. de vsur.

DVBI-

Digitized by Google

DVBITATIO CLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas conceſſa ciui, vel oppidano nouello, etſi nō valeat in præiudicium ſuperioris, an valeat in præiudicium concedentis.*

2 *Diuturnitate temporis, an omnia ſolemniter geſta præſumantur, & an tribuat cauſam præſcribendi.*

3 *Immunitas ſoluens coactè, vel cum pacto, vt ſua immunitas ſit ſalua, an perdat priuilegium.*

PLebs, vel communitas recognoſcēs ſuperiorem, ſi conceſſit immunitatē alicui ciui, vel oppidano nouello, etſi non valeat
1 † in præiudicium ſuperioris, valeat in præiudicium concedētis, & an præſumantur omnia ſolemniter geſta ſaltem ex diuturnitate temporis, etſi nō eſſent legitimè facta, an tribuat cauſam præſcribendi.

Et an habēs priuilegium immunitatis ſoluens coactè, vel cum pacto, vt ſua immunitas ſit ſalua, perdat priuilegium, Quòd attinet ad primum caput dubitationis propoſitæ reſoluendum eſt, immunitatem in ipſorum concedētium præiudicium valere, etſi non teneat quoad præiudicium ſuperioris, quia pacta ſuper ſoluendis oneribus inter priuatos celebrata, ipſiſinet afferūt præiudicium, licèt non præiudicent dño aut fiſco, cui ſunt ſoluenda l. epiſtola. §. pactum, & l. inter debitorem. ff. de pact. l. pacta ſucceſſorum, & l. debitoribus. C. de pact. l. 2. & fi. C. ſine cenſ. vel reliq. gloſſ. in l. euacuatis. C. de decur. li. 10. Imo talis immunitas conceſſa nō poteſt reuocari ex quo tranſiuit in formam conuentionis.

Quia nedum communitas ipſa inferior, ſed vterque princeps obtemperationi contractus aut conuentionis neceſſitati ſubijcitur, vt eſt caſus in cap. 1. de nat. feud. in vſib. feud. & c. 2. de probat. & c. Abbate ſanè de re iud. in 6. Bald. in l. digna vox. C. de legib. & in l. princeps. ff. eo. tit. & l. 1. ff. de conſtit. prin.

Quoad ſecundum caput dicendum, eſt omnia præſumi ſolemniter acta, & præſumi conſenſum ac legitimum numerum interueniſſe eorum quæ requi
2 runtur ex temporis † præcipuè diuturnitate, vt eſt caſus in c. ea noſcitur ſecūdum verum intellectum gloſſatoris, extra de his quæ fi. à prælat. & not. Innoc. in c. Albericus extra de teſtib. & vbique referunt legiſtæ, & Canoniſtæ, & probatur. in l. 1. C. de fid. inſt. lib. 10. Imò poſito quòd non legitimè dicta immunitas conceſſa fuerit, nihilominus ex eadem pariter legitima cauſa tribuitur ius præſcribendi c. veniens de præſcript. & c. cum perſonæ de priuil. in 6. & patet per tex. expreſſum in l. fi. C. de fund. patr. li. 10. vbi dicitur, quòd allegans conceſſionem ſibi factam de non ſoluendis oneribus iuſtam habet defenſionis cauſam, vt nullum ei onus nouiter imponatur ratione decurſi temporis, & ita bis, per illum tex. conſuluit. Bar.

3 † Quoad tertium caput reſpondendum eſt negatiuè, quia ſolutio onerum coacta atque violenta, conceſſam iam immunitatem non tollit. caſus eſt ſpecialis in l. cura circa prin. in verſ. nec ſi per vim. ff. de munc. & hon. & qui cum poteſt ſe tueri immunitate nihilominus onus ſoluit cum pacto tamen, vt ſibi immunitas ſalua maneat, ex ipſa ſolutione in nihilum, ſibi præiudicat. l. 1. C. de his qui ſpontè mun. ſubeunt. li. 10.

DVBITATIO CLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Duo vbi ſunt vnita territoria, an & vbi ſoluī debeant collecta communitatis.*

2 *A cataſtratio, & realium onerum ſolutio facta per vnum nō præiudicat iuri, quòd alius in eadem re prætendit.*

PLebis, vel particularium, vel etiam communitatis collectæ, an & vbi debeant solui, quando sunt vnita duo territoria.

1 † In hoc articulo præsupponenda sunt tria primum, quòd omnis particularis fundus consistens in latitudine territorij puta, montismagni adeò vt in eodem ipsa collecta solui debeat, & cõsequenter territorij Castancolarum, & idemque incorporari censetur quoad regimen, & merè realis collectæ impositionem esse dicto Castro Montismagni, vt est casus pro Montemagna in c. omnes Basilicæ 16.q.7.c.regenda 10. q. 1. & pro secundo ad propositum territorij Castancolarum est tex.in l. rescripta.§.fin.ff.de mun.& hon.& l.forma.§. si verò quis nigrum.ff.de censib.l.vn.C. de mulie.& in quo loc.lib.10.

Secundò præsupponendum est, quia cùm vnum territorium vnitur alteri atque incorporatur, territorium incorporatum assumit naturam, priuilegium, & consuetudinem eius territorij, cui incorporatur, & consuetudines, iura atque natura territorij quòd vnitur, perire censẽtur: casus est in c. recolentes ad fin. extra de stat. mona. sin autem duo loca principaliter inter se vniantur nõ autem vni alteri accessoriè incorporatur, tunc quid iuris sit dicendum vide. glossi. in c.1.ex. ne sede vacan. Innoc. in cap. pastoralis extra de priuileg. & per Bartol. in l. prima §. si cohæredem. ff. ad l. Falcid.

Tertium præsuppositum erit, quòd illi de loco Castancolarum soluere debeant onera merè realia in Castro Mõtismagni, nec prætendere possint ignorantiam nec bonam fidem, vt in tit. de 1. patet in c.1 extra de postul. prælat. & c. qui in tua extra qui ma. accus. po. & l. pen. ff. de iur. & fact. ign. & de 2. patet in l. si vicinis. C. de nupt. & c. quosdam de præsumpt. & c. quanto de elect. Concludendum est, propterea circa propositũ dubium, quòd licèt quis per 40. annos cũ bonafide destitisset à solutione oneris merè realium fienda in Castro Mõtismagni, de cætero, vt ibi soluat, ampliùs molestari non potest, vt est casus sing. in l. fi. C. de fund. patrim. lib. 10. nihilominùs si detur malafides nullum tempus eidem suffragabitur quominùs ad solutionem onerum in Castro Mõtismagni faciẽdam teneatur, vt ex reg. malæfidei de reg. iu. in 6. & c. fin. de præscript. quæ nempè iuris canonici dispositio procedit in his præscriptionibus in quibus vertitur animæ periculum, & in terris in quibus Papa temporalẽ non habet iurisdictionem est obseruãda, vt concludit plenè in l. priuilegia. C. de sacrof. eccl. & in l. omni nouatione. C. de no. op. nunc. sicque multò magis seruabitur in territorio, quòd erit ecclesiasticæ iurisdictioni subiectum, etiam quoad temporalia. c. si duobus ad fi. de appell.

Et licèt bona essent cataſtrata in alio Castro, seu eius finibus, hoc non præiudicaret Castro Montismagni, quòd in eisdem oneribus realibus exigendis dicit, & est creditor, l. debitoris. C. de pact. l. inter debitorem. ff. eod. l. 1. & 2. C. sine cens. vel reliq. quia a cataſtratio, & realium onerum solutio facta per vnum
2 † non præiudicat iuri, quòd alius in eadem reprætendit. l. centualis. C. de don. & l. si functiones, C. eod. tit. & l. solemnibus. C. de rei vend. nisi sciẽte eo ad quẽ tale ius ptinet talis a cataſtratio atque solutio per aliũ facta fuerit. l. iura. C. de omni agro deser. lib. 11. & sic concludo homines particulares esse obligatos soluere onera merè realia, quæ pro possessionibus sitis in territorio vnito erũt imponenda Castro Montismagni sicque hoc exemplo sit declaratum præsens dubium.

DVBI-

DVBITATIO CLXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Donare oppidano, vel ciui rem alterius oppidani, vel ciuis ob remunerationem, an communitas vel ciuitas poſſit.*

2 *Ciuitas, vel communitas ſi legem vniuerſalē facit, poteſt ſtatuere, vt ius priuati auferati cum cauſa.*

3 *Tranſfugis pœna remitti poteſt ob remunerationem.*

4 *Alimenta decerni à communitate poſſunt decurionibus qui in patriæ munificentiam patrimonium exhauſerint.*

PLebis, vel ciuitas, vel communitas, an poſſit donare oppidano, vel ciui rem alterius oppidani, vel ciuis ob remunerationem
1 eorum † quæ tertius cui donatur pro Rep. geſſit.

Præmitto pro maiori elucidatione præſentis dubitationis, quòd ciuitas ipſa, vel communitas ſi legem vniuerſalem facit, ita ſtatuere poteſt vt ius priua
2 ti † auferat. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. cōmu. prædio. l. Antiochium ſecundum vnam lect. ff. de priuil. credit.

Præmitto etiam, quòd ciuitas ipſa p legem, vt ita dixerim, ſpecialem, ſeu priuatam ius priuatæ perſonæ non poteſt auferre ſine iuſta cauſa. l. ſi priuatus. ff. qui, & à quibus. l. toties. ff. de pollicit. l. diuus. ff. de iur. aur. anul. & l. nec filio. ff. de natal. reſtit. & eſt concluſio gloſatoris in l. quoties. C. de præcib. Imp. off. l. 1. & ſi. C. ſi cōtra ius vel ut. pul. & l. 1. cum gl. ff. de conſt. prin. Inno. in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. Bal. in l. reſcripta. C. de præci. Imp. off. niſi tamen ſubſit iuſta cauſa, quoniam tunc ciuitas ſi locū principis obtinet rem priuati auferre poteſt, eſt autem iuſta cauſa, fauor publicæ vtilitatis. l. vlt. C. de communi re alien. l. 1. Cod. de vi rer. cum fiſco com. lib. 10. etiamſi aliquem velit remouere à Repub. benè merentem vt ex. l. item ſi verberatum verſ. item ſi fortè. ff. de rei vend. & in l. Lucius. ff. de ciuit. quibus in locis eſt caſus, & valuit donatio fundi, qui erat in dñio priuatę pſonę à principe, & conſequenter ad ciuitatē ciuē principis locū tenēte facta in limitib. & conſequēter his perſonis qui pro Reip. vtilitate laborarunt probatur hoc etiā in l. 2. & 3. & 4. C. pro quibus cau. ſerui præm. accip. lib. & in l. ſiquis in graui. §. hi quoque. ff. ad ſyllania. in quibus locis eſt caſus, quòd valida eſt donatio libertatis ſeruis priuatorum facta, vt remunerentur ob aliquod inſigne ab eis in Reip. vtilitatem geſtum, & legimus exemplum ſecundum vnam lect. in c. in noſtra de iniur. & in c. de pace Conſtan. 11. diſt. in verb. cāpana, & in verb. poſſeſſiones vbi expreſsum eſt ratione pacis in qua non eſt dubium verſari publicā vtilitatem, poteſt ciuitas remittere damna eorumque petitionem eius ſubditis ſeu ciuibus illata.

Videmus pariter exemplum in l. ſi quando. C. de oper. publ. vbi gratia publicæ vtilitatis legitur poſſe auferri priuatorum domos, eaſque dirrui, dummodo competens pretium detur priuato quamuis in oblatione non conſentienti. Imò non ignoramus ſi ex delicto alicuius vtile aliquod Reip. obuenerit, in remuneratione quid ei inſigne donari, & in pœnam remitti vt eſt caſus in l. 2. §. poſteà cum Appius. ff. de orig. iur.

Tranſfugis etiam qui impunè poſſunt occidi, ſiquid vtile Reip. geſſerint, vt quia latrones apprehenderint, vel
3 alios tranſfugas † demonſtrauerint ob remunerationem pœnam remitti quotidie cernimus. l. non omnes. §. fin. ff. de re milit.

Decurionibus pariter lapſis eorum
4 † facultatibus, quia in patriæ munificētiam patrimonium exhauſerint alimēta ex publico decerni poſſe conſpicimus per text. in l. decurionibus. ff. de decurio. & in l. omnes, & l. benè à Ze-

none. C. de quadr. præscr. vbi is cui a principe, vel fisco, & consequenter ciuitate vicem principis obtinet res quæ aliena dicitur donata est, vel vendita; quam tamen fiscus putat suam esse, qđ in dubio præsumitur, cum bonafides præsumatur. l. non ex eo. C. de euict. & ex his remanet clara conclusio, quòd Castrum plebs, vel communitas, vel ciuitas locum principis obtinens potest donare rem priuati ob remunerationē alterius oppidani, vel ciuis.

DVBITATIO CLXXV.

SVMMARIVM.

1. *Præsbyter, qui habebat denarios super monte si decesserit, an eius hæres poterit exigere, vel permutare, an verò patroni ecclesiæ.*
2. *Quæsita post promotionem ad beneficium, an præsumantur quæsita ex bonis ecclesiæ, an sui patrimonij.*

SI plebs, vel communitas statuerit, quòd nullus præter creditorem, aut eius hæredem possit denarios montis permutare, aut eorum pagas recipere, an si decessit præsbyter, vel religiosus, qui habebat denarios super monte poterit eius hæres exigere,
1 vel permutare,† an verò patroni ecclesiæ ipsius sacerdotis, vel beneficiati, & sic dubium extet ex quibus bonis dicti denarij sint empti, an ex proprijs præsbyteri, an verò bonis ecclesiæ, totq; cõsequenterque dubitatur ex cuius pecunijs censeãtur empti denarij, vel loca illius montis.

Hæc ergò quæstio, an ea quæ quæsiuit clericus post promotionem ad be-
2 neficium,† præsumantur quęsita ex bonis ecclesiæ, an verò suis patrimonialibus variomodo in vtroque iure tractata reperitur, vnde elicio tria membra.

Primum est aut certum est, quòd clericus habebat patrimonium, tempore suæ promotionis, aut certum est, quòd non habebat, aut dubitatur.

Primò casu dicendum, quòd aut potest constare ex quibus redditibus, scilicet, patrimonij, an ecclesiæ illa bona fuerint acquisita, & tunc bona erunt illius, ex cuius redditibus acquiruntur, vt in c. sint manifestæ 12. q. 1. & c. quicũque 12. qu. 4. res enim ex meo acquisita mea efficitur. l. solum. ff. de rei vend. & l. de eo. §. siquis. ff. ad exhiben.

Aut dubitatur, & tũc cũ clericus fuerit in culpa ita permixtim vtendo rebus ecclesiæ, & proprijs. vt in d. c. sint manifestæ, merito bona illa præsumuntur acquisita tam ex redditibus proprijs quam ex redditibus ecclesiæ, & ideò diuidi debent inter hæredem clerici, & ecclesiam secundum qualitatem patrimonij cuiuscunque eorum, verbi gratia, si ex fructibus patrimonij sui percipiebat clericus centum, ex fructibus autem sui beneficij ducenta, detractis necessarijs; tunc in dubio de bonis per cũ acquisitis ecclesia habebit duas partes, hæres autem clerici vnam partem tantum, & iste est casus sing. in c. sacerdotes 12. quæst. 4. quem ita declarando intelligit. gloss. super reb. compensatione ad fin.

Quando verò est certum, quòd nihil habebat, & tunc aut non habebat artificium aliquod ex quo potuisset acquirere, & tali casu præsumitur pro ecclesia. c. 1. extra de pecu. cler. & in c. placuit. 12. q. 3. solemnus enim etiam dicere, vxorem præsumi ex bonis mariti, quæsiuisse, quando non apparet tã ex aliquo licito quæstu, aut aliunde ex suo patrimonio acquirere posse. l. quintus ff. de dona. int. vir. & vx. l. etiam. C. eo. tit. dicimus etiam officialem præsumi ex bonis Rip. quæsiuisse, quando tempore promotionis ad officium non appareret cum aliquod habuisse patrimoniũ, vt per gl. sing. in l. facultas. C. de iur. fisc. lib. 10. de huius tamen quæsiti veritate iud. Bald. in auth. licentiam. C. de epis.

&

&cler. & licèt tutori licitum ſit negotiari vnde eſſe poteſt, quòd quæſita ex propria negotiatione quæſierit, quòd magis eſt præſumendum, quam quòd ex bonis pupilli quęſierit.l.ſi defunctus. C.arbitr.tut.præcipuè,quia ſi aliter præſumeremus contra. l.meritò. ff.pro ſocio præſumeremus tutorem in furti delictum incidiſſe.Clerico tamen non licet aliquo modo negotiari.c.1.extra ne cler.vel mon.cum concord.ideoq; vbi artificium, vel patrimoniū non habet, præſumitur ex bonis eccleſię quæſiuiſſe, ne alias dicendo præſumeremus in eo crimen commiſiſſe negociationis contra.d.l.meritò, quæ vult quemlibet præſumi bonum.

Aut clericus habebat aliquod artificium, vel doctrinam ex qua potuiſſet acquirere iuxta tex. in c.relatum de teſtam. & tunc idem dicendum eſt hoc caſu prout diximus, quando clericus patrimonium habebat, & permixtim vtebatur bonis patrimonialibus,& eccleſiæ, & ad hoc facit gl.in l.non oportet.C.de bon.quæ lib.in illa quæſtione, an filiusfa.quæſita ex bonis patris quæſiſſe præſumat, an verò ex propria negociatione.

Quando verò dubitatur, aut tunc dubitatur, an quæſiuerit illa bona,de quibus eſt contentio ante ſuam promotionem, vel poſt, & tunc qui eſt in poſſeſſione bonorum defendetur in ea,quouſq; probabit eccleſia poſt promotionem illa quæſita fuiſſe, & ſic notatur in c.nulli dubium 12. q.5. ſecundum gloſ. ibi in verb.& ſi hoc aut verò dubitatur, an habuerit aliqua bona ex quibus potuerit illa acquirere de quibus eſt contētio, & tunc ſimiliter p̄ſumitur ꝓ eccleſia arg.d.c.1.de pecu.cle.& d.c.1.12.q.3.

His propterea ſic diſcuſſis concludēdum eſt, quod vbi conſtabit clericum percipere redditus numero plures ex patrimonio ꝓprio, ex patrimonio autem eccleſiæ nihil redditum ſupereſſe detracto victu,& veſtitu,quos ex eccleſiæ redditibus debet clericus habere,vt in c.clericus qui 12.q.1.& c.duo ſunt genera ad fin.de præbend.ſecundum. d.l. meritò præſumetur pecunia montis ex redditibus proprijs patrimonij per clericum quæſita,non autem ex redditib. eccleſiæ ex quibus nil ſupereſt victu,& veſtitu detractis. Et ad hoc accedat ſimilis determinatio.gloſ.in l.cum oportet. Cod. de bon.quæ lib.decidentis, quæſita per filium aliquod habentem artificium, vel propium matrimonium,patre exiſtente paupere, & cui nil ſupereſt ex reditibus proprij patrimonij, quæſita præſumuntur ex proprio filij patrimonio, aut artificio.

Sicque ex præmiſſis concluditur hęredem iure ſanguinis dicto clerico,vel Rectori etiam in dicta pecunia,quæ ex redditibus patrimonialibus clerici præſumetur quęſita,alio in contrarium nō probato, poſſo ex vi præfati ſtatuti ad ſui libitum permutare, vel alienare.

Hinc elicias,quòd ſi aliter concluderetur ſequeretur duplex abſurdum primum, quia alio, & diuerſo iure hæredes vterentur, quam defunctus, quòd eſt contra l.qui in ius.ff.de reg.iur.& c.is qui de reg.iur.in 6.

Alterum abſurdum eſſet, quia plus iuris intelligeretur defunctus in hæredem tranſtuliſſe,quam ipſe habet contra l.nemo plus.ff.de regu.iur.& c.nemo poteſt eo. tit. in 6. ſed in propoſito caſu ſi ex bonis eccleſiæ dicta prædia,vel dicti denarij montis, quæſiti fuiſſent non potuiſſent alienari, quia res ex bonis, ſeu pecunijs eccleſiæ acquiſitæ efficiūtur eccleſiæ licèt eius nomine quæſitæ non fuerint.cap.inquirendum cum ibi. not.per gl.extra de pecu.cler.& c.apoſtolica. 12. q.2. ergò nec per hæredem poſſent alienari, cum res eccleſiaſtica alienari nō poſſit. auth. hoc ius porrectum. C.de ſacroſ.eccleſ.& tot.tit.extra de reb.eccl.non alien.

Et ſic ex prędmiſſis reſoluas dubia,quę dictim poſſunt contingere.

DVBI-

DVBITATIO CLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Communitatis maior pars si facit se alienam à iure vniuersitatis ob suam negligentiam, & suum delictum, vel aliter, & minor pars exequatur illud quòd erat concorditer ordinatum à tota vniuersitate, an illud executiõ dici possit esse factum ab illa vniuersitate.*

2 *Constitutio facta à Papa dicitur facta ab vniuersali ecclesia.*

Ecclesia qualiter dicatur corporalis ibid.

PLebis, vel vniuersitatis maior pars si facit se alienam à iure capituli, vel vniuersitatis propter suam negligẽtiam, vel delictũ, vel aliter, & minor pars exequatur illud, quòd erat concorditer ordinatum
1 à tota vniuersitate,† an illud executum possit dici esse factum ab illa vniuersitate. Responderem affirmatiuè, quòd sic, quia cum vnus ordinat, & alter ordinationẽ exequitur ordinati actus tribuitur non exequenti per text. expressum in c. super literis extra de rescript. vbi dicitur de delegãte, & delegato, qui debet abstinere cum aliter à delegante committitur, vel ordinatur. l.alia ẽt ratione, quia contradicens sine iusta causa pro consentiente reputatur. l.si cum dotem. §. eo autem tempore vers. sed si latitet. ff. solut. matr. c.1. de his quæ fin. à ma. par. cap. gl. in c. sanè 65. dist. Archid. in c.1. de const. in 6.

Videmus insuper, quòd quamuis ad actum vniuersitatis explicandum conuenire debeant saltem duæ partes vniuersitatis, vel nominationum. C. de decurio. lib. 10. l. fi. C. de præd. curia. lib. 10. & in l. nulli. ff. quòd cuiusq; vniuc. nom. Tamen etsi ex his duabus partibus aliquid ordinet maior pars, id potest dici ordinatum ab vniuersitate, vt l. quòd maior. ff. ad munic. cum concord.

Et tamen non erit in facto verum, dicere, quòd tota vniuersitas illud ordinauerit, attribuitur autem vniuersitati, quæ in maiori parte eius tota representatur. Ita in proposit. cum totum consilium reperiretur in hac minori parte, tamen maior pars à iure consilij se faciat alienam, ex quo negligit exequi laudabilẽ consilij ordinatione, vt in c. cum nobis olim de elect. pari ratione dicendũ est executionem ordinationis ab hac parte, quamuis minori factum à general consilio dici factum, ex quo ad eandẽ quoad hunc actum ius totius consilij deuoluit pro hoc quo etiam videmus constitutionem factam a Papa dici fa-
2 ctam ab vniuersali ecclesia.† vt in c. pia de except. in 6. quia in Papa tota representatur ecclesia, & ideo ipsa ecclesia dicitur corporalis. c. siquis obiecerit 1. q. 3. & c. scire debes 7. q. 1.

Exemplum aliud habemus in l. Marcellus. ff. de lega. 3. & in l. qui gregem in princ. ff. de rei vendic. vbi siquis primò vendicabat gregem capitum tricentorum postmodum autem ducentorum deficientibus, minor pars, & sic centũ remanserit, adhuc tamen ratione partis minoris remanentis rectè potest dici gregem vẽdicare ita in proposito, & si in ordinatione laudabili consilij fuerint tricenti, demum verò posteà in excusatione maior pars ducentorum defecerint, remansitq; minor centum rectè executio per cõsilium facta dici poterit per consilium.

Casus etiam est in l. sicut in fin. ff. qđ cuiusque vniuer. nom. qui tex. dicit formaliter planè cum in vnum reddiderit ius vniuersitatis firmum, pariter ergò imò multò magis cum in minorem reciditur ius consilij propter iniustã aliorum conditionem exequi volentium rationabiliter per consilium ordinata certè, & ipsa minori parte nedum ius sedetur consilij nomen firmum manebit. vt est casus ibid.

Cum igitur alij quãuis facientes maiorem partem sine iusta causa minori

parti

parti ordinationem exequi volenti cõtradixerint, iuris tamen interpretatione conſentientes poterunt reputari, vnde maritò dici poterit, quòd totum conſilium hanc executionem fecit, & ſi non verè, ſaltẽ iuris interpretatione.

DVBITATIO CLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium vt acquirat communitas, an ſufficiat conſenſus maioris partis, an omnium requiratur.*

2 *Verbum, concorditer, verificatur etiam in cõſenſu maioris partis, ſed verius dicat requiri neminem diſcrepare.*

3 *Conſtitutio quæ non reperitur in codice, vel volumine ſtatutorum non obſeruanda.*
Non deſcriptus in libro ſtipendiatorũ non recipit ſtipendia ibid.

4 *Leges moribus vtentium inſtituuntur, & confirmantur.*

5 *Conſuetudo aduerſus conſtitutionem qualis eſſe debeat.*

PLebis, populi, vel conſilij, vel capituli conſenſus ſi concorditer requiritur, an tunc ſufficiat, ſi maior pars conſentiat, vt acquirat priuilegium, † vel an reperiatur omnium conſenſus.

1 Et certè in hoc articulo concluderẽ negatiuè quia ſi ex decreto principis ita fuerit ſancitum, vt effectum ſuũ ſortiatur conceſſum priuilegium ſi ipſe concors conſenſus attenderet, & licitum fuit principi beneficio per ſe conceſſo modum, quem volebat, ſeu cõditionem adijcere, vt in l. Horatius. ff. de reg. iur. cum probatum fuerit eam conditionem poteſtatiuam impletam fore, quæ cum primum potuit, impleri debuit, vel hæc conditio la piciola. ff. de cond. & demonſt. ergò conſequens eſt, vt deficiente concorde conſenſu, defecerit etiam ipſius priuilegij diſpoſitio per notiſſima iura.

Eſt autem notandum principem, voluiſſe probari concordem cõſenſũ populi, vnde non ſufficit probare maiorẽ partẽ populi aſſenſiſſe quamuis enim. gl. in c. non poteſt de re iudic. voluerit verbum hoc concorditer verificari ẽt
2 in conſenſu maioris partis † arg. l. quòd maior. ff. ad munic. & l. aliud. §. refert. ff. de reg. iur. Tamen in contrarium eſt veritas, quia imò requiritur nemine diſcrepare, vt not. glo. in c. cupientes. §. ad hæc in verb. concorditer de re iudic. & illàm veram eſſe firmant pro ea allego textum optimũ in c. in cauſis de elect. vbi Papa hæc duo, ſcilicet, cõcorditer, vel maioris partis conſenſu, vt diuerſa ponit.

Aduertè tamen quòd ſi ſic ſtatuerit etiam communitas, quòd tale ſtatutũ reperiatur in volumine ſtatutorum, vel quòd probetur illud aliàs fuiſſe, vt proficiat allegãti illa enim cõſtitutio quę non reperitur poſita in codice vbi habentur deſcriptæ oẽs approbatæ conſtitutiones cenſetur non approbata, &
3 conſequenter non obſeruanda. vt in c. ſi Romanorum 21. diſt. dùm dicit, ideò decretales epiſtolas non obſeruandas quia in codice canonum non habentur deſcriptæ.

In ſimili habemus text. in leg. matriculam ad fin. C. de agent. iuribus lib. duodecimo ibi non deſcriptus in libro in quo deſcribuntur omnes, qui ſtipendia à Repub. percipiunt, ſtipendium percipere non debet, quaſi cenſeatur eius ſtipendium non approbatum, ex quo non eſt inter approbata relatum.

Et licèt talis conſtitutio reperta fuerit in aliarum volumine tamen quando erit diſſona iuri communi, iudex ſecundum ipſam nõ iudicabit, ſed priùs ſuperiorem conſulet ſuper ea c. paſtorali in fi. de fid. inſtr.

Vbi verò conſtitutio per abuſum, & contrariam conſuetudinem videatur abolita, quamuis conſtitutiones tunc

inſti-

instituantur cùm promulgantur, tamẽ tunc confirmantur, cùm moribus vtentium approbantur, sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodiè sint abrogatę, ita & moribus
4 vtentium confirmantur. † c. leges 4. distin. & hoc est, quòd dicitur tacito omnium consensù legem per dissuetudinem abrogari. l. de quib. ff. de legib. l. 1. §. interrogatorijs. ff. de interrog. act. & §. fi. in auct. quib. mod. nat. effi. sui. debet tamen consuetudo esse rationabilis aduersus constitutionem, & non contra
5 ius commune, † imo secundum ius fuerit, si habuerit progressum annorũ. decem quamuis non 40. vt not. gl. in cap. fi. de consuet. in 6. & c. consuetudo 12. dist. porrò si probabitur hanc consuetudinem constitutioni contrariam obseruatam fore tanto tempore, in cuius contrarium memoria non existat, indubitanter dicemus ipsam consuetudinẽ validam, atque obseruandam esse, ẽtsi non interuenerint, quę requiruntur ad consuetudinem legitimè introducendam, quia actus multiplicati vnà cum lapsu tanti tẽporis succedunt loco constituti iuridicè. c. super quibusdam. §. 1. de verbo. signifi. quia qua ratione ad limitandum præscriptionem tanti temporis in cuius contrarium memoria nõ existit, non requiruntur ea quæ ius vult interuenire ad præscriptionem legitimè causandam, vt in c. 1. de præscrip. in 6. & l. nunquam in vsucapionibus. ff. de vsucap. similiter ad legitimandam consuetudinem introductam per lapsum tanti temporis non sunt necessaria ea, quæ aliàs requirit ius ad legitimè introducendam consuetudinem, quæ scribuntur in l. de quib. vbi Doct. ff. de legi. & in l. 1. & 2. C. quæ sit long. consuetu. & an constitutio semèl vsu recepta præsumatur posteri in viridi obseruantia vide, quæ scripsi in §. lex. dubitatione 25. & an constitutio vsu non recepta obliget dixi d. §. lex dubitatione. 73.

DVBITATIO CLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Custos seu Arcis præfectus an excusetur. si Castrum ei in custodiam datũ tempore guerræ auferatur; de Baronio Cardinale.*
2 *Negligentia magna ascribitur culpæ, & culpa æquiparatur dolo.*
Iudex ex sola negligentia facit litem suam ibidem.
3 *Custos carceris si solitam non adhibuit diligentiam qua pœna teneatur.*
4 *Lata culpa in criminalibus non æquiparatur dolo vt quis corporaliter puniatur.*
5 *Custos quando teneatur.*
6 *Violentia numeratur. inter casus fortuitos; & quando sic procedat.*
7 *Tacitè actum pro expresso habetur.*
8 *Caupo custodiam rerum recipiendo videtur ad damnum teneri ob tacitam promissionem de diligentia.*
9 *Custos non habens maiorem familiam, quam conuenerit non tenetur de ablatione violẽti.*
10 *Culpa ad casum non ordinata non est considerabilis.*

1 PLebs, populus vniuersitas, vel Princeps si præfecerit aliquem in custodem arcis seu Castri, & Castrum eidem in custodiam datum fuerit ablatum tempore guerræ, an custos teneatur, vel excusetur.

Hæc quæstio mihi accidit disputanda Romæ de anno 1596. sic annuente & interrogante Illustriss. & Reuerend. Cardinale Cęsare Baronio I.C. ecclesiasticorũq; annalium scriptore celeberrimo, qui vt aliqui ex patrib. Religiosissimis collegij Vallicellæ almę vrbis & aliquot principes nostrates optimè norũt, nimio erga me affectu actus ad maxima tentabat nec quiescebat me extollere dignitatẽ apud Clem. VIII. & ad hunc effectum M.R.P. Arteniũ Vanninũ Senẽsẽ Sacræ Theologiæ magistrũ Romæ degentem præfecit sed cum illo mor-

morte præuentus omnia euanuerunt, & hoc solũ mihi superfuit, quòd apud graues viros satis vt me magno honore dignum à tãto viro existimatũ fuisse apud principem maximi nominis epistolas inquam, idem Illustrissimus cuius anima æterno piè creditur frui bono, & cuius memoria fuisse in benedictione sit, direxerat pro cõmendatione, & excusatione cuiusdã cuius nomẽ præ modestia subticeõ Capitanei q dũ arcis esset custos detẽtus accusabatur. sui culpa in casu belli fuisse ab insidijs hostis illius Principis Castrũ obsessum, ablatum seu captum; & idem Illustriss. Cardinales illum vti excusatione dignum commendabat.

Inter cætera quæ consultus in facto deducebam, esse aduertendum, an aliqua posset eidem Capitaneo illius arcis custodi adscribi culpa, imperitia, vel
2 magna negligentia, † quæ culpæ æquiparantur & dolo. l. Idem iuris. ff. ad l. Aquil. ex sola etenim simili negligentia iudex facit litem suam sicut si denegaret iustitiam vt in l. argentarius. §. fi. vbi Iaſ. ff. de eden. & per Bosſ. in tit. de official. corrupt. pecu. nu. 24. D. præceptor meus. Menoch. de arbitr. cas. 341. nu. 1. lib. 2. cent. 4.

Si etenim solitam custos adhibeat di
3 ligentiam & custodiam, † nõ tenebitur ſaltem pœna ordin. sed iudicis arbitrio vt in custode carceris legitur idem D. Menoch. casu. 311. num. 6. de arb. quia lata culpa est dolus præsumptus glo. in c bonafides de depositi. etsi in criminalibus lata culpa non æquiparetur dolo vt ob eam quis corporaliter possit pu-
4 niri, † vt latè per Iaſ. in l. in actionib. nu. 26. cum pluribus sequen. ff. de in lit. iuran. & quòd si in dolo fuerit custos lata culpa, vel magna negligentia, vel leui etiam vel leuissima culpa, teneatur. facit tex. in l. 1. §. si quis seruum. ff. depositi.
5 præcipuè, quando custodi datur certa merces vt in l. qui mercedem cum l. sequen. ff. loca. & l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod.

De violentia autem hostium, quæ videtur casum propositum respicere, custos arcis non tenetur, quia huiusmodi violentia inter casus fortuitos numera-
6 tur sicut & latronum incursus. l. 1. C. de posit. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. cũ duobus. §. damna fatalia. ff. pro socio. l. inter causas. §. non omnia. ff. manda. ratio est, quia nulla cura prouideri potest ne damnum iniuria, vel violentia detur. l. sed de damno. ff. locat. l. ad eos. ff. commod. vis enim maior, cui resisti nõ potest, facit nõ teneri eum qui eiectus est. l. si merces. §. ius maior. ff. locat. l. si ea res. ff. de act. empt. nisi tamen eiectus denuntiare potuerit principali domino, vt contra violentiam inferentem succurreret, & non denuntiauerit. l. item quæritur. §. exercitu. ff. loca. hæcque vera sunt, nisi culpa præcesserit casum violentiæ, vt quia ipse custos alios non habebat in numero sufficienti custodes, vel quia arma, aut victualia necessaria deficiebant. vbi enim culpa præcedit casum, tenetur quis etiam de casu. c. 1. extra commod. c. bonafides extra depositi. l. si vehenda. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact. l. si merces. §. culpæ. ff. loca.

Teneretur etiam custos arcis, cum tempore guerræ custodiam receperit, quia tacitè tunc actum videtur, quòd tanta præstaretur diligentia, quòd violentia perdi non posset, & tacitè actum
7 pro expresso habetur ex regula. l. cùm quid ff. si cer. peta. videmus enim, quòd caupo res recipiendo videtur se obligare etiam respectu damni quòd ei inferri possit ea ratione, quia cum vt plurimum in cauponẽ damna inferri so-
8 leant custodiam rerum. recipiendo videtur tacitè promisisse si ita diligentem custodiam facere, vt nec damnum inferri possit. Ita in proposito, cum tempore guerræ, vt plurimum per hostes solitæ sint violentiæ, inferri videtur, quòd custodiam recipiens ita promiserit tacitè se diligenter custoditurum, vt vio-

Digitized by Google

lentia nullo modo posset inferri. siquis enim per pactum ad casum violentiæ se obligauerit; efficaci iure est obligatus d. c. bonafides. & in l. contractus. ff. de reg.iu.& in l.sed etsi quis.§.quæsitum ff.siq.caut.

Hæc tamen nõ refragantur quin verior decisio sit,quòd vbi custos maiorẽ
9 familiam non habuerit, quam conuenerit ille non sit obligatus ex ablatione violentiæ,nam si conuentum fuerit custodem debere habere familiam certi numeri in custodiam, & hoc omiserit,tenebitur, quia expressa prouisio tacitam exeludit,quę alias facta esse intelligeretur.l.fi.C.de pact.conuen.l.si fundus sub conditione.§.Strichus.ff.de leg. 1. cum concord. qui enim facit, quod debet, etiamsi perditionis casus sequatur,nil vltrà potest ei imputari.l.vtique §.culpa.ff.de rei vendic.l. arborib. §.natus.ff.de vsufr.l.quemadmodum.§.si nauis.ff.ad l.Aqui.

10 Culpa † igitur ad casum non ordinata non est considerabilis c. quia diuersitatem vbi gl.in verb. suspensus de cõcess.præben.l.non omne. ff.de statulib. l.is qui.ff.de act. & obl. Bar.in l.2.§.fin.ff. siquis caut. Felyn.in c.cum inter nu.10. de except.Rip.in c.1.nu.14. propè med. de iudic.latè Menoch.de arbit.cas. 182. nu.59.& seq cum propterea custos non erit in culpa non tenebitur, vt ex præmissis potes elicere.

DVBITATIO CLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Arcis custos dimittens vnum, vel duos famulos exire ad missam qui capti fuerint, an teneatur.*

2 *Insidiæ sunt casus fortuitus.*

3 *Castri domino subditi si seditiosè contra eũ excitarunt tumultum,an dominus teneatur seditio casui fortuito ascribitur. ibid.*

4 *Carcerati fuga secuta opera vnius ex custodibus,an ascribenda,& alteri socio.*

5 *Carceratus si miraculosè aufugiat, an custos teneatur.*

6 *Carceratus fugiens de proximo si erat liberãdus,an custos teneatur, & quando non teneatur.*

7 *Parcendum,an sit qui non præuidit casum maioris violentiæ.*

8 *Culpæ appellatione quæ culpa veniat.*

Svpponamus in dubio præcedenti & decisõ, vt legitur,q̃ custos arcis dimiserit vnum
1 vel duos famulos exire ad missam, & capti fuerint, an ipse custos teneatur,& possit ei imputari culpa, put idem dubitatur si miserit vnum ex sua familia ire pro litteris ipsi custodi missis,& ipse familiaris fuerit captus, & quid dicendum si illi de castro qui principali Domino Castri erant subditi, & fidelitatem promiserant, seditiosè tamen contra eum excitarunt tumultũ.

Isti casus sunt quotidiani,& annectẽdi discutiendique cũ præmissis in præcedenti dubitatione.

Quod ad primùm spectat censeo cõcludendum negatiuè,quòd scilicet,custos non teneatur, quia illa captura est solum casui fortuito adscribenda, precipuè cùm per hostes,qui nocte occultissimè,nulloque sciente introierãt,
2 facta fuerit, † insidiæ namque sunt casus fortuitus,vt dicit tex.in l.in rebus in verb.pyratarum insidias.ff.commod.

Quoad alterum caput idem est dicẽdum, quando potissimũ homines subiecti seditionem aduersus dominum nocte secretissimè fecerunt quæ quidẽ
3 seditio similiter casui fortuito adscribitur.l.contractus in verb.tumultus. ff.de reg.iu.Cùm propterea captiuatio,& seditio fuerit facta per eos, quos talia facere debere non erat verisimiliter præsumpturus ratione subiectionis& debitæ fidelitatis,casus dicitur fortuitus ex eo quod concludit glo. in l.cum duob. §. damna fatalia.ff.pro socio.& l.1.C.de posit.arg.l.eum qui §. idem scribit. ff. de furt.

Digitized by Google

furt. vbi furtum ab vxore domesticisq; quos obseruatio debitæ fidelitatis constringit, casui fortuito adscribitur.

Idem etiam dicimus in fuga carcerati, secuta medio seu opera vnius ex custodibus, quæ est adscribenda casui, fortuito, non autem culpæ, & ideo alius custos non tenetur. ex eo, quia verisimile non erat socium in custodiæ officio fraudem aliquam velle committere. l. fin. versi. interdū. ff. de custod. reor. potissimum cùm ille socius à Principe, vel magistratu carceris fuit præpositus custodiæ, quia alter custos tunc venia dignus est. Rom. sing. 30. Boer. quæstio. 217. num. 7. & seq.

Prout nec tenetur custos carceris, si carceratus miraculosè fugit, quemadmodum de Beato Petro Christi Vicario scriptum est. † Boer. d. q. 217. nu. 17. quia tunc nulla negligentia custodi adscribi potest.

Nec pariter tenetur custos carceris, si carceratus fugiens de proximo erat liberandus glo. sing. in l. si pecuniam. §. si seruum in verb. carcere. ff. de condit. ob caus. Nec etiam tenebitur, si carceratus fugit, quem credebat iusta ratione non debuisse fugere, quia pro modica summa debiti fuisset carceratus. Alciat. tract. præsumpt. reg. 1. præsump. 48. Tiraquel. tract. Nobilitatis cap. 20. nu. 28. vbi differit de nobil. & egregio viro carcerato, qui ex verisimili coniectura & ratione præsumi non poterat, quòd fugere deberet.

Imò nec tenebitur custos si carceratus fugit culpa etiam sui serui, vel vxoris Boer. d. q. 217. num. 11. vbi etiam vult custodem non teneri si adhibita solita diligentia carceratus aufugit, vt saltem pœna ordinaria possit puniri, sed tantū iudicis arbitrio qui arbitrabitur iuxta qualitatem rei, & conditionem personæ, vt docet D. meus Menoch. de arbitr. cas. 311. nu. 11.

Vlterius in 2. capite dubitationis premissæ cōsiderandum principaliter erit an sit culpæ custodis ad scribendum eo quia ad postulationem eorum, qui dicebant se literas ad eum directas habere vnum ex familia misit pro eis accipiendis, & cum de eo captiuando literas se habere dicentes tractarent, factus sit rumor, & insultus ad arcem.

Tunc etenim dicendum est, quòd non tenetur custos, quia non fuit in culpa, quia credidit his literarum simulatis delatoribus cum fortè vero fide digni essent arg. l. argentum. ff. commod. præterquam quòd hæc familiaris destinatio facta fuerit per rem licitam, scilicet, per literarum acceptionem vnde absit, quòd ea quæ propter bonum, & licitum facimus, si quid per hoc præter nostram voluntatem mali acciderit, nobis imputentur, vt pulchrè dicit tex. in c. de occidendis 23. q. 5. & c. illa 15. q. 1. non enim diuinare potuit ipse custos principalis rumorem atque insultum propter hoc esse secuturum, neq; etiā debuit sic diuinare. l. si fideiussor. §. si cū debitor. ff. mandat. & l. si putator. ff. ad l. Aquil. & c. 1. vt eccl. benè, nec enim ipsemet Sāctus Paulus etsi spiritū Dei plenus potuit ea, quæ secreta fuissent, diuinare. c. Beatus 22. q. 2.

Parcitur tandem ei qui fortuitū violentiæ maioris casum non præuidit, qa aduersus eum † nullum insidiosum hominum consilium prouidere potuisset. l. 2. §. si eo tempore. ff. de admin. rei ad ciuit. pertin. sicut, & alibi legimus ei parcendum esse, quia præuidere non potuit maiori casui, cui humana infirmitas resistere non poterat. l. 1. §. is quoq; ff. de act. & oblig. & l. fluminum. §. seruimus. ff. de damn. infect. nullo igitur modo præsumendum erat homines subiectos aduersus dominū seditionē nō facturos respectu iuramenti fidelitatis, quia quilibet præsumitur velle, quòd iurat. l. postliminij. ius. §. captiuus. ff. de captiu. & postl. reu.

Culpæ insuper appellatione venit culpa lenis, nisi quoues tractatur de fa-

cto hominis, & in materia probationum, & quoties ſubiecta materia aliud ſuadet, vt de hac materia latè per Dec. in l. contractus. ff. de reg. iur. & Bart. in l. quòd nerua. ff. depoſ. prout, & de caſu, fortuna, & periculum, quæ differunt inter ſe, & quot ſint genera caſuum fortuitorum, & qui dicantur caſus improuiſi, de his omnibus materiam habes ſatis explicatam per Iaſ. in §. ſed iſte inſtit. de actio. & qui dicantur caſus inſoliti, & incogitati, ſex opiniones in hoc refert. D. meus Menoch. de arbitr. caſ. 80. num. 7.

DVBITATIO CLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Triremium vel etiam nauis magiſter conſtitutus ſi pyraticas commiſit robarias an vniuerſitas, ſeu plures domini nauis teneãtur, pro illa robaria, vel ex pluribus dominis an vnus ſolus conſtituens teneatur.*

2 *Delictum, vel dolus excluditur in generali mandato.*

3 *Dominus aliquem conſtituens, vel præponens naui, tenetur de robaria.*

4 *Pars vniuerſitatis conſtituens ſyndicum tenetur ex facto ſyndici.*

Lebs, populus, vel vniuerſitas, ſeu Reſpu. ſi conſtituit aliquem magiſtrum Triremium, vel etiam alicuius nauis, qui magiſter poſtmodum pyraticas commiſit robarias, an 1 vniuerſitas, ſeu plures domini Nauis teneantur pro illa robaria, vel ex pluribus dominis vnus ſolus conſtituens teneatur.

In hoc articulo cautius fiedere diſtinctionis eſt agendum, nam vbi dicere volumus neminem dominorum teneri de robaria commiſſa per conſtitutum magiſtrum nauis, hoc poſſumus confirmare hac ratione, videlicet, quia dominus nauis conueniri dumtaxat poteſt ex ſolo negotio ſeu exercitio ad quòd magiſter nauis fuit præpoſitus, non autem, quòd dominus nauis teneatur ex alio diuerſo exercitio vt in l. 1. §. non autem ex omni. ff. de exercitor. & l. quicunque. §. non tamen cum inſtitutore. ff. de inſtit. & in l. in eum. §. ſeruũ. ff. eo. vbi ſunt text. in propria materia, ſed cum magiſter nauis fuerit generaliter præpoſitus iuxta formam. l. 1. §. magiſtrum. ff. de exercit. non videtur ex vi generalis præpoſitionis ad exercendas robarias pyraticas fore præpoſitum, cũ in generali mandato delictum vel do-
2 lus excludatur. l. 3. §. ſi procurator. ff. qđ quiſque. iur. & l. ſiquis miſſum §. 1. ff. de damn. infect. l. ſi pater. ff. de his qui in fraud. cred. & l. creditor. §. Lucius. ff. mãdat. ſicque quoad hoc caput diſtinctionis dominos vnum vel plures nauis ex robaria per magiſtrum illius commiſſa non poſſe conueniri clariſſimi iuris extat.

Vbi verò non firmare, ſed tantũ præſupponere volumus, dominos nauis ex robaria prædicta poſſe conueniri, tunc dicendum eſt per plures legum caſus, ſolum præponentem dominum teneri de robaria pro ea parte, qua di-
3 citur dominus nauis, & pro eo, quòd veriſimiliter cõſenſum præſtitit vt probatur ex tex. in l. ſi communis ſeruus & l. ſi ex duobus. ff. de noxal. & l. ſi familia §. & ſi ſeruus, ff. ſi fam. fur. fec. dic. ex quibus dicitur ex delicto communis ſerui aut familiæ commiſſo, vno tantum ex dominis ſeruum aut alium ex familia præponente, ſolum illum præponentẽ teneri aut iubentem, nõ autem alium, cuius nullus in hoc fuit conſenſus prout & ſolus præponens dominus conuenitur in caſu. l. fin. ff. quod iuſſu. & in l. ſi in rem. ff. de in rem verſo. per text. ad hoc quolibet alio meliorem in l. de illo. §. fin. cum l. ſeq. ff. pro ſocio. vbi ſi rei communis vnus ſolus ex ſocijs aliquẽ præpoſuerit, is ſolus ex malè geſtis per præpoſitum obligatus eſt, neque alteri

ſocio

ſocio præiudicium infertur, imò ſi nō præponens ſocius, aliquod damnum ſenſerit, facto præpoſiti tute damnum totale à præponente cum ſocio conſecuturus eſt.

Hinc infertur ad aliud exemplum, quo dicimus partem vniuerſitatis, & conſequenter non totam conſtituentem ſyndicum ad ipſius vniuerſitatis
4 negotia † ex facto ſyndici obligatam fore, non autem partem aliquam in ipſa ſyndici conſtitutione non interuenientem, & hoc per tex. in l.1. circa prin. ff. de magiſtr. conuen.

Concludendum ergò arbitror, quòd ſi dicere volumus, non tamen vere, nauis dominos ex robaria per magiſtrum nauis commiſſa obligatos cenſeri, ipſum tantum præponentem obligari, non autem eos qui præpoſitioni non interfuerunt reliquum ſolutionis ſuper dubitatis ex p̄narratis erruere poteris.

DVBITATIO CLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Sal diſtribuendum ſi vni detur, & ille tantū accipiat quantum eſt portio ſua, & confiteatur ſe furto accepiſſe, an puniatur de furto.*
2 *Actus, qui licito, vel illicito iure fieri poteſt, præſumitur licito iure factus.*
3 *Licito tempore actus creditur factus.*
4 *Furtum rei propriæ non committitur.*
5 *Furtum quid.*
6 *Confeſſio ad hoc vt ex ea quis puniatur, requiritur, vt natura non repugnet.*

PLebis, vel communitas ſi daret ſal vni diſtribuendum inter oppidanos, & vnus oppidanus accipiat tantum quantum eſt portio ſua, & ipſe confiteatur ſe furto accepiſſe, an puniri poſſit pœna furti.
1

Intendo concludere, quòd non poteſt puniri pœna furti, quia intelligitur accepiſſe pro portione ſua, ſi eo tempore quo erat aſſignata ſibi portio, aliud non appareat, & quòd ob id ex inquiſitione contra eum formata debet ſequi abſolutoria, quia rei propriæ non fit furtum, ſicut enim quis donationis contractum celebrare videtur cum eo qui rem poſtmodum pro derelicto habitam occupauit vt inſt. de re. diu. §. hoc amplius, & in l. qua ratione. §. hoc autē amplius. ff. de acq. rer. dom. & l. quòd ſeruus ſtipulatus eſt. ff. de ſtipul. ſeruo. Ita communitas, quæ habitura eſt prætiū ex ſale percepto, videtur emptionis cōtractum celebrare cum quolibet, poſteà ſal in proprios vſus recipiente, ex quo dominij reſultat tranſlatio. l. ex empto. ff. de action. emption. & §. venditæ, & §. per traditionem. Inſti. de rer. diuiſ.

Alio etiam argumento tuere hanc opinionem quia cùm aliquis actus ſe-
2 cundo licito ac illicito † iure fieri poteſt, præſumendum eſt licito iure factū fuiſſe. l. cum creditor. ff. de furt. & l. ſi ſocius cum ibi nota per Doct. ff. eod. tit. & l. meritò. ff. pro ſoc.

Imò quando aliquis actus aliqua tēporis parte licitè, & aliqua illicitè, & pu-
3 nibiliter fieri poteſt, † præſumendum eſt illud factum fuiſſe eo tempore, quo licitū fieri fuit. l. non ſolum. §. ſed & probari vbi. Bart. ff. de nou. oper. nunc. & l. matrem. C. de probat. cū propterea reperietur inquiſitum de furto, id ſal in portionem ſibi tāquam oppidano adſcripſiſſe, & conſequenter, in eum d. ſalis dominium trāslatum fuiſſe ex quodam quaſi contractu emptionis inter communitatem, & ipſum reſultante: certè huius ſalis per eundem fieri non potuit furtum, quia dominium ſalis in eum fuit translatum, licèt contrectatio interuenerit, propriæ etenim rei furtū fieri regulariter non dicitur. §. aliquando inſtit. de obl. quæ ex delict. naſc. & l. cū q. §. ſi emptor rē. ff. de fur. & l. ſequit. §. ſi rem. ff. de vſuc. & l. ſi rē. ff. pro empt.

Impoſſibile namq; eſt aliquem propriæ rei furtum committere adeò vt ex

impro-

4 impropriè cum † furto nũcupato actio furti naſcatur, niſi res illa apud alium in ea ius prætendentem fuerit.l.ſi is qui & l.creditor. §.dominus. ff.de furt. quia furtum committi non poteſt, niſi tertia ſit perſona, cui illud fiat l.falſus. §.qui alienum, & §.ſi quid ſpontè. ff.de furt.l. 1.§.Scæuola.ff.ſi quis teſtam.

Nec ex ſola confeſſione, quia fuerit confeſſus furtum commiſiſſe, conſtat, quòd furtum commiſerit, vel & fuerit commiſſum, quoniam non ſolo verbo, ſed rei alienæ contrectatione animo lucrandi inuito domino facta furtum committitur, vt ex definitione furti oſtẽditur.l.1.† ff.de furt. §.furtum inſt. de oblig. quæ ex quaſi delic.iuncta. l.ſi quis vxori.§.neq; verbo, & l.inficiando in princ. ff. furt. in præſenti verò dubio res propria erat ementis ſal. ergò ceſſat ratio furti vnde facta per eum confeſſio ei nocere minimè debet, vt de furto puniri poſſit; quia ad hoc vt ex confeſſione, quis puniatur requiritur, quòd confeſſio naturæ non repugnat. l.con-
6 feſſionibus.ff.de interrogat.act.& quòd confeſſio nõ ſit impoſsibilis. l.inde Neratius.§.fin. ff.ad l.Aquil.gl.in Lvn. C.de confeſſ.ſed cum in præſenti dubio hęc duo deficiant, meritò confeſſio non debet ei eſſe præiudicialis, quia furtum fatetur commiſiſſe in re quę ſua eſt nec ad aliquem iure aliquo ſpectat, quòd eſt contra naturam furti, quia furtum eſt alienæ non autem propriæ rei contrectatio.

Et quia confeſſio facta de re ſua, quæ confitentem non deſijt, impoſsibile eſt furtum fieri, niſi is ſit cui illud fiat; vt dixi.

DVBITATIO CLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Ablatio lapidum ex palatio derelicto, an furto puniri poſſit.*
2 *Confeſſio auferẽtis lapides, an ſufficiat ꝙ furto.*
3 *Confitens cum certa qualitate delictum, an & quando puniatur?*

PLebs, communitas, vel princeps ſi habet palatium, vel alium locum habitum pro derelicto, an ablatio lapidum ex illo loco operetur, quòd quis furtum commiſiſ-
1 ſe dicatur, † & de furto puniri poſſit.

Pro breui reſolutione reſpondeo, ꝙ etſi animus plurimum in maleficijs attendatur, nihilominus auferens lapides ex palatio cuius cæmenta conſtat haberi pro derelictis, non cadit in crimen furti, etiamſi ipſe auferens animum furandi habuerit, ratio ea eſt, quia nõ datur illius dominus, à quo inuito res ſubtracta furtum faciat, vt ex text.in §.qua ratione Inſtit.de rer. diuiſ.& clarius in l. falſus.§.qui alienum. ff.de fur.prout nec ablatio cannarum ex turbis furti crimẽ non inducit, potiſſimum cum conſtat, quòd auferens confidentiam habuit voluntati domini acceſſuram, vt deciditur in l.inter omnes.§.rectè, ff.de furt. & in §.placuit inſt.de obl. quæ ex delict.

Nec pariter in hoc caſu dictum fatẽtis huiuſmodi furta commiſiſſe, eſt at-
2 tendendum, † quia cõfeſſiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non debent, vt legitur in tex.l.1.§.diuus.ff.de quæſtio. & ideò in ipſiſmet iudicijs criminalibus princeps etiamſi lata ſententia quæ tranſiuerit in rem iudicatam, nihilominus propter confeſſionis falſitatem aduerſus eam in integrum petitur reſtitutio, imò cuilibet etiam extraneo permittitur probatio etiam ipſo falſo confitente inuito, vt in l.1.§.ſiquis vltrò.ff.de quæſtio.& in l.diui fratres. ff. de pœn.& in l.non tantum. ff.de appel.

Huiuſmodiq; confeſſionibus nõ eſt ſtandum, quia illis ius, & natura repugnat, & lex arbitratur eis ſtandum non fore.l.inde Neratius. §.fin. ff.ad l.Aquil. & l. confeſſionibus. ff. de interrogatio. action. & notatur in l.vn.in gloſ. magiſtrali. C.de confeſſio. ſed quòd huiuſ-

modi

modi lapidum, vel cannorum ablatio furtum inducant, ius, & ipſius furti natura, quæ eſt, quòd inuito domino fiat contrectatio, repugnant ergò, huiuſmodi confeſſioni ſtandum non erit, quia aſſeueratio, ſeu confeſſio eius, qđ quis non poteſt ſi vult inducere, non probat contra confitentem. l. non nudis & l. non epiſtolis. C. de probat. ſed cùm confitens non poſſit etiamſi velit, hoc inducere, quòd furtum cõmittent, cùm rem habitam pro derelicto occupauerit, vel cùm rem abſtulerit, quàm auferre credit domini voluntate, vt ſupra deduxi, ergò ſic confitendo ſibi nõ præiudicat videmus etenim in ſimili quòd ſiquis fatetur rem ſuam eſſe alterius, non efficere, vt ita ſit Dec. in l. traditionibus num. 6. C. de pact. Ruin. cõſi. 128. num. 5. lib. 2. Alciat. reſponſo 258. num. 8. & ſeq.

Quando verò confitens delictum cùm certa qualitate puniatur, vel non
3 puniatur vide quæ ſcribit Gabr. comm. conclu. de criminalib. concl. 19. lib. 7.

DVBITATIO CLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumento falſo vtens per ſe vel per procuratorem an puniatur ex ſtatuto.*
2 *Vtens per alium aliqua re ipſe dicitur vti.*
3 *Statutis admittẽdus eſt intellectus quem ipſi ſtatuentes admitterent, ſi viuerent.*
4 *Diſpoſitio ſtatuti, quando trahatur ad caſum fictum.*

PLebs, Communitas, Caſtrũ vel Ciuitas ſi ſtatuerit, quòd vtens
1 falſo inſtrumento puniatur, an tali tunc pœna ſit puniendus ille, qui non per ſe ſed per procuratorẽ illo inſtrumento eſt vſus.

Et quòd tali pœna ſit puniendus ille qui non per ſe ſed per procuratorem dicto falſo inſtrumento eſt vſus, dummodo ratum habuerit, aſſiſtẽdo in iudicio hoc probatur, quia ratificatio eſt apta ad puniendum. l. non tantum verbis. ff. de dolo. l. quod enim. ff. rem rat. hab. & eſt caſus in ſpecie in c. cùm in poſitionibus in fi. ſecundo reſponſo de iureiu. in ſexto, quia ratum habens delictum ſuo nomine perpetratum ita punitur, vt mandans, cap. mulieres cùm ibi not. extra de ſent. excom. & l. 1. §. quoties. ff. de vi & vi arma. glo. & Bar. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. & in c. cũ quis de ſent. excom. in 6.

Ratio eſt, quia quis vti aliqua re dici-
2 tur, etſi per alium vtatur. l. 1. §. his cuius ff. de itin. actuque priu. cum propterea locus ſit verbis ſtatuti, ergò & idem diſpoſitioni. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & l. ita autem. ff. de admi. tut.

Alia etiam ratione, quia ſemper in ſtatutis ille intellectus eſt admittendus,
3 quem ipſi ſtatuentes admitterent, ſi viuerent ſecundum glo. ſing. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact.

Vlterius, quando ſtatutum diſponit idem quaſi in aliquo caſu, quòd pariter ius commune diſponit, vt in caſu. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ff. mand. tunc ſi ius commune diſpoſitionem ſuam in illo caſu emanatam vellet trahi etiam ad caſum fictum, tunc ſtatuti diſpoſitio
4 etiam ad caſum fictum trahitur. c. ad audientiam & c. cum dilectus extra de cler. non reſid. certumque eſt ex infinitis legum caſib. quòd ius commune volens vtentem falſo inſtrumento ad repetitionem debiti ſoluti puniri, vt de ſtellionato crimine, vt in d. §. in omnibus locum habet etiam in vtente per alium, & ſic trahitur ad caſum fictum vt eſt caſus in d. c. cùm in poſitionibus. de iureiu. in 6. & in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. om. iud. & in alijs iurib. allegatis per Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. & l. ſed ſi minus. §. ſeruus meus. ff. eo. igitur ſequitur, quòd ſtatutũ ad hunc etiam caſum trahetur. & docet clarè Bart. in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. lib. 11. dicens formaliter,

ter, quòd vbi extensio statuti ad casum improprium tendit ad fauorem Reip. ita debemus constitutionem extendere, acsi esset fauorabilis cùm pertineat ad Reipu. fauorem delicta puniri l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. cum concord. ideoque pœna statuti puniens facientem maleficia, punire etiam intelligitur fieri facientem. d. l. si id quod ff. de iurisd. om. iud. & ex his clara datur responsio ad ea, quæ in oppositum videtur dicere Bart. in l. is qui pro emptore. ff. de vsucap. & in l. hæc verba. ff. de adulte. & in l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. & in l. non eo minus. C. de accusa.

DVBITATIO CLXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Fortalitium nouum altero domino contradicente an fieri possit, & si fiat, quo iure petatur demolitio.*

2 SI plebis, vel populi duo adsint domini, an in territorio communi possit per alterum ex dominis fieri fortalitium nouum altero domino contradicente, & si fiat, quo iure petatur demolitio.

Veritas erit, quòd in territorio communi non potest fieri per alterum ex dominis fortalitium nouum altero domino nolente, & contradicente, quia iure communi potior videtur conditio prohibētis, maximè vbi aliquod interesse prætenditur. c. in re communi de regu. iur. in 6. l. Sabinus. ff. communi diuid. & l. parietem. ff. de seru. vrb. præd.

Benè poterit in parte territorij, vel burgi sibi ex diuisione contingente nouum fortalitium ædificare per text. in l. si ita. §. 1. ff. de vsu & hab. vbi proprietarius, & consequenter habens ius in re potest etiam inuito fructuario, vel vsuario, homines in illa reponere pro ipsius rei custodia facienda, & eadem ratione, vī quòd nouum fortalitiū ad castri custodiam ædificari possit; quia si permissum est præfecto prætorio nimiæ magnitudinis ciuitates aut castella existentia propter sui magnitudinē non benè custodiri apta ad talem modum minuendo reducere, vt possint p paucos benè seruari secundum text. in l. in nomine domini. §. si verò pro quibusdam in verb. interea verò. C. de off. præfect. præto. ergò rationis identitate concessum videri debet fortalitia in sua portione construere ex quibus illa debet custodiri, & ad hoc faciunt not. per Innoc. in c. cum ecclesia extra de Immun. eccl. & per Bal. in l. 2. C. de sūm. Trin. nisi tamen ex conuentione inter ipsos dominos, vel homines loci, & ipsos constaret; quia pacta in se naturalē iustitiam, & æquitatem habentia etiam per principem facta cum subditis sunt seruanda, neque nisi iusta causa debēt infringi. c. 1. de probat. l. Cæsar. ff. de public. & l. penul. C. de dona. int. vir. & vx. Bal. in l. qui se patris. C. vn. lib. per tex. in l. fundi. C. de fund. patrimon. lib. 11. ergò multo magis seruanda sunt per inferiores vt per Innoc. in c. quæ in eccle siarum de constit. Bart. in l. Antiochensium. ff. de priuileg. l. toties. ff. de pollicit. l. si priuatus. ff. qui & à quibus. l. venditor. §. si constat. ff. comm. præd. Bald. in l. rescripta. C. de præsc. imp. off.

Et licèt in suo licitū sit facere, quòd libet. l. Imperatores, & l. cum eo. ff. de seru. vrb. præd. attamen hoc est verum, nisi principaliter animo nocendi alteri aliquid fiat in re propria. l. 1. §. deniq; ff. de aq. plu. arc. l. fluminum. §. si cum. ff. de damn. infec. & nisi iniuria, vel æmulatione alterius noua castra vel fortalitia construantur, quòd præsumitur eo ipso, quòd illa qui construit, construit vti non necessaria ad custodiam castri vt notatur in tex. & glo. & à scriben. in l. per prouinciam. C. de ædific. priuat. iud. quæ dixi 5. dubitatione 33.

Quo verò iure fortalitij iniustè ædificati demolitio fiat, an propria auctorita-

Digitized by Google

ritate, an verò actione intentata huius quæſiti veritas patet ex Bart. in l.1.§.minoratio. ff.de oper. nou. nunc.& in l.in re communi. ff.de ſeruit.vrb.prædio.

Et licèt vt dixi, in re propria vnicuique liceat ędificare.l.altius.C. de ſeruit. & aq. ea ratione, quia in re ſua quilibet eſt moderator,& arbiter.l.in re mandata.C.mand.etiamſi ſit cum vicini detrimento. l. fluminum. §.fin. & l.proculus. ff.de damn. infect. tamen ædificans ad æmulationem, vt etiam tetigi,alterius. non tolleratur, vt ſcribunt omnes in d. l.altius non licet enim vicino in propria domo ſpeculam, quam feneſtram vulgò appellant,ad alterius vicini æmulationem facere.l.opus. ff.de oper.nou. nunc.& in ſpecie de ſpecula ſcribit Cępol. c. 62. de ſeru. vrb.præd.de feneſtra nu.2. & ſic dicitur in eo, qui parietem tollit ad ſui vicini æmulationem.Alex. conſ.174. nu.4. lib.2. Iaſ.conſ.98. lib.1. Marſ.ſing.154. &ſic nec princeps, nec ciuitas poteſt ad alterius æmulationem ædificare.Bal.conſ.188. lib.2. Curt. iun. conſ.80. Caſtrenſ. in l.cum eo. ff.de ſeruit.vrb.præd.ad æmulationem enim alterius multa fieri prohibentur,vt in eo qui partem ſui caſtri ad fratris, vel ſocij æmuliationem potentiori ædificauit, vel etiam alienauit vt per Bald. in l. 1. quæſt.pen.C.qui teſtam.fact.poſſ.Curt. iun.d.conſ.80.in fin.

Et iudicis arbitrio erit relictum,an ęs ad alterius æmulationem ædificare credatur. Cæpol.d.tract. de ſeru.vrb.præd. c.62. de feneſtra 2. fallentia. qui iudex ex facti qualitate iudicabit. nam in dubio non præſumitur factum ad æmulationem.glo.in d.l.fluminum. §.fin. ff.de damn. infect. & ad æmulationem tunc factum cenſetur, quando faciens nullam ſentit vtilitatem, & vicino detrimentum affert, vel quando id faceret, vt videret mulieres ęgregias vicinas,vt per D. meum Menoch. præmiſſa notat de arbitr.caſ 156. vbi etiam notat,quod ad æmulationem ędificare non dicitur qui antiqua ædificia reficit,& qui ædificat ad ſui, & ſuorum bonorum tutelam,& defenſionem,vt dicitur in principe, & Regi qui caſtra, & oppida minutiſſima in confinibus ſuarum regionum ædificant, non enim ad alterius Principis æmulationem ædificare dicuntur ex Menoch.referente loco prędicato.

DVBITATIO CLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio communitatis,an vires habeat ad bona extrà territorium exiſtentia?*

2 *Conſtitutio loci originis an ſit ſeruanda per teſtantem extrà territorium in legatis factis ſuæ vxori.*

1 PLebis, vel communitatis ſtatutum, ſeu cōſtitutio, an vires habeat ad bona extrà territoriū exiſtentia, & an conſtitutio loci originis ſit ſeruanda per teſtantem extra territorium in legatis factis ſuæ vxori.

Quoad primam dubitationem videretur dicendum negatiuè, quia illa bona dicuntur ſub illius iuriſdictione eſſe in cuius territorio ſunt, l. Iubemus. C. de ſacroſan. eccle.c. poſtulaſti extrà de for. compet. vbi Innoc. ergo regulariter ſtatutum licèt oppidanum,vel ciuē ſibi ſubditum habeat, attamen ad bona eiuſdem in alieno territorio exiſtentia non videtur poſſe trahi, aut extēdi, quia in eis deficit iuriſdictio, quæ eſt cauſa efficiens & extenſiua ipſius ſtatuti. c. per venerabilem vbi Innoc. & alij extrà,qui fil.ſint leg. & notat Barto.in l. cunctos populos. C.de ſumm.trini. vbi patet, quòd legatio facta per Principē tantum ad bona ſui territorij,trahitur, non ad exiſtentia in alieno.

Extat etiam alia ratio, quia ſicut ſtatutum non trahitur neque poteſt includere perſonam non ſubiectam.c. eccle

sia S. Mariæ de constit. c.fi. extra de cohab.cler.l.etiam. ff.de tutel. l.1.ff.de tut. & cur.dat.ab ijs. & l. naturali. ff. de confirm.tut.Ergò nec similiter trahitur nec potest includere bona sibi non subiecta,sed alienæ iurisdictionis.

Quicquid sit,veritas est,quòd constitutio ad bona alterius territorij etiam extenditur distinguēdo tamen cū Bar. in d.l.cunctos populos.C.de sum.Trin.

Considerandum etenim est , quòd aliquando statutum statuit principaliter, & directo circa bona sui subditi in alieno territorio existentia , & tunc nō valet ratione carentiæ iuridictionis, quam in eis noscitur non habere, quia extra suum territorium habetur loco priuati. l.3. ff.de off.præsid. l.extra territorium ff.de iurisd. omn.iud.& l.illud.ff. de excus.tuto.vbi licet iudex personam pupilli subiectam habent , attamen datio tutoris ab eo facta directò, & expressa in bonis quæ pupillus habet in alieno territorio , nulla est ipso iure .

Aliquando principaliter , & directò statutum ordinat circa personam sibi subiectam , vt dicitur de statuto disponente de legatis fiendis vxori ,& tunc effectus prohibitionis ipsius statuti delegando vxori , dirigitur principaliter in personam ipsius mariti,& tunc dicēdum est statutum extendi ad bona alibi sita, vidimus enim in simili, quòd tutor simpliciter datus à suo iudice pupillo habenti bona in diuersis territorijs censetur datus etiam ad bona territorij non subiecti iudici.l. propter lites. §. licet.ff.de excus.tut.& l.2.C. eo. ti. ratio est , quia sententia dirigitur principaliter in personam, in cuius consequentiā veniunt etiam bona alterius territorij . l.fideicommissum.§.tractatus.ff.de iudi. cum tutor principaliter detur personę, & non rei,l.quia personę.ff.de testa.tut. l.in copulandis.C.de nupt.§. certè insti. de testam.tut.

In simili etiam non ignoramus decretum iudicis principaliter præstantis authoritatem pupillo distrahenti,trahi etiam ad bona alterius territorij quę in consequentia veniunt ad ipsius personam,vt in l.magis puto. §.illud quæri.ff. de reb. eor.

Sed magis ad propositum nostrum facit ratio.Bar.in d.l. cunctos populos , quòd scilicet , statutum prohibitiuum emanans in fauorem prohibiti , extendēndum est ad bona alterius territorij, sicut est interdictum bonorum prodigo per iudicem factum tanquam fauorabile extenditur ad bona etiam in territorio existentia per tex.in l. is cui.ff.de verb.obl.& l.relegatorum.§.interdictæ. ff.de interd. & releg.

Ex resolutione primę nostrę dubitationis elicitur,etiam solutio alterius,cō stitutionē scilicet, loci originis esse seruandam per testantem extra territoriū in legatis siue vxori factis,etiamsi vir trā
2 stulerit † alibi domicilium,quia nō potest renunciare proprio loco originis , vnde oriundus est l. assumptio in prin. ff. ad mun.c. mutatio enim domicilij nō eximit ciuē à iurisdictione ciuitatis originariæ.l.1.ff.de decurio.& l.qui originem in prin.ff.de mun.& hon.imò cū diuersa sunt statuta originis,& domicilij, potiùs est attendendum in ipso ciue originariæ ciuitatis statutum.l.libertus. §.cum simùl.ff.ad munic. & quòd attendi debeat statutum originis,& non domicilij terminat.Alber.de Rosat.in d. l. cunctos populos argumento.l. nulli.C. de episc. & cler.

Cōcludo ergò statutū cū distinctione premissa extēdi ad bona extra territoriū sita,& cōstitutionē loci originis pariter extēdi extra territoriū,& magis attēdi statutū loci originis , q̄ domicilij intestāte, vt præsuppositorigo etenim spectāda est nō accidēs.l.3.ff.de tut. domiciliū verò quotmodis cōtrahat vberrimè pro more suo docet D. meus Menoch.de arbit.casu 86. per tot. sed quādo in vna persona concurrunt domicilium origini , & domiciliū habitationis

atten-

attenditur domicilium originis ſecundum Caſtr. in auth. ſi verò contigerit. nu.6.C.de iudic. & meliùs in l.2. nu.3.& ſeq.C.de iuriſd.om.iud.

DVBITATIO CLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi quandoque ex ſtatuto prohibentur vſurarios contractus facere, poſtea permittuntur, an tunc primum ſtatutum intelligatur ſublatum in totum.*

2 *Clauſula derogatoria legis vel ſtatuti quando videatur derogare.*

AVdiui per ſæpè, quòd plebis, vel populi quandoque precibus Principes ſtatuunt, ꝙ nullus Iudæus audeat aliquos contractus vſurarios, aut inſtrumenta facere,& poſtmodum alia m cõſtitutionem faciunt, qua permittitur. Iudæis vt poſſint ſuper re mobili mutuare, an tunc intelligatur. primum ſtatutum in totum ſublatum.

Sum iſtius ſententiæ Iudæos quibus tantum ſuper re mobili fœnerari conceſſum fuerit, fœnus exercere non poſſe cum inſtrumentis aut chartis obligatoriis, vigore dictæ reformationis prohibitiuæ, cui nondum erat derogatũ.

Clauſula etenim derogatoria alicuius legis, vel ſtatuti eatenus legem vel cõſtitutionem videtur reuocare, quatenus cum ipſa lege reuocante repugnantiam continet, & non in plus. Ex Theorica Bar. in extrauag. ad reprimẽ. ſuper verb.non obſtantibus,qui Barto. etſi nil allegat,ego tamen do glo.reputatam ſingularem per Bald. in l. vno.§. his tantũmmodo, ibi, dum dicit, ea inefficax quantum ad eam partem remaneat,C.de lati.lib.toll. & extat alia glo. ſing. in auth. de hæred. quæ ab inteſta. circa prin.ſuper verb. vacantibus, quæ dicit, clauſulam reuocatoriã legis, vel ſtatuti eatenus legem reuocare,quatenus contradicit,non autem legem illã, vel legis illius particulam,quæ iuſta interpretatione à legis correctione ſaluari poteſt,cum propterea dicta reformatio in noſtro propoſito tantum reperiatur contraria in eo, quia permittit hæbreos fœnerari ſuper re mobili, illa prohibet generaliter loquendo, ergo in hoc tantum debet intelligi præfata reformatio, non autem in eo,quòd dicta reformatio prohibet inſtrumenta, ſeu cartas feneratitias fieri, cùm in hos inter iſta duo nulla repugnantia reperiatur.

Inſuper habemus in iure,quòd quotieſcunque lex antiqua per aliquam diſtinctionem, aut interpretationem reduci poteſt ad concordiam cum diſpoſitione legis nouæ,tunc ſunt reducendæ,nec antiquæ per nouiſſimam derogatur, ſed diſpoſitio dictæ reformationis ſaltem in parte optimè reduci poteſt ad concordiam, hoc modo, ſcilicet,quòd permiſſum ſit Hæbreis fœnerari ſuper re mobili, ſed non cũ inſtrumento,vel carta obligatoria,& ſic ꝙ vigore dictæ reformationis prohibentis, quòd cum cartis, ſen inſtrumentis hæbrei poſſint fœnerari, quæcunque inſtrumenta,ſeu cartæ fœneratitiæ per dictos hebreos poſteà facte ipſo iure nullæ,& inualidæ reddantur. l.non dubiũ. C.de legi.cũ concord.& ſic conſequenter nullæ ſint quecunque obligationes ipſius inſtrumentis conſcriptæ, vt probaturetiam ex eo, quòd ſicut donans aut pignorans inſtrumentum, aut chyrographum, ius in dicto inſtrumento contentum donaſſe,legaſſe,aut pignoraſſe intelligitur, vt in l. 1. C.de donat. & in l.ſeruum filij.§. eum qui chirographum.ff.de lega.1.& l. quoniam chyrographum.ff.de leg.3.& l.2.C.qui ex pig. oblig.poſſ. ita vt contrariorum.eadem ſit diſciplina,facta per ſtatutum inſtrumenti, ſeu chyrographi annullatione, quæcunque obligationes in eo cõtentæ nullæ eſſe intelligantur, & ita dicit ex-

expreſsè Bal. in d.§. eum qui chyrographum, vbi vult ſtatutũ annullans chyrographum, vel inſtrumentum ob nõ ſolutam gabellam intelligi etiam annullare quamcũque obligationem in eo contentam.

Et ſic concludo hebreos præmiſſis attentis, non poſſe contractus vſurarios exercere cũ inſtrumentis obligatorijs.

DVBITATIO CLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Subditus delinquens in alieno territorio an poſſit per iudicem originis puniri?*

2 *Ciuitas an poſſit afficere ſuum ſubditum etiã reſpectu rerum in alieno territorio exiſtentium.*

3 *Decretum iudicis an & quando extendat eſſectum ſuum extrà territorium, & quid in alijs exemplis.*

PLebis, vel vniuerſitatis Principis, vel ciuitatis ſubditus delinquens in alieno territorio, an poſſit per originis iudicem puniri, & an ciuitas poſſit afficere ſubditũ ſuum etiam reſpectu rerum in alieno territorio exiſtentium.

Deueniendo ad primum dubium reperio, quòd iudex originis poteſt punire vnũ territorio ſubditum delinquentem in alieno territorio ita Bal. in l. ſinum. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. cunctos populos. num. 25. C. de ſum. trinit. & licèt hoc fundamentum ſit in ſe verum, quòd ſcilicet iudex originis poteſt procedere contra delinquentem in alieno territorio, hoc tamen ita indiſtinctè non procedit, vt plenius apud Octauianum Vulpellum reſponſo crimĩ. 46. pro reſolutione, per totum.

Et in præſenti articulo copioſiſſimè recitat varios opinionum conflictus Iul. Clar. in §. fin. pract. crim. quæſtio. 39. vbi tandem concludit, quòd ſtatim cõmiſſo delicto omnes tres iudices, ſcilicet, delicti, originis, & domicilij poſſũt ℈ delinquentem procedere, ſiue ad inſtãtiam partis, ſiue ex officio, ſeruatis tñ ſeruandis, & habitis legitimis indicijs neq; vnus proceſſus alium impedit, & ſi ipſi iudices procedentes ſint ſub diuerſis præſidibus prouinciæ, non eſt locus præuentioni, neque remiſſioni, ſed ſi ſunt ſub eodem præſide, ſolet ſemper reus remitti ad iudicem loci delicti, niſi aliud ex cauſa ipſi præſidi videatur, debentque ipſi omnes iudices, alter alterum adiuuare, & indicia, quæ habent, ad alium tranſmittere, vt melius iuſtitiæ poſſit eſſe locus: ſi tamẽ reus ſic ſubiungit Clar. loco præcitato ſit in aliquo loco carceratus ſolent alij iudices ſuperſedere, dummodo id per collusionem factum non fuerit, & ſi in eo loco, quo detentus eſt, fuerit punitus, vel abſolutus, facta fide de huiuſmodi punitione, vel abſolutione, non poteſt amplius p alios iudices moleſtari quæ omnia dicit Clar. intelligi ſemper fraude ceſſante.

Quoad alterum dubium, dico, quòd ciuitas poteſt afficere ſubditum ſuum, 2 etiam reſpectu rerum in alieno † territorio exiſtentium, vt in collecta. l. ex reſcripto. §. fin. & l. numerum. §. patrimoniorum. ff. de mun. & honor. gl. ad rubr. C. de mun. patrimon. virtus enim prohibitionis factæ in perſonam ſubditam adeò inhæret oſſibus ipſius perſonæ, vt eam ſemper ſequatur ad quæcunq; loca peruenerit; mutatio namque domicilij non operatur, quominùs ſubditus non dicatur ſubditus ſaltẽ ratione originis. l. aſſumptio in prin. ff. ad munic. l. origine, & ibi gl. C. de municipal. & origina. lib. 10. Bart. in l. 1. ff. ad munic. quẽ refert, & ſequitur ſola ſuper conſtit. Pedem. antiquis de foro competenti in verb. ſubditi. gl. 1. nu. 1.

Decretum enim iudicis, vt ſuprà in dubitatione mediatè præcedenti diſſerui, non extendit effectum ſuum extrà 3 territoriũ, † vt ex Bart. in l. 1. C. de ſum. Trin.

Trin. quoad rem exiſtentem extrà territorium, ſecùs vbi ſtatutum reſpicit perſonam, tunc enim ſtatuendi potestas territorio non circumſcribitur. l. fin. cũ ibi not. ff. de decret. ab ord. facie. l. mercatores. C. de commer. & mercat. l. magis puto; §. illud. ff. de reb. eorum vbi decretum iudicis extenditur effectum nõ extra territorium ſententia verò iudicis habet executionem etiam in alieno territorio. l. fin. C. vbi in rem actio. l. à Diuo pio. §. 1. ff. de re iudic. & l. cum vnus. §. is qui. ff. de bon. auth. iud. poſſid. Alb. Brun. in tract. exclud. fœmin. artic. 8. quæſt. 24. nu. 27. poſt Sigmorol. de Homod. in conſil. 166. ideo publicationis bonorum ſententia ſtat etiam in robore ſuo reſpectu bonorum, quæ ſita ſunt extrà territoriũ publicantis, ita vt vnuſquiſq; ſuos capiat. Bart. & alij ſcrib. in l. cunctos populos. C. de ſumm. Trinit. Item dicitur de relegatis, qui extrà fines, & territorium relegantis tenentur relegationem ſeruari idem de bannitis. l. relegatorum. §. his qui. ff. de relegat. & interd. idem de deportatis in Inſulã, quorum loco hodie ſuccedit pœna trium. l. ferri vbi notant omnes. ff. de verb. ſignif.

Imo hæc faciunt etiam ad ſtatutum de non alloquendo aliquem bannitũ, quia ſortitur effectum etiam extrà territorium ſtatuentis, quo ſtatuto cauetur in præſenti dominio Montiſferrati, ne quis poſſit bannitum alloqui capitaliter exiſtẽtem in alieno territorio, neq; perſonaliter, neq; per literas, qui tale ſtatutum effectum ſortitur etiam extrà ſtatuentis territorium, vt in ſortioribus terminis voluit. Bald. in d. l. cunctos populos quem refert, & ſequitur Ioannes de Monteſperello conſil. 2. ſed in hac materia non eſt ignorandum, quòd ſicut ſtatutum non afficit perſonam non ſubditam, nec iurisdictioni ſuppoſitã ſtatuenti ex doctrina Barto. & aliorum in d. c. cunctos populos. ita nec ſtatuentes debent vlterius prætendere, cũ non poſſint vltrà limites eorum iuriſdictionis, ſed eatenus tenet ſtatutum quatenus iuriſdictio limitat. l. duum virum. C. de decur. lib. 10. ſecùs verò, quando agitur de iure quæſito exequendo, quia tunc non iudex, qui ſententiam protulit, ſed iudex loci, vbi res ſitæ ſunt, exequitur tex. cum gl. in l. cum vnus. §. is qui ff. de bon. auth. iud. poſſid.

Et in eo, quòd dixi tangendo diſtinctionem de ſtatuti diſponenti circa rẽ, & circa, perſonam, omiſſa nec attenta diſtinctione præmiſſa in terminis quoad bona dotantis poſita extrà territorium voluit. Alexan. conſil. 16. num. 1. volum. 1. & Roland. à Vall. conſil. 80. num. 41. volum. 1. quòd tam circa rem, quam circa perſonam, vtroque caſu non extendatur ſtatutum extrà territorium, licèt enim in materia ſtatuti diſponentis de bonis dotantis vt legimus nos in decreto 73. præſentis dominij ſub rubr. de filiabus. dotat. contra perſonam dirigatur ſtatutum, nihilominùs attendenda eſt intentio, & finis ſtatuentium qui dicitur primus in intentione, & vltimus in executione vt per Surd. conſil. 67. nu. 3. & conſ. 133. num. 21. vol. 1. quæ intentio ſtatuentiũ in materia diſponenti de filiabus dotat. nunquid ſcilicèt extendatur ſtatutum ad bona dotantis ſita extra territorium, videtur fuiſſe circa rem, & licèt verba in perſonam dirigantur, hoc ſit contemplatione rerum, vltrà quòd vbi ſtatutum aliquid de nouo inducit, vltrà ius commune, non procedit in bonis extra territorium ſtatuentis poſitis, vt not. Bald. in l. 1. num. 22. C. de ſumm. Trin. vbi dicit hoc etiam procedere in ſententia iudicis, & publicatione bonorum; & hæc ſint tacta incidenter ad maiorem elucidationem tam præſentis quam mediatè antecedentis dubitationis.

DVBI-

DVBITATIO CLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Laborans pro negotijs communitatis si ex statuto præferatur cæteris in assecutione dignitatis, an sit necesse, quòd laborauerit post huiusmodi constitutionem, vel ante.*

2 *Verbum comprahendens præteritum, & futurum, an & quomodo exponatur.*

PLebis, vel vniuersitatis stante constitutione, quòd qui per annum pro negotijs vniuersitatis laborauerit, præferat cæteris in assecutione dignitatis, vel priuilegij, an vt quis præferatur sit necesse quòd laborauerit post huiusmodi con
1 stitutionem † seu factum decretum, vel sufficiat, quòd etiam ante laborauerit.

Crediderim posse argui non sufficere, quòd ante laborauerit, quia illud verbum qui per annum laborauerit videtur concernere præteritum tempus etiam nedum futurum, sed sic est, quod verbum constitutionis habens se ad præteritum, & futurum, illud debet intelligi respicere tempus futurum, vt cõueniat naturæ legis quæ est futura non autem præterita respicere. Leges. C. de legi. gl. in c. animarum. §. statuto de constit. in 6. Bar. & alij in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. & in l. cum lex. ff. de legi. ergò ad futurum tempus duntaxat inter prætabitur dicta constitutio, & sic non sufficiet laborasse ante huiusmodi constitutionem.

In contrarium tamen censeo veriorem esse affirmatiuam sententiam.

Et primò moueor hoc fundamento, quia verbum, quòd potest poni in præterito, & futuro, vt prædixi, in dubio vtrunque tempus complectitur, quando tamen par est ratio vtrunque complectendi. l. cum pater. §. cum tibi tuæ il 2. ff. de leg. 2. l. verbum erit. ff. de verb. sign. l. si vxori. l. vltima. ff. de aur. & arg. leg. imò, & si actus importatus per verbum futuri temporis cadit etiam in eo, quòd est de præterito, dispositio etiam ad præteritum refertur hic est casus in l. ploriana. ff. de iur. codic. sicut è contra cum & actus importatus per verbum præteriti temporis cadit etiam super eo, quòd est de futuro per identitatem rationis dispositio etiam trahitur ad futurum casus est in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. sed in proposito dubio par videtur ratio, quia tam illi qui iam per annum laborauerint ante factum decretum, quàm illi qui post laborauerint in futurum in vinea domini, gaudebunt prærogatiua decreti quia quorũ æqualis est labor æqualis debet esse remuneratio c. scire debet 76. dist. & c. 1. de sepul. vnde alibi dicit tex. in c. recolentes de stat. monac. quòd dignum est siqui similem cum alijs vitam suscipiũt, similem sentiant in legibus disciplinam.

Probatur hæc apud me verior affir-
2 matiua, † quin verbum comprahendens præteritum, & futurum exponitur in præteritum vel futurum, secundum, quòd magis euitatur absurditas, & magis conuenit subiectæ materiæ ex gl. in c. ad hæc sumus in gl. 2. de rescript. quã ad hoc eleganter not. Oldra. cons. 200. quòd apud aliquos est 99. pariergò ratione dicendum, quòd hoc verbum, laborauerint, exponetur in casu præsenti in præteritum, & in futurum, eo quia si exponeret in præteritum tantum induceretur absurditas. f. quia non remunerarentur laborantes in futurum, qui laborauerunt in præteritum, quod etiã est iniquum, quia eos qui ecclesiasticis vtilitatibus insudarunt, etiam ecclesiastica dignum est remunerationi gaudere. c. ecclesiasticis 12. q. 2. huic determinationi accedere videtur regula volens, quòd quoties idem sermo duas habet significationes, illa est assumenda, quæ rei, de qua quæritur, est aptior, & quæ minùs habet absurditates l. quoties idem sermo, & l. quoties nihil. ff. de reg. iur. & l. quoties. ff. de verb. obl.

Ncc

Nec iura refragantur in l.opinione allegata, quòd illa verba debeant tantum exponi in tempus futurum, quia ſi ſic exponerentur reſultaret abſurditas, quòd ſcilicet, punirentur noua conſtitutione illi qui ante ipſam factam rem fecerunt à conſtitutione ſub noua pœna prohibitam, quòd eſt iniquum, ſed cum comprehendere dicimus tempus vtrunque nulla reſultat iniquitas, vel abſurditas, ſicut ſi comprehendere diceremus alterum ex his tantum, vt ex per me deductis poteris clarius deliberare.

DVBITATIO CLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Communitas, an excuſetur à damni præſtatione vbi ex indicijs poteſt conſtare de malefactore; vel de damno dato per inimicum, & quid in ſimili de domino occiſo, de Nauta.*
2 *Declaratur decretum Montisferrati criminale 54. de robaria.*

PLebs, vel communitas ſi ex forma ſtatuti obligatur ad emendam damni, an excuſetur vbi aliàs conſtare poteſt ex indicijs
1 de malefactore, †vel ſi damnum fuerit datum ab inimico, damnum paſſi.

Prætercà quæ notaui 5. dubitatione teneas, quòd in dubitati debet eſſe iuris communitatem non teneri vbi conſtare poteſt ex coniunctis præſumptionibus de malefactore, & vbi damnum fuiſſet datum de nocte, & ſic de tempore quo hominibus loci, burgi, vel villæ non poteſt imputari culpa, vel negligentia prouidendi, quòd damnum nõ daretur, vt per Roma.conſ.7. colum.2. cum ſeq.per tex.in l.ſi cum exceptione. §.in hac vbi gloſ. ff.quòd met. cauſ. vbi etiam dicitur damnum datum de nocte difficulter probari.

Excuſat̃ etenim in ſimili ſeruus ſi de nocte eius dominus fuit occiſus, & illi nullum præſtitit auxilium, quia domini offenſam tali tempore commiſſam iuſtè potuit ignorare ex l.1.§.occiſorũ. ff.ad Syllan.vbi Bart.notat,& ita terminat, & ſimilis caſus legitur in l.ſiquis in graui.§.ſubuenitur. ff.eod. titul. & in l.ſi ideò.C.de his quib. vt indig. & ibi.Bal.

Idem dicimus in cuſtode, qui licèt teneatur de damno dato in re cuſtodita.l.ſi mercedem.ff.locat.l.3. §.ex fracturi.ff.de off.prefect.vigil.attamen non tenetur quando damnum ſua negligentia nõ intercedente datum fuit.l.ſiquis domum. §.imperator. Antonius.ff.loc.

Prout etiam idem dicimus de Nauta qui licet teneatur de damno dato in rebus naui immiſſis attamen non tenetur, quando damnum incidit aliquo caſu qui non potuit præuideri. l.idem ait.§.ſed ſi gratis ff.naut.caup.ſtab.

Et dicto ſtatuto etſi tenerentur communitates, non tamen tenebuntur abſentes, & alij, quibus culpa, dolus, aut negligentia non poteſt imputari, quia ſcientes tantum obligantur,& nõ ignorantes quorum numero ſunt abſentes. l.generali. C.de tabul.lib.10.l.fi. ff.decr. ab ord.facien.l.Methodorum.ff.de pœ. l.1. circa fin. C.de falſ. mon. l.communitatem. §. dominus. ff de public. argumento etiam l.nequid ſuper verſ.à poſſeſſoribus vbi glo.ord. ff.de incen.rui.& naufr. vbi habetur poſſeſſorem fundi teneri domino ipſarum rerum de damno circa res dato,vbi res ex maris tempeſtatẽ iniectæ fuerint, ſi domino fundi ſciente, ſecùs ſi ignorante datũ fuerit vbi enim damnum non poteſt præuideri, neq; reſiſti, non tenebitur communitas, nec alius de damno dato, vt per gl.ord.in l.ob æs.C.de præd.min.

Imò quia hęc faciunt pro decret.crimin. patriæ † huius Montisferrati ſub
2 rub.de Robaria, & decreto ſeq.54. intelliges, quòd etiam damnum paſſus ſi ſit de villa tenetur pro parte ſua vbi communitas teneretur de damno, vt per Bartol.in l. amiciſſimos. §. Lucius.

num.

numero 6. ff.de excusat.tutor.

Et vbi villa conueniatur pro robaria, facta in ea ad damni emendationē non sufficit iuramentum in litem.Bar. in l.1.numc. 2.ff. quando ex fall. tut. vel curat.

Licèt causa villa teneatur ex dicto decreto 54.de homicidio,istud non habet locum, si in eius territorio quis reperiatur mortuus, quia non sequitur,q̄ ibi interfectus fuerit vt notat Paul. Castren.in l.pen.§.docere.ff. nequis tum sequitur Dec.consi.37.col.antepen.circa med.Natt.consi.585.num.3.dictumque decretum 54. intelligendum procedere, quando villa non coperit vel apprehendiderit bannitum occidentem, qui poterat impunè occidi, nisi tamen alter statuto caueatur.Bart.in l.siquis.§. maritus nu.2. ff.ad Syllan.

Insuper ad pœnam d.decreti 54.scias non teneri contribuere absentes, nec alios quib. culpa imputari non potest, vt notat.Alba in suo tract.statut. quæst. 68.& quæstio. 83.& pro declaratione eiusdem decreti vide not.per Bart.in l. 1.§.occisorum.ff.ad Syllan.

Vbi verò in casu eiusdem decreti.54. essent plures malefactores in territorio villæ, quorum villa nullum coperit, an debeat in totum centum puniri, vel pro singulo malefactore in centum vid.Angel.de malefic.in verb.fama publica præcedente vers.quæritur est contra si statuto cauetur, quod si villa non coperit malefactorem, & quare in terminis dicti decretj locus, vel villa in qua fit homicidium, tenetur ex quasi delicto, & ideò vnius solutione omnes liberantur vid.Bar.in l.ex maleficio.§.is quoque.ff.de act.& obl. & in l.cum si exhibuisset.§.si plures.num.1.ff.de public. & vectig. vbi etiamsi essent decem malefactores,sufficit vna pœna.& hoc decretum debet intelligi, si malefactor potuerit capi, & non aliter. Bart.d.l.1.§. occisorum.num.2.ff.ad Syllan. vbi ampliat non procedere, si homicidium fit clam, vel in confinibus alieni territorij.Bar.in l.si quando num.4. C.vn. vi & in l.si in rixa.ff.ad l. Corn.de sicar.

Concludo igitur in proposito principalis dubitationis promotæ vbi ex præsumptionibus constare posset de malefactore, & de damno dato ab inimico, communitatem non teneri & quæ præsumptiones desiderentur vid. Rom,d.consi.7.col.1.

DVBITATIO CXC.

SVMMARIVM.

1 *Villa vel communitas quia fuit negligens in capiendo malefactorem, si soluit an habeat regressum contra bona delinquentis patris, vel filiorum, vel fratris pro restauratione pœne solutæ.*



Lebs,locus,villa, vel vniuersitas, quæ soluit, quia fuit negligens in capiendo malefactorem,an habeat regressum contra bona delinquētis patris, vel fratris eius, vel filiorum pro restauratione pœnæ solutæ.

Etsi aliquot Doctores nixi fuerint tueri affirmatiuam opinionem arg. tex. in l.codicillis.§.institutio. ff.de lega,2. vbi est expressum,quod verba illa,lego vel mutuo centum super tali fundo inducunt ipsius fundi tacitam hypothecam quem tex.ad hoc notat Bar. in l. fundū ff.de annu.legā.& hinc inferri possit, q̄ soluens possit habere recursum super bonis delinquentis & quòd eius bona pro pœna soluta sint tacitè obligata p tex.etiam in l.fin. C. qui rescin. aut oblig,poss. vbi si permutuata pecunia promitto tibi satisfacere per rerum meārū exactionem videntur res ipsæ pignori constitutæ,hincque argui possit, quod villa possit absolutam pœnam restaurari exigendo bona ipsius delinquentis, videtur concedere eidem villæ ipsorū bonorum

bonorum obligationem.

Nihilominus veritas eſt in contrariũ reducendo omnia in quantum poſſibile eſt ad ius commune, maximè vbi ex ſe aliquid vltrà ius commune operantur. vt in c. cum dilectus de conſuet. l. 2. C. de noxal. gl. in l. fi. §. in computatione C. de iur. delib. ſed de iure communi villa non habet tacitam hypothecam in bonis delinquentis ſeu conſanguineorum præter fiſcum in bonis ſui debitoris vt per gl. communiter approbatam in l. certam. C. qui cau. pig. vel hypo. tacitè contrah.

Et quòd villa de iure cõmuni quia pœnam ſoluit quia fuit negligens in capiendo malefactorem, non habeat aduerſus delinquentem, vel eius bona pro ſolutis recuperationem, hoc probatur à ſimili in l. mãcipium. C. de ſeru. fugit. vbi ſecundum primam lect. gl. fin. eſt caſus, quòd iudex pœnam ſoluens, eo quia fuit negligens in reperiendo ſeruum ratione appræhenſæ fugæ delinquentem, non habetur aduerſus eũ pœnæ per eum ſolutæ recuperationẽ, & perſecutionem: quia cuius occaſione ſoluit, & hoc cũ pœna per eũ ſoluta, ipſum delinquentem non liberat, nec id continet, quòd in delinquentis obligatione verſabatur, ſecùs vbi delinquẽtem liberaret, atque id cõtineret, quod verſabatur in obligatione, quoniam tunc, quòd ſoluit, ab eo repeteret, cuius occaſione ſoluit & hic eſt caſus in l. miſſi. C. de exact. tribut. lib. 10.

Probatur inſuper ex regula generali q̃ ſe habet, q̃ reſpectu eius qđ quis ex ſuo ſolummodo facto, ſeu propria negligentia, aut ex ſua ſolum perſona ſoluit non autem alterius, non poteſt aduerſus tertium actionem intentare, nec etiam cum, cui ſoluit, compellere, vt aduerſus tertium ſibi cedat actionem. l. ſi plures in fi. la 2. ff. de admin. tut. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutel. & l. vnde q̃ritur. ff. commod. Bart. in l. Modeſtinus quæſt. 4. C. de ſoluſt. cum propterea villa ſoluerit pœnam ex ſua propria negligentia quam adhibuit circa delinquentis capturam, conſequẽs eſt, vt pro ea ſoluta recuperanda aduerſus delinquentẽ, vel eius conſanguineos, eiuſve bona, actionem non habeat, cum alter pro alterius facto non teneatur. l. 1. C. vt nullus ex vica. lib. 11. & §. quoniam verò in auct. vt nulli. iud.

DVBITATIO CXCI.

SVMMARIVM.

1 *Forenſes ſi ex ſtatuto non poſſint habere ſtabilia, an poſſint acquirere ius ceſſum in nominibus debitoris.*

2 *Conſtitutio ſequens contraria, an validet præcedentem cõceſſionem, & quid in vltima voluntate.*

Lebs, vel vniuerſitas ſi ſtatueret, quòd forenſes non poſſit habere immobilia, an poſſint acquirere ius ceſſum in nominibus debitoris, & an ſequens contraria conſtitutio validet præcedentem conceſſionẽ, & quid in vltima voluntate?

Prò diſcuſſione primi articuli eſt videndum, an actiones, ſeu nomina debi
1 torum † veniant appellatione immobilium, vel mobilium, & in hoc eſt diſtinguendum, aut volumus conſiderare actionem reſpectu ſui ipſius, & tunc illa non eſt mobilis, nec immobilis eſſẽtialiter, quia eſt res incorporalis, quæ tangi, vel palpari non poteſt. §. incorporales inſtit. de reb. corpor. & quia etiam certo loco non clauditur neque determinatur. l. fi. C. de præſcr. long. temp. l. vxorem. §. legauerat. ff. de leg. 3. & l. corruptionem. C. de vſufr. & ita loquitur. tex. in l. contuberonis §. in peculio. ff. de pecul. & in l. à Diuo pio §. in venditione. ff. de re iudic. qui tex. videntur actionem ponere tãquã tertiã ſpeciẽ de per ſe vt per gl. in l. viuentium. ff. de ver. ſig.

Aut volumus cõsiderare actionem, respectu eius ad quod competit, & est tunc mobilis aut immobilis prout est res illa ad quam datur, & ita loquitur. Bart. in l. potest. ff. de autor. tut. & alij in Liubemus la 2. C. de sacrosanct. eccl.

Cùm propterea in proposito constitutio ipsa prohibuerit in forensem, & sic in non suppositum suæ iurisdictioni alienari actiones, consequens erit, vt intelligatur prohibuisse eas, vt facientes tertiam speciem de per se, per prædicta, & consequenter hanc de qua in dubio nostro, quia competit, & tendit ad certam quantitatem in genere, & sic est talis quæ non venit appellatione mobilium, vel immobilium, sed est tertia species de per se considerata, cùm enim statutum generaliter actiones alienare prohibeat, generaliter est intelligendum. l. 1 §. generaliter. ff. de lega. præst. l. in fraudem. §. fi. ff. de testa. milit. c. solite de maior. & obed. & consequẽter vt includat eas actiones, quæ tertiã speciem bonorum de per se faciant.

Quoad aliud dubium, an ipsa alienatio rerum 2 † valideturpropter constitutionem subsequentem, per quam habilitati sunt forenses ad acquirẽdum bona in ciuitate, breuiter omissis iuribus, q̃ tangunt, an cessatio inhabilitatis inducat reconualidationem vltimæ voluntatis ab inhabili factæ, capiamus decisionem ex iuribus quę loquuntur in cõtractibus, scilicet, an illi nulliter celebrati inter personas inhabiles prout in proposito, reconualescant solum propter subsequentem cessationem inhabilitatis.

Et in hoc considerandum est, quòd aliquando cessat inhabilitas non ex noua constitutione, seu priuilegio supernenientibus propter lapsum temporis, cuius persistentia inhabilitatem inducebat, & tunc illa sola cessatio inhabilitatis non inducit actus reconualescentiam, sed nouus consensus requiritur ad illam inducendam, & in duobus casibus tacitum, quòd inducitur ex taciturnitate, cum lapsu quinquennij sufficit, & 1. probatur in l. siquis in senatorio, & in l. siquis tutor vers. qui verbo, & in l. eos. ff. de ritu nup. & in c. litteras de despon. impub. vbi patet, matrimoniũ, seu sponsalia nulla esse, quia inter inhabiles contracta propter defectum ætatis, vel permanentiam coniugationis legalis ea inhabilitate cessante, vt puta, quia superueniat legitima ætas, vel dissoluatur coniugatio, non ipso iure reconualescunt, sed necesse est ostendere per signa aliqua, vel verba, quòd cõtrahentes ipsi post inhabilitatis cessationem in eadem voluntate perseuerarũt probatur secundo casu in l. fi. si maior, factus sine decr. & l. 1. C. de contra. iud. vbi est expressum, quòd alienatio facta illi qui præest in loco iuri reddẽdo nõ censetur reconualescere eo ipso, quòd superuenit inhabilitatis cessatio, puta quòd ius defecit, vel tempus officij, sed necessè est ostendere de ratihabitione, verbis, vel signis, vel de taciturnitate quinquennali post lapsum tempus officij, seu minoris ætatis ad idẽ facit. tex. in l. si minor vers. manumissio. ff. de ser. export. vbi manumissio nulla propter respectum personę minoris ætatis non censetur reconualidata ob hoc, quòd cesset inhabilitas, puta, quia deficit minor ætas ad idem: facit tex. in c. si eo tẽpore de rescript. in 6. vbi concessio per Principem facta nulliter eo quia inhabili facta sit, propter defectum ætatis, non reconualescit ex eo solo, quia inhabilitas cesset, vt quia superuenit maior ætas.

Aliquando verò inhabilitas est personæ, vel rei propter superioris constitutiones, vel factum nouiter superuenientem, & tunc ex eo solo, quòd inhabilitas cessat, non censetur actus reconualidus nulliter ante cessionem inhabilitatis gestus, & hoc probat tex. in l. inter stipulantem §. sacram, & in l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obl. & §. idẽ

iuris

iuris inſti.de inutil.ſtipul.vbi ſtipulatio nulla ab initio propter habilitatem rei ab initio in ea conductæ cuius non eſt commercium, non reconualeſcit propter ceſſationem inhabilitatis ſuperuenientis facto ſuperioris, vt ſi eius auctoritate ſacra eſſe deierit, vel publica, quia etiam de eſſe, & de natura conſtitutionis eſt futura reſpicere non autẽ præterita, & ſic non eſt addendum robur in geſtis præteritis,ſi nulla ſunt.l.leges.C.de legi.l.fin.ff.de conſtit. & l.diuæ cum concord. C.de decur.lib.10. Tandem probantur præmiſſa ex regula. l. ab initio.ff.de reg.iur. c. non firmatur. eo.tit.in 6.l. obligari.§. tutor.ff. de auth. tut. vbi habet̃ tractu temporis non firmari quod ab initio non valuit. vnde concludendum eſt alienationẽ ab initio vigore præcedentis ſtatuti nullam, non conualidari per ſubſequentẽ conſtitutionem.

DVBITATIO CXCII.

SVMMARIVM.

1 *Communitas, an & quando teneatur de depradatione vel alio delicto commiſſo per aliquos de communitate.*

1 PLebs, vel communitas,an & qñ teneatur de depradatione vel alio delicto commiſſo per aliquos de communitate.

Communitas etſi non teneatur ex delicto commiſſo per homines ipſius communitatis, niſi præceſſerit conſilium,& deliberatio, & hoc procedat in delicto momẽtaneo, vt eſt homicidiũ, & tunc agi debet contra ſingulares perſonas quæ deliquerunt, vt in his terminis loquitur. glo.in l.aliud.§. refertur.ff. de reg.iur. & in l. ſed etſi ex dolo, §.1.ff. de dolo.& in l. ſicut.§.1.ff. qñod cuiuſq; vniu.nom.& ita tenet Bar.in l.aut facta. §.fi.col.fin. ff.de pœn. quem refert & ſequitur Abb.in c.dilectus il 2. de ſimon. & ob id conſuluit Paul. de Caſtr.conſi. 86.incip. in cauſa fortij non ſufficere,qp probatum fuerit homines vnius villæ vel terrę combuſiſſe certum fęnum cuiuſdam nobilis, ad hoc vt libellus contra vniuerſitatem procedat, quia non fuit probatum, quod fecerint communicato conſilio, vnde tunc agendum fuit contra ſingulares perſonas,quæ tale incendium fecerunt, & allegat Bart. d.l.aut facta.§.fi.

Nihilominus quando delictum habet cauſam ſucceſſiuam, vt eſt rebellio,& huiuſmodi, tunc communitas tenetur,dato quòd conſilium & deliberatio non proceſſerint, eo quia,vt dixi,tale delictum habet tractum ſucceſſiuũ, ita tenet Petr. de Ancha. conſi.153.incip. ex narratis in facto 6. col. vbi limitat doctrinam Bar.in d.l.aut facta. §.fin. & ita ſequitur. Ioan. de Ana. in c. dilectus il 2.de ſimonia.& ita tenet Saly.in l.1.C. de ſeditio. vbi tener, quòd quando delictum habet cauſam ſucceſſiuã, tunc imputatur communitati, quamuis non ſit factum communicato conſilio, vel præcedente deliberatione, & bene ad hoc facit, quod notat Abb. in c. conſtitutusil 1.& in c. cum cauſam de teſtib. vbi tenet, quod licèt aliàs factum familiaris non imputetur domino c.cùm ad ſedem vbi glo.magiſtr. de reſtit.ſpoliat.notant Canon. in c.Petrus de homicid.& iſtud eſt verum,quando delictum famuli habet cauſam ſucceſſiuam, tunc enim imputatur domino, quia tunc dominus non prohibendo præſumitur accommodare eius conſenſum.vt dicit Abb.in d.c.conſtitutus. & ita legendo tenuit Iat.in l.ciuitas.ff.ſi cert. peta.

Eoque magis in delicto rebellionis commiſſæ per aliquos de communitate teneretur communitas, quando deprædata fuiſſent bona officialis ipſius Principis,non propter ipſum officialẽ, nec eius odio,aut propter eius demerita, ſed propter ipſum Regem vel Prin-

cipem, contrà quem fiebat rebellio, vt declarat Bar. in l. hostes col. pen. circa fin. ff. de capti. & sic cùm per talem rebellionem bona officialis fuerint deprædata, debet communitas ad eorum emendationem teneri, potissimum si dicta bona fuissent deprædata in Palatio communis, & sic in loco adeò publico & eminenti, quòd in omnium notitiam debuit de facili pertransire sicque hoc facit, quod omnes patiendo, & sic tacitè consentiendo, & ratificando videntur deliquisse, & sic communitas debet teneri. l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dolo. & l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. & ita tenet Inno. in c. grauem de sent. excom. & Bar. in d. l. aut facta. §. fi. ff. de pigno. sicut quando populus ex post facto consentit maleficio commisso per iudicem, seu Potestatem, tunc cõmunitas tenetur, & similiter si, capitulum ex post facto consentiat maleficio prælati noceret ecclesiæ, vt est gl. in cap. cùm dilecta, vbi Bald. column. fin. de ordi. cognit.

Tunc etiam eoque magis teneretur communitas quando syndici vel consiliares, seu decuriones susceperint in se expressam custodiam bonorum officialis, Gubernatoris, vel prætoris, existentium in Palatio, quia tunc videtur in se suscepisse periculum talis deprædationis, in robariæ. l. si vt certo. §. si de me perisse, cum glo. vbi Barto. ff. commod. Bar. in l. 1. §. quemadmodum. ff. de lib. agnoscen. Bald. in l. ex diui. C. locat. facit tex. in l. si solueturus. ff. de solut. potissimum si tunc instaret rebellio cõtra Principem, vel eius officialem, & propter hoc esset periculum deprædationis dictorum bonorum de illo periculo cententur syndici, vel decuriones promisisse cùm de alio tunc non dubitaretur, vt in l. fundus qui locatus in fi. ff. de fund. instruct. glo. in l. pediculis. §. item cùm quæreretur. ff. de aur. & arg. leg. Bald. in l. liberti col. pen. in prin. C. de bon. libert. sed clarum est, quod syndici, seu decuriones repræsentant communitatem secundum glo. in Rubr. C. quæ sit long. consuet. & in l. 1. C. de decurio. lib. 10. Bart. in l. nulli. ff. quod cuiusque vniu. nom. & in Rub. ff. de decurio. ergò ipsam communitatem ad hoc obligarunt, ita vt teneatur de deprædatione & alio delicto commisso per aliquos de communitate, quod procedit etiamsi tempore quo bona officialis, vel ipsius met principis fuerunt deprædata, adhuc non erat commissa rebellio, quia ex quo post rapinam bonorũ factam officiali statim ciuitas, vel oppidum rebellauerit Principi, dicitur fuisse rebellis etiam tempore quo bona officialis fuerunt deprædata, vt probat tex. in l. si ventri. §. eorum vbi decidunt Bar. & Ang. ff. de priuil. cred. & in c. dudum de repud. Bar. in l. post contractũ quinta præsumptione. ff. de donat. & in l. de pupillo. §. siquis ipsi prætori. quæst. 8. ff. de ope. no. nunc. Bal. in l. per diuersas quæst. fi. C. mand. quia etiam præparamenta ad rebellandum idem operãtur, quod ipsa rebellio; & idem operatur timor guerræ, quod ipsa guerra, vnde si sit conuentum inter conductores & locatores gabellarum, quòd in casu guerræ debet fieri remissio mercedis, idem erit, si non euenit guerra, sed timor guerræ. Alex. in l. diuortio. in prin. col. 4. ff. solu. matr. & deliberatio de faciendo rebellionem facit, quòd vt cõmunitas teneatur de rapina eius occasione secuta. argu. l. si seruus seruum. §. si quis insulam. ff. ad l. Aquil. quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse intelligitur. l. qui occidit. §. in hac vbi glo. ff. ad l. Aquil. cum concord. & rebelles intelligas omnes existentes in proterua & notoria inobedientia secũdum Ang. in l. 2. §. fin. circa fi. ff. de iudi. & dicitur rebellis non solum ille, qui domino suo naturali resistit, sed etiam qui suo iudici non vult parere, vel suã impedit iurisdictionem. Abb. in c. fanciul. 2. de offi. deleg.

DVBI-

DVBITATIO CXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilitas quo in loco contrahatur an in loco vbi quis naſcitur, an in loco paternæ originis, an in loco vxoris tradita.*
2 *Oriundus quis dicatur.*

1 PLebs, populus, vel ciuitas an iudicabit aliquem contraxiſſe ciuilitatem in loco paternæ originis, an in loco, vbi quis naſcitur; & quo tandem in loco contrahatur ciuilitas ex locis prænominatis.

Vt clarior reddatur reſolutio, exemplifico, q̃ Titius filius Sempronij vellet ingredi collegium venerandum iuriſperitorum inclytæ ciuitatis Papiæ, cuius ſtatuto requiritur, quòd ingredi cupiens ſit de antiqua familia, & ſit oriundus ipſe, vel pater eius à dicta ciuitate Papiæ, accidit, quòd Sempronius pater eius Papienſis, & Papiæ natus iuit habitatum Caſali, vbi dictum Titium filium ſuſcepit eo animo & propoſito redeundi ad ciuitatem originariam Papiæ, & ſemper Caſali, & Papiæ quoad omnes actus ſuos tam iudiciarios quã mercantiles fuit tractatus, vt cuius Papienſis: quæritur modo an dictus Titius eius filius ad effectum & finem præmiſſum natus Caſali dicatur oriundus à Papia, vt poſſit eſſe doctor de collegio Papienſi.

Et certè iſte eſt caſus pro affirmatiua clarè determinatus per Paul. de Caſtr. & Alex. in l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de leg. 1. vbi ita determinant in ſtatutis Bononiæ, & Paduæ diſponentibus, quòd nullus doctor poſſit eſſe de collegio, niſi ſit originarius ciuis Ciuitatis, & pater alio profectus ad aliam ciuitatem animo & propoſito redeũndi ad propriam ciuitatem, habuit filium in illo alio loco, quòd talis filius dicitur eſſe ciuis originarius non loci in quo naſcitur, ſed ciuitatis paternæ, ex quo pater ibidem erat, non vt perpetuo, ſed ad tẽpus ibi moram traheret, & ita dicit Paulus de Caſtr. ſe vidiſſe de facto obſeruari: refert, & ſequitur Fely. in cap. Rodulphus col. 16. de reſcr. vbi dicit, quòd ita vidit ſeruari in pluribus Doctoribus, & quòd ita etiam fuit obſeruatum in ipſius perſona, in collegio Ferrarienſi in quo vigebat tale ſtatutum, licèt origo ſibi fuerit ex Felina oppido diœceſis Regienſis, cum origo eius patris eſſet ex Ferraria ob idque dictum Papienſe ſtatutum non eſt amare interpretandum, ſed ciuili, & æquo modo ſecundum Bald. in l. 1. colum. fi. C. qui accuſa. non poſſ. imò tale ſtatutum Papienſe diſponens, quòd nullus recipiatur in collegium, niſi ipſe, vel pater eius ſit inde oriundus eſt benignè, & non rigidè interpretandum, ex quo nullius præiudicium verſatur, & ex eo, quòd neminẽ lædit benignior via eſt ſequenda. l. 2. §. item varus. ff. de aqua plu. arcend. ſecundum Bald. conſilio 183. volum. ſecundo ſicut in ſimili vnicus teſtis plenè probat, vbi non agitur de alicuius præiudicio ita not. Abb. in cap. propoſuiſti per glo. ibi de conſecra. eccleſ. vel alt. & eſt gloſ. in c. nuper de teſti. vbi notabiliter infert. Bald. quod per vnum teſtem plenè probatur, quòd aliquis ſit baptizatus, vel quòd aliquis ſit ordinatus, vel quòd eccleſia ſit conſecrata, & ſimiliter Sacerdotiũ probatur per vnũ teſtem, quia per iſta memini præiudicatur.

Et licèt Semptonius pater ciuis, & natus Papiæ venerit habitatum Caſali, ibidemq; & diutiùs longoque tempore moram traxerit, & filios ibi ſuſceperit, per iſta tamen, vel ſimilia non eſt effectus Ciuis Caſalis, nec ibidem domicilium conſtituit, cùm multæ coniecturæ in contrarium militarent, vel clare probationes, quòd nunquam voluit fieri Ciuis Caſalis, ſed ſemper remanere Ciuis Papiæ, cum propoſito ad eam reue-

reuertendi præcipuè ſi Caſali ſemper fuerit tractatus, vt forenſis, & vt ciuis Papiæ, & nunquam ſubijt aliqua onera tanquam Ciuis Caſalis, quo caſu etiãſi per centum annos Caſali habitaſſet, non per hoc diceretur domicilium ibi conſtituiſſe, nedum effectus ibi ciuis, vt notatur in l. quæſitum in prin. vbi Bart. ff. de leg. 3. idem Bart. in l. lex Cornelia. §. ſi tamen in fundum. ff. de iniur. & in l. 2. C. de incol. lib. 10.

Imò etiamſi per centum annos Caſali habitaſſet, & ibidem domum, & alia immobilia emerit, etiam per hoc non dicitur effectus ibi ciuis, imò nec ibi domicilium contraxiſſe, vt l. Libertus. §. iola domus vbi Bart. ff. ad munic. nec etiam ex eo, quòd ibi vxorem duxerit, nam capere vxorem, ſeu traductio vxoris facta in aliqua ciuitate nõ inducit ciuilitatem in illo loco, nec incolatum. l. ciues. C. de incol. lib. 10. imò ipſa vxor efficitur incola, ſeu ciuis loci originis ipſius mariti, vt l. fin. §. idem reſcripſerunt vbi Bartol. ff. ad munic. & per gl. in l. ciues. C. de incol. & in l. origine. C. de munic. & orig. lib. 10. ita conſiluit. Abb. conſ. 100. vol. 2.

Imò etiam probatur, quòd Titius filius dicitur Oriundus à Papia, & ſi natus in ciuitate Caſalis, quia ille dr Oriũdus de ciuitate, cuius pater ibi natus eſt & ſic originẽ duxit. l. aſſumptio. §. filius. ff. ad munic. & ita tenet. gl. in c. 1. §. 1. in verb. alienigenas de vſur. in 6. & facit, quod vult gl. in rub. C. de munic. & origin. lib. 10. quæ vult, quod quis dicatur originarius ab origine patris, & gl. 1. in l. ciues in princ. C. de incol. lib. 10.

2

DVBITATIO CXCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Relinquente ex mandato prætoris loci, an illius communitas ex oppidani delicto teneat.*

2 *Communitas non tenetur ex facto gubernatoris.*

3 *Dominus tenetur ex delicto officialis.*

PLebs, populus, vel communitas an teneatur ex delicto oppidani, vel ciuis, qui deliquit ex mãdato prætoris, vel iudicis loci, vel ciuitatis ipſius: communitatem nõ teneri dicendum eſt pro reſolutione, ſi etenim vniuerſitas non tenetur ex de-
1 licto decurionum, † qui totum vniuerſitatem repreſentant. l. ſi ex dolo. §. 1. in fin. ff. de dolo imò nec ex delicto magiſtratus, vt l. 1. in prin. ff. de magiſtr. conuen. & l. 1. §. 1. ff. quòd quiſq; iuram. multò minus ex delicto vnius ciuis licèt ſubditi, nam & ex delicto ſerui, qui magis eſt ſubditus, non tenetur dominus ignorans & ad quem nil peruenit, niſi vt ipſum det pro noxa, ſi poteſt. l. præter. §. hoc edicto verſ. cum enim animalia. ff. de damn. infect. l. 3. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxal. cauſa. g. prout nec ex delicto filij non tenetur pater. l. ſi filiusfa. C. de bon. proſcr. l. 3. §. fin. ff. de pecul. niſi in ſui rem ſit verſum, & generaliter ex delicto vnius alter nõ tenetur Oldr. conſ. 66. incip. an ex delicto, tex. eſt in l. de pupillo. §. ſi plurimũ. ff. de oper. nou. nunc. ne in poteſtatem alterius, ſit conditionem alterius nihil delinquentis deteriorem facere. l. 1. in fin. ff. quòd vi aut clam. l. fin. ff. ad Syllan. & l. fraudati. §. fin. ff. de public. Innoc. in ca. grauamen de ſent. excomm. Barto. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœn.

Imò nec tenetur communitas ex facto Gubernatoris præſuppoſito, ſcilicet
2 † quòd licitè facere non potuiſſet quòd fecit, etſi quòd ex illo facto nil proueniret ad communitatẽ argumento ducto ex pupillo, vel adulto, qui non tenetur ex delicto tutoris, vel curatoris, qui ſunt legitimi adminiſtratores, ſi ad eos nil peruenit. l. meminerit. C. vnd. vi. Lneq; interdicto. ff. de reg. iur. l. 3. §. 1. ff. de tribut. prout nec tenetur dominus ex delicto procuratoris. l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iur. l. 1. §. ſi procurator.

tor.ff.ſiq.iuſdic.non obtemp.l.ſi procurator.ff.de cond. indeb.l.1. §.quoties. ff. de vi & vi arm.c.1. in fin.vbi plenè not. extra, vt lite non conteſt.prout etiam nec ex delicto prælati non tenetur eccleſia. c. cum venerabilis de except. & c.cum dilectus in prin.de ordi. cognit. & ex delicto magiſtratus non tenetur ordo decurionum, licèt ab ordine ipſo datus ſit magiſtratus. l. 1. in princ. ff.de magiſtr.conuen.l.1. in princip. ff.quòd quiſque iur.

Et licèt ex delicto officialis teneatur
3 dominus, qui ipſum deputauit.l.1.§.familiæ.ff.de publica.hoc eſt verum,quãdo deliquit circa officium ſibi commiſſum, puta, officialis publicani in extorquendo plùs debito à tranſeuntibus, vel officialis poteſtates recipiendo pecuniam per Simoniam, vel indebitè grauãdo ſumpta occaſione officij, vel tutor ſuper negotijs pupilli contrahendo.l.illud. ff.de curat.ſed quando extrà officium, & non ſumpta occaſione officij, nec tanquam gubernator illud cõmiſit, vel fecit, communitas non tenetur.gloſ.ord.in l.ſi dolo.ff.liq.omiſ.cauſ. teſtam. & ſcientia communitatis, quia ſciuerit gubernatorem tale quid fec. ſſe obeſſe debet communitati, cum communitas habet ſuperiorem, qui gubernatorem ad illud officium deputauit.l. nã magiſtratus. ff.de arbit.& l.3. in prin. ff.de alien .iud. mut. cau. fact.ideò non imputatur communitati ſcientia, quæ non habet patientiam.l.1.§.cæte. um.ff. ſi fam. fur. fec.dic. l.in delictis in princi. ff.de noxal. & poſito, quod cõmunitas ratum haberet quicquid per gubernatorem, vel officialem actum eſſet, non tenebitur; quia duo requiruntur ad hoc vt quis teneatur ex delicto commiſſo per alium ex ſua ratihabitione, quòd ſit commiſſum nomine ipſius ratũ habentis,& quòd ratum habeat tanquam ſuo nomine commiſſum, vt not.in l.1. §.quoties.ff.de vi, & vi arm.in gloſ.quæ incipit, duo, l.cum hi. §. ſi prætor. ff.de tranſact. l. fin. ff.de diuort.l.Fulcinius. §. cum hoc ædictum cum ſeq. ff.quib. ex cauſa in poſſ. eatur præcipuè cum ad ipſam communitatem nil peruenit. l.ſi vi me deiecerit ff.de vi, & vi arm.

DVBITATIO CXCV.

SVMMARIVM.

1 *Communitas ſi patiatur ſuum ciuem delinquentem eſſe in Ciuitate, & eum non puniat, an videatur approbare, quando iſte criminoſus habet ſaluum conductum per iudicem illius loci, & quis poſſit ſaluumconductum concedere.*

PLebs, vel communitas ſi patiatur ſuum oppidanum, vel ciuem delinquentem eſſe in oppido, vel ciuitate, & eum non puniat, an propterea obligetur, & videatur approbare, quando iſte crimi-
1 noſus habet ſecuritatem, †ſeu ſaluumconductum per iudicem Villæ, vel Ciuitatis, & quis poſſit ſaluumcõductum concedere?

Putarem eſſe dicendum, quòd ſi cõmunitas poteſt punire delinquentem, tunc non punendo facere videtur, & approbare delictum, & ſic teneretur.c. negligere 2.q.7. & l.2. C.de commer. & mere.

Si verò communitas non poteſt punire, non tenetur, ſiue ſit in poteſtate, ſeu potentia facti.l.2.§.ſiquis in iudicio. ff. ſiquis caut. l.ſi vehenda. §.idem iuris. ff.ad l. Rhod. de iactu. l.ſcire oportet. §. ſufficit. ff.de excuſ.tut.ſiue ſit in potentia iuris. l.ſi filius. ff.de condit. inſtit.l.1. ff.de his quæ pœnæ nomine.§.fin.inſtit. de lega. l. nepos proculo. ff.de verb. ſignif. & videretur dicendum, quòd cõmunitas poſſet, quia tales ſecuritates, ſeu ſaluiconductus non proſunt de iure criminibus. §. neque autem in auct. de mand.princ.l.2. cum gl.C.de his qui ad eccl.confug.l.plerunque ff.de in ius vocan.

vocan.l.nemo domo.ff.de reg.iur.

Contrarium tamen determinarem, nam præallegata iura intelliguntur, & loquuntur in ſecuritate ſimpliciter cõceſſa, quæ non extenditur, ad cauſam maleficiorum; ſed ſi expreſsè data eſt ſupercrimininibus, & maleficijs ab eo qui dare potuit, ſeruanda eſt etiãſi dare non debuerit, vt refert Bart.in l.his, qui reus. ff.de publ.iudic. poteſt autem dictam ſecuritatem concedere quilibet iudex ex cauſa legitima, vt ibid.notat. Bart. item poteſt concedi per Principem ex ſola voluntate.l.relegati in fi. ff.de pœn. vbi dicitur, quòd princeps criminoſis etiam damnatis comeatum, & remeatum in vrbem dare poteſt.l.1. in fin.ff.de quæſtio.l.conuentionum.ff. de pact.

Talem autem auctoritatem à principe conceſſam inferiores violare non poſſunt nec debent.l.fin.ff.de legib.imò contrarium facientes puniuntur,& crimen læſæ maieſtatis incurrunt.l. 1.in princ.ibi, aduerſus ſecuritatem.ff.ad l. Iul.maieſt.quia talis ſecuritas ſi per epiſtolam conceſſa ſit habet vim legis.l.1. ff.de conſtit. prin. ideò nõ licet inferioribus eam violare, & contrarium faciẽs punitur.l.ſacra. §.propriè. ff.de rer.diuiſ.

Vbi propterea dignoſcamus communitatem omni ius dominij, & proprietatis meri, & mixti Imperij tranſtuliſſe cum iuriſdictione in Principem, & ſic nil ſibi remanſit vt l.2.§.nouiſſimè.ff. de orig. iur. & l.1.§.ſed hæc. C.de veter. iur.enucl.l.1. ff.de conſtit.princ.& quod not.in l.non ambigit.ff.de legi. ſi vellet tunc talis communitas punire, non poſſet, cùm iuriſdictionem non habeat, imò ſi contrarium faceret, eſſet contra Principis, & ſuorum officialiũ voluntatem, & vſurparet ſibi ius ſuperioris, & ſic in crimen læſæ maieſtatis incideret.l.2. ff.ad l.Iul.maieſt.

Inſuper ſi adeſſet locumtenens, vel gubernator à principe ipſo deputatus, & ſic haberet eandem poteſtatem in ciuitatem, quam ipſemet princeps, vt l.1. §. hi quibus verſà prefectis vero. ff. de lega.3. l.1. ff.de tutor.& curat.dat.ab his.l.1. & 2. C.de off.eius qui ciuem alt. gerit.ſi propterea principis locũtenens conceſſiſſet ipſi delinquenti expreſsè, ſpecificè ſaluumconductum, & mandauit, quòd non occaſione delicti per eum patrati non poſſit moleſtari, non eſt dubium, quòd ipſa communitas de iure illum moleſtare non poſſet, nec punire, imò contrarium faciens violãdo dictum ſaluumconductum maius crimen, ſcilicet, læſæ maieſtatis committeret, & conſequenter non tenetur ſi non facit, quòd facere non eſſet ſine crimine, & quòd de iure non poteſt.l.ſi plagij.ff.de verb.oblig.

DVBITATIO CXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Communitas ne teneatur ex facto delinquentis, an & qualiter poſſit ſe excuſare ſpecialiter.*

PLebs, vel communitas, vt non teneatur ex facto delinquentis, an & qualiter poſſit ſe excuſare ſpecialiter.

1 Breuiter reſpõderem, † quòd aut dicitur, quòd cõmunitas teneatur ex eo, quia delinquens erat ciuis, & ſubditus communitatis, & tunc dico, quòd propter hoc communitas non tenetur, niſi ipſa communitas mandauit, aut ratum habuerit, vel aliquid ad ipſam peruenerit, l.1.§.deieciſſe.ff.de vi, & vi arm.c.cũ ad ſedem de reſt.ſpol.

Aut dicimus, quòd communitas teneatur ex eo, quia non adhibuit curã, & diligentiam, ne commiſſum delictũ patraret delinquens, & tunc excuſaretur communitas, ſi receperit fideiuſſores à delinquẽte iuxta ſolitum morem, quia ex hoc videtur ſatis curam adhibuiſſe.arg.l.illa.§.ſtipulatio. § eum. ff.de

verb.

verb.oblig.& l.fin.§.fin.ff.ſi cer.petat.

Et ſufficit inſuper, quòd communitas fecerit, quòd conſuetum eſt fieri ad hoc vt excuſatur arg.l.ſi priùs. §.rectè.ff. de aq.pluu. arc.l.quod ſi nolit. §.qui aſſiduè.ff.de ædil.ædict.& l.vel vniuerſorũ. ff.de pignor.actio.

Aut dicemus, quòd communitas teneatur ex eo, quod delinquentem nõ comprehendit, & non puniuit in perſona,& tunc excuſabitur communitas, ſi talis delinquens non repertus fuerit in ciuitate, vel diſtricta, maximè ſi fecerit,quod potuit, vt delinquentem haberet, quia tunc nihil eſt imputandum communitati.l.ſi ideò cum gl.C.de his quib. vt indig. & ſi delinquens eſt alibi, & communitas non poteſt cum capi facere, de iure, cum in alieno territorio non poſſit talem exercere iuriſdictionem.l.quid ſit fugitiuus. §.idem Celſus, & ibi gl.ff.de ædil.ædict.Bart.o.in l.ſi cui.§.eum ſacrilegium. ff.de accuſat.nõ enim communitas poteſt petere delinquentem ſibi remitti, niſi de vrbanitate, vt ibid.notat.Bart.& in Auth.qua in prouincia.C.vbi de crim.agi opor.ideò non erit imputandum communitati, ſi non cœpit delinquentem arg. l.ſemper.§.annus.ff.quòd vi aut clam, & ſufficit, quòd communitas fecerit omnẽ diligentiam, vt poſſet comprehendere, nec obid ei imputatur, ſi non comprehendat.l.1. §.ſinautem poſt commiſſum, ibi, vt poſſint comprehendere C. de rapta virg. potiſſimumq; excuſabitur communitas ſi delinquens in ſuam quodamodo ſe libertatem receperit in tantum, quòd difficilis eſt eius perſecutio, arg. l.naturalem in princ.ff.de acq. rer.dom.& l.3.§. Nerua filius. ff.de acq. poſſeſſ.

Aut dicemus, quòd communitas teneatur ex eo, quod paſſa eſt ſuum ſubditum delinquere, & non prohibuit, & tunc excuſabitur ſi delinquens commiſit delictum extrà diſtrictum, ipſis de communitati ignorantibus arg. l.1. §.occiſorum verſ.hoc idcirco.ff.ad Syllan.& l.fin.C.eo.ibi, ſub eodem tecto.

Inſuper aut imputabitur communitati, quòd delinquentem non puniuit in bonis, & tunc excuſabitur communitas, & quando contra bona, & fideiuſſores delinquentis fecerit quicquid fieri poteſt, & in hoc totum ciuile officium occupauit in fieri faciendo confiticationes, condemnationes,& banna conſueta arg.l.2. C.de his qui latro.

DVBITATIO CXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Communitas vna quibus remedijs poſſit ſe tueri contra aliam, quæ turbat vſum prædij communis inter eas ab aliquod ædificium.*

2 *Interdicta prodita ſunt pro quaſi poſſeſſione, ſeruitutum habẽdarum cauſam diſcontinuam.*

3 *Interdictum quòd vi aut clàm datur ad tollendum ædificium.*

PLebs, vel communitas vna quibus remedijs poſſit ſe tueri contra aliam,quæ turbat vſum prædij communis inter eas propter aliquod ædificium.

1 Sub compendio reſpondeo, quod ſi altera communitas turbat alteram in vtendo, habent inter ſe interdictum vti poſſidetis.l.fin.ff.vti poſſid.& in vtẽdo dicitur turbare, quando facit ædificium, quia non permittit alteram cõmunitatem vti iure ſuo eo modo quo vſus eſt, & vti conſueuit à tempore annorum.20. quibus vſus eſt ſine impedimento dicti ædificij ex quo vt dicitur ſuus vſus multum incommodatur ab eo,quod vti conſueuit,& vſus communitatis augetur vltrà ſolitum, & iſtud fieri non debet, imò debẽt vtraq; cõmunitas vti cõ modo quo vti conſueuit per tempora præterita, & nulla debet fieri nouitas. l.ſi priùs. §. rectè placuit.ff.de aq.pln.arc. l.qui luminibus. ff.de ſeru. vrb. præd.dum dicit, ſciat ſe

Digitized by

formam, & ſtatutum antiquorum ſeruare debere, maximè cum illud quod facit, tendit in præiudicium proprietarij, vel alterius habentis eandem ſeruitutem ſecum. l.hoc iure.§. is qui vbi eſt optimus tex. cum gloſ. ſuper verb. corriualibus. ff.de aqua quot.& æſt.& l.diuus.ff.de ſeru.ruſt.prędio.vel ſaltem qñ maius damnum infert alijs, quam ipſa ſentiat vtilitatis.l.1. in fin. ff.de riuis.l.3. in fin. prin. vbi plenè per gl. in verb.aduerſarij vbi eſt caſus huius quæſtionis, & in §.ſiquis nouum canale.ff.eo.vbi dicitur,quod ſi ille,qui habet ſeruitutem, vult aliquid de nouo facere in loco, quod hactenus facere, vel habere non conſueuit, ita demũ poteſt, ſi ſibi prodeſt,& alteri non nocet,vel ius alterius non incommodat; ſi vero noceret tũc diſtinguitur, aut infert damnum, & nõ poteſt, aut auſert, vel diminuit lucrum, & tunc diſtinguitur, quòd eorũ ſit maius, vt in tex.præallegato.

Poteſt etiam ſi iuuare communitas ſe lædi ex titulo, ſeu ædicto prætoris, nequid in loco publico, vt patet in l.2.in princ.& §.1. ff. neque in loco publ.præcipuè cum ſolum de quo ageretur, antea per ſententiam declaratum eſſet,eſſe publicum,& in publico patrimonio. l.ſed Celſus cum ibi not. ff.de contrah. emp.& in loco publico non debet,quis aliquid de nouo facere p quòd auferatur priuato vtilitas quam ex illo publico ſentiebat. d.l.2. in prin. & §.1. ff.neq. in loco publ. & potior eſt cõditio prohibentis, vt ibi habetur, & in l.Sabinus. ff.comm.diuid.

Item ſicut pro quaſi poſſeſſione aliarum ſeruitutum † habentium cauſam 2 diſcontinuam, prodita ſunt interdicta, nequis impediatur vti eodem modo, quo anno præſenti, vel præterita æſtate vſus eſt, vt toto.tit. ff.de itin.actuque priu. & ii de aq. quot. & æſt. Ita, & pro tuenda quaſi poſſeſſione huius iuris vtendi, quod dicitur habere cauſam continua, quia eſt ſecuritas perſonalis, cuius quaſi poſſeſſio retinetur animo, etſi ſecùs ſit in reali iuxta notata in l.iuſto.§.non mutat.ff.de vſucap.& per Doctor.in l.fin. C.de præſcript.long.temp. debet competere interdictum vti poſſidetis.l.pen. ff.de ſeruit.tit.generali, & l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſeruit. vendic. ſcilicet, ne impediatur vti eo modo, quo hucuſque vſa eſt à tempore fortè emanatæ, & vltimæ ſententiæ.

Vt autem tollatur ædificium, dabitur interdictum, quòd vi aut clàm, vt l.1. §.1.ff.de oper.nou.nunc. & l.1. ff.qđ vi aut clam per tot poteſt ergò communitas alteram cõpellere remedijs præmiſſis ad remouendum, vel demoliendum ædificium, vel etiam poteſt vti remedio vtilis interdicti vti poſſidetis, quia non aliter poteſt vti iure ſuo prout ſolita eſt vti, niſi ædificium remouea tur iuxtà not. per gloſ.& Doct.in l.clàm poſſidere §.qui ad nundinas. ff. de acq. poſſeſſ.vid.quæ ſcripſit D.meus.Menoc. ſub tit.de retin.poſſ. in materia interdicti vti poſſidetis, & quia ſi prætenderẽ illi addere, ſolem facibus illuſtrare viderer, ideò non perſiſto vlteriùs.

DVBITATIO CXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Statutis iam deletis vtens per longum vſum, an ea videatur approbare?*

PLebs, vel communitas, vel ciuitas, vel quilibet alius vtens ſtatutis iam deletis, per longum vſum, an videatur ea ſtatuta approbare.

1 Concludo, † quòd ex obſeruãtia per decennium ſciente, & conſentiente populo ſubſecuta cum ſcientia officialium, quo um ſcientia reputatur ſcientia populi, reaſſumpſiſſe dicuntur vires ſtatuta antiqua, iam ex non vſu delcta, præcipuè cum oppidani, vel ciues illis non fuerunt vſi ad finem inducendi conſue-

conſuetudinem, cùm non tanquã conſuetudine, ſed tanquam ſtatutis fuerint vſi, ſicque ex vſu, & patientia tanti temporis reſultauit quædam renouatio veterum ſtatuto, reſultans ex tacita volũtate populi collecta ex dicto decennali, & longo vſu, vt in l. de quibus. ff. de legib. quia etſi populus caſſauerit vetera ſtatuta, non tamen prohibuit, nec videtur prohibuiſſe ea renouari. arg. l. cum lex. ff. de legib. niſi tamen in reformatione ſtatutorum aliter dictum fuiſſet, & niſi in renouatione poſteà facta in nouis ſtatutis continentibus illud idem, conſtaret, quòd non animo tollendi ea, ſed potius renouandi, & confirmandi facta fuerunt noua, ex quo continent illud idem, niſi vt dixi, contrarium fuerit dictum in nouis expreſsè. arg. l. 3. §. ſi emancipatus, ibi, cum reſciſſio. ff. de bon. poſſ. contra tab. & licèt populus, vel aliquis de populo fuerit vſus tanquam nouis ſtatutis, non propterea cenſetur à veteribus reciſſiſſe, ſed potiùs voluiſſe ſibi retinere ius, & poteſtatem vtendi vtrique arg. l. is qui. ff. quib. mod. vſufr. amit. nam per legem nouam continentem idem quod vetus non cenſetur reciſſum a veteri.

Etiam ſi conſtaret, quòd nouum videretur, vel eſſet æquius: quia conſtat quod interdum ius eſt bonum, & tamẽ non æquum, & præfertur æquo. vt plenè not. in l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur. niſi ergò reformatio, & lex noua dicat expreſsè cõtrarium non intelligitur reciſſum ab antiqua: quia quòd non mutatur, ſtat firmum. vt in l. præcipimus in fin. C. de appell. vbi gl. fin. dicit, quicquid hac lege ſpecialiter non eſt expreſſum regulis iuris, & legis veteris intelligendũ eſt fore relictum vetera namq; per expreſſam caſſationem enuanuiſſe, & annichilata eſſe cenſetur auth. caſſa, & irrita. C. de ſacroſanct. eccl. imò, & per tacitã reſultantem à iure per ſolam ſubmiſſionem argu. eorum quæ notantur in l. ex ea. ff. de poſthum. nec ideò nec licet vetera allegare perinde ac ſi nunquam fuiſſent in rerum mate ia l. final. cum ibi not. ff. de falſ. niſi vt repeto, noua aliter veteribus derogent ſpecificè, quia tunc expreſſum facit ceſſare tacitum. l. cùm ex filio. §. filio. ff. de vulg. & ideò ſi de eo, de quo erat conſuetudo, fiat lex, vel ſtatutum, non erit amplius lex conſuetudo, ſed lex vel ſtatutum, vt ex ſup. alleg. & not. Docto. in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.

Aut enim obſeruantia, quæ fuit à tẽpore caſſationis introduxit conſuetudinem de eo, quod primo continebatur in ſtatutis, quod dici poſſet, quãdo longo tempore durauit l. de quib. ff. de leg. & l. diuturna. ff. eo. ex quo, ſcilicet, non præcedebat ius ſcriptum ſtatutorum, quia ſi præceſſiſſet, diceretur potiùs obſeruantia eorũ quàm conſuetudo. arg. l. ſi ita ſtipulatione. §. fin. cum l. ſeq. ff. de nouat. & tunc cum conſuetudo procedat ex tacito conſenſu populi vt d. l. de quibus ſecuta poſteà compilatione nouorum ſtatutorum continentium illud idem quæ proceſſit ex cõſenſu expreſſo, cenſetur euanuiſſe ratione ſuprà deducta, quia expreſſum facit ceſſare tacitum, d. l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulga.

Aut dicta obſeruantia non introduxit conſuetudinem, ſed quandam tacitam confirmationem veterum ſtatutorum accedente tacito conſenſu populi ſcientis, & patientis per illum regentes officiales vt in l. municipes. ff. ad municip. & l. 3. in fi. & l. procuratoris. ff. de tribut. & ſic per dictam obſeruantiã eiſdem ſtatutis, quæ adhuc vigebant ſine vitæ ſpiritu, dicitur ipſe vitæ ſpiritus inſuflatus, & informata fuerunt à dicta obſeruantia, ſicut ſaccus vacuus informatur à frumento, quod in ipſum immittitur, & tunc talis confirmatio tacita non debet eſſe nec poſſe plus durare quàm expreſſa. arg. l. quæ ad certum. ff. loca. & per compilationem nouorũ ſtatutorum continentium illud idem, quod vetera, videbitur ab illis veteri-

bus receſſum iure cuiuſdam nouationis arg.l.Valerianus.ff.de prætor.ſtipul. & l.cum in plures. §. lege dicta. ff. locat. & quia vetera relinquũt ſuperflua propterea noua, idem ſuperfluis non eſt vtendum.vt in l.1.§.fi. ff. ad munic. & l. non cogendum.§.Sabinus.ff.de procurato.præcipuè cum apparet, quod voluerint reſcindere compilando noua, quia ex his, quæ poſtea fiunt declaratur qualis animus fuerit à principio. l. ſi concubinam. §. res amotas. ff. rerum amot.l.cum quis. C.de nat. lib.facit tex. in l.poſthumus.§.ſi paganus. ff.de iniuſt. teſta.& l.ſi quis priore ff.ad Trebell.vbi agitur ex confirmante non ex confirmato, ſed aduerte, quòd ſtatuta noua facta indigent confirmatione de iure communi vt not. Bart.in l.fi.C.de lega. lib.10. quia ſi confirmatio fuerit facta pro certo tempore, illo finito remanẽt ſine confirmatione,& ſic inutilia, quia conceſſum ad tempus poſt illud cenſetur eſſe prohibitum.l. ſtatuliberum.§.ſi chum.ff.deleg.2.ſicut eſt conuerſo.l.pater.§.fundum.ff.deleg.3.l. puto.§.fin.& l. interdum.ff.de poſtul. quia nec ipſa noua ſtatuta vigerent, vbi tempus confirmationis eorum expiraſſet. l. 3.§. ſed ſi ſtante.ff.de iniuſt.teſta.

Et ex his ſatis luminis elicitur pro ſolutione propoſitæ dubitationis.

DVBITATIO CXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas recognoſcens ſuperiorem, an poſſit in aliquibus cauſis puta iudæorum creare nouos magiſtratus, & iudices.*

2 *Deputati ad eligendum iudices hæbræorum nunquid poterunt eligere ſeipſos.*

3 *Eligo te vt eligas me, inſtituo te, vt inſtituas me, denotat captationem, & ambitionem.*

PLebs, vniuerſitas, vel ciuitas recognoſcens ſuperiorem, vtrum poſſit in aliquibus cauſis, puta
1 † Iudæorum creare nouos magiſtratus, & iudices.

Negatiuè reſpondẽdum cenſeo, qd non poſſit communitas ſuperiorem recognoſcens nouos magiſtratus,& iudices creare,inconſulto principe, vel domino, quod eſt loco principis,& Imperatoris.argu.eorum quæ notat.Bar. in l. hoſtes.ff.de capti.quia nemo dat, quod non habet.l.traditio.ff.de acq.rer. dom. c.quod autem vbi gl. extra de iurepatr. cum concord.& communitas ſuperiorem recognoſcens nullam habet iuriſdictionem,quia omnem ipſius iuriſdictionem, & imperium tranſtulit in ſuperiorem.l.1. in prin.ff.de conſtit. pecu. l.2.§.nouiſſimè. ff. de orig. iur. vnde nec huiuſmodi communitas poteſt ſtatuta penalia facere, vel alia iuriſdictionalia ſine licentia, & confirmatione principis,vel ſuperioris.vt not.Bart.in l.omnes populi in 1.quæſt.princ.ff. de inſtit. iur.vbi tractat, qui vel quæ vniuerſitates poſſint ſtatuta facere, præcipuè,in cauſis iudæorum qui vt plurimum habent à principibus priuilegia, vel conuentiones cum communitatibus,vt durante tempore firmæ ipſorum Iudæorum nil contra eos poſſit in nouari, & creatio noui officialis eorum non eſſet parua innouatio, & ſi dicatur ergo erit eis licitum impunè fraudare homines,dicas,non eſt verum,quia adeſt iudex ordinarius, ſeu poteſtas, ad quem poteſt recurri ſuper talibus.l.1.ff.de off. præſe.vbi pacta namque ipſis etiam Iudæis ſunt ſeruanda.l.1.in prin.ff.de pac. cum etiam hoſtibus ſeruanda ſit fides publica l.conuentionum.ff. eod.titu.& graue ſit fidem fallere.d.l. 1. in princ. ff. de conſtit.pecu.

In omnem caſum ſi aliqui eſſent deputati ad eligendum iudices hæbræorũ
2 nunquid † poterunt eligere ſeipſos,regula videtur affirmatiua, quod ſic per

tex.in c. cum in iure de elect. vbi compromissarij possunt eligere vnũ ex seipsis, & valeat electio si facta fuerit à maiori parte eorum computata etiam persona electi, & licèt ille text. loquatur, quando fuit hoc actum expresè in cõpromisso, Doctores tamen ibi tenent, quod idem sit etiamsi non fuerit expresè actum.

Et licèt quis non possit eligere seipsum c.per vestras de iurepatr. & c. cum ad nostram de instit. tamen non prohibeor eligere illum qui elegit me,& hoc videtur quotidie in electione Papæ,qa Illustr. Cardinales sibi inuicem dant vocem,& ista procedunt quando vnus tantum est eligendus prælatus ecclesiæ cùm ecclesia plures prælatos habere non debeat in cathedra,haberet tanquam monstrum habens duo capita,vt in c. quoniam in plerisque de off. ord. sed quando veniunt eligendi plures, tunc dicendum est secùs,ne incidamus in inconuenions, & quod posset fieri vna via, quòd altera prohibet, & per vnam fieret viam, quod per alterã prohibetur contra regulam iuris in c. cum quid vna de reg. iur. in 6, melius est ergo dicere ne incidamus in hoc absurdum,quod notatur in c. cum in iure de elect. non habeant locum,quando plures veniunt eligendi, vt possint eligere cõpromissarios de seipsis, nisi fuerit expresè dictum aliter in compromisso.

Prætereà hic notantur ambitio, & captatio quædam, si eligo te, vt eligas
3 me,sicut instituo te,vt instituas me, & sic non videtur valere arg.illæ autem institutiones.ff.de hær. instit.vel deberet cassari arg.l.si quemquam.C.de epis.& cler. tanquam suspecti qui se ingerunt. argum. l. quæ omnia. ff. de procurat. sicque.

Concludas in dubitatione principali,vt suprà deduxi, & in hac incidente, & subsequente vt distinxi.

DVBITATIO CC.

SVMMARIVM.

1 *Scholasticus qui se subiecit examini in collegio Ticinensi si ex statuto non possit in altero laureari, an huiusmodi constitutio prohibitiua reddat actum doctoratus nullum in euentum contrauentionis.*
2 *Consuetudo doctorandi,an attendatur.*
3 *Papiæ,& Taurini, Patauij & pisis mos doctorandi.*
4 *Doctorandus qualis esse debeat.*
5 *Spurius,vel illegitimus non doctoratur.*
6 *Doctorandus debet præsentari à Doctore suo, & insufficiens reprobatur.*
7 *Doctori minori 25 ann. etsi habeat patrem in iudicio,dabitur curator.*
8 *Doctor dicitur,& est nobilis.*
9 *Fidei professio fit per doctorandum.*
10 *Promotio ad doctoratum ne fiat præcipitanter.*
11 *Quis repentè non efficitur summus nisi ingenium suppleat.*
12 *Scholaris notoriè peritus potest transire sine examinatione.*
13 *Fatui sunt, qui per se solos credunt addiscere quam à doctoribus audiendo.*
14 *In Scholis non sufficit fuisse, sed studuisse.*
15 *Tempore determinato studendum.*
16 *Promotus ad doctoratum per corruptelam pecuniæ non videtur doctor.*
17 *Ignari homines non sunt sed potius imagines hominum.*
18 *Magistrum fieri miserum est ei,qui formam discipuli non nouit.*
19 *Discendum prius quam docendum.*
20 *Prælatus effectus qui vix potest esse discipulus,sectum animal Deo offertur.*
21 *Indignoi,qui promouent peccant, & promoti qui anhelant.*
22 *Pauci idonei melius est permittere quàm tot illiteratos.*
23 *Magistrorum inutilium verba,magistros facit contemptibiles.*
24 *Clericatus dignitas hodie vilescit ob numerositatem.*

25 *Studere*

Digitized by Google

25 *Studere licet ſpe promotionis habendæ in eccleſia, & ſpe præmiorum.*
26 *Studentes alij diuerſimodè.*
27 *Honor alit artes dictum Tullij.*
28 *Studentes quibus pollere debeant.*
29 *Studens poteſt de mane omnes horas perſolvere, & præuenire.*
30 *Abſens ratione ſtudij reſtituitur.*
31 *Quæ à Deo ſint expectanda ſtudentibus.*
32 *Doctores gaudent innumeris prærogatiuis.*
33 *Doctorum præcedentia declarata in iure.*
34 *Doctor torquæri non poteſt nec perſonaliter capi, recenſentur alia priuilegia.*
35 *Doctor, an præcedat militem, vel medicum.*
36 *Doctores legum lacerantur quandoque vt præuaricatores, & qui conſuluit pro vna parte, an pro alia poſſit conſulere.*
37 *Doctores qui pecunia data ſibi acquirunt ſcholares ſunt puniendi.*
38 *Doctor qui alta voce legendo alios impedit cogi poteſt vt demiſſius legat.*
39 *Doctor poteſt expellere battutos ſeu diſciplinantes canentes altæ voce, & eius ſtudia impedientes.*
40 *Fabrum ſtrepitantem poteſt Doctor, & ſcholaris expellere.*
41 *Authoris oratio habita in inſignijs eius doctoratus, & hortatio ad ſtudentes cum obſeruantijs.*

PLebiſcitum ſi extat, vel conſtitutio vniuerſitatis puta Papienſis, quòd ſcholaſticus qui ſe ſubiecit examini in collegio Ticinenſi non poſſit in altero laureari, an huiuſmodi conſtitutio prohibitiua reddat actum doctoratus nullum in euentum contrauentionis, & an attendatur conſuetudo in actu doctorandi, & qualis ſit illa Papienſis, & quid de Taurinẽſi, & alijs conſuetudinibus doctorandi & plura de Doctorum priuilegiis, & ſcholarium inſtructionibus.

Quòd ſcholaſticus q ſe ſubieceit examini in vno collegio, & fuit licentiatus, non poſſit alibi lauream conſequi
1 † hac ratione, ne cauſæ continentia diuidatur, hoc expreſsè notatur à Bald. in l. qui indignus. ff. de ſenat. quòd verum intellig. Iaſ. in l. nulli num. 10. C de iudic. niſi nouum ſubeat examen: quia tunc non dicitur cauſæ continentiam diuidi imo inqt. Iaſ. hoc procedit etiãſi ſcholaſticus iuraſſet, ſe alibi non ſumptorum lauream: quia adhuc ob nouũ examen poterit alibi doctoris inſignia ſumere, id quod alijs probauit idẽ. Iaſ. in l. quod ſeruius nu. 10. ff. de cond. cau. dat. qui ita declaratur. Baldum in d. l. q indignus, & ſequitur. Alciat. tract. præſumpt. præſumpt. 16. in fi. Gozad. conſi. 27. num. 1. Rubeus conſil. 147. nu. 3. Soc. iun. conſi. 3. num. 29. li. 2.

Illud etiam non eſt tacitè prętereundum q̃ poſt. Bal. in d. l. qui indignus, tradit. Iaſ. in d. l. nulli. C. de iudic. nume. 10. quòd ſi ſcholaſticus preſentatus fuit ab vno Doctore non poteſt ab altero laurea inſigniri, quòd obſeruatur, vt ſæpè
2 accepi, in † Academia Patauina, & Piſana, vbi hæc extat conſuetudo, vt is qui præſentat, inſignia etiam conferat, Papiæ verò, & Taurini aliter obſeruatur, † nam vnus præſentat, & alter inſi-
3 gnia confert, & iſtæ conſuetudines sũt ſeruandæ clamant tamen legumlatores, quod perſæpè in doctorandis, & promouẽdis aperitur via periurijs, quæ tamen nõ eſſet aperienda. l. 1. C. ſi adu. vend. c. 1. de ijs quæ vi metuſvè cauſ. c. ſi verò, & c. verum de iureiur. & hinc ſummus Pontifex ſtatuit nullo modo eſſe deferendũ iuramẽtũ illi quẽ veriſimiliter credimus peieraturũ, vt habetur in c. clericos vbi glo. in verb. redeuntes de cohab. cler. & mon. & ibi Abb. nu. 2. & clarius habetur in §. nos igitur. in auct. de nupt. ob idque rectè docuit Abb. in d. c. clericos num. 2. in fi. eſſe ſtatuendũ ne ſcholaſtici iurent Rectori parere, quoniam facillimè periurium incurrunt. Idem dicendum in ſcholaſticis collegiorum, qui ſanctè maiorum inſtituta obſeruare iurant, & tamen non obſeruant; eſſet ideò latius iſtud iuramentum remittere, quoniam iuſtè ve-

teri

ri debemus & veriſimiliter ſcimus illos quotidie deierare, & hoc eſſet pariter ſtatuendum Papiæ ac alijs in Academijs, vbi Doctores promouentes ſcholaſticos ad lauream iurant illos eſſe eruditos,& laurea dignos,cùm tamē non ſemèl contingat,illos eſſe ignaros & imperitos.

Patauij & Piſis non ſeruatur ille mos iurandi in his promouendis, vt teſtatur.Dec.in c.propoſuiſti.nu.16. de probat.vbi dicit nec ſeruari Senis, nec Florentiæ in quibus locis ipſe Decius publicè legit, vt ipſemet ibidem refert. & Abb.in d.cap. propoſuiſti ſcribit, quòd promouendi debent ter approbari,ſtāte conſuetudine prout loquitur Bar.in l.1.C. de Athlet.lib.10. & promouēdus debet præſentari à Doctoribus ſuis affirmantibus de peritia cùm iuramento per tex. in l.memini.C.de aduoc.diuer. iudi.vbi Bald.dicit, quòd iuramento & aſſertioni Doctoris ſtatur de peritia diſcipuli.& de promotoribus præſentibus,quòd iurare debeant notat Bart.in 1. conſtitutione digeſto. Doctores tamen legentes quando preſentant ſcholarem examinandum,non debent iurare de veritate, ſed tantum de credulitate ſufficientiæ: quia doctoratus apicē pauciſſimi rectè attingunt, & ita dicit doctores debere iurare. Bart.in d.conſtitutione 1. ſtorum. prin. & ſequit Iaſ. in repet.l.admonendi.num.198.ff.de iureiu.vbi diſputat,an in arte peritis credatur ſine iuramēto, & dicit quòd modici iurantes de vulnere, an ſit mortale, non tenentur iurare de veritate ſed de credulitate, & de hac materia an in arte peritis credatur abſque iuramento tractat Dec.in d.c. propoſuiſti. num. 15.de probat.

4 Qualis verò debeat eſſe promouendus,audiamus quid iubeat pragmatica ſanctio ſub tit. de collatio. §. item vt de cætero pag. mihi 98. & ſeq.vbi habentur hæc verba; Item vt de cætero floreat ſapientia, & vigeant literarum ſtudia nullus ad titulos graduum & honorū aſſumatur niſi idoneus, & approbatus moribus & ſcientia atque benemeritus, nec ita leuis, & nimiū præcipitata promotio fiat; Nam vt notum eſt & cunctis ridiculoſum, multi magiſtrorum nomen obtinent, quos adhuc diſcipulos magis eſſe deceret.

Ad doctoratus culmen nemo extol
5 latur quis ſit ſpurius,vel illegitimus,ſed tantum qui ſit legitimè natus l.honor. §. honoribus. ff. de mune.& hono. ſed Barto.in l.1.C. de dign.lib.12. dicit hoc non ſeruari de facto, dicit etiam, quòd debet eſſe promouendus maior annis 17. & ſequitur Iaſin Rub.C.de procur. num.5.vbi etiā dicit, quòd minor ann. 25. non poteſt eſſe procurator ad iudicia.

Scholaris autem doctorandus à ſuo
6 doctore debet præſentari, & ſemèl approbatus in doctorem,vel magiſtrum, ſi poſteà reperitur inſufficiens poteſt & debet reprobari & inſignijs doctoratus priuari l.grammaticos C.de profeſſ. & med.lib.10.l.vt gradatim.§.reprobari ff.de mun. & hon. vbi Barto.nam in eis ſubeſt publica vtilitas cum propter preſumptionem gradus, Doctores ad multa publica officia admittantur,& imperitia multos lædant.Abb.in cap.de illis de deſponſ. impube.& in c.cùm ſecundum de præben. vbi etiam dicit,quòd examinatus & approbatus in licentia poteſt in examine Doctorum reprobari, cùm ex noua cauſa potuit inutili ſe reddere, quia antequam aliquis adipiſcatur gradū doctoratus, debet ter examinari.Primò à doctoribus præſentantibus l.nemini.C. de aduoc.diu.iudic. Secundo à doctorib.ſigillatim & in priuato examine. Tertio in publico Abb. in c. non poteſt de re iud.facit tex. in d. l.1.C.de Athlet. lib.10. vbi Athleta debet trinam reportare victoriam in pugna, antequā eximatur à ciuilibus muneribus,non enim poteſt vnico examine deprehendi eius ſcientia vt per Bar. d.l.

d.l.1. & Archid. in c. de quibusdam 37. dist. & per Bald. in auth. habita. C. ne fil. pro patre vbi dicit, quòd doctorandus potest approbare per solum Cancellarium studij, quando collegium Doctorum dolo versatur contra eum, si ipse Cancellarius habeat rei peritiam, nisi ex forma statuti requiratur certus numerus Doctorum in approbando. Crediderim tamen esse etiam summopere aduertendum ad ætatem doctorandi, & promouendi, quia si scholaris excesserit 25. ann. præsumptio iuris est, q̃ non benè addiscat. vt per Bar. in l. 1. C. de dignit. lib. 12.

Doctor autem qui sit minor 25. ann. licèt habeat patrem in iudicio, debet illi curator per iudicem decerni & dari Bal. in l. sed & militis. §. qui autem. ff. de excus. tuto. quia tamen turpe est magistro ignorare scientiam, in qua versatur. l. 2. §. post hoc. ff. de orig. iur. ideo iurisperitus minor 25. annis vti Doctor legum allegans se læsum, non est audiendus tanquam allegans turpitudinem suam, & non potest in integrum restitui. l. professio. C. de mun. patrim. lib. 10. & l. 1. C. qui & aduersus quos, cum ibi not. per glo. & Doct. & hoc vbi esset deceptus in iure, & certat de lucro captando, licèt quilibet alius restitueretur vt l. etsi fine. §. 1. ff. de mino. si autem certat de damno vitando, licèt non præsumatur decipi Doctor legum, tamen si certum sit, restitueretur. l. sed etsi me putem. ff. de condi. inde. & l. iuris & l. error. ff. de iur. & fact. ign. idem si est deceptus in facto quod prudẽtissimos fallit l. 2. & l. regula. ff. eo. tit.

Et quia Doctor dicitur & est nobilis vt per Bar. in l iudices. C. de dign. lib. 12. & Dec. in d. c. proposuisti in fi. extra de probat. ideò viles & infames non debent admitti ad doctoratum, qui est dignitas l. aduocati. C. de aduoc. diu. iud. Barto. in l. 1. C. de noua Cod. confi. & l. prouidendum. C. de postula. & excommunicatus, vel hæreticus nõ potest esse Doctor, quia fit professio fidei, quia professione iurat doctorandus se fore, & esse fidelem ecclesiæ. l. fi. C. de iudic. cum ibi not. per Bar. & Doctores approbantes debent iurare doctorandũ esse habilem vt l. nemini. C. de aduoc. diu. iud. & not. in l. magistros. C. de profess. & med. lib. 10. & aduertere, ne præcipitata fiat promotio, quia plerunque fiunt momentanei magistri & Doctores, studio non completo, & sine examine cõtra dictum Sancti Hieronymi longo tẽpore disce quæ postmodum doceas c. sic viue. & cap. si clericatus 10. q. 1. non enim potest quis in breui tẽpore multum addiscere arg. c. tam litteris de in integ. restit. §. 1. 48. dist. nec repentè quis efficitur summus c. hæc quæ de charitate de pœni. dist. 2. nisi ingenium suppleret ætatem. vt d. c. tam litteris. & cap. monachus. 77. dist. tunc enim ingenium vtitur diplomate. C. continuus. ff. de verbo. oblig. ideò scholaris notoriè peritus potest transire sine examinatione, vel saltem modica, pro forma cap. nullus 24. dist. non tamen ingenio confidendum c. ne innitaris de constitut. quod est contra illos qui plus crẽdunt per se solos addiscere, quam a Doctoribus audiendo, quòd est falsum, quia sermo per aurem conceptus facilius in corde cogitationem generat c. sit rector 43. dist. habet enim nescio quid latentis energiæ viuæ vocis actus & in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. clem. 1. de magist. ideo prius potest addiscere & postea prædicare c. ecce Salomon 36. dist. & qui semetipsos instruunt, sunt magistri erroris qui veritatis discipuli primitus non fuerunt c. quod autem 24. q. 3. in rudibus tempus prolixius est seruandum, quia nõ sufficit illis in scholis diu fuisse, sed benè studuisse c. gloria Episcopi 12. q. 2. & in l. vnicuique. C. de profess. lic. scri. lib. 12. in mediocribus ingenijs tempore determinata seruentur, vt studeãt tempus præfixum de quo in text. & per

Bar.

Bar. in l. petitionis & in l. iubemus. C. de aduoc. diu. iudi. in ſubtilibus ingenijs breuius tempus ſeruetur vt per Abb. in c. conſtitutis de appell.

Promotus vero ad Doctoratum per corruptelam pecuniæ & doctorum nō
16 videtur Doctor Bar. in l. Athletas. ff. de excuſ. tut. idem ſi per ſaltum fuerit promotus. l. nemo. C. de aduoc. diu. iudic. vbi Bar. cap. 1. de cleric. per ſalt. promo. quia de talib. poteſt dici illud Horatianum Parturient montes naſcetur ridiculus mus. vt per Speculū in tit. de aduo. §. nunc de exordijs. Carere ideò debēt nomine Doctoris, qui carent effectu quia prorſus ignoti nec etiā homines dici debent, ſed potiùs imagines homi-
17 num vt not. Ioan. And. in c. prudentiā de off. deleg. & c. non omnes 2. q. 7. & c. multi 40. diſt.

Hinc diſcere curent ſcholares, quia miſerū eſt illos fieri magiſtros qui for-
18 mam diſcipulorum non nouerunt. c. miſerum. 61. diſt. c. cùm in magiſtrum de elect. & impudēs eſt, qui ſtatim Dux eſſe deſiderat, cùm tyro ante non fuerit, & priùs velit docere quàm diſcere
19 c. ſi officia 59. diſt. & quando ille efficitur prælatus, qui vix poterat eſſe diſci-
20 pulus, cecum animal Deo offertur. ca. ſacerdotes 49. diſt. & peccant, tales indignos promouentes & promoti qui an-
21 helant. vt per Archid. c. 1. 48. diſtin. melius enim eſt paucos idoneos permitte-
22 re, quàm tot illiteratos c. cum ſit ars de ęta. & qual. ordin. cum ibi not. & hodie turba magiſtrorū inutilium, magiſtros
23 contemptibiles facit gl. in auct. de Referen. in prin. col. 2. Abb. in c. 1. de priuile. in c. ſolitæ de maio. & obed. vbi di-
24 cit quòd hodie vileſcit dignitas clericatus propter numeroſitatem capit. legimus 93. diſtinctio. olim autem: quia tot non promouebantur clerici indiſtinctè habebantur in ſummo honore benè licèt ſtudere ſpe promotio-
25 nis habendæ in eccleſia, † & ſpe præmiorum. c. venerabilē ad fin. vbi Abb. de elect. l. 1. ibi præmiorum quoq; ff. de iuſt. & iur. alij enim ſtudent, vt poſteà lucrentur, quia nolunt in paupertate viuere, vt in auct. de hæred. & Falc. in fi.
26 alij ſtudent, † vt videantur, & illorum finis eſt glorię uana. l. 2. §. poſt hos in fi. ff. de orig. iu. ideò dixit M. Tullius. honor alit artes, omneſque incenduntur
27 ad ſtudia glorię ipſius, † ſcire tuum nihil eſt, niſi te ſcire, hoc ſciat alter, ac pulchrum eſt digito monſtrari, & dicere, hic eſt. Alij vt ædificentur, vt in l. 1. §. eſt quidem ff. de var. & extra ordin. cogn. ſcientia namq; de ſe eſt appetibilis bonorum honorabilium ſcientiam opinantes, vt ait philoſophus, omnes natura ſcire deſiderant.

Alij ſtudent, vt ſciant, & cum imbuti fuerint alios tanquam ignorantes deſpiciunt, & eos reputant nihil. l. apud Iulianum. ff. de fideico. liber. de his loquitur Apoſtolus 1. Corinth. 8. ſcientia inflat. Alij ſtudent, vt ædificent, vt illi, qui ſcientiam ſuam communicant nō ad inanem gloriam, ſed ad Dei laudē, & aliorum inſtructionem, vt not. Hoſt. in prin. ſumm. §. fin. & iſti ſunt veri Doctores, qui illuminant mundum auth. habita. C. ne fil. pro pat. vnde ſcientifici dicuntur viri, à virtute, & fulgent, vt ſplendor firmamenti. cap. ſuper ipſe de magiſt.

Studentes propterea tribus pollere
28 debent, † natura, exercitio, & diſciplina, natura vt facile audita percipiat, & percepta firmiter retineat, qui enim doctrinæ operam dant ingenio ſimul, & memoria pollere debent. c. 1. de offic. princ. ibi capacem ſenſum in quo text. colligit. Hoſtiē. in prooem. ſumm. quinque neceſſaria ſtudioſo, quæ potes videre, & licet ſtudium impediatur per curam temporalium, iura tamen plurimum fauent ſtudij ratione, quia ſtudij ratione poteſt ſtudens de mane omnes
29 horas dicere, & perſoluere, vt vtrumq; poſſit Deo reddere, & debitas laudes, & honeſta opera ſtudij, nec vnū per aliud

impediatur, ſtudium enim excuſat, & eſt iuſta cauſa præueniendi tempus c. ſuper ſpecula de magiſt. cap. cum ex eo de elect. in 6. Ioan. And. in c. 1. de ceā leb. miſſ. Alber. de ferijs in tract. hor. q. 14. & 15.

30 † Studij etiam ratione abſens reſtituì tur nedum ex probabili cauſa, abſens cauſa ſtudiorum reſtituitur ſed ex cauſa iuſtiſſima l. nec non in princip. ff. ex quibus caus. maio.

Quæ vero primum à Deo expetenda, quæ ſint vitanda ſtudentibus in iu-

31 re, quæ ſcientiæ, & artes ſint neceſſariæ iuriſconſultis, quis locus ad ſtudium videatur eſſe potiſſimus, de parāda veſte, libris, & præceptore, de temporis diuiſione ac diſtributione, qualiter ſit docendum, & quomodo docendi ſunt in ſcholis Pontificij Cęſareique iuris libri canones, & leges, quid obſeruare debeat auditor volens addiſcere, diligenter videat in trac. diuerſ. Doctorum ſpecialem tract. Iacobi Can. de modo ſtudendi vbi ad ſaturitatem gratiſſima vndique reperiet.

Studendum eſt igitur vt ad doctora-

32 tus faſtigium † ſcientificè deueniat quā doctores gaudent innumeris prærogatiuis præcipuè in ius non poſſunt vocari verbo, ſed ſcriptura vt per Bart. in l. 1. C. de dign. lib. 12. & doctorum præcedē

33 tia decorata † eſt in iure: quia primò debet præcedere Theologus, poſt ipſū Canoniſta, poſt Canoniſtam legiſta, poſt legiſtam medicus. Abb. in c. clerici de iud. c. ſum. Angel. littera Doctor ſub nume. 6. quis debet præcedere.

Doctor torqueri nō pōt nec perſona-

34 liter capi de iure etſi de conſuetudine ſeruetur contrarium Bar. d. l. 1. C. de dignit. lib. 12. vbi etiam dicit, quòd pro delicto non ſuſpenditur, & ſi condemnetur ad mortem, non debet mori, antequam degradetur ne in dignitate patiatur, & quod eſt immunis a muneribus perſonalibus, nec tenetur ſoluere gabellas & qui legit per 20. annos, publicem Comitis, dignitatem aſſequitur. l. 1. C. de profeſſor. qui in vrb. lib. 12. ſed poteſt legitimare & creare Notarios, quod intellige de Doctore legente ordinariam, non autem de legente inſtitutiones vid. Guid. Pap. quæſt. 88. & Do-

35 ctor præcedit militem in actu indifferenti cæteris paribus, vnde ſi Doctor, vel miles ſit ad latus Principis, Doctor præfertur, ſecùs autem in actibus militaribus, nam tunc præfertur miles & ſic in actibus Doctoris Doctor. ita Dec. in l. cum quid num. 41. ff. ſi cer. pet. & quia medici ſuſtinere nequeunt, q Doctores iuris Ciui. illis præferantur, eſt ſciendum quòd Medici non dicuntur Doctores, ſed magiſtri, & ſecundū etiam communem vſum loquendi, in dubio ſaltem cum dicimus Doctorē, intelligimus Iuriſconſultum. Imperator vero appellat iuriſprudentes ſacerdotes, ſacra iura miniſtrantes & medices vocat Parabolanos, vt per G. ſic exponentem in verb. Parabolani, ideſt Medici in l. Parabolani. C. de epiſcop. & cler. ſunt tamen Medici plurimum honorandi, quia honora Medicum propter neceſſitatem, illud diuinum dictum comprehendit medicum vtrunque ſpecialem & corporalem: debent verò acquieſcere tū ſuis argumētationibus: quia ratione ſubiecti ſcientia iuris Ciu. reſpicit bonum publicum & commune cùm ad iuſtitiam dirigatur. l. 2. § poſt originem. ff. de orig. iur. vbi Doctores dicunt, quod Reſpub. nō poteſt ſtare ſine iuriſperito, è conuerſo ab Alma vrbe per tercentum ferè annos exulati fuerunt Medici, & ſic ſcientia iuris Ciu. ratione ſubiecti eſt dignior: quia ſubiectum medicinæ eſt homo, ſeu corpus humanum, & dicas quòd dignior iuriperitus eſt, & præferendus, niſi Medicus ille ſeruiret Principi Papę vel Imperatori: quia maiorem dignitatem habere videtur. Dec. in d. l. cū quid numero 23. vbi etiam dicit, quòd Doctor vtriuſque iuris præfertur habente

te vnum gradum, quia duo vincula magis ligant, quàm vnum.

Et quia ſolent quandoque iniuſtè la
36 cerari Doctores legum & Aduocati tanquam præuaricatores, ſcias quòd in caſu dubio Doctor qui conſuluit pro vna parte, poteſt variare & mutare cõ ſilium pro altera parte, præcipuè ſi videat veritatem in oppoſitum laſ. in l. edita. num. 8. C. de eden. Bald. in l. de rebus. ff. rer. amot. Doctores verò qui pecunia data ſibi acquirunt ſcholares
37 ſunt puniendi extra ordinem. l. 1. §. ſolent. ff. de offic. præfect. vrb. & l. in eos. ff. de tutel. glo in §. ſed ſi quis verſ. remittitur inſtit. de ſuſp. tut. Inter cætera ne ſileam, priuilegia Doctorum hoc eſt po
38 tiſſimum, quod Doctor qui alta voce legendo alios impedit, cogi poteſt, vt ſileat, vel demiſſius legat, imo poteſt ēt
39 Battutos ſeu diſciplinatos expellere ſi alta voce canentes eius ſtudia impe-
40 diunt prout & poteſt etiam ſcholaris ſtudijs operam dans, fabrum expellere hæc per D. meum Menoch. caſu 237. num. 27. & ſeq.

Hęc libenter addidi in propoſito dubitationis, vt ſim calcari ſtudentibus,
41 ego etenim etſi omnium minimus habitis priùs publicis diſputationibus in Templo Carmelitano Ticinenſi corā Illuſtriſſimo Papien. Antiſte, quarum ratione etſi meis meritis quidem imparibus vt me ad ſtudia ardentius inuitaret patribus mei nominis memoriam exorauit benigniſſimus, & doctiſſimus Henricus Farneſius artis oratoriæ publicus Regiuſque profeſſor Ticinenſis Gymnaſij in ſuis Hyeroglyphicis additis ad Calepinum in verb. Imperatoris, & adeò illa publica actio mihi profuit, vt me etſi ętatis tunc annorum decem & octo duntaxat, Tot tantique patres Collegij illius veneran di Laurea dignũ exiſtimauerint & eorum bonitate in iuriſperitos Cathalogum cooptatum paucos poſt menſes ad præturam Ciuitatis Albę Pompeæ Felici exitu fui admiſſus ſic auſpicante celeberrimo præceptore meo Iacobo Menochio, qui in actu publicæ præſentationis dùm mihi contingerē punctum pontificium aſtans pretenſit videlicet tex. in c. quamuis de offi. deleg. & Cæſareum in l. ſi aquæductus. ff. de contrah. empt. exoſculatus eſt. omnib. publicè nunciādo, quòd ego erā diſcipulus, & ſui charus ex eo, quòd idem ſibi contigerat in Doctoratu interpretandum punctum pontificium in d. c. quamuis ſicque mei Doctoratus inſignijs aderat inter cæteros præclariſſimos viros, & patres illius collegij Borgninus Caualcanus illius Gymnaſij Vicecancellarius, Iacobus Menochius, Tomas Gualla, Io. Baptiſta Coſta vir omnibus numeris abſolutus verò Doctiſſimus vt ſatis indicant eius labores & tractatus in publicam lucem emiſſi ille potiſſimum fuit qui oratione elegātiſſima me præſentauit eius diſcipulum & alumnum addictiſſimum ſui nomini iſque ſtudioſiſſimum.

Nec obid pigeat vt mos doctorandi in Ticinenſi Collegio deguſtetur verba quæ per gratiarum actione ſolito breuitatis ſtylo per me compoſita & recitata fuere in inſigni mei Doctoratus hic referre.

Per iocunda quæ ſingulis ex hoc ornatiſſimo ordine proponuntur pro laboribus præmia, pro antiſtes religioſiſſime auctoritate ſapientiaque eminentiſſimi patres ea ſicut ſingulos vobis dictos reddunt mihi nũc temporis cur vobis debeā, dant anſam perturbationis, ſicut cæteris ſolent vt plurimū exuberantis eſſe letitiæ. Licèt enim apud vtriuſque authores paginæ reperiam, quod omnia laboribus noſtra facimus, & quòd Alexander ille magnus agendo, laborando, & audiendo fœlicitatis attigit culmina, Tamen cum cauſam, qua erga vos teneor, exactè perpendo, certè nec labor, nec vllæ prorſus vigiliæ meæ fuerunt tales, vt ex veſtro

iudicio iurisprudentiæ diploma, ac ornamentum in me hodie collatũ expectarent fateor æquidem, quòd hæc scientia illa est Amalthea, cuius amore studiosi viri depereũt; fateor necnon, quod ad eam à mea primaria scientiarum cognitione semper anhelaui, sed (vt verius fatear,) quod exoptabat animus, idem perturbabat euentus. Dignitas enim hæc maxima, vt qui nec mihi metipsi cõsulere valeo, cæterorum in futurum vtilitati consulam, exposcit officium Maxima, inquam, hæc est dignitas nam video huic posse accommodari dictum illius Curij, ad quem cum Samnites magnum auri põdus attulissent, illud repudians respondit, nõ aurum habere præclarum mihi videtur, sed eis, qui haberent aurum, imperare. Sed quæsò dicite, quod maius imperium est, quam iurisprudentiæ? Satis æquidem vsque à studiorum meorum elementis probè dignoueram, quod aceruata philosophorum Caterua fatetur, post lapsum Protoplasti; vsque adeò, ad intelligendum, & agendum natos nos esse, sed deinde rectè viuendi curriculum à natura peculiari munere nobis ingenitum, quem corporea nostra moles fragili concreta elementa conatur diuertere blandis vitiorum illecebris non satis intellexeram, nec intellexissem fortè, nisi huiusce Catheneæ aureæ vinculis, me totum, vt ita dicam, alligassem deterrebat, fateor, labor, & rei profunditas, cum præcipuè videre non minus palpitare authores, quam Hæroules in Lernæo conflictu dimicarat, quiescebat postmodum animus, cùm ob hanc veriſſimam, & non simulatam philosophiam ad superceleſtem illam sedem iustè vigilantes intuebar remeare.

Verum, patres, quia in hoc dicendi, vel potiùs in hoc gratias agẽdi genere vidi ex periculo, quòd solet commodari breuitas, subticiã plura, dies enim mihi deficeret, & vereor, quod celebre illud Agamemnonis insurgeret mihi votum, qui vt victoria Troiana facilius poteretur, non Achilleam, aut aliorũ virorum fortitudinem, sed Nestoreos annos sibi exoptabat, quòd mihi etiam accideret, si vellem, quas debeo, in medium proferre grates, vobis, dixi, patres, quorum prudentia, grauitas in respondendo, mortalium theatra explet, quoeunque facundia ad instar Tritonis tubæ personantis reboat per hæc orbis penetralia.

Ego igitur si haud indignus à vobis iudicatus sum, erit quod mihi magnoperè gratuler, sed, vt rectius fortè loquar, erit, vt me reprimam: quia decore huic in me vestro non possum facere satis. Properè ergò adesto Gualla pater iurisprudentiæ, & domine, & me pollicitis decora solemnijs, patrem te dixi, quia me à tenebris ad lucem huius scientiæ Architectonicę tàm fausto homine subleuasti, Dominũ dixi, quia in omnibus nobis, & difficultatibus humaniſſimas dediſti manus, Pateres, qui ad huius philosophiæ semitas rectum parasti iter Dominus es, quia si ob tua in me collecta merita vellem, quas debeo, referre gratias, certè darem minus saltem ex meo insufficienti latere. De vobis autem nil dicam patres, quia velim, vt credatis, quòd quicquid de vestro ampliſſimo conceſſu dicerem, esset non quod dicerem, sed quod fiterẽ, conspicio siquidem, quòd sicut Argocentum aderant lumina, hodie plusquam centum mihi desiderarentur corda, quo vobis singulis vnum dicare possem, vt velle. Cæterùm, quia hoc mihi esset quam maximè adinethon, horror precorq; vos, vt vnum (si laudem meretur vnitas,) quòd tantum possideo, vestræ benignitati dicatum velitis, & sic, & vobis, & mihi sufficiat vnum pro multis. Dicebam Ticinij.

Memini, quòd dum essem scholaris tabellam apponam mihi confeceram cum inſtar scriptis obſeruationibus diuersimodè

uerſimodè collectis quorum in fronte inſcriptio hoc habebat initiũ, etſi profiterer me omnibus imbecillis obſeruãda ab omnibus iurisprudentiæ ſacram volumina reuoluentibus, ac eius cognitionem exoptantibus in domino.

Nouerint adoleſcentes ad legũ ſciẽtiam tranſeuntes in primis animã purgare, & ſciant, quòd qui confidunt in Domino intelligẽt veritatem, & quòd in malevolam animam non introibit ſapientia.

A venere, ludo, crapula, & ebrietate ſe abſtineant, nam mulier erit illis rete malorum, ludus incendium, & reliquæ vitia illos diſperdent.

Ab immoderato corporis cultu, & ornatu, à torpore ſomni, ab obtrectationẽ, & æmulatione animum diuertant.

In omni vita, loco, & tempore amicos habere inſtent obſequantur dignis, etiam hoc non expectantibus Deum colant, cogitent, quærant ſpe, fide, & charitate ſubnixi.

Nemini faciant quod pati nolint.

DVBITATIO CCL.

SVMMARIVM.

1 *Domini, Rectores, Decuriones prælati, vel iudices loci, vel ciuitatis, an poſſint prohibere chorizationem, & quid demaſcheratis.*

2 *Et quid dicendum de aliis ludis, & ſpectaculis, an poſſint prohiberi, & qui ludi permiſſi.*

3 *Philoſophi, & viri doctiſſimi homines, qui niſi ſint ludere digitis pila, & cum pueris.*

4 *Sancti Hyeronimi improbatio circa ludos, & ſpectacula impudicitia item, & ſancti Ioan. Chriſoſtomi.*

5 *Ludus probibitus euitandus, & qui ſit admittendus.*

Perſonati, ſeu maſcherati reſerunt ſub nu. 1

1 PLebis, populi, vel vniuerſitatis Domini, Rectores, vel Decuriones, an poſſint prohibere, ne licita ſit chorizatio, & quid dicõ dum de aliis ludis & ſpectaculis.

In primis enucleandum eſt, an de iure diuino, & humano chorizare liceat.

Quoad iuris diuini ſeu etiam Canonici diſpoſitionem, reperio, quòd huiuſmodi ludi ſecundum ſe non ſunt mali, vt habetur ex ſum. Piſan. in verb. chorea, & ibid. Ange. & Tabien. ex ſuo enim genere nõ eſt peccatum choreas ducere, quia vt per Illuſtriſſimum Caietan. in ſum. ſua in verb. chorearum peccatum, ſi ex ſuo genere eſſet peccatũ, choreas ducere, ſemper formaliter loquendo eſſet peccatum, quod tamen eſt falſiſſimum, quia in nuptijs, & publicis lætitijs licitæ ſunt choreæ: quia chorizatio vt per Mart. Nauar. in ſuo man. eſt actus indifferens, qui poteſt tendere ad bonum & malum finem, ſecũdum intentionem agentis, quæ tamen intẽtio occulta non iudicatur ab eccleſia, c. noruit de iudic. Rip. in l. ita ſtipulatus num. 25. ff. de verb. obli. vbi eccleſia nõ iudicat de occultis, ſed ſolus Deus; ideò nimia ducebantur philautia, qui aliter ſentiebant, occaſione videlicet nuptiarum ortodox Sereniſſimi Principis nõ eſſe permiſſam chorizationem cauſa fœderis, communis & publicæ lætitiæ de iure, vt dicit Illuſtriſſimus Caietanus, conceſſam & licitam, qui ſubiungit peccatum nõ ineſſe choreis per ſe, ſed per accidens ideoque illas non eſſe damnatas; & addit quòd ex tempore, puta die feſto chorea non ſit mortalis, quia non eſt opus ſeruile, imò, inqt, imprudenter arcentur à choreis ruſtici feſtis diebus chorizare aſſueti, qui niſi occuparentur choreis, vacarent otio & malis machinationibus perturbatiuis Reipub. ex frequentia quoque ait idem Illuſtriſſimus Reuerendiſſimuſq; Card. Caiet. chorea non ſit mortalis, vt patet, ſicut nec frequentia conuiuij

facit

facit illud mortale. Ex periculo verò prouocationis ad libidinem, vnuſquiſque ſeipſum menſuret, & videat ſi exponit ſe periculo. Ego, ſubiungit, idem Caiet. ex genere actus periculum non cognoſco quoniam actus choreæ non eſt libidinis ſed lætitiæ, & propterea ſi ex qualitate perſonæ periculum alicui immineat prouideat ſibi, ſicut debet cauere ſibi ab aſpectu mulieris ſi ex aſpectu ſibi cognoſcit imminere periculũ. Ex actibus deinde leuitatis, qui quãdoque ibi immiſcentur, dum aliquis intorquet digitos mulieris cum qua choream duxit, non pluſquam veniale peccatum incurritur, & ſimile eſt iudiciũ de multis vanæ lætitiæ actibus, & verbis ſi contingit choreis immiſceri ex praua autem intentione, puta ad inceſtum aut adulterium prouocandi & ſimiliter ex impudicitijs non ſolum choreas, ſed elemoſynas & eccleſiaſtica officia conſtat eſſe peccata mortalia concludit ergò choreas non eſſe ex ſe malas, licet ſæpè afferant peccata venalia vanitatis. hæc ille.

De iure autem Ciuili, & Canonico omnis ludus, qui virtutis, vel recreationis, vel otij terendi gratia tantum fit, & ſine cupiditate, & auaritia, is eſt permiſſus l. ſolent. §. 1. ff. de aleæ luſu, & aleat; & ſecundum Canones, dummodo nõ immiſceat fraus, dolus, blaſphemia, aut aliud delictum, & fiat horis debitis, poſt miſſam, prædicationem aut veſperorũ celebrationem, & in loco non ſacro, c. decet de immun. eccl. lib. 6. & cap. cum decorem de vit. & hon. cler. & longè ab eccleſia maiore, ſcilicet, matrice per 40. paſſus, & à Capella, vel oratorio, vel eccleſia minori, per 30. quia eccleſia, vel cœmeterium habet iſta priuilegia, vt nec ludi poſſint fieri, nec quis poſſit violenter extrahi vt not. ſumm. Angel. in verb. immunitas. §. 21.

Et quòd de iure Ciuili, & Canonico omnis ludus modo præcitato ſit permiſſus, firmat Iodoc. prax. rer. crim. tit. de falſis aleis. cap. 126. nu. 24.

Triplicem namque ludum dari, primum honeſtum, ſeu virtuoſum, ſiue actum virtutis Eutrapeliæ, & recreationis honeſtæ, ſecundum malum venialiter tantum. Tertium malum mortaliter, tradit Nauar. in ſuo Manual. confeſſ. cap. 20. poſt prin. ſequendo Sanctũ Thom. 2. 2. q. 168. ar. 3. & q. idem Nauar. conſi. 16. lib. 3.

Benè verũ eſt, quòd præsbyteri diaconi creduntur vt refert Angel. loco præcitato in prin. in verb. chorea, peccare mortaliter, niſi modicitas excuſaret, vel qualitas chorizandi, puta in ſecreto, & huiuſmodi, prout eſt peccatum mortale omnibus chorizantibus cum geſticulationibus prouocantibus ad libidinem, cantibus turpibus, vel ornamentis laſciuis, & inhoneſtis, vt ex proem. ff. veteris. §. illud verò vbi ait Imperator, quis illos ludos appellet ex quibus crimina oriuntur.

Sicut etiam, quando malo fine chorea ducitur, vel ex aliqua leuitate ſuperbiæ, vel inanis gloriæ, nam ſi quòd intenditur eſt peccatum mortale, ſimiliter, & ipſum opus ſi veniale, erit veniale arg. c. vide 1. q. 1. & c. noli & c. militare 23. q. 1. prout etiam omniſſò choreatrices conſuetudinariæ non ſunt admittendæ ad ſacram communionem, niſi deſiſtant, ſaltem die communionis ſacroſanctæ, ſecùs verò ſit dicendum in chorizante rarò, vt ex addit. ad ſumm. Angel. in verbo, chorea in prin. in litera F. & ideò qui amat periculum peribit in illo eccl. 3. quòd facit contra conſuetudinarios chorizantes, quia dicit Diuus Hyeronimus in quadam Homelia non credo viro, ſi dicat ſe illæſum euaſiſſe à talibus ſpectaculis, cum Dauid ex eo, quòd vidit Berſabet lauantem ſe prouocatus ſit ad libidinem.

Et hanc artem chorizandi aliqui voluut fuiſſe primo inuentam à quadam femina Thymele, cuius meminit martialis in illo carmine, qua Thymelem

ſpe-

Digitized by Google

ſpectas deriſoremque latinum. Iſidorus verò in lib. 18. Ethymologiorum dicit ex Varrone haberi, quòd primus chorizandi artis inuentor fuit Arcades Salius, qui Italiam cum Aenea aduenit.

Quam plurimi tamen ex Græcis ſcriptoribus artem chorizationis commẽdant, dicentes eam originem, & derivationem habere à geſtibus ſtellarum ac planetarum arguendo ab earum eorũque itinere, & reditu, & amplexu: & ordine, quaſi quadam chorea harmonica rerum cæleſtium vnà cum mundi generatione à caſtore, & polluce ſaltationem Lacedemones edíſcere profeſſi fuerunt, & Socrates ab Apollinis oraculus ſapientior appellatus, & ſi annis onuſtus, hanc artem ediſcere non erubuit, illam commẽdans, & inter gratas diſciplinas enumerans vt teſtatur Xenophon. in libro geſtorum plato inſuper ſecundo legum hanc eandem chorearum artem donum Dei, & inerruditum illũ nuncupat illius artis ignarum. Titus Liuius in 7. lib. ſuarum Hiſtoriarum narrat, in ſenicis ludis virgines nouennali ordine, ternis choris canẽtes chorizaſſe, quicquid in contrarium cecinerit occidius lib. 1. remed. Amoris his verſibus, eneruant animos citharæ cantuſque lyreque, & vox & neruis brachia nora ſuis, & apud ſatyricum vatem Horatium ode 6. Aeſticam ad caſtitatem admonentem legimus, prima nocte domum claude, nec in vias, ſub cantu querulæ deſpice tibiæ, & te ſæpè vocanti duram difficilis mane.

Quouero ad ludos præcipuè aleatorios, illos ſimprobatos non ignoramus ac omnes alios qui cupiditatis, aut auaritiæ cauſa, cum admixtione alicuius delicti, blaſphemiæ fallitatis, & huiuſmodi fierent, vt huiuſmodi lulores ſacra etiam communione priuatos ſanxerit ſacroſancta ſynodus elibertina c. 79. referente D. meo præceptore. Meno. de arbitr. caſu 399. nu. 6. cum alijs ſeqq. li. 2. cent. 4. & Iodoc. de falliis alers prax. crimin. cap. 126. & latè per Clar. in §. ludus.

Sunt tamen aliqui ludi qui licèt non ſint expreſſi, & permiſſi à iure, ſunt tamen ab auctoritate publica, vel tollerantia, vel etiam malo vſu permiſſi, in quibus ſiquis caſu, non data opera, occiderit hominem non punitur, vt de corruptela Papienſi ludendi pugnis de Neapolitana ludendi gladijs, de Bononienſi, & Peruſina ludendi lapidibus, huiuſmodi enim ludis mala etiam conſuetudine inductis occidens hominẽ excuſatur vt idem dicitur de Ludo pilę & plenè ſcribit. D. meus Men. de arbitr. caſu 400. lib. 2. centu. 4. & idem venit dicendum de ludo Albenſis ciuitatis, in qua certo die, carrus cui iuuenis inſiſtit erectus, iunctis iumentis ſeu bobus quãta maxima celeritate ab alijs impellitur.

Practicatur etiam in Auguſta Taurinorum genus ludi patrio vocabulo Balloria nuncupati, qui ludus exercetur per homines pſallentes, & exultantes certis geſtibus frondentibus arcubus mutuo inreſtim ſe comprehendẽtibus quaſi topiarum opus repræſentantes, & horum hominum cætum ac chorum præeũt tibicines, carruſque cui pariter inſiſtit erectus iuuenis iunctis bobus celerrimè, impellitur, & repræſentatur graphicè illa oſcophoria, & Boſdromia quæ vt ex Plutarcho in vita Theſei accepimus, ſacris Herculis Athenis exhibebantur, quotannis menſe Iunio celebri die Sancti præcurſoris. Baptiſtæ eiuſdem ciuitatis magni tutelaris per colonos frondibus variiſque floribus ornatos totius populi confluẽte caterua huiuſmodi ludus exercetur arridentibus Sereniſſ. Auguſtiſſimuique Duce, Sereniſſimiſque natis cum aſſiſtentia principum, æquitum ſacri ordinis Annuntiatæ Beatiſſimæ Virginis, & militum §. Mauritij, & Lazari huiuſmodi inſtitutum approbantium, cum vniuerſali totius vrbis applauſu, & frequẽ-

tis

tis cohortis acceſſu.

Inſuper ludus ad primieram, ſeu ad ad chartas eſt tolleratus, & pacta in eis ſunt ſeruanda à ludentibus, & eodem modo reſoluenda quo fuerũt inita nec ludentes poſſiunt poſt factum partitum pœnitere, ſolumque ludens ad primieram ſi dicit (vada il partito) & ſint concordes, poteſt poſteà altera pars ſe pœnitere, & dicere nolo, videndo cartas, vt ſatis abundè in hac materia ſcriptũ reliquit Borgn. de contractibus dec. 34.

Huiuſmodi tamen ludis cartarum tã conſuetudinariè ſtudere apud graues, & bonos viros non eſt approbatum, & præcipuè aleis, & aleatoribus, ac alijs fallacibus Ludis, & ſubdolis artibus ſocium fraudantibus, contra quos inuehit. Iodoc. loco præcitato de falſis aleis prax. crim. cap. 126. num. 25. in hæc verba. Cùm igitur tàm damnoſa ſit Reipu. alea, optare omnibus prouinciarum, & ciuitatum Rectoribus actiorem in aleatores animaduerſionem, vt nobilium aut ciuium diuitum, aut mercatorum filios aleis, luſibuſque deditiſſimos ad ſaniorem Reip. frugem præſtandam compellerentur, vt eas opes, quos alea vorat, ad verum ſiri principis miniſterium cum gloria impenderent, aut ſi ciues eſſent, ad mercaturam, ad fœnus, ad omnem denique Reip. vtilitatem impenderent potiusquam vt aleis inſeruirent, vt æquos, caneſvè alerent, aut alijs luxibus abſumeretur, quibus tamen noſtrorum ciuium iuuentutem florentiſſimam coinquinari conſpicimus, & in omne voluptatum genus potiùs reſoluui, quam vt ſuis (imò Dei) opibus illa in re, bono Reip. prodeſſe velint, ani, optent, quaſi ijs voluptatibus, & vitijs planè nati ſint, & non potiùs iuuãdis alijs. Illi igitur ignaui, voluptarij & ſibi tantum iuuentes, mihi tantum inutilia põdera terræ videntur, & quos Romana ſeuentas paſſa fuiſſet, tam inertes ſuam Rempu. coinquinare, ſed eos ſine vlla diſſimulatione è ciuitatibus vt membra inutilia, imò perniciosa pepuliſſent quos imitatus rex francorum Carolus VII. in ſuis diplomatib. anni 1369. omne genus ludorum prohibuit, quòd tractant inhoneſti iſti circumforanei, veluti aleas, tabulas, fritilla, regulas globos rerum quæ nulli corporali exercitio conducunt, nec ad ſuorum nobilium paleſtram exercendam ſunt inſtitura aut ad defenſionem Regni, illis enim inertibus luſibus pœnam indixit. 40 ſolidorum Pariſienſium pro ſuo fiſco, quoties reperti fuiſſent huiuſmodi ludos tractaſſe ſed vt ipſis vtilius daretur ludendi exercitium ludos ſagittariorum vbique inſtituit, confirmauit, & priuilegijs nobilitauit. Hos ſagittarios ob ſimilem occaſionem ſecuti ſunt Baliſtarij qui in bellis nunc plurimum sũt vſui qui plura de alearum ratione pernicie, & deteſtatione deſiderat, is legat. Angel. Aret. in ſuo ſingulari tractatu maleficiorum in gl. ſuper verb. Metido re de mali dati. Conſulo interim præfatis aleatoribus, qui tamen raro illo lucro ditari ſoient, vt reſtituant, vel ſaltẽ largas faciant elemoſynas, non eſt tamen rigoroſè eis dicendum, ſiue iniũgendum, quaſi eſſent ſimpliciter de neceſſitate ſalutis. Illud de luſoribus bonis aleis ludentibus, & nequaquam falſis cenſendum opinor, quòd enim falſo lucratum eſt aleis in dubio perpetuò reſtitutioni obnoxium, & ſubiectũ eſt, Is enim ludus eſt inſtar peſtis noſtra in Repub. quemadmodum enim peſtis adimit vitam, ita ludus ingens, & grandis adimit pecuniam euacuatque burſam, vnde infinita mala, proh dolor, in dies cernemus, quorum memoriam hic recenſere ex cauſa omittimus. Hanc ergò vtilem admonitionem ad aleatorum correctionem commendat Iodoc. loco ptæcit.

Et certè alearum ludi inuentor etſi credatur Palamedes, & præcepta huius ludi ſcripſerit Diodorus Megapolitanus ac Theodoſenus vnà cum Claudio

dio Imperatore, vt legimus apud Sueconium in uita eiuſdem narrantem, ſicuti de alearum ludo plurimum delectabatur Domitianus Imperator, & Henricus Rex Angliæ ſic referente Garemberto; Nihilominus huiuſmodi ludi genus à Romanis legibus fuit vetitum, vnde Horatius cecinit, ſeu maius vetita legibus alea, & ſcribit Cicero quẽdam lenticulum cum Antonio ſic ludentem damnatum fuiſſe Tollerãtur ludi Fortunæ, & ingenij, vt ludus pilæ, vel barræ quorum meminit Paris Puteus tract. de ludo nu. 54. pilæq; fuit inuentrix inuentus Pheacia, cuius ludi
3 genus celebratur † ab Atheneo in libro 1. ſuorum Gymnoſophiſtorum, & de hoc ludo antiquitus ſcripſit Timocrates Laconicus, & Galenus in libro inſcripto de exercitio pilæ.

Laudatur à Cicerone in lib. de diuinatione, ludus qui nuncupatur, micare digitis, de quo dicebat Hemeſianus, digito iactare micantes, & de ludo pilę ſcripſere Horatius in arte poetica, & Homerus in odyſſea. Ille pilam dextra miſſurus ad aſtra reflectit, terga retro, rurſuſq; ad magnum pro minus ictum, Conſurgens terram procumbit pronus ad imam.

Socrates viſus fuit cum pueris ludere, & præcipuè ab Alcibiade repertus fuit ludere cum Lamproclo puerulo.

Ageſilaus curſitabat ſuper quadam arundine more puerili, vnà cum eius filio, ad quòd alluſit Horatius illo carmine, ludere par impar, ęquitare in arũdine longa.

Tarentinus Archita cum eius famulis viſus eſt quandoque ludere otij terendi gratia.

Non eſt propterea ſtudendum ludis cauſa auaritiæ, ſed recreationis honeſtæ, Ideò ſanctus Hyeronimus improbabat ludos, vel ſpectacula impudicitiæ, & in epiſtola ad Celantiam habet hæc verba; Nec imitandi nobis ſũt,
4 qui ſub Chriſtiano nomine gentilem vitam agunt, & aliud profeſſione, aliud conuerſatione teſtantur, atque; vt ait Apoſtolus Deum confitentur ſe noſſe, factis autem negãt inter Chriſtianum, & gentilem, non tantum fides debet, ſed ẽt vita diſtinguere, & diuerſam religionem pro diuerſa opera mõſtrare, & idem ſanctus Hieronimus ait. Nec tubam ſequantur errantem, qui ſe veritatis diſcipulos confitentur, ideò non eſt dicendum, volo facere, quòd plures faciunt, ſed vt dictabat Stephanus Guatius in libro ciuilis conuerſationis, debemus, *Seguir li pochi, e non la volgar gente*.

Ideò Sanctus Hyeronimus inquit, cõuerſatio, iſta paucorum eſt, eſtq; perrarum, atque difficile idoneos huius itineris Comites reperire, ideoq; metuẽdum eſt, ne quos duces huius itineris habere nos credimus eos comites habeamus erroris, ceſſet omnis excuſatio errorum, auferantur peccandi ſeda ſolatia, ad illius exemplum mittimur quẽ omnes fatemur imittandum hinc ſcripſit Saluianus, in baptiſmo vnuſquiſq; promittit, abrenuncio Sathanæ, & omnibus pompis eius, renunciaſti, inquit, Diabolo, & ſpectaculis eius, ac per hoc neceſſe eſt prudens, & ſciens dùm ad ſpectacula remeas, ad Diabolum te redire recognoſcat Tertullianus quoque de ſpectaculis cap. 17. ait, ſpectaculum, vel Theatrum eſt priuatum Conſiſtorium impudicitiæ vbi nihil probatur, quam quòd alibi non probatur.

Saluianus pariter libro ſexto de prouiden. ait, Talia fiunt in ſpectaculis, vt ea non ſolum dicere, ſed etiam recordari aliquis ſine pollutione non poſſit, concupiſcentijs animus, & auditu aures, & aſpectu oculi polluuntur.

Audiant (ait, ſanctus Chriſoſtomus homelia prima in Pſalm. 50.) qui ex ſpectaculis inſaniunt, qui ad excuſandas excuſationes in peccatis dicunt, ſpectamus quidem, ſed nihil nocemur, Dauid talis ac tantus lapſus eſt, & tu te

pûtas non posse lædi, ille nocumentum passus est, qui tantam habebat spiritus gratiam, & te quomodo credere potero sine vulnere euasisse? & ille quidem in solario domus suæ, tu autem in Theatro in quo cum tanta sint præcipitia quomodo possunt tibi credere, quòd à talibus bestijs vulneratus non sis? Nunquid lapideus es, aut ferreus ignis coniungeris, & non ardebis? longè à fornace contendamus Babyloniæ fugere procul ab Aegyptio scorto abesse.

Et certè si aliud Imperator aliud Deus iubeat, contempto illo, obtemperandum est Deo, tradit Sanctus Augustinus sermo. de verbo Domini, & experientia ipsa me docet, & omnes quotquot sunt in mundo, quòd multam malitiam docuit otiositas eccl. 33. & nota, quod non dicit, multa mala, quod nimium etiam esset, sed malitiam, quia otium est pater & origo ipsius malitiæ nec dicit, malitia sola, sed multam malitiam, quia nõ solum peccata parua oriuntur ab otio sed etiam grauiora, ideò legimus Ezec. c.16. hæc fuit iniquitas sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, & abundãtia, & ocium ipsius, & filiarum eius discamus à Deo qui nunquam stat otiosus ad nrã instructionẽ, pater meus (ait Dominus Io.8.) vsque modo operatur, & ego operor, fugiendum idẽ est otiũ, à quo multa mala proueniunt, quia lasciuius amor ab otio, vt cecinit Petrarca, in cantu amoris *ei nacque d'otio, e di lasciuia humana*. Otia si tollas periere cupidinis arcus.

Ludus ergò prohibitus de sui natura
5 est † euitandus, quia crimen est, & lusor præsumitur bona sua dilapidare, & sic malè vti substantia sua, & ideo in causa criminali lusores, & blasphematores nec in causa matrimoniali admittuntur, ludus fortunæ multa mala, & perditionem proprij patrimonij inducit, & facit hominem venire in desperationẽ & prouocat ad blasphemiam Dei, & sanctorum, & ad periuria, lusor in lubẽdo dicitur agere turpem vitam, & ideò est exosus legibus, sic differit, & decidit. Gramat. decis. 11. nu. 6. & seq. nam est certũ, ludos in quibus versat fortuna; & pecunia amittitur esse prohibitos, vt not glo. in l. 1. ff. de aleat. auth. aliarum vsus C. eo. tit. ita vt si mutuum fiant lau detur, nec ipsi, nec retinentibus ludum prohibitam datur actio ad repetẽdum & domus in qua luditur confiscatur, & ludum tenens in domo, si percutitur ratione ludi non solum in loco vbi luditur, sed vbicunque, non tenetur percussor, & talis iniuria est impunibilis, quæ nec ciuiliter, nec criminaliter puniri potest: imò ex furto commisso in domo, in qua luditur, non competit actio furti, & lusores sunt infames sic latè, & plenius per Grammat. decis. 40.

Concludo ergò, vt ad resolutionem propositæ dubitationis redeã, choreas de iure permissas, ac ludos non prohibitos, non posse vetari ex constitutione decurionum, vel Domini superioris que alicuius vniuersitatis plebis, ciuitatis vel Castri, nisi ex ltima puta, ad euitand. scandala imminẽtia, quòd enim promittit de iure nisi ex causa prohiberi potest argu. l. cum prætor. ff. de iud & quando quid prohibetur, videtur, & prohiberi omne id, per quod peruenitur ad illud. l. oratio. ff. de sponsal. & qui verò facit contra præceptum legis factæ ab habente auctoritatem, peccat mortaliter, quoniam scriptum est, qui non obedierit Principi, morte moriatur. Bar. in l. signis pro eo. col. 3. ff. de fide iuss. quòd verò fit lege permittente, nõ includit in se peccatum cap. qui peccat 23. q. 4. l. Gracchus. C. de adult. Rip. in l. nemo potest num. 100. ff. de leg. 1. atque ita chorizando, & ludendo, hæc scripta sint ad Sanctissimæ indiuiduæque Trinitatis, ac Deiparæ tãquam Alfonsi tutelaris mei honorem gloriam laudẽ lectorem rogando, vt quod libenti ani

mo

mo impenſum Albæ Pompeæ Calen. Auguſt. 1609. offerimus laboribus noſtris, æqua pariter mente acceptum ferat, ſed quid referam de perſonatis vulgò Maſcheratis tempore Carniſpreuij; de huiuſmodi perſona vulgò Maſcheram videtur annuiſſe Martialis ad lentinum his carminibus Mentiris iuuenem tinctis lentine Capillis, tam ſubito Coruus, qui modò Cygnus eras, Non omnes fallis, ſit te proſerpina canum, perſonam capiti detrahet illa tuo. Prima hæc inuentio perſonandi dubio procul authorem habuit Angelum Nigrum Sathanæ qui callidi ſerpentis forma protoplaſto horridũ exceſſum perſuaſit, vnde humano generi tot calamitates, & miſeriæ emanarunt, hic ille eſt, qui ſe transfigurat, vt ex Apoſtolo, in Angelum lucis, vt nos aſsidua variaque pelle, & arte decipiat. Indumentum illius ſubijcere Hypochrytæ exterminantes facies ſuas, vt videantur ab hominibus, hic ille eſt, qui muliebres aſpectus perſonatos vnguentorum formis reddit, & ſuadet, imo decorticat.

Veruntamen eſt ſcribente Ouidio, q Metra Eriſicthonis folia variè ſi transformabat illo carmine. Nunc equo, nunc ales, modò bos, modò ceruus abibat. verũ eſt, quod legitur de Protheo Thetis filio ille ſuam faciẽ trãsformat, & atterit arte, mox dominus vinclis, in ſua membra redit. Sed hiſce transformationibus Ouidianis nõ cedunt Bacchanalia hodierna, quæ teſtante Polidoro Virgilio libro quinto, cum arte perſonandi originem ducunt à Menadis & Bacchis mulieribꝰ & à ludis quinquatrijs & Megalenſibus ad quos Romani perſonati accedebant. Huiuſmodi perſona genus reddit perſonam audacem & incognitam, paupertatem vilium indumentorum cooperiet, verecundos ad loquendũ excitat, libertatemq́ue grauibus perſonis condonat. ſiquis tamen vtatur cappa alicuius Religionis ſicut faciunt laruati in haſtiludijs tempore Carniſpreuialis, poſſent illi religioſi agere contra tales, actione iniuriarum. l. mimæ. C. de epiſcop. audien. §. fin. in auct. de Santiſs. Epiſcop. & c. cum decorem de vit. & hon. cleric. caueant ergo filocapti ne perſonati veſtes clericales, aut monachales vel ad eorum formam induant, quia qui eas aſſumpſerit, & accommodarit graues pœnas ſubibit. Ex decreto etiam Beati Caroli Borromei ſuis Decr. prouin. de vit. & hone. cler. cap. 7. in fin. Doct. in d. cum decorem. vbi etiam tangũt, quòd corizatio & ſaltatio & omnis ludus prohibetur presbyteris in publico ratione ſcandali, ſecùs in priuata domo, præcipuè cum domeſticis, dummodo enim non dimittant presbyteri debita diuina, illis licet ludere ad ſcaccos cauſa recreationis, & ſolatij, & cauſa exercendi ingenium vel virtutem corporis, nõ autem cauſa lucri, licèt lucratum non ſit niſi de bono conſilio pauperibus erogandum, eiſdemq́ue omnis ludus cum armis eſt prohibitus c. continebatur de homic. imò nec poſſunt portare arma, niſi in actu & cauſa defenſionis cap. clerici arma de vit. & hon. cler. ſumm. Angel. littera ludus §. 2.

Finis huius §. Plebiſcitum.

DVBITATIONES IN §. SENATVSCONSVL.

Inſt. de iure naturali. gent. & ciuili.

AB ALPHONSO MODITIO.
MONTISFERRATENSI I.V.D. CLARISSIMO.

Non vulgariter tractatæ ac ſolutæ.

DVBITATIO I.

SVMMARIVM.

1 *Senatus quid ſit.*
2 *Patres conſcripti vnde ſic dicti.*
3 *Sacerdotes appellandi iura dicentes.*
4 *Auguſtus, quid ſtatuerat in loco ſenatus.*
5 *Senatus ante cauſarum propoſitiones debent exordiri a ſacrificio Miſſæ.*
6 *Angeli interſunt iudicijs.*
7 *Aegyptiorum mos in loco iudiciorum.*
8 *Senatores quomodo ſedebant.*
9 *Opitulandum eſt amicis vſque ad aras.*
10 *Pauperis nec miſerendum eſt in iudicijs.*
11 *Sacer ſanctuſque dicitur ſenatus.*
12 *Origo ſenatus qualis fuerit.*
13 *Senatus noſtri iudiciarij differunt ab eo quē Romulus inſtituit.*
14 *Rota Romana, florentina, Iauenſis & huiuſmodi, loco ſenatus.*
15 *Iura imperialia tantum habentes, & iudicis dandi poteſtatem poſſunt ſenatum conſtituere non ſine cauſa gladium portant, ibid.*
16 *Principum eſt facere iudicium, & miſericordiam.*
17 *Senatores ſufficit, vt ſint ſenes moribus.*
18 *Seni audienti prima elementa dicendum amice, aduocatus eris in alio ſeculo.*
19 *Senatorius ordo quare inſtitutus.*
20 *Senatus Regis gerit perſonam.*
21 *Senatores dicuntur pars miſtici corporis principis.*
22 *Senatorium munus quale ſit.*
23 *Senatuſconſultum qualiter definiatur.*

Ræmittendum duximus, quid ſit ſenatus, vnde habuerit origo, & quid ſit ſenatuſconſultum.

Senatus definitur, quòd
1 † ſit ille cætus honeſtiſſimus ſenatorum, qui centum erant numero. vt per Azon. ſupra. ff. delegi. & Senatuſcquia etenim adeò augebatur populus Rom. quòd erat impoſſibile in vnum congregari, quando nouus caſus emergebat, conſtituit populos ipſe centum viros deputatos ad regimen ciuitatis, qui ſenatores appellabantur, & erant numero centum. C. ſi. vbi gl. in verſ. centum. C. de petit. hæred. & gloſſ. in rubr. ff. de ſent. & quando erat facienda aliqua lex noua, congregabantur ſolum illi centum ſenatores, quæ decidebant caſum propoſitum, & illa deciſio erat lex, & appellabatur ſenatuſconſultum vt per Comma. lib. 1. comment. iu. ciu. c. 14. & Corraſ. in tract. de redigen. ius ad artem lib. 2. c. 12. quod nempe ſenatuſc.

erat,

Digitized by Google

erat, & fuit erectũ similiter in componendo ius ciuile vt in §. senatusconsultum instit. de iur. na. gent. & l. 2. §. deinde quia difficile. ff. de orig. iu. & c. senatusc. 2. dist. Romulus namque primus, vrbe condita senatorum ordinem instituit centum numero quorum consilio vterentur electi, quos ob honorem patres ob ætatem senatores idest, seniores appellauit vt apud Tit. liu. li. 1. de bell. Macedo. Brutus autem primus expulsor regum, primores equestris ordinis senatoribus adscribi fecit qui ob id patres
2 conscripti † dicti sunt Rol. à Val. consi. 1. nu. 3. li. 3. & apud liu. in libell. dele. Ro. & illos patres conscriptos appellat imperator in l. vn. in prin. C. de cad. toll.

Qui vtique senatorum ordo dicebatur sacer, & hodie merito nuncupatur sacer, quia nos qui iura dicimus sacer-
3 dotes appellandi † sumus l. 1. ff. de iust. & iur. & apud Aegyptios idem erant iudices, & sacerdotes, & quasi sacra transeuntes nos Antistitum nomine decoramur dicit text. in l. 1. C. de decr. decur. lib. 10. statuerat namque Augu-
4 stus † vt in loco vbi senatus congregabatur priùs thure meroque sacrificaretur vt apud Sueto. & Gell. c. 7. li. 14. Hinc que solent senatus omnes antequam-
5 † ad causarum propositiones deueniatur, à sacrificio Missæ exordiri, vt dicit Curt. Pisana. c. 4. lib. 1. Angeli etenim ad-
6 stant, & interiunt iudicijs, & † iudicum mentes ad veritatem dirigunt testante. Author in sua Demonomania, lib. 3. solebant ideò Aegyptii in loco iu-
7 diciorum aliquot † sedes vacuas relinquere, in quibus Angeli iudicijs assistentes dicebant residere, sicque iudices, & senatores ex sacro loco iudicium tulisse. refert Homer. li. 8. Iliad. ibi, at Senio-
8 res † sedebant in politis lapidibus sacro in circulo, sceptra verò præconum in manibus gestabant vocalium, his ruebant, alternatim autem iudicabãt, iacebant autem in medio duo auri talenta hinc vt darentur, qui inter hos sententiã rectissimam diceret firmatur, & hoc à Plutarcho in vita periclis, vbi extra iudicium ferre Athenienses testatur, hincque emanauit illud Adagium
9 opitulandum esse amicis, sed vsque ad aras, ne scilicet, amicorum gratia à recto deflectamus in iudicijs, vt ex Aul. Gell. noct. Attic. c. 3. lib. 1. imò nec pau-
10 peris miserendum est in iudicijs, nec proximo magis quàm peregrino fauẽdum, quod Deuteron. c. 1. quia sancta res est iudiciorum ratio.

Sacer sanctusq; sæpenumerò ad scriptoribus vocatur Senatus, præsertim
11 apud Varem Mantuanum, iura magistratumque legunt, sanctumque Senatum.

Origo verò Senatus, qualis fuerit
12 multi multa dixere, nam aliqui Senatum fuisse primo inuẽtum à Moyse anno à mundi creatione 3859. qui Ietro socero consulente ex omnibus Tribubus nobiliores, & sapientiores elegit, vt cum eo iudicandi munere fungerentur. Exod. cap. 18. & Deuteron. c. 1. Alij à Lycurgo, vt refert in illius vita Plutarchus vita annum 3100. quo idem Lygurgus regnare cœpit. Alij à Romulo primum Senatum electis centũ in Italia fuisse collectum, & à senioribus Senatum vocatum vt Cic. de senect. ex quo respectu Senatores in calceo, lunæ similem deferebãt, vt à luna antiquitatẽ Senatus arguerent, eo quòd senes maiori iudicio, & experientia polleant, vt ex. Aristo. 1. & hic & §. vetus igitur vers. quia vero in auct. de indic. & senib. maior reuerentia & auctoritas debetur l. semper. ff. de iur. immun.

Nostri tamen senatus iudiciarij lon-
13 gè differunt ab eo quam Romulus instituit, quia non habent illam florentis Rom. Reip. potestatem prout, & hodiè adiunt Senatus rerum publicarum eorum qui superiore non recognoscunt, vt Venetorum Ianuensium, Lucensiũ, & Ragusinorum, & similium in nostra Italia, & apud vltramontanos fue-

rum, ac aliorum qui ſupremum non habent Principem hi enim omnes nõ habent Senatum vt vacent cauſis & iudicijs ciuilibus vel criminalibus, ſed rebus quæ Reip. gubernationem concernunt, & in ijs, quæ ad iudicia ſpectant, alios Magiſtratus conſtituunt, quas Ro
14 tas, conſilia Senatus, aut alio nomine appellant, vt eſt Rota Romana, Florentina, Ianuenſis, & huiuſmodi, nec poſſunt conſtitui niſi ab his, quib. lex con-
15 cedit expreſſe. l. 1. vbi Docto. ff. de offic. eius, & ſoli habentes iura Imperialia, & iudicis dandi poteſtatem, poſſunt Senatum conſtituere, vt inquit Lancellot. Conrad. in ſuo templ. iudic. lib. 1. cap. 7. hi enim non ſine cauſa gladium portant. c. non ſolum 23. quæſt. 5. quia principum, & regum officium eſt iudicare
16 & facere iudicium & miſericordiam c. Regum 23. quæſt. 5.

Et quamuis Senatores, vt plurimum eligantur ætate ſeniores, ex lege Romuli; nihilominus vbi de Senatoribus nomin. s iudiciarijs tractamus, ſufficit, vt ſint ſenes non ætate, ſed moribus, ꝙ a
17 vt dicit philoſophus, quantò iuniores tantò per ſpicaciores, & mancipia quãtò iuniora tantò diſcipliniora ſunt quã veterana. l. præcipiunt. ff. de ædil. edict. vnde dicit Bart. in prooem. inſtit. nu. 16. ſi videas aliquem ſenem inſtitutarium, & audientem prima elementa, dicas ei, amico tu eris aduocatas in alio ſecu
18 lo: ideóque etiam conuenit, vt iuniores admittantur, quia longiori tempore honori, & honeri Senatorio vacare poterunt, non ſunt tamen admittendi, ad hanc dignitatem, niſi ſaltem quinquennium, vel ſexennium profeſſionem iudicandi, aut publicem legendi, aut in iura reſpondendi exercuiſſent, vt cautum eſt conſtitutionibus Rotarum Ianuæ, Lucæ, Bononiæ aliarumque Ciuitatum, & illi ſunt admittendi, qui prius minoribus, deinde maioribus ſingulis bene vſi ſint; vt in §. quæ vero verſ. vetus igitur in authen. de iu-
dicib. atque ita geſſerint, vt de ipſis bonum ab omnibus iudicium factum ſit Inſtitutus namq; eſt ordo Senatorius,
19 & ipſe Senatus, vt ius ſuum cuiq; reddatur, & prouincia quieta, & pacata ſit à malorum iniurijs, & omnia eiuſdem ſenatus prouidentia corrigantur, & tãtus illius ordinis fuit, & eſt ſplendor tãta integritatis præſumptio, tantaq; authoritas, vt parificetur Senatus Principi, vt puta cùm habeatur vice populi, & antè Imperatorem per populum, & poſt imperatorem per principem conſtitutus fuerit Senatus. l. 2. ff. de orig. iur. & ſicut Rex eſt Monarcha in regno, ita & Sacrum Conſilium, vel ſacer ſenatus Regis perſonam gerit, vt per Afflict.
20 deciſ. 120. in fin. & ſenatores dicuntur pars miſtici corporis Principis. l. quiſ-
21 quis in princ. C. ad l. Iul. Maieſt. l. ius ſenatorum. C. de dign. lib. 12. Bald. in cap. quanto col. 2. verſ. & nota argu. de iureiur. obidq; ſenatorij muneris eſt clemẽ-
22 tiam principe dignam in ſuis actibus ſignificare, pauperis perſonam non cõſiderare, nec potentis vultum honorare, iuſtè ac omni tempore proximo ſuo ciui, ſeu peregrino iudicare, parium æquè, ac magnum audire, nullam penitus perſonarum acceptionem habere c. nouit verſ. cæterum vbi Hoſt. & alij de iudic. c. ſummopere 2. q. 3. in alterã partem non inclinare, ſed æqua lance, quod iuſtitiæ proprium eſt, ius ſuum cuique illæſum intactumq; tribuere, & alia ſeruare, quæ copioſè referuntur in prooem. deciſ. Octau. Cacher. vbi habes de munere ſenatoris, quare ſenatores conſtituantur, à quibus debeant abſtinere nec diſputare ſuper ijs, quæ non expediunt, & vbi plures articuli fuerint diſcutiendi à quo priùs inchoandum per eos ſit, quo ordine vota proferre debeant, & quis incipere debeat proferre votum.

Senatuſconſultum verò ſic deffinitum eſt, quòd ſenatus iubet atque conſtituit, & eſt quod tantummodo ſenatores

tores habito consilio, populis consulendo decreuerunt secundũ Isido. libr. 5. ex Iustin. in §. senatusc. Inst. de iur. nat. gent.

DVBITATIO II.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, an admittatur à sententijs senatorijs, & num. 3.*
2 *Senatus representat personam principis.*
4 *Appellari potest à sententia senatus ad principem, qui eum constituit.*
5 *Taurini Collaterales, & consiliarij principis collega.*
6 *Rescripta non licet impetrare à principe aduersus sententiam senatus.*
7 *Senatus potest dare licentiam edificandi in publico.*
8 *Cæsar non tantum leges, sed legum authoritatem senatus potestati permisit.*

1 A Sententijs Senatorijs, an appellatio admittatur?

Diximus senatum representare personam Principis vt per Bart. in l. Aemilius in fin. ff. de minor. & est glos. ord. in l. non 2 ambigitur vbi Bart. ff. de legi. Ias. & Rip. in l. quominus in 2. & 3. notab. ff. de flumin. Crau. cons. 144. in fin. cons. 168. in fin. & cons. 198. in fin. Afflict. decis. 120. in fin. Dec. cons. 200. in fin.

Meritò firmare possumus, quòd sicuti 3 à sententijs Imperatoris, vel ab his principibus, qui de iure, vel de facto superiorem non recognoscunt appellari non potest. l. 1. in princ. ff. à quibus ad quos appell. Oldrad. cons. 52. in fin. dũ innuit quòd à sententia Regis non appellatur, quia superiorem non habet, qui eius errorem possit emendare arg. tex. in c. & si necesse de donat. int. vir. & vxor. & ç. Adrianus cum ibi not. 63. dist. & scribit Bald. in proœm. ff. col. 2. vers. item nota, quod imperator vbi vult, q̃ à sententia regiæ maiestatis non appellatur, nec mirum, quia eius diffinitiua sententia in regno suo pro lege habetur, & sic nemo posset in melius reformare, & in regno suo ipse habet supremam iurisdictionẽ, & manu regia omnia gubernat. l. 2. in princ. & §. initio, & §. exactis. ff. orig. iur. & beneplacitũ nulli legi subiacet fideicommissa. §. quanquam. ff. de leg. 2. & sunt qui dicunt, q̃ ideò à sententia Regis non potest appellari, quia nõ præsumitur, quòd princeps per diffinitiuam sententiam aliquem grauet. l. præfecti. ff. de mino. & l. 1. ff. de off. præf. præto. hacq; ratione supremus Princeps non potest recusari, vt suspectus. Abb. in c. que. clam. col. 2. in gl. 1. de elect. quia non præsumitur, quòd supremus princeps contra iustitiam procedere arg. c. 1. 40. dist. & c. cũcta per mundum, & c. per principalem q. q. 3. illa tamen ratio videtur firmior: quia non est alius superior, qui cognoscat, & pro hoc faciunt scripta per Bal. in fin. in prin. C. communia de leg. dum inquit quòd à iudicio sortis, cuius Deus est dux, non habet in mundo superiorẽ sicuti inquam ab huiusmodi principibus superiorem non recognoscentib. & iura Imperij à Cęsare habentibus appellari non potest.

Ita nec ab eorum senatus sententijs appellari licet. l. 1. §. sciendum. ff. à quib. appell. non lic. glo. in l. non ambigit. ff. de legi. glo. in c. ecclesia 16. q. 1. Spec. in tit. de appell. §. euidendum restat versi. item quod dixi: qui senatus æquiparatur principi glo. in l. quominus. ff. de flumi. l. quod principis ff. de aq. plu. arcen. l. 1. §. de qua autem. ff. de postul. sed istud quòd Senatus æquiparatur principi, procedit tantum in senatoribus antiquis vrbis Romæ, qui magnam habebant potestatem, cum aliquid simul decernebant, sed in modernis senatorib. hoc non procedit secundum gl. Bart. & Bal. in l. non ambigitur. ff. de legi. & Bar. in l. fi. C. eo. ti. & notat D. meus Menoc. de arb. casu 68. nu. 30. & seq.

Tenere

Tenere tamẽ possumus, quòd à sententia Senatus, qui constituitur ab ijsdẽ
4 inferioribus principibus appellari possit ad Principem, qui eũ constituit, tanquam ad proximum immediatè superiorem, non autem ad Imperatorem, qui gradatim, & non per saltum adiri debet. l. Imperatores. ff. de appel. vbi gl. adducit concord. & si dicatur tex. in d. l. 1. §. sciendum. ff. à quib. appell. non licèt vbi determinatur, quòd à sententia Senatus ad Principem non appellatur respondeo, quòd ille tex. procedit in antiquis senatoribus, qui parem habebant potestatem quam princeps.

Tanta ergo Senatus est auctoritas tanta integritatis præsumptio, vt ab illius sñtijs appellatio non admittatur, qa senatus est pars Principis, & princeps est pars senatus vñ fluxit illud col-
5 lateralium vt in Augusta Taurinorũ, & consiliariorum nomen, quasi principis collegæ, & iudiciorum assessores sint, & tanquam laterib. p incipis consedentes vt quãdoque etiam princeps in senatu sedere soleat. l. pen. ff. de offic. assess. l. consiliarios & l. fi. C. eo. tit.

6 Imò aduersus sententiam senatus rescripta a principe impetrare non licèt. l. 1. C. de legi. & l. rescripta. C. de precib. Imper. offe.

7 Et potest senatus dare licentiam ædificãdi in publico Mar. Laud. de consil. prin. quæst. 3. col. 2.

Imo ipse Cæsar non leges quidem,
8 sed legum authoritatem senatus potestati permisit. l. humanum C. de legi.

DVBITATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Senatus an immediatè relicto iudice ordinario possit adiri, & esse iudex in omnibus causis & in quibus.*

5 *Declinatoria fori cum reuerentia opponitur etiam coram senatu. & quando nihil prosit. ibid.*

3 *Pupilli, vt gaudeant benef. l. vn. C. quando Imper. int. pup. debent esse pauperes, quid de vidua, & quæ dicantur miserabilis personæ. ibidem.*

4 *Pupillus quis dicatur.*

5 *Pupillorum causa dicitur miserabilium personarum miserabiles qui. ibid.*

6 *Viduis datum priuilegium etiam diuitib. datum censetur.*

7 *Pupillus dicitur persona miserabilis inspecta qualitate personæ nobilis.*

8 *Regina dicitur persona miserabilis inspecta eius qualitate.*

9 *Miserabilis dicitur etiam qui proprias causas non potest administrare.*

SEnatus an immediatè relicto iudi
1 ce ordinario possit adiri, & esse iudex in omnibus causis, vel in quibus?

Nulli dubium esse debet, quòd solet opponi cum debita reuerentia exceptio fori declinatoria etiam coram senatu, vt causa ex partes remittãtur ad iudicem ordinarium ad quem de iure, vel ex lege municipali prima spectabit
2 cognitio omnium causarum. & ista exceptio solet opponi à reo etiam in causa reductionis a laudo vt per Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. & l. 2. C. vbi & apud quem Alex. consi. 103. col. 1. vol. 5. Socin. consi. 18. col. 10. vol. 1. idem Alex. consi. 131. col. 1. vol. 2. vbi inquit etiam communem opinionem iudicem ordinarium fore competentẽ in causa reductionis ad arbitrium boniviri vel coram superiore arbitratoris, vt per Bal. in l. precipimus. C. de appell. Rom. consi. 265. Affl. decisi. 51. præpos. in Rub. de appell. Paris. consi. 45. nu. 11. & 65. vol. 1.

Sed ista exceptio declinatoria nihil proderit in causa pupillorum, & aliarũ miserabilium personarum, vel vasallorum, vel aliorum priuilegiatorum qui possunt relicto iudice ordinario adire principem, vel senatum eius qui ipsum principem repræsentat Bartol. in leg.

Acmi-

Digitized by Google

Aemilius in fin. ff. de minor.

Et in specie, quòd pupilli viduæ, & miserabiles personæ gaudeãt tali priuilegio, vt immediatè possint adire Principem, vel eius senatum, repulsata asserta fori declinatoria exceptione, probatur per tex. in l. vn. & ibi Bal. C. quando Imper. int. pup. & vid. quia princeps est, mediatus protector huiusmodi miserabilium personarum.

Benè est verum, quòd pupilli vt gaudeant beneficio d. l. vni. C. quando Imper. int. pup. deberent esse pauperes, & 3 non aliter vt per Alex. & Ias. in l. Titiæ textores col. 5. in prin. ff. de leg 1. vbi Iason dicit, quòd licèt ibi Alexan. velit quòd causa pupillorum sit miserabiliũ personarum, prout etiam sonare videtur tex. in d. l. vn. & rub. illius tituli, tamẽ veritas est, quod pupillus non dicitur miserabilis persona, nisi quãdo est pauper & orphanus vt per Specul. in tit. de instru. edit. §. nunc verò vers. & scias 2. & cum Alex. transit Hyeron. in addit. ad Guid. Pap. quæst. 566. facit etiam quòd notat Inno. in c. significantibus de off. deleg. vbi dicit, quod vidua vt gaudeat priuilegio dictæ legis debet esse pauper, secus si diues quia tunc non potest dici, quòd careat defensione, cùm omnia pecuniæ obediant. eccleſiast. ca. 10. & Innocentium sequitur Isernia relatus per Affl. in constit. regn. constitutione incip. lege presenti col. 2. vbi etiam tradit, quòd illa constitutio, quæ prouidet pupillis, viduis, & alijs ibi nominatis de aduocato, non habet locum, nisi in viduis & pupillis pauperibus, alias si essent diuites, non tenetur pro eis aduocatus pauperum aduocare, quia tũc non dicerentur miserabiles personæ, subdens quoque hanc esse veriorem opinionem idem Affl. in constitutione statuimus. num. 15. dum se remittit ad dicta per eum in ipsa constitutione incip. lege præsenti. & hoc etiam vult Paul. de Cast. in Rub. C. quando Imper. int. vid. vbi dicit, quòd tunc dicuntur pupilli & orphani, inter quos est differentia, 4 quia pupillus dicitur qui est impubes, et extra patris potestatem. l. pupillus. ff. de verb. signi. & orphanus qui nõ habet patrem, & matrem, & in quartũdecimum annum, miserabiles personę, & habent priuilegium d. l. vn. quando sunt impotentes, & non habent defensorem per not. per Inno. d. c. significantibus.

Licèt ergo videatur dicẽdum quòd prædictæ personæ deberent gaudere de priuilegio l. vn. quando essent pauperes, & non aliter, Attamen causa pupillorum dicitur miserabilium personarum: vt per Alex. in d. l. Titiæ textores. ff. de leg. 1. & Azon. in summ. illius tit. C. quando Imp. int. vid. vbi personæ miserabiles dicuntur pupilli, viduæ senes decrepiti, & diuturno morbo fatigati, debiles, & omnes hi de quibus natura mouetur ad miserandum. Affl. de cis. 257. & hoc per tex. in d. l. 1. ibi, quòd si pupilli vel viduæ, & summariũ illius l. in glo. 1. vbi inquit, quòd pupilli & viduæ, & aliæ miserabiles personæ, & sic sentit, quòd etiam viduæ & pupilli dicantur personę miserabiles, & quòd habeat etiam locum dicta lex in viduis, vel pupillis diuitibus, hoc vult Innoc. in c. ex parte de verbo. signi. vbi inquit, quòd priuilegium datum à iure viduis, 6 intelligitur esse datum † nedum viduis, pauperibus', sed etiam diuitibus, quæ non possunt per se ipsis esse in iudicio, quia non habent specialem defensorẽ. Isern. in constitutione statuimus vbi similiter inquit, quòd vidua etsi diues, habet priuilegium d. l. vn. Abb. in c. ex parte de foro comp. col. 2. & in c. cæterum de iud. Bald. nouel. in tract. dot. in 9. par. 17. speciali. Bulgar. in l. 1. col. 6. versic. 3. casus ff. fol. matr. Neuizà. in syl. nupt. fol. mihi 25. colum. 3. vbi respondet ad Spec. & Alex. sup. citatos.

Et dicas, quòd etiam miserabilis persona pupillus dicitur inspecta qualitate 7 personæ suæ, quia nobilis de familia

honorata nihil habens præter hæreditatem pauculam per ea quæ dicit Dec. in c.cæterum col.8. in verſ. ſed reſponderi poteſt, Imò etiam Regina poteſt dici miſerabilis inſpecta qualitate eius
8 & Decium ſequitur.Neuiza. vbi ſup. & miſerabilis etiam dicitur, qui proprias cauſas adminiſtrare non poteſt c. 1.in fin.de poſtulan.ſed pupillus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio
9 & ſic non poteſt proprias cauſas adminiſtrare, vt toto tit.C. qui legit. perſon. ſtan. in iud. non habeant ergò & miſerabilis perſona dicetur hiſce, & huiuſmodi argumentis extẽdas ad alias perſonas attendendo qualitatem perſonarum, quæ potiri vellent & debent beneficio d.l.vn. C. quando Imp. int.pup. & vid.

DVBITATIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Senatus noſtri temporis an dicãtur Illuſtres, vel ſuperilluſtres.*
2 *Senatus Taurinenſis verè Illuſtris.*
3 *Montisferrati Senatus ſecundum Iaſ. non eſt, Illuſtris, ſed Iaſon ſi hodie viueret mutaret conſilium, & confutatur argumentis.*
4 *Conſiliarij principis ſunt Illuſtres.*
5 *Conſiliarij ſi ſedeant in collegio Doctorum tanquam collegiati, antiquiores non debent præcedere Doctores.*
6 *Doctores per vicennium publicè ordinarium docentes, an Illuſtres, & Comites?*
7 *Egregiæ perſonæ dicuntur Doctores, & aduocati, & inter egregias perſonas qui numerentur, ibid.*
Montisferrati Marchionatus donatus per Ottonem primo Marchioni Aledramo plene iure, ſupra nn. 3.

SEnatus noſtri temporis, an dicantur Illuſtres, vel ſuperIlluſtres, & quid ab hac dubitatione inferatur.

Conſiliarij quoque an dicantur Illuſtres, & quid dicendum de Doctoribus?

Quia Senatores Principi æquiparantur, vt ſup. probauimus l.1.§.de qua autem. ff.de poſtul.& l.quominus.ff.de flumin. & ſecundum antiqua iura Princeps non Illuſtris modo, ſed & ſuperilluſtris eſt, vt omnes fatentur in l.1.ff.de offi.eius ergò & Senatores ita tenet Iaſ. in d.l.1.nu.5. ff.de offi.eius eò quæ magis, quia in ſenatorum numero eſt princeps vt in l.ius ſenatorũ. C.de dig.li. 12.

Qui tamen contrarium tenent, ſolent reſponderi, quòd etſi in multis Senatus Principi æquiparetur vt recenſet glo.d.l.1.§.de qua autem.ff.de poſtu. non tamen hoc abſolutè contingit, vt ſcribit Bar.in l.non ambigitur.ff.de leg. ſequitur Dec. in d.l.1. num.6. ff.de offic. eius,qui etiam reſpondet hoc caſu ſenatores nõ adequari principi,ſed principem ſenatori,ita vt eo caſu princeps non vt Princeps, ſed vt ſenator conſideretur, vt dicitur de Epiſcopo, qui dum ſedet in capitulo, vt Canonicus, non conſideratur vt Epiſcopus, ſed vt Canonicus c. à collatione vbi gl. & ibi Gemin. de appell. in 6. ideò Epſ exiſtẽs in Gymnaſio ſtudiorum cauſa, non debet Doctorem præcedere,cum Epſ ibi, non vt epiſcopus, ſed vt ſcholaſticus conſideretur.Gemin. d. c.à collatione, & Fely.in rub.de maior.& obed.num.9. ſed hoc intẽlige quoad actus ſcholaſticos tantum, non quoad reliqua. vt per Lud. Bologn. in auth. habita num. 365. C.ne fil.pro pat.

Reſoluamus ergò, & dicamus breuiter pro veritate,noſtræ ætatis ſenatores illis antiquis comparari non poſſẽ, & licèt antiquus ſenatus æquipararetur tẽpore Romuli, & Florente popul. Romano, Principi, hodie tamen ſenatus noſtri principi non adequantur ex Corat.in d.l. non ambigitur in fi. ff.de legi. & in Rub. ff.de ſenat.num.25. vbi dicit retinere quidem hodie nomẽ ſenatus, ſed parum aut certè nihil communionis habere cum veteri illa Romani ſenatus auctoritate.

Illuſtris

Illustris propterea titulum duntaxat merentur hodierni senatus cum tolam dignitatem nō antiquam habeant potestatem; & quoad solam causarum diffinitionem, non in cæteris illos principi æquiparari, ideoq; à senatus Mediolanensis, vt scribit Alciat. in c. 1. nu. 59. de off. ord. & respōso 301. num. 9. nec a senatus Taurinēsis, vt respondit Cra. cons. 198. nu. 7. sententia appellari nō potest, quia isti dicuntur Illustres senatus prou., & illustris debet dici senatus excellentissimus noster Montisferrati, à cuius etiam sententia prouocari non potest, & eadem dignitate potitur, vt sententia d. senatus nō suspēdatur per reclamationem, & in omnem casum à sententia lata in causa reclamationis non est licitum reclamare. l. siquis C. de præcib. imp. off. Afflict. decis. 231. prout nec appellari potest à sententia Taurinensis senatus verè Illustris, vt post
2 alios respondit Neuizan. cons. 70. nu. 1.

Et licèt senatus Montisferrati non
3 censeatur illustris per Iaſ. sic respondentem in cons. 16. col. 1. vers. sed præmissis vol. 3. Attamen Iaſon si hodie viueret mutaret consilio, & bona pace tanti patris falsissima mihi videtur eius responsio, & consultatio, quia nititur inter cætera hoc fundamento, quòd senatus Montisferrati sit Marchionalis, & sicut Marchiones non sunt de iure illustres, sed solum spectabiles, per text. in l. si quando. C. de appellat. Bald. in c. cum accessissent col. 4. de constit. & l. 1. §. 1. ff. de off. præfec. prætō. ergo minùs erunt illustres Montisferrati senatores ex regula propter vnum, quòdque tale non est, & illud multò minùs auth. mul to magis. C. de sacro l. eccl.

Quid tamen fundamentum Iaſ. de facili ex multis posset elidi, & ex eo, potissimum, quia Marchiones exercebant iura imperij, & hodie senatus Montisferrati dicitur Ducalis, & totus status erectus in Ducatu Rex cæsareo diplomate per Serenis. Duces nostros iam reportato, & quia respectu Mantuani dominij fungit Dux Serenis. Imperator à potestate, vt tradit Curt. iun. cons. 61. col. 4. Syluan. cons. 50. nu. 24. Lunat. cons. 106. num. 6. & eadem gaudebant March. ones Montisferrati, vt per eud. Iaſ. cons. 235. vol. 2. Paris. cons. 17. col. 2. vol. 1. & Curt. iun. d cons. 61. quia Marchionatus Montisferrati fuit donatus per Imperatorem Ottonē primo Marchioni Aledramo, pleno iure, & nulla re sibi reseruata in d. Marchionatu, vt per Rol. à Val. cons. 2. nu. 2. vol. 1. ideo nec appellat à Senatus Mantuani, vel Montisferrati sententia, prout nec à sententijs Mediolanensis, & Taurinensis Senatus, vt docuit idem Iaſ. in l. siquis aduersus nu. 1. C. de præcib. imp. off.

Quo verò ad Consiliarios Principis
4 illos esse illustres probat tex. in l. 1. C. de præpos. lab. libr. 12. ibi quos nostri lateris comitatus illustrat, quasi dicat ignobiles nobiles reddi, cum hærent principis lateri, vt post alios declarat. Iaſ. in l. omnium. C. de testa. & in l. 1. nu. 13. ff. de off. eius Alex. cons. 94. colum. 2. vers. 3. lib. 1.

Sed consiliarij si sedeant in collegio Doctorum tanquam collegiati, anti-
5 quiores † non debet præcedere Doctores: eadem ratione, quam de episcopis suprà deduximus.

Quo vero ad Doctores illos dicimus vero illustres qui per vicennium publicè ordinarium docuerunt ex receptio-
6 ri sententia. Bart. in rub. proem. ff. orum. num. 5. in l. pen. C. de testam. mil. in l. 1. C. de profess. qui in vrb. Constan. lib. 12. cum. Bar. alij sentiunt ita vt. Iaſ. in d. l. 1. num. 12. de off. eius attestatus sit hāc opinionem esse magis deceptam. D. tñ meus Menoch. cas. 68. de arb. in fi. concludit Doctores nostros etsi per vicennium publicè docuerint nec Illustres nec Comites effici, vbi etiā loquitur de istis comitibus, quibus abundat nostra regio, qui nudum nomen habent, & sunt Comites abusiuè.

Personas egregias appellat Doctores,gl.in l.ad personas egregias.ff.de iureiur. imò † Aduocatum etiam depoſito officio personam egregiam dici eẽſuit.Bar.in l.1.C.de aduoc.diu.iud. & inter personas egregias primò loco habẽtur Cardinales, ob ampliſſimam eorũ dignitatem,poſtea epiſcopi deinde ſacræ Romanæ Rotæ Auditores,Quartò loco Doctores,& Aduocati. Quintò loco præsbyteri, & vbi non erit expreſſum, aliæ personæ iudicis arbitrio habebunt,& iudicabunt personæ egregię pro qualitate personæ, & loci vt ita ſeruatim, & ordine ſucceſſiuo decet D. præceptor meus obſeruantiſſimus. Menoch.de arb. cas. 70.per tot.vbi vltimo loco addit mulierem honeſtã non eſſe egregiam personam, ſed egregiæ personæ de iure communi equiparari; ita vt conueniat notarios ad earum domos ſeſe transferre pro eis interrogandis,& pro iuramento à personis huiuſmodi egregijs habendo, quæ personæ non poſſunt etiam cogi in iudicium ire cauſa ferendi teſtimonium pro aliquo, ſed domi illis à iudice eſt tranſmittendum.vt per gl.in c.ſi qui teſtium vbi. Abb.Fely.& cæteri de teſti.

7 † vel Hiſpaniorum,& ſimiles.

Negatiua eſt verior,quòd ſi ſuperiorem habeat,quilibet princeps non poteſt ſenatum habere, vel inſtituere ita vult dicere.Bar.etſi non ita expreſsè, in l.quondam Tiberius Cæſar.ff. de hære. inſtit.& in l.2.circa fin.,in penul. notab. C.de decu.li.10.refert & ſequitur.Guid. Pap.q. 43.

Ratio eſt quia ſenatus, ſeu, vt Galli dicunt, parlamentum dicitur ſupremus magiſtratus qui iudicat in vltimo reſortu,& à quo non appellatur,& ideò talis magiſtratus, & poteſtas iudicandi in vltimis appellationibus dicitur eſſe de regalibus.c.1. quæ ſint regal. & ideò quilibet vaſſallus qui iuriſdictionem,& iudicis conſtitutionem habet ab Imperatore,vel alio principe,conſtituere nõ poteſt ſenatum: vnuſquiſque enim facultatem eam nec habet, vt iudices cõſtituat, niſi quibus lex expreſsè concedit.l.1.vbi Doct.ff.de off.eius,& ideò talem magiſtratum vel Senatum poterunt conſtituere,qui iura imperialia,& iudicis dandi poteſtatem habent, vt p Lancellot.Conrad.in ſuo templo iudicum lib.1.cap.7.de præſide,& ſenat. nu. 1. & ſeq. quo attento omnia, quæ ipſe Imperator faceret, principes non recognoſcentes ſuperiorem in ſuo dominio facere poſſunt, & ſic ſupremã iure merito poſsunt exercere iuriſdictionẽ, potiſſimũq; principes quibus eſt cõceſſum priuilegiũ vicarij imperij perpetui & qui habent latiſſimas, & ampliſſimas prouincias,& ſub eis sũt Comites,Marchiones,vel ẽt Duces,ipſos Duces recognoſcentes, ac etiã rõne nobilitatis, & originis quia deſcendant ab Imperiali ſtipite, vnde his procuidubio dicendũ eſt in ſuo ſtatu competere iura imperij & Maieſtatis, & omnimodæ poteſtatis abſurdumque eſſet dicere, ſi quis in huiuſmodi principis perſonam aut ſtatũ moliretur,eum in crimen læſæ maieſtatis non incidere præſertim cum hęc oia à Cæſaribus ſunt ſibi communicata, quæ

DVBITATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Senatum, vel parlamentum,an quilibet princeps poſſit inſtituere.*

2 *Princeps ſoli non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt remittere delicta ex miſericordia.*

3 *Imperator poteſt communicare ſuam poteſtatem alijs, & conſtituere imperij vicarios.*

4 *Vis non eſt facienda in nomine ſed in qualitate regiminis.*

5 *Princeps non poteſt concedere regalia in præiudicium ſucceſſorum.*

SEnatum,vel parlamentum, an quilibet princeps poſſit habere,vel inſtituere ſicuti imperator vel rex Franciæ

quæ sententia vera, & cõmunis est ex his quæ scribit. Cast. cons. 34. super 1. dubio li. 2. Ang. cõs. 217. col. 2. Soc. sen. cõs. 4. li. 3. Ias. cons. 227. li. 2. Bru. cons. 45. Iac. de S. Georg. in sua inuest. in vers. Dux & vers. dubitatur etiam in fin. & pulchrè Natt. cons. 608. col. 1. & ideò huiusmodi principes soli non recognoscentes superiorẽ possunt remittere delicta ex misericordia. Bar. † in l. siquis vltrò nu. 2. ff. de q̃st. quia remittere peccata est suprà legem. Matth. 10. mar. 1. & Luc. 5. à qua lege ciuili solus supremus princeps, vel qui supremi iura obtinet, est solutus. l. princeps. ff. de leg. & l. digna vox. C. eod. reliqui verò sunt subditi legi. Ro. 13. & 1. Pet. 2. at remittere pœnas est quid contra legẽ, imò naturam, vt per Inno. in c. cum tabellio nu. 2. de fid. instr. ergo ab inferioribus à principe id fieri nõ põt.

Licèt autem Imperator solus habeat illam supremam, & absolutam potestatem, quæ est suprà ius, nec eam possit à se abdicare, potest tamen aliquibus in certis prouincijs † eam communicare, vt communiter facit regibus, Ducibus, & Marchionibus quos imperij vicarios constituit. Natt. cons. 608. col. 1. Anton. Peregr. de iur. fisc. li. 1. tit. de his qui iura fiscalia habent nu. 78. & seq.

Nec est facienda vis in nomine, an talis princeps vocetur Dux, vel rex sed in qualitate regiminis, & in magnitudine potestatis. Natt. consil. 608. nu. 7. post. Bal. consi. 328. col. 2. lib. 1. Notandũ tamẽ est in hac materia, quòd princeps non potest aliquo modo concedere regalia † in præiudicium successorum, secundum. Bal. in tit. de pacẽ Constan. in verb. amplius quem refert, & sequit. Felyn. in c. 1. num. 5. de proba. & in c. ad audientiam nu. 5. de rescript. Affl. in tit. quæ sint regalia in rubr. num. 61. Ruin. cons. 92. nu. 11. vol. 1. quos refert. Olasc. decis. 101. nu. 13. ideò non potest princeps concedere, quòd vasallus Senatum instituat.

DVBITATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Senatus vtrum possit condere legem?*
2 *Senatus, an possit de omnibus causis feudorũ cognoscere?*

SEnatus vtrum possit condere legem, & an possit de causis omnibus feudorum cognoscere?

Quoad primum dubitationis caput
1 multa allegat † Cagnol. hinc inde in l. 2. §. his legibus num. 151. ff. de orig. iur.

Sed teneas senatum Mediolanensẽ Taurinensem, nec Montiferratensem, posse legem condere, nisi ei à principe hoc concedatur, quia ipsi soli principi spectat legem condere. l. 1. & l. fin. C. de legi. Bart. & alij in l. non ambigitur. ff. de legi. non est senatus hodierna auctoritas vt antiqua, sed potiùs curia iudicũ ita dicit. Author qdã. lj. 3. c. 1. col. pen. & Io. Montaigne in trac. de parlam. & ibi. Boer. in addit. §. hoc præassumpto nu. 3. benè verum est, q̃ princeps concedit in certis casibus certam formã, in quibus senatus legem cõstituat, nulli enim sunt casus iudici arbitrarij, nisi quos ipsa lex arbitrarios facit, qui sunt q̃n lex ipsa certum modũ statuere nõ potest, cum id dependeat à circunstantijs subiecti, de quo agitur, vt est exemplum in l. 3. ff. de testib. & in l. 1. & 2. ff. vbi pupil. educ. deb. omnia preterea pœnarum publicorum delictorũ genera iudicis religioni committuntur, & sñę super eo, q̃ cuiusq; interest, & cætera, quæ plus facti q̃ iuris habent, & à circunstantijs pẽdent, vt per quẽdã Authorẽ in sua Rep. lib. 3. c. 5. col. 8. tale tñ arbitrium legib. & rationibns circumscribitur. l. hodie. ff. de pœnis. q̃nque ẽt à pœna per legem definita recedit augendo, vel minuendo, vt in l. respiciendum. ff. de pœn. & ipsemet Cæsar mundi dñs nunq̃ aliquid ex mero arbitrio suo statuit, sed ex arbi-

trio

trio legum ſemper iudicat, idque arbitrium quod iudici datur, non cerebrinum, ſed ſm leges debet eſſe, ſolet tñ ſenatus in caſibus dubijs iudicare ex principis indulgentia, & cõceſſione expreſſa cõgregatis claſſibus, ne in poſterum ſuper eo dubitari cõtingat, & pro lege illud iudicium ponere, monito etiam Principe, ſi res exigat, vt dicit tex. in §. fi. vbi gl. in auct. de iudici.

Nec mirandum eſt, q̃ idem ſenatus q̃nque diuerſimodè iudicet, quia hoc euenit etiã in Romana Rota totius orbis lumine, vt teſtatur Caſſiodor. Deci. 9. nu 15. & ſeq. ideoque dici ſolet, Rota rotat: quia natura hominis prõna eſt, ad diſſentiendum, vt eſt videre notab. exemplum in l. pen. ff. de acq. rer. domi. inter paulum, & labeonem, quo ad alterum caput promotæ quæſtionis reſoluo cum D. meo Menoch. de retin. poſſ. rem. 3. nu. 420 vbi dicit ſenatum Mediolanenſẽ de cauſis omnibus feudorum cognoſcere, & ſupremum conſilium Taurinenſe, de quo ſcribit Iaco. à San. Georg. in ſua inueſtitu. in verb. & dicti vaſalli nu. 3. verſ. aduertite, vbi dicit in caſibus per eũ ante relatis recognitionem cauſæ feudales ſpectare ad pares Curiæ, hoc debet limitari niſi per priuilegium & continuam conſuetudinẽ ſit tali conſuetudine derogatum.

2

DVBITATIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Senatus, an poſſit iudicare vltrà petita ex bono, & æquo, ſola facti veritate inſpecta, & mouere ſe ex ſola conſcientia ex his quæ ſũt extra acta.*

Enatus an poſſit iudicare vltra petita, ex bono & æquo ſola facti veritate inſpecta, & mouere ſe ex ſola conſcientia, ex his, quæ ſunt extra acta.

1

Reperio in hoc articulo conflictum Doctorum nam Guid. Pap. quæſt. 29. tenet, ſenatum poſſe iudicare ſecundum ſuam conſcientiam ſpretis allegatis, & probatis iuxta ea quæ ponit Bar. in l. vn. C. vt quæ de ſunt aduoc. par. iud. ſuppl. & ſubdit ibi Guido. q̃ ſi ſenatores vel iudices vicem præfecti prætorio, ſeu ipſius principis obtinentes, aliter facerent, peccarent ſm Theologos, quia debent attendere principaliter ad veritatem, potiùs q̃ ad ſubtilitatem iuxta notat. in clem. paſtoralis de re iudic. & in c. ad apoſtolicæ eo. tit. in 6.

Hanc Guidonis Papæ ſententiam ſequitur. Rol. à Val. conſi. 70. nu. 20. lib. 1. vbi dicit, q̃ ſenatus repræſentat ipſum Principem vt per Affl. deciſ. 120. in fin. Dec. conſi. 200. in fin. & cum princeps poſſit iudicare ſecundum quod Deus iudicaturus eſſet, vt inquit. Bal. in l. fin. in prin. C. de iur. delib. & ſecundum cõſcientiam vt ex Bart. in d. l. vn. C. vt quæ des. aduoc. part.

Et ſola facti veritate inſpecta ſecundum Bar. in l. Aemilius in fi. ff. de mino. Dec. conſi. præcit. 200. in fi. ita & ſenatus debet idem in hoc poſſe quod ipſe princeps, cùm videamus à lege fore conceſſa maiora priuilegia ſupremis magiſtratibus, quã inferioribus, quod patet, quia propter enormitatem delicti, maioribus magiſtratibus eſt permiſſum iura tranſgredi, quod ſecùs eſt in minoribus iudicibus, qui debent ſeruare ſtatuta & leges ad vnguem vt ſingulariter dixit Bal. & Iaſ. in auth. hodie. C. de iud.

Hanc Guidonis Papæ & Rol. à Val. opinionem ſequitur & refert D. meus Menoch. de arb. caſu 98. nu. 12. & ſeq. à recentiorũ õppugnationibus illos defendens, & firmans ſenatum ſm ſuam conſcientiam poſſe iudicare; quia refert perſonã principis, & põt quæ princeps poteſt, & qa talis auctoritas à principe data creditur.

Contra hanc opinionem inſurgit Olaſc. deciſ. 1. nu. 43. dicens q̃ Bart. in d. l. vn.

l.vn. C. vt quæ def. aduoc. non dicit id, quod Guido Papa eum allegat, sed cõ trarium dùm vult, q̃ hi solum quorum sententia pro lege habetur in suo territorio debent iudicare secundum conscientiam, alij verò inferiores secundũ allegata, & probata, & q̃ ita eum intelligit. Iaſ. in l. 2. in fin. ff. de in lit. iuran. & subdit Oſascus d. decis. 1. nu. 43. & seq. q̃ sententiæ parlamenti, & senatus nõ habentur pro lege, cùm sint inferiores à principe, & legib. suppositi, & quòd solius principis sententia pro lege habetur. l. fin. vbi Bart. C. de legi. addens, q̃ licèt senatus, vt nonnulli dicunt, fungatur vice principis in processu, & decisione causarum, tñ hoc iurè non probatur, imò ẽr.ium, nisi forsan in ijs, que respiciunt stylum, & ordinem causarũ aut qñ sententię proferuntur sub nomine principis, & q̃ sen .tores põssunt tñ legem constituere accedente cõfirmatione principis si sit præsens ex Bal. in l. humanum. C. de legib. tandem vult ibi Oſascus, q̃ in facto tñ notorio possit senatus, & quilibet iudex iudicare secundum suam conscientiam quæ venit ex facto notorio, si de eo, licèt non scriptum sit in act s, constet iudici, vt iudici, & non vti priuato, & sit notorium facti permanentis, & addit Afflict. dec. 28. nu. 5. & seq.

Idem tenet ipsemet. Oſasc. decis. 79. nu. 44. vbi inter cætera dicit, q̃ conscięntia propria non debet mouere iudices, quia non sunt in foro pęnitentiali, sed iudiciali, & quòd iudex debet iudicare secundum leges, & non secundũ mentem animi sui, & q̃ nemo sibi debet formare opiniones ex proprio capite, & q̃ conscientiæ alicuius commissa causa debet intelligi de conscientia à lege munita, ac publica, non autem de conscientia priuata, & quòd iudicandum est ex fide gestorum, & sic secundũ allegata, & probata, & quòd senatus obid non potest iudicare ſm conscientiã, & mouere ex his, quæ sunt extrà acta.

Sicq; vides, q̃ dictio Guidonis Papę est impugnata plurimum ab Oſasco, prout, & impugnatur à Didaco Couar. lib. 1. variar. resolut. c. 1. nu. 7. in fin.

Cæterum in hoc conflictu inclino libenter in sniam D. mei Menoch. loco præcit. qui defendit Guidonem à recẽtiorũ oppugnationibus, vt dixi, & hanc sentẽtiam video passim esse seruatam, & posse seruari à senatibus hodiernis.

DVBITATIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Senatores, an excusentur à susceptione militum in domo.*
2 *Quid si fuisset depositi ab officio senatoriatus.*
3 *Officio finito remanent priuilegia, & dignitates.*
4 *Legato debetur reuerẽtia in memoriam pristinæ dignitatis.*
5 *Honorandus quis in memoriam pristinæ dignitatis.*
6 *Abbas, vel Ambasciator, qui fuit semel, & deposuit officium sine culpa, obtinet primũ locum post Abbatem, & Ambasciatorem.*
7 *Cubicularij finita dignitate retinẽt reliquias, & effectus dignitatis vsq; ad vitam ipsorũ.*
8 *Prior in dignitate potior in honore.*
9 *Doctores legum excusantur à collectis, & à munere recipiendi milites.*
Intellige de doctoribus etiam actu non legentibus. ibid.
Procuratoris officium vide. ibid.
10 *Doctores solum nomine, qui non profitentur, non gaudent priuilegijs.*
11 *Milites hospitali obligati, quæ militibus tradere tenentur.*

SEnatores, an excusentur à susceptione militum in domo;

Quòd senatores principũ excusentur, & eximantur in specie à susceptione militum in eorum domibus, probat tex. in l. 3. & 4. C. de silentiarum lib. 10. & tacit, q̃ voluit Guid. Pap. quæst. 376. vbi concludit consiliario, &

domi-

dominos de parlamẽto Delphinali fore immunes à cõtribuendo in ſubſidijs Delphinalibus, rationemq; ibi aſſignat quia talia imponuntur perſonis plebeis pro modo ſuarum facultatum. l. 1. C. de mun. patrim. libr. 10. & l. 1. C. de anno. eo. lib. ſed ipſi conſiliarij, vel ſenatoreş eo ipſo, quòd aſſumuntur in officijs, deſinunt eſſe plebei, etſi antèà, eſſent per tex. in l. iudices. C. de dign. lib. 12. & l. honores. §. is qui non ſit. ff. de decurio. & debent dici nobiles, vt dicit Bar. in d. l. iudices in verſi. ex hoc vbi idem ſentit de doctoribus.

Et in ſpecie, quòd ſenatores, & conſiliarij ſint immunes à contribuẽdo dictis ſubſidijs, voluit etiã text. in l. curiales omnium. C. de decur. lib. 10. & l. maximarum. C. de excuſ. mun. lib. eo.

Imò ſenatores etiamſi depoſiti fuiſſent à tali officio de volũtate principis,
2 eximuntur à ſuſceptione militũ in eorum domibus. per text. in l. vn. C. de Comit. cui prouin. regunt lib. 12. nam habenti priuilegium immunitatis durat eidem quàndiu viuit, licet poſteà exuatur tali dignitate, vt eſt tex. apertus in l. eam legem. C. de excuſ. mun. lib. 10. & in l. 4. C. de ſilentiar. lib. 10. quia beneficiũ per dignitatẽ quæſitũ durat ẽt deficiẽte dign. l. maior dignitas. C. de dign. li. 12. dũmodo non priuẽt tali dignitate propter furta, & ſcelera, vt in d. l. iudices C. de dign. li. 12. & l. ſenatorẽ. ff. de ſenat. & l. fin. iunct. gl. in ver. decurio. ff. de decurio. omnia nanq; priuilegia, & dignitates remanent finito officio, ſi laudabiliter compleuerint officium vſq; ad fi-
3 nem, aliàs ſecùs ex l. 1. C. de magiſtr. ſacro. ſcrin. lib. 12. vbi Io. de Put.

Hinc dicit Specul. in tit. de lega. §. fin. verſ. itẽ nota propè fin. quod qui ſemel
4 fuit legatus, debetur ei reuerentia in memoriã priſtinæ dignitatis. Guid. Pap. quæſt. 377. circa fin. memoria namque præcedentis officij, & dignitatis multũ ſolet operari, vt per Laſ. in l. li ita ſtipulatus. §. Chriſogonus nu. 27. ff. de verb. obl. Pancirol. cõſ. 119. nu. 35. vbi honoratus
5 qs in memoriã præcedẽtis dignitatis, & officij, & adhuc durat memoria prioris dominij, & ſic adhuc durant reliquiæ primæ dignitatis.

Hinc que eſt quòd qui ſemèl fuit Ab
6 bas, & depoſuit officium ſine culpa, obtinet primum locum in choro, & conuentu, poſt Abbatẽ in memoriam priſtinæ dignitatis, & qui ſemel fuit legatus, ſeu Ambaſciator, ſemper debetur reuerentia in memoriam priſtinæ legationis, vt per Laſ. d. §. Chryſogonus num. 26. & 27. & ibid. ſub nu. 26. verſ. ſed iſtis nõ obſtãtibus teſtatur de cõi opinione.

Facit, quòd voluit Io. de Platea in l. 1. C. de præpoſ. ſacr. cubic. li. 10. relatus p
7 † Rol. à Val. conſ. 66. nu. 44. li. 1. vbi dicit quòd cubicularijs, & præpoſiti ſacri palati finita dignitate retinent reliquias, & effectus dignitatis vſque ad vitam ipſorum, quæ reliquiæ ſunt, vt eis debeat reuerentia, & inter eos locum habeat prælatio temporis, vt qui prior fuit in
8 dignitate, potior ſit in honore, vt præferatur in incedendo, ſedendo, loquendo, decernendo, in adeundo principẽ, & alios iudices, & reuerenter ſalutãdo, & in conuiuijs virorũ, & in cætibus præponendo, & vocẽ in electionibus dando, & ad quælibet alia officia præponẽdo idem vult tex. in l. ac noſtræ. C. de pp. poſt. ſacr. cubi. li. 10. vbi cubicularij principis, ideſt, qui parant lectos principis quos vocamus Camerarios, poſt finitũ officium, etiamſi ad dictum officium non fuerint re electi, gaudent immunitate munerum, & hoſpitũ receptione, nec eorum poſſeſſiones poſſunt grauari angarijs, vel perangarijs, & ſordidis muneribus, vel hoſpitum ſuſceptione.

Et quòd dicitur, finito officio durare priuilegium immunitatis intellige niſi tale officium fuiſſet ſuffragio conceſſũ per tex. ſingularem in l. vniuerſi. C. de delegatio. lib. 10.

Vbi ſi aliquis aſſumit officium cum dignitate præbente immunitatem, du-

rat

rat etiam immunitas,& priuilegiũ finito officio dummodo dictum officium fuerit obtentũ sine suffragio: absque procuratione,& absq; pacto,& sine salario alias secùs vt p Io.de prob.d.l.vniuersi.

Pariter doctores legum excusantur à collectis, & ab hoc munere recipiendi
9 milites.l.medicos.C.de profess.& med. lib.10. quæ lex licèt secundum. Bart. & alios debeat intelligi in doctoribus actu legentibus, tamen locum habet & in actu non legentibus vt per Rip. in l. dotis causa nu.133.ff.sol.matr. vbi ait se ita consuluisse.Guid. Pap.q.88.dummodo actum procurationis non exerceãt, aliàs secùs, cum officium procurationis sit vile.l.si quis procurationẽ. C. de decur.li.10.ita limitat.Gui.Pap.d.quæst. 88.in.prin.& q.388. pro cuius sententia facit tex.in l.vniuersos. C. de decur. lib. 10.& ibi Ioan.de præla.vbi decuriones seu consiliarij non debent exercere officium tabellionatus, quia est vile officium,sicut est procurationis, & si exerceant,vilipendunt dignitatem, ad eo q̃ priuilegijs dignitatis decurionatus priuantur.l.2.C.de tabula.li.10. & si eorum scripturæ redarguant̃ de falso torquèri poterũt pro veritate eruenda l. si qs decurio C.de falsis licet alias decur. torq̃ri non possit.l.fi.ff.de decurio. & prædicta communis sententia est intelligenda de doctoribus doctis,& qui legẽdo vel postulando multos instituit secùs
10 † de doctoribus solum nomine,qui ne sciunt,vel nolunt docere, vel profiteri, vt per Rip.responso 20.col.4.Guid.Pap. cum ibi add.d.q.88. & pro hoc facit, qd voluit.Alcia.li.1.de verb.sign.pagin.mihi 6.in versic. cui non absimile, vbi inquit, quòd similiter doctoribus indoctis non competit priuilegium vt possint vicinum fabrum obstrepentem à domo eijcere.

Qui verò tenẽtur hospitari milites non teneri nisi ad hospitalitatem, nec tenentur tradere militibus culcitras,lectos, ligna, oleum & alia ad victum,& potum necessaria per tex.in l.1.C.de salga.hospit.non præben. li.12. vbi legislator prohibet militibus ne extorqueant ab hospitib. salgamũ, idest,culcitras,lectos,ligna,oleum,& alia ad victum, & potum necessaria, imò plus, quòd eriã à volentibus non accipiãt quia vt dicit ibi gl.in dubio semper præsumitur concessio donandi.

DVBITATIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Senatus,an vtatur iurisdictione ordinaria,vel delegata,& quis dicatur ordinarius,quis delegatus.*
2 *Viduæ senatorum,aut consiliariorum,an possint compelli ad contribuendum in subsidijs status cum plebeijs.*
3 *Vidua retinet dignitatem mariti.*
4 *Fœminæ fulgent radijs maritorum, & si nubant alij inferioris gradus dignitatem amittunt.*

1 SEnatus, an vtatur iurisdictione ordinaria,vel delegata,& an viduæ senatorum,vel consiliariorũ cõpelli possint ad contribuẽdũ in subsidijs status.

Quòd attinet ad primum dubium, quòd ipsamet definitio ordinariorum iudicum; ostẽdit solutionem ordinarij namque dicuntur qui consuetam, & assiduam exercent iurisdictionem alterius iudicis, vel magistratus imperio non pendentem, qui habent potestatẽ iudicãdi vel à lege,vel à principe, quales sunt senatores, qui ad vniuersas causas pro suprema iurisdictione exercenda sunt constituti c.à iudicibus.2.q.6.l. & quia.ff.de iurisd.om.iud.l.1.§. qui mãdatam.ff. de off. eius nam delegatus ,p- prium nihil habet,sed eius,qui mandauit iurisdictione vtitur vt docet latè. Hostien. in summ.tit. de off. & pot.Iud. deleg. & cum Senatus gerat vices prin-

cipis in iudicando, sicut vicarij dicitur iurisdictio ordinaria ca. perlectis vers.dist.c.sua extra de offi.vicar.Iacob. à S.Georg.in in uest.in verb. Vicariusq; perpetuus nu. 2. ita senatum ordinaria iurisdictione vti dicere possumus, aliàs non diceretur Magistratus si ordinariã non haberet iurisdictionem. Thesaur. in præfat.decis.nu.34.

Quòd verò excitauimus de viduis re
2 lictis consiliariorum, vel senatorũ:certè concludendum est eas durãre recta eorum viduitate non debere cogi ad tribuere in subsidijs cum plebeijs, quia tales viduæ retinent dignitatem maritorum iuxta tex.in l.cum te. C.de nupt. & eorum domicilium,nam vidua videtur stare in primo matrimonio, dũ est vidua, vt l.fi. C.de bon. mater. & l.vn.§. exactio. C.de rei vx.act. & an vidua veniat appellatione vxoris vid. Alex.cõs. 162.col.2. vers. istud etiam lib.2. & quæ dicatur propriè vidua notat Bald. post gl.in l.fi.C.ad l.flau.de plagia.& an mortuo marito vidua retineat domicilium mariti vid.Ias. in l.cum quædam primo notab.ff.de iurisd.om.iud.

3 Et in proposito, q̃ vidua retineat dignitatem mariti facit tex. in l. fœminæ. ff.de senato.qui tex. vult q̃ fœminę nuptæ fulgeãt radijs maritorum, & viduæ
4 radijs relictorum,è contra degenerant nuptæ quæ vilioribus nupserunt *vt* Bal.ibi, & clarius, q̃ vxores corruscant radijs maritorum, & eorum dignitate, & priuilegijs gaudeãt, etiam post mortem ipsorum,donec nubent alij inferioris gradus, quo casu dignitatem amitterent, voluit Bar. in præallegata. l.fœminæ facit etiam text. in l. mulieres. C. de dignit. lib.12.l.fi. C. de incolis lib.10. & ideò non debet vidua compelli ad contribuendum cum plebeis in subsidijs status dum tamen viuat in viduitate castè & honestè, aliàs secùs per text. in l.quæ adulterium in fi. C.de adult.& ita fuisse conclusum per dominos de parlamento refert Guid. Pap. quæstio. 379.& quæst.seq.vbi decidit aliũ casum quòd mulier vidua nobilis relicta plebeij, non retineat dignitatem paternã sed eam amittit: quia nubit plebeio & stans in viduitate retinet conditionem plebeij.

DVBITATIO X.

SVMMARIVM.

1 *Senatusconsulta, an olim vim legis habuerint, & quo in habitu incedebant antiqui senatores.*
2 *Senatores in Gallia quo vtantur habitu, & quo nostri in Italia.*
3 *Taurinenses senatores togam gerunt purpuream in publicis ceremonijs.*
4 *Senatores nostri iudicant vt Deus sola facti veritate inspecta, & in senatu sufficiunt leuiores, & verisimiles probationes.*
5 *Senatus potest credere cuilibet probationi verisimili etiam non concludenti.*

SEnatusconsulta an olim vim legis habuerint, & quo in habitu olim incedebant antiqui, & quo hodie incedant moderni senatores?

Ambigendum nõ est, quin senatus-
1 consulta essent ius perpetuum, vt in §. senatusconsultum Instit.de iure natu. quia quod à senatu constituebatur, inuiolabiliter obseruabatur.l.2.§. deinde quia difficile. ff.de orig.iu. quicquid dixerit Dyonis. lib.9. Antiqu. Roma. qui vult senatusconsulta olim non habuisse vim legis perpetuæ,sed fuisse instituta vnius anni, motus fortè illa calumnioſa concione Genutii ad plebem cõcitandam, negantis perpetuam senatus auctoritatem, & quod Cæsarum tẽporibus non parum fuit imminuta potestas senatus,Nam iniquissimus Heliogabalus senatum adeò contempsit, vt omnes senatores expulerit ab vrbe, illoſque seruos togatos esse dixerit vt legimus apud Alex. ab Alex. c.2. dierum Genial.

Digitized by Google

Genial. & apud Iampridium in Heliogabalo, qui scribit hunc hominem nequissimum senatulum mulierū in Colle querinale constituisse, & in senatorium ordinem eius matrem sine qua nihil vnquam in Rep. fecisse dicitur, ad legisse, sed teneas in vrbe Romana senatum potuisse olim ius constituere, l. cū hic status in prin. ff. de dona. int. vir. & vxo. ideò legimus in l. vn. C. de senato. senatus decreta vim legis habere; non ergò mirum si Vlpian. in l. non ambigitur de legi. dixit, ambigendum nō esse, quin senatus ius facere possit. & ibi notat Corrasius affirmās, illo seculo, senatus auctoritatem adæquatam propè fuisse potestati principis ex l. 1. §. de qua ff. de postul. l. quod principis. ff. de aqu. plu. arcen. l. filius. ff. de cond. & demon. & l. quominus ff. de flum.

Senatorum verò habitus à Bud. in l. fin. ff. de senato. & Baisio. in lib. de re uestiaria & Vuolfango Laz. in comment. Reip. Rom. c. 4. lib. 8. describitur, & formam latis clavi, qui latus clavus dicebatur antiquus habitus senatorum, ex purpura lato clavo coniuncta, explicat, vt cecinit de hoc habitu Ouid. 4. de Tristib. induiturque humeris cum lato purpura clavo & ille habitus perseuerauit vsque ad Imperatorem Alexandrum cuius meminit tex. in l. Ruffinus. C. de testa. mili. postea à Iustinianeis temporibus cessauit lati clavi vsus, ciusq; loco Magistratus Præsides & senatores cingulo vsi fuere erantque maiore, & minore cingula prout maiores, & minores erant dignitates, vt ex §. vetus igitur vers. quia verò competens in auct. de iudicib.

In Gallia Senatores vtuntur habitu
2 ferè sacerdotali, in nostra Italia togalōga vtuntur, & antiquo ritui senatores nostri hoc plus addiderunt, vt sagū in latis clavi ferè modum ad genua vsque productum gerant, & toga latis manicis supra induta, fasciam de collo togæ ex serico duplicatā sup imponentes.

3 Senatores Taurinenses togam purpuream gerunt in publicis cærimoniis, aut omnibus primis iuridicis diebus, & isti Senatores prout nostri Excellentiss.
4 Domini iudicant vt Deus sola facti veritate inspecta, & in senatu sufficiunt, leuiores, & verisimiles probationes Bec. consi. 47. num. 15. & consi. 52. nu. 89. & consi. 89. num. 5. & potest senatus credere cuilibet probationi veritimili etiam non concludenti. Pancirol. consi. 108. num. 8.

DVBITATIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Instantia an duret, vel expiret coram senatu.*
2 *Senatus an possit sententiam iam latam mutare de Ciuili in criminalem.*

COram senatu instantia an curret, vel expiret, & an senatus possit sententiam iam latam mutare de ciuili in criminalē?

1 Non ignoramus, quod publico fauore est introducta instantia cui partes nequeunt remediare ex magis communi vt per glo. & Docto. in l. properandum vbi Ias. nu. 19. C. de iudi. nec ideò instantiam iuris communis, vel statutariam partem possunt prorogare Bero. consi. 40. nu. 5. Carauit. de communi ritu 248. nu. 7. & de magis communi Rimi. cōsi. 346. cum apostill. in verb. procedit lib. 2. Rol. à Val. consi. 21. nu. 9. vol. 3. & licèt etiam in consistorio principis detur instantia Affl. decis. 283. post nu. 4. secùs verò coram Rege, vel Principe, vel qñ iudicatur sub nomine Regis, vel principis Grammat. vot. 31. nu. 17. Calcan. consi. 26. etiam in causis fiscalibus verssemur, siue fiscus sit actor siue reus, non currit instantia Burlat. consi. 2. nume. 4. lib. 1.

Cùm propterea coram Principe causa agitata non currat instantia, vt per Burlat. loco præcit. & D. meū Menoch.

de arb:quæſt.8.nume.22.lib.1. ergo nec curret inſtantia quando lis eſt coram ſenatu Natt.conſi.383.per tot.& ita obſeruari in ſenatu Pariſien: inquit Ioan: Imbert. Rupellan lib.2.inſtitu. foren.c. 2.per tex.in l.fin:§.ſi tamen in noſtro C. de temp.appell. auth: ſed & lis C.eo. & c.ſed lis 2.q.6. Crau.conſi: 263. col.fina: & ita obſeruare ſenatum Taurinenſem dummodo intra tempus fatalium cauſa fuerit inſtructa,firmat Theſau. deciſ. 10. circa fi.

Afflictus tamen deciſ.78.& Alexan. conſi. 19.lib. 1.limitant non procedere quando poſt aſſignationes ad ius,appareret de negligentia partis appellantis, quæ non curat cautam ſuæ appellationis expedire.

Quod ſpectat ad alterum dubium
2 breuiter dico, quòd ſenatus in arbitrarijs multa poteſt, ſed cum etiam quidē iudex poſſit quando reus non habet in ære decernere, vt ille luat in corpore l.ſi ſt.de in ius vocan.l.1. in fi.ff.de pœn. & licèt iudex ante ſententiam poſſit mutare pœnam ex cauſa, ſecùs poſt; vt per Vincent.de Franch.deciſ.348.nu.6. par. 2.

Multò magis erit concedendum ſenatu quod etiam cuilibet iudici pedaneo lex ciuilis,& canonica concedit vt pœnam pecuniariam, & ſic ciuilem in corporalem, & ſic criminalem conuertere poſſit. Nec ob id dicitur ſenatus hoc caſu mutare ſuam ſententiam, ſed illam confirmat, ſed quia in pecunia exequi non poteſt ex iuris auctoritate eam in corporalem conuertit, ne ſententia eluſoria reddatur, & ita reſpondet deciſum pro veriori ſententia Theſaur. deciſ. 232. & ſententia ſenatus vti ipſiuſmet principis ſeruanda venit Rolan.à Val.conſ.70.nu.18. & ſeq.lib.1. & vti lex principis Burſat. conſi. 56. nu. 4. & conſi.120.nu.2. & conſi.32.nu.28.lib. 1. & ſenatum iniuſtitiæ notari nephas eſſe reſpondet Crau. conſi.855.nu.6. & ſicut princeps veritate inſpecta ſecū dum religionem aut conſcientiam iudicare poteſt,ita & ſenatus.Crau.conſi. 680. nume. 12. & conſi. 949. numero 2.

DVBITATIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Senatus, & inferior à Papa, an poſſit habilitare aliquem à periurio.*

2 *Senatus, an poſſit cogere partes ad remittendum iuramentum poſt periurium.*

3 *Senatus, Imperator, vel princeps, an poſſit priuato concedere, vt per viam publicam aquam ducat.*

SEnatus, & inferior à Papa, an poſſit habilitare aliquem à periurio, & an poſſit cogere partes ad remittendum iuramentū poſt periurium?

Itē an Senatus, Imperator, vel Princeps poſſit priuato concedere, vt per viam publicam aquam ducat?

Deuenīēdo ad primum dubium, dico, quòd licèt pars ipſa poſſit relaxare
1 iuramentū parti agenti. c.1. de iureiur: c.2. de ſponſal: Ange.de Gambilio cōſ. 87. num.41. & 42. Lup.in c.per veſtras limitatione.3. nu.3. de donat. int: vir.& vxo.pag.mihi 97.quòd nempè eſt intelligendū antequam quis ſit effectus periurus, ſecùs ſi ſit periurus, quia tūc pars non poteſt partem abſoluere, nec habiliter, aut remittere tale iuramentum; vt per Rol.à Vall.conſ.34.num.3.vol.1. & conſ. 26. nu.31. vol.3. Alex. conſ.17. num.1. & ſeq.vol.3.

Attamen ſenatus, aut epiſcopus, vel alius inferior à Papa non poteſt abſoluere, ſeu habilitare aliquem à periurio. Rol.à Vall.conſ.31. nu.13. & 14. vol.2. Curt.ſen.conſ.65.nu.27.

Sed ſolus Papa pōt abſoluere à periurio, & cum cauſa.gl.ord.in c. quanto vbi Abb.de iureiur. Rol.d.conſ.34. nu. 2.vol.3. & conſ.31.nu.13.vol.2. Crauet. conſ.6.num.93.licèt Natta in conſ.643. nu.13.

nu.13. & 14. vol.4. tenuerit contra, & malè per ſupradicta imò Alexan.conſ. 222. nu.9. lib.2. dicit, quòd quando eſt dubium, an petens abſolutionem ſit ligatus iuramento, quòd epiſcopus non poteſt abſoluere, ſed Papa, ſecus ſi non eſt dubium, quia tunc ante periurium poteſt, quòd eſt notandum ſi eſt vetũ, & in dubio tenẽdum eſt non eſſe ligatum, nec extare periurium, vt per Bero. conſ.149. ad fin. vol.1. & Cæphal.conſ. 25.num.53. vol.1. & ſic in dubio declarandum eſt, quem non eſſe periurum, vt per Bero.d.conſ.149.

Quando verò adeſſet enormiſſima læſio abſolutio à iuramento eſt neceſſaria ſecũdum magis communem opinionem, vt Alex.conſ.38.vol.4.& Grat. conſ.30. vol.1.& reſpondet contrarijs Gabr.comm. concl.concl.1. nu.6:8. 11. & 14 pag. mihi 400. Menoch. conſ. 243. nu.24.vol.1. Capic. deciſ. 159. nu.26. & ſeq.qui dicunt, quòd iſta læſio debet eſſe vltrà duplum in magna quantitate, & huic opinioni omninò eſt ad hærẽdum in dubio propter periculum animæ, & præceptum ſuperioris inhibentis Rot.in antiq.deciſ.307. in fin.Grat.d. conſ.30. nu.20. & ſeq.libr.1. & ſic iudex eccleſiaſticus inhibet iudici ſeculari, & parti in ſpiritualibus, & connexis ſpiritualibus etiam cum pœnis, & cenſuris & poteſt epiſcopus ſic inhibere. Afflict. deciſ.30. num.1. & deciſ.31. Alex.conſ. 68.& 69. vol.7. Mandoſ. pract. ciuil.tit. de inhibit.quæſt.15.nu.3. Rip.reſponſo. 12.nu.11.& ſeq.de legi.& long conſue. lib.1. Lancel.de attent.in 2.par. cap.20. quæſt.3.num.91.pag.mihi 400. quia adhoc vt obſeruetũ iuramẽtum ſit inhibitio,& vt periurus exerceat à peccato mortali petendo abſolutionem ab epiſcopo antequam agat eo, quia iuramentũ eſt quid ſpirituale. c.etſi Chriſtus de iureiur. Rol.à Val.conſ.19. nu.33.vol.1.& in materia iuramenti attenditur ius canonicum, & non ciuile. c.2. de iureiur. lib.6. Afflict.deciſ.322. num.5. & deciſ. 263.nu.2. & Rol. conſ.19. nu.33. vol.1.

Quoad ſecũdum dubiũ dico, quòd ſenatus nõ poteſt cogere partes ad re-
2 mittendum iuramentum poteſt periurium iuxta tradita per Iaſ.conſ.133.ſub nu.9. vol.4. Abb.& Fely.in c.1.de periu. Rot.Peruſi.deciſ.17. nu.67. 1. part.quia nec partes; nec alius niſi Papa poteſt remittere periurium, & abſoluere, & cum cauſa.Rol.conſ.34. nu.3. volu.1.& conſ.26.nu.31.vol.3. Borgn. deciſ.9. de indic.nu.46. & aduertendum, quod qñ petitur habilitatio à iuramento ad effectus agendi, illa obtenta redditur nulla, ſi mentio facta non ſit in eius impetratione, quòd cum iuramento renunciatum fuerit in contractu non impetrare reſcripta, nec priuilegia. Rol.cõſ. 31.nu.11. vol.2.imò nec princeps ſecularis poteſt concedere literas quinquẽnales debitoribus aduerſus contractus iuratos. Rol.ibid.nu.13. imò nec prosũt literæ quinquennales debitori, ſi fuerint impetratæ circa cauſam, quæ iam erat deducta in iudicio. Rol. d.conſ.31. num.17.

Proſunt verò literæ principis ſi reus admittatur ad nouas defenſiones, & huiuſmodi litteræ debent concedi per principem Rol. conſ.60. num. 37. lib.2. Imò, & ſenatus Mediolani dicit ibid. Rol.nu.ſeq.dat literas iudicibus, vt nõ obſtante banno, & ſententia, ſupplicãtem admittant, & audiant ad demonſtrandum Innocentiã ſuam, qua oſtẽſa abſoluitur reus, quia gratiæ ea natura eſt, vt quicquid iniuſtitia abſtulit, reſtituat iuſtitia vt ibid.per Rol.nu.39.

Quòd attinet ad terium dubium tenendum eſt, quod Imperator, ſeu princeps poteſt concedere priuato, aquam ducere per viam publicam ſine incommodo vicinorum: per tex.in l.ſeruitutes ia 3. §.publico. ff.de ſeruitut. Item ſenatus poteſt eandem facultatem concedere, vt in l.2.in prin.ff.ne quid in flum. publ.& not.gl.in d.§.publico, & intelligitur ſine maximo, aut magno incommodo,

modo, vt ibi per gl.& habetur in l.quoties.C.de præcib.imp. off.& not. Azon. in ſumm. C.de ſeruit.quando autem aliquid alicui conceditur, licèt ad aliquē vſum,an cenſeatur conceſſa proprietas vid.Corn.conſ.195.incip.videtur vol.4.

Priuatus autem in flumine publico, vel in aliqua alia aqua publica ad publicum vſum deſtinata, non poteſt concedere ſeruitutem, puta, aquā per totum tollendam ex flumine, vel hauriendam, nec ſeruitutem Caſtello imponere, & ſi fiat talis conceſſio, vel impoſitio,non tenet iure ſeruitutis,ſed ille cui facta eſt talis conceſſio, vel impoſitio, tuendus eſt in iure ſuo, quod poſſidet contra eum, qui conceſſit.tex. eſt in l.2. ff. communia prædiorum, & Caſtellum eſt receptatio publica.l.1. §. antepen.ff.de aq. quot.& eſti.& eſt text. cum gloſ.in l.ſi vendidor. §.fin. ff.de act. empt.Cæpol.de ſeruit.vrb.pręd.cap.14 num.15.

Poteſt ergò ſenatus concedere eādē facultatem in caſu præmiſſo ducendi aquam,ſicut ipſimet princeps;& in hoc etiam dignoſcas ſenatum æquiparari Principi, maximamque fatearis eſſe auctoritatem ſenatus, cùm etiam hodie intueamur vnicum ſenatorem, qui Romæ creatur, habere ſaltem de iure illā auctoritatem,quam olim omnes ſenatores habebant, vt refert. Dec.in capit. meminimus num.6. de appellat. quam Romæ, quæ eſt caput orbis, conſuetudinem ſequi debent omnes aliæ ciuitates per text. in l. 1. circa fin. C.de veter. iur. enucl. præcipuè cum Roma dicatur communis patria; l.Roma.ff.ad municip.&c.fin.de foro compet.

Ad omnipotentis Dei Deiparaque gloriam ſempiternam.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

DVBITATIONES
IN
TRES PARAGRAPHOS VLTIMOS.

§. Principum placita, §. Magiſtratuum edicta, §. Reſponſa prudentum.

INST. DE IVR. NAT. GEN. ET CIV.

Authore

ALPHONSO MODITIO
MONTISFERRATENSI, I.V.D. CLARISS.mo

Non vulgariter tractatæ, ac ſolutæ.

LIBER SECVNDVS.

AVGVSTÆ TAVRINORVM.

Apud Io. Dominicum Tarinum, M DC XI.

Digitized by Google

SERENISSIMIS VINCENTIO, ET FRANCISCO MANTVAE, MONTISFERRATIQ; DVCI,

Et Principi Genitori, & Genito,

Clementissimis D. D.

ALPHONSVS MODITIVS MONTEFERRAT. P.P.P.

QVOD integerrimæ fidei, quòd addictissimi animi erga Celsitudinis Vestræ apicem decreueram argumentum, dùm ætatis meæ anno nonodecimo iurisprudentiæ lauream Ticini assecutus, Albæ ciuitatis vestræ subsequenti anno, bis gemino tunc mihi lustro, vestra benignitate, & eorundem ciuium voto gererem præturam; postmodum patriam egressus, æquora, vt hortatur eloquentiæ pater, transfretatus, experientiam tàm in alloquendo Summ. Pont. pro causarum patrocinijs, quàm pro alijs contingentijs diuersimodè, meo loculo nactus, mei periculum publicè, & priuatim faciens, tandem patriam reuersus, modò degens apud Ciues Albenses, quorum vtique antiquissimus decor, virorum cætus, & populi olim frequentior aspectus, hodiernis calamitosis temporibus rueret, vbi abesset vestra clementia, vestraque dexteritas procùl foret: pro virium mearum tenuitate, Deo annuente, persolui. Tutelares vos igitur meos à natura principes perpetuò, ac vbique fassus constantissimè, iuris à me descripti partem non minùs spero, quàm precor, vestro numine euasuram i. Mastigophorum Zoilorum, (quorum culpa difficilè est in scribendo assequi laudem) dentibus illæsam. Interim verò vt Poetæ Poemata ad sacra vatum afferre, Apollinique eorum Deo offerre consueuerant, sic qualequale munusculum hoc vigiliarum mearum, symbolum meæ obseruantiæ, ac memetipsum, vestro humillimè dicatum oraculo suscipere, & fouere, ne dedignamini Sereniſſimi, Dux, & Princeps, perennis gloria nostra, nostri æui, nostræ patriæ fælicitas, iustitiæ, & religionis irradiantia sydera, & splendidissima lumina; vestros in me be-

Digitized by Google

nigniſſimos conſpectus, tandem & piiſſimos oculos dirrigite, & ſicuti Sereniſſimus Dux olim Gulielmus pater, & Ivus veſter, patritium noſtrum Gulielmum Moditium, ſuis opibus vltimo elogio ad pia loca diſtributis, Romæ vita functum magnum, & pium (vt perſæpè à Cæſare Cardinali Baronio annalium eccleſiaſticorum authore, dum viueret) accepi, Philoſophum, pro Virgilio à calumnijs vindicato ſuſceptos labores, typis excuſſos, illiuſque numini dicatos benignè eſt amplexatus, ſic animum humillimum mei veſtri clientis magis, quam manum offerentem vos ſpectaturos confido. Albæ Pomp. veſtræ diuinis. Calend. Aprilis 1621.

DVBL

Digitized by Google

DVBITATIONES

IN §. PRINCIPVM PLACITA,

Inſt. de iure natur. gent. & ciuili.

AB ALPHONSO MODITIO

MONTISFERRATENSI, I.V.D. CLARISSIMO.

Non vulgariter tractatæ, ac ſolutæ.

DVBITATIO I.

SVMMARIVM.

1 *Reges, & Principes quare in fronte epiſtolarum, edictorum, & conſtitutionum inſcribunt ego Vincentius Dei gratia Rex, vel Dux, &c.*

2 *Legum conditores inuentionem earum legũ in Deum, per diuerſa media, & nominare tulerunt.*

3 *Catholici quare apponant illa verba, Dei gratia.*

4 *Reges, & principes habent duos Angelos cuſtodes.*

5 *Angelus vnus ſingulis perſonis eſt deputatus à Deo.*

6 *Humana natura digna fuit, vt ei ſeruiat angelica, & de dignitate animarum ibid.*

7 *Angelus alter qualiter probetur datus ratione dignitatis, & officij regij.*

8 *Reges quare vnguntur, & dicantur ſacri, & à Deo dati ſunt principes.*

9 *Montisferrati Dux, & Princeps genitor, & genitus Sereniſſimi magis theſaurizare quærunt amorem ſubditorum, quam aurum, & argentum.*

10 *Subditorum intereſt non habere principem duriorem.*

11 *Princeps dicitur quaſi primũ caput, & qualis eſſe debeat erga ſubditos.*

12 *Hiſpaniarum provincia fuit Chriſtianorum, ſed propter peccata fuit occupata à ſarracenis, & ſi pro maiori parte fuit recuperata.*

13 *Principes à Deo miſſi in terram.*

14 *Bene qui ſe geſſit in officio, à principe debet promoueri ad maius officium.*

15 *Principes nominare poſſunt benemeritos ad epiſcopatum, & quare.*

16 *Sacri quare dicantur etiam principes.*
Adoratur Princeps, ſalutantur alij. ibid.
Principem viſitare cuilibet non licet ibid.

17 *Vaſſalli non tenẽtur obedire principi excommunicato.*

18 *Imperator etſi non habeat ſacrum ordinem, tamen officium ſubdiaco natus miniſtrando, epiſcopo poteſt exercere, & nu. 24.*

19 *Regum quatuor tantum vnguntur à Summo Pontif.*

20 *Papa vngitur, & conſecratur, & eſt ſicut Sol in planetis.*

21 *Papa dicitur à Papè, quæ eſt vox admirãtis.*

22 *Papalia inſignia quæ.*

23 *Legatus delatere poteſt vti inſignis papalibus quanto tranſit mare.*

24 *Princeps præſumitur bonus, & iuſtus, & quòd nolit mandare in honeſtum, vel impoſſibile.*

26 *Proditorem principis tenemur manifeſtare.*

27 *Princeps iracundia motus ſi quid irrationabile mandauerit debet differri executio vſq; ad triginta dies, vt interim ceſſet iracundia.*

Incentius Dei gra Dux Mantuæ.& Montisferrati,&c.

De Principū placitis tractaturi primo ingressu, quęrendum dignè existimauimus,quare Reges,vel Principes in frōte epistolarum edictorum,& Constitutionum inscribunt, ego N. Dei gratia
1 Rex, vel Dux, ratio an verum sit, quòd ratione dignitatis, seu prælaturæ ad sui custodiam à Deo duo Angeli sint deputati, & non cæteris hominibus hoc datum sit, sed vnus tantum Angelus cuilibet homini seruiat ad custodiam, & quare Reges vngantur,& dicantr sacri.

Vt ad primum respondeamus,necesse est adire relata per Marsil.ficinum in argu.Platonis in Minos; ab eo authore siquidem elicimus responsionem saltē tacitam propositæ quæstioni, quòd scilicet omnes Reges, & Duces legumq; conditores id obseruent, Dei nomen sanctissimum interponentes; quia & iā antiquissimi, & sapientissimi legum il-
2 lustres conditores inuētionem earum legum in Deum, per diuersa media, & nomina retulerūt, Trimegistus etenim Aegyptis legem tradens, Deo Mercurio illam attribuit, Minos Bretensibus legem denuntians Ioui illam ad scripsit, charundas chartaginensibus legē promulgans saturno illam retulit, lycurgus Lacedemonis Apollini, Draco, & Solon Athenienſibus Mineruæ, alij alijs quoq; Dijs legum conditores ipsorum leges direxerunt eorum Deorum nomina præponentes.

Nos verò Catholica omissis huiusmodi authoritatibus dicamus illa verba, Dei gratia,sic studiosè apponi,quia
3 primo loco in oī operis exordio, Dei nomen est præponendum, & inuocandum a quo vt ait Apostolus, omne optimum, & omne donum perfectū; quia pariter Reges, & Principes nō nisi à Deo procedunt iuxta illud prouerb. c.8. per me Reges regant, & legum cōditores iusta decernunt,ideoq; impera-
tor in epistola inter claras.C.de summ. Trin.& fid.Cath. habet hæc verba, cor regis in manu Dei esse, & vbi voluerit Deus,inclinabit illud, quia etiam vt Samuel. ca.8. legitur Reges à Deo hominibus ipsis primō postulātibus dati sūt.

Nec ideò mirum vbi legimus, quòd
4 Reges,& Principes habent duos Angelos custodes: vnum ratione suarum singularium personarum sicut habent cæteri homines.Alterum ratione dignitatis, & prælaturæ, quòd verò singulæ personæ angelum habeant sibi in custodiā
5 à Deo deputatū, hoc probatur primo auctoritate Matth.18. ibi, videte ne cōtemnatis vnū ex his pusillis,dico enim vobis,quia angeli eorum semper vidēt faciem patris mei, qui in cœlis est, Humana namque natura digna fuit,
6 vt ei seruiat angelica, vt per gl.in l. cognitionum. ff.de var.& extraord. cogn. & Matth.d.c.18. planius legitur,magna dignitas est animarum, vt vnaquamq; ab ortu suæ natiuitatis in sui custodiam habeat angelum deputatum, legimus etiam Esa.52. super muros tuos Hyerusalem cōstitui custodes, & eccles.17. in vnamquanque gentem præposuit rectores, idest, Angelos.

Nec desunt qui negant verum esse, quòd Angelus sit deputatus animæ custos, sed quòd Deus solus custodiat immediatè,arguendo ex illo Psalmo,Nisi Dominus custodierit ciuitatem,&c. & quòd obid solus sit sufficientissimus custos; adducendo quoque illud Iob. 7. quid faciā tibi o custos hominū, Deus ergò est custos hominum, non autem Angelus. Sed ad huiusmodi, & alia argumenta,& obiecta respondet.Alex.de Ales q.41. par.2. titul.de custod.Angeli. art.1. & inter cætera subdit, quòd animam custodit Deus, & Angelus, sed differenter, Deus quidem authoritate, Angelus verò ministerio, & licet Deus sit sufficiens ad custodiendum sine ministerio, Angelus tamen custodit ad seruandum ordinem rerum, cuiusmodi

modi ordo est Dei ad Angelum, & Angeli ad hominem, sicq; verissimum est homini datum esse Angelum in custodem vt per Psal. Angelis suis Deus mãdauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Ratione verò dignitatis officij Regij, & † prælaturæ reges alterum habere Angelum probatur, vt de Heliseo legitur 4. Reg. quòd Angelorum multitudinem ad sui defensionem habuit. 7

Hinc meritò Reges dicuntur sacri, & aliqui † vngũtur, quia vt refert Plato in libro ciuili, vel de regno, mos erat Aegyptiorum, quòd non poterant Reges creari, nisi essent sacerdotes sacrorumque misteriorum Antistites, & vt pote sacris, ne quando contaminarentur, non permittitur eis in delictis vbi de cede, exilio, & carcere agitur, interesse; & ob id non sine causa vnguntur, quia etiam vt ex Apostolo, non sine causa gladium portant Reges, & Principes, & quòd Reges vnguntur probatur in c. 1. de sacr. unct. & per Abb. in c. intellecto de iureiu. sic enim fieri præcepit dominus in creatione Regum, vt lib. 1. reg. cap. 9. legitur de Samuele. ideoque non in merito Ioannes Chrisostom. dixit de verbis Esaiæ, vidi dominum, Homilia quarta Rex cum esset, sacerdotij principatum vsurpat. Idcò cum Reges & Principes à Deo dati sint sanctos seu iustos esse decet, aliàs potẽtes potenter tormenta durioresque subibũt pœnas Sap. 6. si non bene datũ gregem custodient. gloriatur itaq; Montisserrati Ducatus, quia Serenissimis Duce, & Principe, Genitore & genito gaudet, quia cũctis solent sese benignos more maiorũ suorum aperire & ostendere, & magis quærunt thesaurizare amorem subditorum, quàm aurum & argentũ, ac subditos suos paternali prosequi amore, & eos in ipso gradu, quo reperiuntur conseruare, vt de Ducis tanti qualitatibus 8 9

scribit Rol. à Val. consi. 1. nu. 101. & seq. vol. 1. & quidem subditorum interest nõ habere dominum duriorem, vt idẽ author ibid. refert sub num. 99. & indignus est principis nomine, qui durum se subditis præbet: quia cum princeps dicatur quasi primũ caput, à quo principium, & principale, & principiatum, debet esse speculum clementiæ subditis, qui solent pariter principis mores imitari: iuxtat tritũ adagium non licet à capite membra discedere, & licèt deceat timeri Cæsarem, at plus diligi docet seneca Tragædia nona & Rex debet se habere ad suos subditos sicut pastor ad oues vt ex Aristot. lib. 8. Ethicorum & 18. ideò Io. Chrysostomus super illud Matth. 10. sicut oues in medio Luporum Homilia 33. habet hæc verba, quid ouis in medio Luporum? quid columba in medio accipitrum? Impius enim Princeps siue dominus, est vt Leo rugiẽs, & Vrsus esuriens super populum pauperem. & secundum Bernardum ad Eugenium lib. 1. simia in bancho dicitur Rex fatuus in folio, & ex Diuo Augustino de ciu. Dei lib. 2. c. 20. Rex cum est iniustus, Tyrannus est, malus enim si regat, seruus est tot dominorum quot vitiorum; tenemur tamen nos subditi obedire non tantum dominis bonis & modestis, sed & discolis ex doctrina Pauli ad Rom. 13. omnis anima potestatib. sublimioribus subdita sit, benè verũ est, q; vertus Princeps magis vult bonum Reipublicæ, quam priuatum, & princeps est imago diuinæ maiestatis, qui non debet sæuire in subditos, & finitimos, vt pulchrè differit Alber. in l. decernimus in prin. C. de sacrosan. eccle. & princeps debet iustè regere, aliàs Deus faciet amittere regnũ suum, nã scriptũ est in c. si de rebus 27. q. 3. transferetur regnum de gente in gentem propter iniustitias, & legitur in c. si Rex 56. dist. q; tota prouincia Hispaniæ fuit Christianorum, sed propter peccata fuit occupata à Sarracenis li- 10 11 12

cèt

cèt postmodum pro maiori parte fuerit recuperata vt in c. Adrianus 63. dist. & not. Alber. in Rubr. C. de sacrif. paga.

Vlteriùs sciendum est, & pro certo tenẽdum, ꝙ principes à Dei missi sunt in terram, vt præmient bonos, & puniant malos c. solite de maio. & obed. & c. ad reprimendum de offi. ordi. vnde si vnus se benè gesserit in officio, à principe debet promoueri ad maius officium. l. In nomine Domini. C. de offic. pręfect. l. vt virtutum. C. de stat. & imag. & not. in l. 1. circa prin. ff. de Iusti. & iur. ideoque non mirum, si hodiè Reges & Duces ad præmium curialium, vel peritorum, nominant benemeritos ad episcopatum, quia sunt patroni in Episcopatibus existentibus in regno suo Bal. in c. quando de iudic. not. Archid. in c. lectio. 17. dist.

Sacros dicimus deinde Principes, licèt nõ habeãt sacros ordines, quia adoratur Princeps, & salutantur alij l. 1. C. de silentiar. lib. 11. nec licet cuilibet visitare principem vt per glo. ibid. vbi est bonus textus docens modum salutandi principem, qui deinde si à Papa excommunicetur, illi non tenent obedire vasalli, vt not. Io. And. in c. fi. de pęnis. & in c. excommunic. de rescript. & quamuis Imperator non habeat sacrũ ordinem, tamen officium subdiaconatus ministrando Episcopo potest exercere vt per glo. in c. Valentinianus 63. dist. Inter Reges verò quatuor tantum vnguntur à summo Pontifice, Rex Fraciæ, Rex Hierosolymitanus, Rex Siciliæ, & Rex Angliæ, sed alij non, nisi habeant ex consuetudine, vel priuilegio secundum Alberi. in prima rubr. canonum. Papa verò vngitur & consecrat, sed à nullo pendet sicut sol habet se in planetis, ita Papa in ecclesijs Bald. in c. bonæ el 2. C. de postul. prælat. & in prohem. decretal. qui Papa dicitur à Papè, quod est interiectio admirantis, idest, admirabilis, vel àliter, quia pater pauperum vt not per glo. in prohemio clementinarum, & insignia papalia sunt vestis rubea, palafredus albus, calcaria deaurata, neque legatus de latere potest his vti, nisi quando transit mare ca. antiqua de priuil. & ibi Doct. pręcipuè Anto. de Butr. & vt clarius repetam de Imperatore, licèt ille vngatur, & consecretur tamen non est in sacris, vt per Specul. in tit. de legat. §. nunc ostendendum, & per Bal. in prohem. digestorum gerit officium vt dixi cũ ministrat Episcopo secundum gl. in d. cap. Valentinianus.

Quicquid ergò placebit principi, vti missò à Deo optimo in terris censendum est Bonum, quia Princeps in dubio pr̃sumitur bonus, & iustus, proinde rescripta eius secundum iustitiam sunt intelligenda, & ꝙ noluerit mandare in honestum vel impossibile, vt per Bald. in l. 1. ff. de constit. prin. ideò & nos Proditorem principis debemus manifestare. l. Metrodorum. ff. de pœnis. And. de Isern. in c. 1. §. 1. in tit. quæ fuit prima cau. ben. amitt. si verò princeps iracundia motus sine causæ cognitione aliquid irrationabile, vel crudeles vindictas mandauerit contra subditos, debet differri executio vsque ad triginta dies, vt interim cesset iracundia Principis tex. est aureus in l. si vendicari. C. de pęnis.

DVBITATIO II.

SVMMARIVM.

1 *Epistola vel rescriptum principis, an habeat vim legis, quid dicendum de inferioribus à principe?*

2 *Differentia inter principem & inferiores habentes potestatem legis condendæ non est vera.*

3 *Exemplis non esse iudicandum regula declaratur.*

4 *Contractus principis habet vim legis.*

Modo

MOdò quærendum eſt, an reſcriptum vel epiſtola principis habeat vim legis, & quid dicendũ de inferiore à principe ?

Exordiamur & dicamus primo, ꝙ reſcriptum videtur quædam ſpecies iuris ſcripti vt not. Abb.in rub. de conſti. & benè facit gl.in rub.C.de mand.prin.

1 Reſcriptum verò vel epiſtola principis hẽt vim legis inter illos, inter quos conceditur ſicut enim lex debet eſſe communis inter omnes c. erit autem lex quarta diſt. ita reſcriptum debet eſſe commune inter partes, & ideò quod dicitur in reſcripto pro illo, qui impetrauit, etiam habet locum pro aduerſario vt per Rot.in deciſ.2.in tit.de dol.& cont. in antiquioribus, facit quod not. Bar.in l.ſacris ſa 3.in fi.C.de proxi.ſacr. ſcrin.lib.12.

Ratio videtur eſſe,quia in iudicijs debet ſeruari æqualitas.l. fi.C. de fruct. & lit.expen.& c.in iudicijs de reg. iu. in 6.

Imò etiam quoad alios in ſimilibus cauſis reſcriptum principis habet vim legis per text.in c.licet 16. q.3.& in cap. multi 2.q. 1.& in l. metum. §. ſed quod prætor. ff.quod met.cauſ.Archid.in ca. ignorantia 38.diſt.

Secùs verò dicendum eſt in inferioribus à Principe vt not.Alex.in l.1.ff.de fer.& conſi.37.lib.3.

Sed aduertendum eſt, quia reſcriptũ principis non videtur habere vim legis quoad alios vt eſt tex. in l.2.C de legi. & hoc intelligitur niſi appareat de mente principis, ꝙ velit habere vim legis generalis.§.ſed quod principi inſtit. de iur.nat.l.1.ff.de conſtit.prin.

Faciunt notata per Paul. de Caſtr. in d.l.1.ff.de conſtit.prin.vbi ait, ꝙ epiſtola principis habet vim legis quando dirigitur vniuerſitati, vel quando inſerta eſt in corpore iuris, & idem videtur ſi aliter conſtaret de mente principis, vt quia in reſcripto eſſent ſigna legis generalis de quibus ſignis habetur in l. 3. C.de legi.facit tex.in l.fi.C.de legi.& in c.in cauſis de re iud.

In ſimili dicimus contractum etiam principis habere vim legis l. Cæſar vbi Bar.ff.de publica.l.pen. vbi Baito. C.de don. int. vir. & vxo. nam etiam hoc intelligitur, quando fuit factus cõtractus ea intentione, quòd haberet vim legis vt not.Alex. in l. Ciuitas colum. fin.ff.ſi cert.pet.

Differentia verò quam faciunt Doctores inter principẽ, & inferiores, qui
2 habent poteſtatem legis condendę,nõ videtur vera, quia ex quo habent poteſtatem, & de voluntate conſtat, idem videtur eſſe,quod in principe,cum omninò eadem ratio ſubeſſe videatur, & ad hoc ſeruiunt notata per Bald. in l.1. in prin.ff.de conſtitu.prin.vbi inquit,ꝙ etiam contractus inferiorum à principe habent vim legis.

Retenta igitur concluſione, ꝙ reſcriptum, vel ſententia principis habeat vim legis,infertur, ꝙ alij ad exemplum principis debeant iudicare, & hinc de-
3 claratur illa regula, quæ dicit exemplis non eſſe iudicandum.l.nemo.C.de ſent.vt non habeat locum in principe, vt not.Abb. in c.in cauſis de re iudi.ſed meliùs dici poteſt, ꝙ ex quo apparet de mente prinẽcipis, ꝙ voluerit reſcriptum,vel ſentẽtiam eius haberi pro lege in effectu iudicatur tunc lege, & nõ ſimpliciter exemplis, ſicut quando iudicatur conſuetudine,& ſecundum eã, quæ mediantibus exemplis inducitur, non tamen verum eſt dicere, ꝙ exemplis iudicetur,vt not.per Doct. in c.fin. de conſuetud.

Quo verò ad cõtractus abſolutè nõ videtur verum, ꝙ contractus principis, vel alterius,qui habet poteſtatem legis
4 condendæ habeat vim legis, quia contractum facit,vt priuatus,& ideò ex illo obligatur etiam princeps,& conueniri poteſt,c.1. de probat. legem verò facit, vt Princeps, cui legi ipſe nõ ſubijcitur, l.digna vox. C.de legi.l.princeps. ff.eo.

& cum hac diſtinctione pertranſit Deci.in l.ciuitas ſub nu.6. ff.ſi cer.pet.

DVBITATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Mercatori obærato priuilegium ſi concedatur, quòd intra certum tempus non teneatur ſatisfacere creditoribus, an tales literæ extendantur ad creditores futuros.*

2 *Litteræ annales vel quinquennale à quo die incipiant currere.*

3 *Sententiarum executiones non debent retardari.*

1 VTrum Imperator, vel princeps ſi concedat mercatori obærato priuilegium, quòd intra certum tempus nõ teneatur ſatisfacere creditoribus, tales litteræ conceſſæ ipſis creditoribus extendantur ad creditores futuros.

Et quidem poteſt princeps concedere huiuſmodi priuilegium, ꝙ intra tempus certum non teneatur ſatisfacere creditoribus & tunc iſta exceptio dicitur moratoria, ſeu delatoria, ſed litteræ ſic conceſſæ creditoribus nõ videntur extendi ad creditores futuros, arg.l. Aurelius §. Titius ſcio ff.de libera.lega. vbi per tex.& Doct. habet ꝙ eũ in præteritum tempus verba collata proponuntur, non eſt vlterius poſteriusque credendum debitum, ſed in terminis noſtræ dubitationis decidit Guid. Pap. quæſt.109.nu.1. vbi in curia parlamenti, & pluries vidiſſe dicit, reſcripta annalia principis, vel quinquennalia conceſſa debitoribus de ſuis debitis nõ ſoluendis, interpretanda eſſe, & ſic ſeruari, ꝙ non extendantur ad creditores futuros, & hanc quæſtionem tãgit Oinot. in § non, videlicet, principum placita inſtit. de iu. nat.num.11. cum addit.ibi ad eum.

2 Tales verò litteræ annales, vel quinquennales incipiunt currere nõ à die præſentationis, ſed à die datæ ipſarum. arg.tex.in c.eam te de reſcr.& in c.dile ctus de præben.& in c.2.de decim.& in cap. ſi propter de reſcr.in 6.vbi Archid. Guid. Pap.d. deciſ.109. dicit ita ſeruare ſtylum curiæ illius parlamenti.

Executiones tamen ſententiarũ, quæ in ipſa curia proferuntur, & in rẽ tranſiuerunt iudicatam, non debent retar-
3 dari nec aliàs impediri prætextu litterarum huiuſmodi annalium, vel quinquennalium, idemque dicendũ in alijs litteris dilationis vnius, aut trium annorum conceſſis debitoribus ad ſoluendum eorum debita. Guid. Pap. refert deciſum, & ſeruatum in quæſt. nonageſimoſeptimo, & in materia huiuſmodi literarum per quas materia præſcriptio remittitur, ideſt, dilatio datur, vel remouetur, facit tex.in l.quoties cum ibi ſcriptis per Bald. & alios ac per Azon. in ſua ſumma. C.de præcib.imp.offer.

DVBITATIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Senatus ſententiæ executio, an poſſit ſuſpendi vſq; ad definitionem cauſæ remiſſionis per principis reſcriptum.*

2 *Reſcriptum contra conſuetudinem, & ſtylum Curiæ non valet.*

3 *Nullitas oppoſita, an impediat executionẽ ſententiæ.*

1 PRincipis reſcripto, an poſſit executio ſentẽtiæ ſenatus, vel parlamẽti ſuſpendi vſque ad diffinitionem cauſę remiſſionis, dictum reſcriptum non valere cõtra conſuetudinẽ, & ſtylum curiæ, voluit tex. ſecundum
2 Doct.in l.probatorias. C.de diuer.offic. lib.12. & in §.fi.in auth.vt diuin.iuſſion. quia etiam huiuſmodi reſcriptum eſt contra iuris diſpoſitionem, vt in.auth. quæ ſupplicatio. C.de præcib. imp. off. ideò nec valet dictum reſcriptum.l.reſcripta.

ſcripta. C.de præc.imp.off.qa quãdo re ſcriptum impetratur, deberet ſecundũ ſtylum curiæ pars citari, quæ exinde poſſet lædi,vt per gl.in l.nam ita Diuus ff.de adopt.& Bar.in l. adoptio.ff.& hęc procedunt, niſi princeps in reſcripto vteretur plenitudine poteſtatis. Alex. conſ.2. col.5. verſ. & non dubium vol. 2.& notat Bal.in d.l.nam ita diuus in 1. quæſt.ex eo tamen ſolo, quòd reſcriptũ concedatur cõtra iuris diſpoſitionem, non minus valere dicitur, cum tãtummodo immineat,ſeu generetur parti p̃iudicium moratorium per notata in l. quoties. C.de præcib. imp.offeren.aliàs etenim reſcriptum contra ius commune, vel vtilem conſuetudinem non valet, quia præſumitur ſurreptitium, niſi in eo,de ipſis fiat mentio cum clauſula, non obſtante, ſecundum Bal.in l.omnes.quæſt.4. C.ſi cont.ius vel vtil.publ.

Vbi verò ſententia ſenatus, vel parlamenti, vel curiæ, eſſet ex aliquo capitæ, ipſo iure nulla, an vbi talis nullitas oppoſitá per partem, de qua nullitate obiecta poſſet in promptu ex eiſdẽ actis apparere, impediat executionem, de qua in auth. quæ ſupplicatio. C. de præc. imp. offe poſſet quidẽ dici, ꝙ ſic, de iure, quia nullitas oppoſita contra ſententiam, impedit executionẽ ipſius ſententiæ, & multum impedit,quando nullitas eſt notoria apparens ex eodem proceſſu,alias ſecùs, vt inquit Bart.in l. 4. §.condẽnatus.ff.de re iud.imò (quòd plus eſt) error adiectus in ſententia impedit executionem, vbi incontinenti de errore apparere poteſt ex eiſdem actis, vt dicit Innoc.in c.cùm Berta de re iudic.in hoc tamen negotio, & propoſita ſubordinata quæſtione vide notat per Guid.Pap. quæſt. 50. nu.2. vbi fẽtit contrarium vbi viget contrarius ſtylus.

DVBITATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Principis placitũ,vel lex,an præiudicet tertio.*
2 *Reſtitutio non intelligitur facta in præiudicium tertij.*
3 *Verba impropriandа potiùs, quam quod tertio præiudicium inferatur, & num. 5.*
4 *Gratia facta motu proprio non videtur præiudicare tertio.*
5 *Extenditur regula, quòd verba impropriantur reſtringitur, & declaratur.*

PRincipis placitum,vel lex,an præiudicet tertio?

Et quòd reſtringi debeant verba prolata à principe, ne noceant tertio, niſi in eo, quòd princeps exprimit, probat tex.in l.2. §.ſiquis à principe. ff.ne quis in loco publ. fiat. & cap.ſuper eo de off.deleg.ſignat Nauã.conſ.6. num.4. de iurepat. lib.3. ad idem text. in c. ex tuarum de author. & vſu ſpubl.'& in c.quamuis in fi. de reſcr. in 6.& alias auctoritates latè congerũt Moder. in d. c. ſuper eo. qui inter alios allegant Archid.in c.licet.8. q.1 vbi dicit, quòd ſi Papa mandat epiſcopo, qđ alicui conferat præbendam, intelligitur cum conſenſu canonicorum,& addo.Bald.in l.1.col.1. ff.de conſtit.princ. vbi ait, quòd ſi Papa dat aliquid,vel cõfirmat, intelligitur ſemper, ſaluõ iure alterius Oldrad.conſ.268. in princip.& conſ.310. Bal.conſ. 190. Abb. conſ.94. col.4.in 3.dub.lib.2. Alex.conſ.125.col. 2.lib.2.& conſ.3. col.2.lib.5.

Idem dicitur de reſtitutione, quæ non intelligitur facta in præiudicium tertij, vt per gl.& doct.in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff.de lib. & poſthu.cum ſimil.vt tradunt Moder.in c.intra quatuor de maior.& obed.

Imò potiùs verba impropriantur, quam quòd tertio præiudicium inferatur, vt dicit Bald.in præcit. ca.ſuper eo de off. deleg. etiam quando motu pro-

prio gratia facta sit, quia non tamen princeps videtur voluisse tertio præiu-
4 dicare, vt not. Abb. post Hosti. & alios in c. causam il 2. de testam. cum simil.

Adeoq; verum est verba à principe prolata restringi debere, ne noceant
5 tertio, vt procedat, etiamsi apponatur clausula in rescripto, vel placito, ex certa scientia, quia non operatur in præiudicium tertij, vt not. Paul. de Castr. cons. 157. col. fin. Bald. in præludijs feud. col. 14. vers. item dicit, Doct. in c. nonnulli in. 2. limitatione 4. fallentiæ de rescript. Alex. in cons. 23. col fin. lib. 5.

Nec tertiò debent intelligi nocere, quando ageretur de præiudicio tertij non in re, sed ad rem, quia etiam Papa non videtur voluisse tali iuri ad rē derogare, & ideò de tali iure mentio fieri debet. vt not. Abb. in c. nostra 3. notab. de rescrip. Rot. decis. 16. de præben. in non facit tex. in l. 2. in fin. ff. de natal. restit. Bald. in l. si constante. C. de donatio. ante nupt.

Prout nec vbi ageretur de modico præiudicio, vt dicunt Moder. omnes in d. c. super eo. & confirmat Dec. in c. quę in ecclesiarum col. 15. vers. quartus casus de constit.

Intelligendum tamen propositum axioma, non procedere, quando, alias concessio nihil operaretur, quia ne frustratoria reddatur videtur princeps etiā tertio voluisse præiudicare, & ita declarant scriben. Modern. in præallegato. c. super eo de off. delegat. & facit ad hoc, quia vt actus valeat, princeps videtur vti plenitudine potestatis, vbi tamen ageretur de modico praiudicio, alias secùs dicendum esset, quia potius verba debent interpretari, quòd superflua sint, quam quod tertio notabile præiudicium inferatur, vt per glo. not. quam Bar. & Doct. sequūtur communiter in l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. cum sim. vt tradit ibi Alex. col. 5. vbi Bart. & Doctores hoc dicunt in statuto, quòd reputatur ius commune in loco arg. l. omnes populi ff. de iust. & iu. idem videtur dicendum in priuilegio arg. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testam. mili.

Rursus procedit proposita conclusio restringi debere verba plata à principe ne noceant tertio, quando versaremur in dubio, secùs est, si constaret de mente principis, quia potest princeps, si velit ius suum alicui conferre, vt not. in c. quę in ecclesiarum de cōstit. Alex. cons. 215. col. fin. libr. 2. & ibi col. 8. in vers. denuò considero, concludit, quòd etiam constat principem voluisse tertiò præiudicare, quando excipit particulariter aliquid, vbi agitur de præiudicio tertij, ergò in alijs non exceptuatis videtur voluisse iuri tertij derogare, & ad hoc seruiunt notat. per Dec. in c. consultationibus in fin. de rescri. & eodem modo constare videtur de mente principis ex qualitate priuilegij, si enim conceditur in priuilegiū, vt non teneatur soluere decimas, ipso facto apparet ipsum esse in præiudiciū tertij, cui decimæ de iure cōmuni debentur, & non requiritur, quòd derogetur iuri illius, in cuius præiudicium tendit priuilegium, vt not. Abb. in c. cū olim il 1. per glos. ibi de priuil. & Dec. cons. 113. & famulantur dicta. Bal. in l. item lapilli colu. 3. vers. ego dico. ff. de rer. diuis. vbi inquit, quòd quando apparet principem voluisse priuilegium concedere, non est opus alia clausula, non obstante; clausula pariter, ex certa scientia, quæ apponitur, facit constare de mente principis, saltem vbi agitur de modico præiudicio, vt not. Alex. in l. 3. §. si is pro quo ff. quòd quisque iur. Paul. de Castr. cons. 105. Alex. cons. 215. col. 6. vers. 6. lib. 2.

DVBITATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius secundus, an possit inquietari à primo*

primo si princeps primò donauit fundum vni, & de in ipse vel eius successor eundem donat alteri.

2 *Titulum habens in re à principe præfertur secundo habenti titulum in eadem re.*

3 *Priuatus prior, an & quãdo præferatur fisco.*

PRinceps si primò donauit fundum vni, & postmodum ipse, vel eius successor donat eundẽ alteri, an iste secundus donatarius poterit iniquietari a primò.

1 Distinguendum crediderim, aut tempore donationis per primum principẽ factæ fundus, vel locus ille in ipsius primi principis dominio permanebat, aut non; primò casu si tempore donationis per primum principem factę locus, vel fundus ipse in ipsius primi principio dominio permanebat, tũc donatarius primus causam prætendens à primò principe, potior erit donatario secundò, causam prætendente à principe secundò; sicque donatarius primus in re donata rectè iudicium instituit contra donatarium secundum, & huic casui accommodatur decisio tex. in l. fi. C. de quadr. præscr. vbi vult textus, eum cui res ex aliquo titulo est cõcessa per principem non posse ab eius verò domino molestari, & illum à rei vendicatione excludit, cui per prius rem eandẽ princeps ipse, seu eius predecessor donationis titulo contulerat.

Aut ille locus donatus non erat in dominio primi principis donantis, & tunc donatio illius loci facta per principem secundum hæredem primi, erit potior, quia tunc ipse primus donauerat tẽpore quo locus ille ab alijs possidebatur, & consequenter, nec obligare potuit, vel debuit succedentem in principatu ad obseruantiam dictę donationis tex. est notab. in c. super quibusdam §. prætere de verb. signi.

Habes igitur in primo casu, ꝙ donatarius primus in re donata rectè potest molestare, & instituere iudicium contra donatarium secũdum, quòd & probatur ex casu c. cum olim de re iud. ibi enim vult tex. quòd cum maior donat alicui beneficium vnius, dictaque donatio, seu collatio repugnans est ordinationi super beneficio eodem factæ in fauorem alterius, secunda dispositio irritatur, prima valida remanente, ea ratione, quia ipsam secundam fecisse censetur tanquam circunuentus in ea, quam per prius fecerat, vel ex obliuione, vel facto ipsius donatarij, vel ex ignorantia, vel ex huiusmodi.

Rursus clarũ est in iure, quòd priùs
2 titulum in re habens, à principe præfertur secundò habenti posterius titulum in eadem re, etiamsi sit possessor, vt in c. cum cui de præben. in 6. in c. tibi qui & c. duobus de rescr. eo. lib. faciunt notat per Rom. consi. 297.

Nec mirũ erit quando legimus prio
3 rem tempore priuatum præferri fisco in bonis quæsitis ante obligationem fisci, sed non posteà; & non solum priuatus prior debet præferri in tempore fisco, sed & Regi & Imperatori vt est tex. not. vbi Bal. post glo. in l. si fundum C. qui pot. in pig. hab. Bal. in l. 3. C. de remiss. pign. & tex. in l. fi. §. fi. vbi Bar. ff. qui pot. in pig. hab. videlicet, priuatus potior prætertur in bonis quæsitis ante hypothecam fisci, secùs autem in quæsitis posteà: quia in illis præfertur fiscus vt per Bart. in d. l. fi. in prin. & latiùs in l. is qui. ff. de iur. fisc. faciunt etiam dicta Rom. consi. 270.

DVBITATIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio principis si à principio erat nulla, an confirmatio subsecuta valeat.*

2 *Donatio patris facta filio naturali, quando teneat & quando non.*

Princeps

1 PRinceps si donat alicui Castrũ pro se & filijs, vel pro se & hæredibus, an si ille donatarius existentibus legitimis donat terrã illam filio naturali, & princeps ipse cõfirmat, valeat illa confirmatio, ex quo donatio à principio erat nulla.

Habemus in iure, q̃ quãdo princeps confirmat actum, qui ipso iure nullus erat, ipse princeps actum aliquando cõficere dicitur secundũ doctrinam Bart. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. & Bal. in l. ex placito. C. de rer. permu. probatam per tex. in l. adoptio non iure facta. ff. de de adopt. & in l. legata inutiliter. ff. de adim. lega.

Clarum autem est, q̃ si principis ad confirmatio non intercessisset, donatio illius Castri per patrem in naturalẽ filium fuisset nulla, ergo sequitur, quòd princeps ipse confirmans donationem ipsam fecisse dicatur.

2 Et quòd donatio patris facta tunc filio naturali sit nulla probatur, quia etsi de iure communi donatio inter patrẽ & filium naturalem valida censeatur, l. Lucius. ff. mand. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. cred. tamen illud procedit nisi pater donet ea, quæ filijs post mortem suam ex principis dispositione acquirerentur, tali namque casu nõ potest pater in filiorum præiudicium disponere de re donata, vel acquirit filijs. capit. primo de successio. feudo. Barto. in l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. & Bald. in authen. si quas. C. de sacrosanct. eccle. & hoc procederet si fuisset dictum in principali concessione, castrum vel terram donatum fuisse p. tri pro se, & suis filijs, & si dicat pro se, & suis hæredibus idem dicendũ venit, quia & naturalis filius paternam non capit hæreditatem. Auth. licèt. C. de nat. lib. & §. siquis autem defunctus in auct. quib. mo. na. cff. sui.

Probatur insuper principalis decisio ex casu. l. ędibus. §. quod si filius. ff. de donat. vbi dicitur, quod etsi ipse pater suam rem filius donat patri confirmanti, perinde est, ac si pater ipse donasset, sic in proposito, donationem, quam non potuisset inferior ex sua auctoritate in alium contulisse, princeps ipse cõfirmando, perinde est, ac si princeps donasset arg. d. §. quòd si filius: patet ideò, quòd principis constitutio ad ipsam donationem per eundem confirmatã extenditur.

DVBITATIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Duo iudices, an simùl cognoscere poterint, si princeps concedat ad diuersos iudices duo rescripta vnum super causa principali, aliud super restitutione sententiæ latę.*

PRinceps si concedat ad diuersos iudices duo rescripta abeo impetrata, vnum super causa principali, aliud super restitutione tendens ad restitutionem sentẽ-
1 tiæ latæ, an illi duo iudices simùl † cognoscere poterint, & sic concurrere in cognitione.

Et licèt videatur dicendum ambo iudices posse concurrere per text. in c. pastoralis de reser. aduertendum tamẽ est illum textum locum habere, quãdo iudicia sunt æqualia, & consequenter iudices sunt pares, vt ibid. notat. Innoc. sed iudicium restitutionis in integrum maius est respectu iudicis cognoscentis vt probatur in l. minor autem magistratus cum l. præcedenti. ff. de minor. & l. fin. C. vbi & apud quem.

Imò ille text. in d. c. pastoralis secundum Innoc. ibid. non procedit, dùm dubitatur, an iurisdictio primi iudicis sit reuocata per litteras à iudice appellationis impetratas, quoniam tunc solũ iudex appellationis cognoscet per tex. in c. dilectus de reser & in c. vt debitus de appell. vbi subditur ratio per eundẽ, quia in diuersa causa sunt factæ æ impetra-

Digitized by Googl

petrationes litterarum, quoniam vnà in cauſa appellationis, alia in cauſa principali, ſicque manifeſtum eſt mentem Innocentij in d. c. paſtoralis fore, quòd vbi geminata reſcripta ad diuerſos iudices impetrantur ſuper diuerſis cauſis nunquam diſpoſitio d.c.paſtoralis locum habet, prout ſic poteſt decidi in propoſita queſtione vbi vnum reſcriptum impetratur in cauſa principali, aliud verò in cauſa reſtitutionis tendēs ad reſciſſionem latæ ſententiæ, tūc duo iudices non debent in iuriſdictione cauſæ concurrere, ſed iudex tantum reſtitutionis in integrum debet cognoſcere; alia etiam ratione, quia iuriſdictio ſi qua foret iudicis cauſæ principalis ſuſpenſa eſſet per pendentiam cauſæ poſtulatæ reſtitutionis. c. ſuſcitata cum ibi not. de reſtit.in int. l. cauſa cognita. C. de tranſact. & in Anth. quæ ſupplicatio. C. de præcibus. Imp. off. l. vn. C. in integ. reſt. poſtul. Bar. in l. defendente. ff. de auct. tut. Bald. in d. l. vn. & in d. auth. quæ ſupplicatio.

Imò nedum cenſetur reuocata iuriſdictio iudicis cauſæ principalis per litteras ſecundo loco impetratas ad iudicem diuerſum vt patet in c. ſtuduiſti de off. deleg. & in l. ſiquis procuratorio. §. fi. ff. de procurat. ſed etiam reuocata cēſetur iuriſdictio iudicis principalis cauſæ, quando lapſus eſſet annus ad exequendam ſententiam per ſe latam præfixum vt in c. quærenti de off. delegat. & in l. à Diuo pio. ff. de re iud.

DVBITATIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatione impetrans non exprimens qualitatem naturalitatis ſiue ſuperioritatis, an poſſit credere, legitimationem fore vitiatam.*

2 *Impetratio legitimationis in ſit inualida, vbi impetrans non expreſſerit liberorum legitimorum, & naturalium carentiam tempore legitimationis adeſſe.*

PRinceps ſi aliquem legitimauerit, an in impetratione legitimationis requiratur expreſſio qualitatis naturalitatis, ſiue ſpurietatis, & ſic an huiuſmodi impetratio vitietur ex eo, quòd tacitum ſit, quòd ipſi filij nati ſint, puta, ex ſerua. Item an eadem impetratio inualida ſit, quia impetrans non expreſſerit liberorum legitimorum, & naturalium carentiam tempore legitimationis adeſſe.

Quòd attinet ad primam dubitationem videretur prima facie dicendum nullam reddi legitimationem ex eo, quia pater impetrans non expreſſit filios naturales natos eſſe ex ſerua, per tex. expreſſum in l. 1. ff. de natal. reſti. vbi reſtitutio natalium conceſſa per principem liberto nulla redditur, ſi tacuerit ſe ex ancilla natum. Alia etiam ratione, quia ſi hoc fuiſſet expreſſū, comes, vel princeps non legitimaſſet, quia ſcriptum eſt, filius ancillæ non debet eſſe hæres cum filio liberæ. c. decet aliquis 28. q. 4. & Bart. in l. 3. ff. de teſtam.

Additur, & auctoritas Oldra. in conſ. 23. relatę à Bald. in l. eam quam. C. de fideico. qui terminat legitimationem inualidam reddi ſi in eius impetratione ſpurietatis qualitas non ſit expreſſa.

Nihilominus præmiſſis non refragātibus de iure contrarium eſt verius, per text. in §. ſiquis ergò filios legitimos in verb. ſit ergò licentia in auct. quib. mo. nat. effic. ſui. & in § ſiquis non habens in verb. ſit ergò in auct. quib. mo. nat. effic. leg. vbi imperator ponens formam impetrationis in qua agitur de naturalitū legitimatione, ſolum requirit expreſſionem naturalitatis eorum, non autē qualitatis ipſius expreſſionis, ſic igitur eū imperator ibi hanc qualitatē omittat, conſequens eſt, vt neceſſaria cenſeri non debeat. l. vn. §. ſin autem in deficientis. C. de cad. toll. in c. ad audientiam extra de decī.

Accedat auctoritas. Bal. in c. naturales in tit. ſi de feud. fuer. contro. dicentis con-

contra Oldrad. præcitatum, quòd nedũ in impetratione legitimationis naturalium, ſed nec in impetratione legitimationis ſpuriorum neceſſe eſt exprimere ſpurietatis qualitatem, ſed ſola ſpurietas eſt narranda, obid ſoluitur argumentum contrarium primo loco, ex aſpectu deductum ex l. 1. ff. de nat. reſti. quoniam ibi non ideò redditur nulla principis reſtitutio, quia tacitum fuerit impetrantem libertũ ex ancilla natum, ſed quia expreſſum erat cum manumiſſione effectum libertum ante ſeruitutẽ natum fuiſſe ingenuum propter, quòd quidem facilius conceſſit princeps reſtitutionem, cum de facili concedatur rem ad ſuam primam naturã reuerti. l. ſi vnas. §. pactus ne peteret in verb. ſed quod in ſpecie dotis. ff. de pac. & in c. ab exordio 35. diſt. id igitur falsũ expreſſum, quòd facilius principem induxit ad concedendum, reſtitutionẽ vitiat, non autem viti at falſum tacitũ c. ſuper literis, & c. ad audientiã de reſc.

Secunda ratio contraria locum ſibi tantum vendicat, quando tempore legitimationis filij ſupererant legitimi, & naturales.

Auctoritas verò Oldrad. in præcitato contrario conſ. 23. loquitur in impetratione legitimationis ſpuriorum, quę difficiliùs conceditur legitimatione naturalium, vt in §. fin. in auct. quib. mod. nat. eff. ſui. maximè vbi adeſſet duplex ſpurietatis qualitas, ſcilicet, quòd vterque ad vlterantium coniugatus eſſet, prout loquitur Oldra. ibid. duplex etenim funiculus difficilius rumpitur, quã ſimplex l. fin. §. ſi vero pater. C. de adopt. §. fin. in auct. de conſang. & vteri. ſecùs autem determinandum quãdo loquimur in naturaliũ legitimatione, & vbi adeſt vna ſola qualitas naturalitatis, ſcilicet, filios ex ſerua natos fore, quæ ſi expreſſa fuiſſet, nihilominus comes, vel princeps ipſe legitimationem conceſſiſſet, quilibet ſani capitis iudicaret.

Quo verò ad ſecundum dubium, licèt prima fronte videatur dicendum
2 quòd illa legitimationis impetratio ſit inualida ob non expreſſam liberorum legitimorum, & naturalium carentiã, quæ tẽpore legitimationis ad erat, per tex. in l. cum eum. C. de adopt. vbi nulla eſt impetratio apud principẽ facta ſuper fundo arrogatione liberti proprij, niſi liberorum carentia exprimatur, & ita videatur concludendum, quòd nulla ſit legitimationis impetratio ſi non expreſſa fuerit carentia legitimorum, & naturalium.

Nihilominus ga iuxta vulgare illud, ꝫrium; eadem eſt diſciplina, in eo caſu. quo impetrans legitimationem legitimos habet, & naturales, neceſſe habet exprimere eorundem exiſtentiam, ergo inferendum, quòd in caſu quo non ſuperſunt, expræſſio carentiæ non requiritur.

Vlteriùs ſi attendatur dictum Bal. in d. c. naturales ſi de feu. fuc. contr. dicentis valere diſpenſationem etiam ſuppreſſa qualitate, qua expreſſa fuiſſet facilius diſpenſatum, certè concludendũ erit, quòd expreſſio carentiæ in caſu dubij noſtri non exigitur.

Nec refragatur tex. in d. l. cum eum. C. de adopt. quoniam diuerſitas caſuũ tollit obſtaculum ibi enim loquitur legislator in arrogatione, per quam omninò extraneus noſtræ poteſtatis ac cognationis efficitur. Nos autem in dubio promoto profitemur loqui in legitimatione naturalium filiorum, quæ non omninò extraneum, ſed ſaltem iure naturæ filium noſtræ ſubmittit poteſtati, qui ante non erat vt in l. item in poteſtate. ff. de his q ſunt ſui vel ali. iu.

DVBITATIO X.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio, an rumpatur per ſubſequentem ſuſceptionem filiorum legitimorum, & naturalium.*

Principe

PRincipe vel Comite legitimante, an legitimatio rumpatur per subsequentem susceptionē filiorum legitimorum, & naturalium.

1 Præsuppositō, quòd legitimatio valuerit, compendiosè consequens esse censeo, vt eandem subsecuta legitimorum filiorum susceptio non annullet, etiam præsuppositō, quòd in ipso priuilegio legitimandi Comiti, vel Principi, concesso forent illa verba, sine prēiudicio legitimæ prolis, vel similia, quia cōcludo legitimatos iuridicè, pariter successiuos vnà cum legitimis & naturalibus, vt patet ex infrà deducendis.

Reperio in primis, quòd Doctores relati per Bal. in l. ex facto. ff. de vulg & pupill. tenuerunt, quòd rumpatur dicta legitimatio per subsequētem susceptionem legitimorum, & naturalium filiorum, ex eo, quia præsumpta causa priuilegij legitimationem inducentis fuit carentia liberorum, ergo superuenientia illam annullat arg. l. cura §. deficientium. ff. de iur. immun. l. generaliter. C. de epis. & cler. l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2.

Alia etiam ratione confirmatur hęc opinio, quia legitimatio videtur in habere tacitam conditionem, scilicet, si legitimi & naturales non superuenerint arg. l. cum vnus. ff. de condi. & demon. l. cùm acutissimi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cùm autem. C. de institu. & substitu. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. ergo aduenientе ea cessat legitimatio.

Insuper alia etiam ratione, quia noua causa superueniens, qualis est hæc, noua susceptio legitimorum debet inducere priuilegij sublationem. c. suggestum & c. dilecti filij extra. de decim.

Imò accedunt notata per Bald. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si q. caut. & in l. 2. C. de seruit. & aqua dicentem, quòd Comes Palatinus non potest legitimare in præiudicium filiorum nisi super hoc specialem obtineat à principe potestatem, generalis enim concessa potestas ad ea non extenditur, quę supremę inerant principis potestati. c. quòd trāslationem extra de off. leg. l. 1. C. de offi. eius cui mand. est iurisdic.

Contrarium tamen puto verius tenendum in legitimatione facta per subsequentiam matrimonij quod sequitur Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. per text. in l. nuper. C. de nat. lib. idem dicunt in legitimatione per rescriptum, & sic præmissis non obstantibus arbitror iuris firmioris esse negatiuam, scilicet, legitimationem nō rumpi per subsequentem susceptionem filiorum legitimorum, & naturalium, quia si ab initio ipsa legitimatio tenuit, ergò non debet ex posteriori cuētu tolli. l. si vt proponis. C. de confirm. tuto. & l. sancimus C. de admi. tut. nec etenim nouum est, vt quæ vtiliter ac validè cōstituta sunt, durent, licèt ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerint. l. in ambiguis. §. non est nouum. ff. de reg. iur. l. pluribus §. etsi placeat. ff. de verb. oblig. & in c. factum legitimè de reg. iur. in 6. hoc potissimū procedit in priuilegijs, quæ decet esse mansura. c. decet de reg. iur. in 6. §. illud & §. generaliter in auct. constit. quæ de dig.

Comprobatur etiam quia legitimatio ipsa filijs quæsita non videtur posse tolli facto patris matrimonium contrahentis, ac filios suscipientis. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & l. stichum. §. fi. ff. de nouat. si pariter hoc verum foret, q̄ scilicet legitimatio rumperetur per susceptionem nouæ ac legitimæ prolis, sequeretur, q̄ pro parte temporis quis legitimus pro legitimo cēseretur, & pro parte temporis non, quod esset falsum per tex. in l. ideoque. ff. de manum. testa. & l. quæsitum. ff. de adopt.

Si aliter etiam sentiremus, sequerēt, q̄ quoad certos actus haberetur pro legitimo, scilicet, quoad honores, & quoad certos, non, scilicet, quoad successio-

nem,quod ſimiliter eſt falſum, vt probatur ex l.1.§.1.ad fi. C.de lati.lib.toll.& l.ſi pariter & l.ſi duobus.ff.de lib.cauſ.& ex eo,quod not.Bald.in l.ſenium. C.de teſtam.dum reprobat Bar.in l.1.§.in filij ff.ad Treb.

Vlteriùs clariſſimum eſt,q̃ taliter legitimati pro legitimis reputantur, nec in aliquo his diſſimiles ſunt.§.reliqui in auct.quib.mo.nat.effi.ſui.Vnde ſicut in diſcretum ac inconueniens eſt naturales per modum legitimationis incommodum, & naturalium filiorũ ad ſucceſſionem paternã ſuper inducere, ita ſimiliter inconueniens eſt,proprios legitimos,& naturales, ex patre natos ad incommodum filiorum naturalium legitimatorum ſuperinduci,quia naturales diſſimiles à legitimis iudicantur.

Et licèt,vt ad primam rationem contrariam reſpondeamus, tacita cauſa legitimationis per ſuperuenientiam legitimorum ceſſet, nihilominus expreſſa in ipſo legitimationis reſcripto, quæ fuit amor paternus,intentioque pietatis,& miſericordiæ, facit ſubſiſtere legitimationem, & ceſſare tacitam quæ eſt carẽtia liberorum. l.ſi.C. de pact.conu.

Nec obſtat tex.in l.ſi vnquam.& l.cũ acutiſſimi cum alijs pro affirmatiua opinione præcitatis,quia caſus ſunt diuerſi,& ex diuerſis non infertur: quia ibi tacita eſt ſubintellecta conditio, qa intellecto puro fideicommiſſo deuoluebatur hæreditas tota in penitus extraneum,quod non erat de præſumpta mente teſtatoris, qui nunquam voluiſſet ſuam poſteritatem extraneis poſtponere vt in dictis iuribus:at in propoſito dubio paterna hæreditas,neque tota, neque particulariter,neque in penitus extraneos ſed in filios naturales deuoluit, & ſic caſus vt dixi ſunt diuerſi.

Minuſque refragatur tex. in d.l.ex facto quoniam ibi clarè reſpondent Bar. & Bald. prout nec obſtat tex. in d.l.tale pactum.§. fi.ibi enim direxerat contrahens voluntatem ſuam in fratrem, vt in hæredem futurum, vt littera ibi euidenter oſtendit, ſi igitur ei hæreditas delata non fuerit,conſequens eſt,vt præmiſſa voluntas euaneſcat, at in dubio noſtro legitimati fuerunt naturales ex quo principaliter quia filij, nunquam autem hęc diſſoluitur filiatio l.Iura ſanguinis.ff.de reg.iur. & l. ius agnationis. ff.de pact. cum ſimilib.

Nec aduerſantur dicta per Bal. in d. l.ſed & ſiquis in d.§.quæſitum,nam dici non poteſt Principem,vel Comitem legitimationis tempore in legitimorum præiudicium legitimaſſe,quia non eſt, quod poſſet de communi præiudicio tractari, cum & illi tunc non ſuperexiſterent, & ſic cum nullum ius haberẽt, tunc conſequens eſt, vt non poſſit aliqua ratio præiudicij,quod nullo modo adeſt ſed eſt eadem in eis.l.1.in fin.ff.de cap.dim.l. non poteſt videri deſiſſe. ff. de reg.iur.cum ſimil.

Concludendum igitur eſt, pro affirmatiua vti veriore in iure.

DVBITATIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta plura ſi ad diuerſos iudices Princeps concedat, an illa impetrans & vtens altero,careat commoditate omnium.*

2 *Reſcripta intelliguntur ſemper cum illa clauſula ſi preces veritate nitantur.*

3 *Litteræ appellantis non facta mentione appellationis an valeant.*

Et quid ſi non fuerit facta mentio litis pendentiæ.

Lis quando dicatur pendere. ibid.

4 *Iuriſdictio primi iudicis quando expiret per intimationem factam à ſecundo.*

PRinceps ſi concedat plura reſcripta ad diuerſos iudices,an illa impetrans & vtens altero,careat commoditate omnium,& quid dicendum de ſupprimente veritatem, & an litteræ appellantis non facta men-

Digitized by Google

mentione appellationis valeant, & qd si non fuit facta mentio litis pendentię & quando dicatur lis pendere, & quando expiret iurisdictio primi iudicis per intimationem factam à secundo.

Primum dubium tollitur ex dispositione tex. in c. ex tenore & c. fi. de rescr. vbi probatur, qp quando contra vnum super eadem materia idē ad diuersos iudices litteras impetrat, eisque omnibus aliquando vtitur, ita punitur, scilicet, vt ipse omnium litterarum commoditate careat.

Alterum dubium tollitur, quia rescripta intelliguntur semper cum illa clausula si præces veritate nitantur. Osasc. decis. 169. num. 22. & si non monstretur inserta, non tenet rescriptum. Azo. in summ. C. de diuer. rescrip. nu. 4. & rescripta principum dicūtur obrepta, vel
2 subrepta, quoties in præcibus non tangunt, quæ principem mouere possunt, quia nihil est tacendum de his, quę possunt mouere principem ad denegandum. l. quamuis de præben. in 6. & probatur per text. in c. super literis de rescr. vbi supprimens fraude, vel malitia, veritatem in impetratione rescripti, in suæ peruersitatis pœnam, nullum ex impetratis literis commodum consequitur, & exprimens falsum, vel tacens verum in rescripto, si malitiosè hoc fecerit caret impetratis.

Tertium dubium loquitur, quia si
3 appellans impetrat literas super aliquo negotio, in quo appellauit, non facta mentione de sua appellatione, quam prosequi aduersarij interest, literę, ipse sunt nullę, siue appelletur ad Papam, siue ad alium inferiorem; hoc est; qd expressè notat Innoc. in c. ex parte il 2. in gl. super verb. de appellatione extra de rescr. in c. dilecti de maio. & obed. licet idem Innoc. contrarium tenuerit, & non benè in ca. ex literis Patriarchæ extra de off. deleg. sequitur Archid. in c. concertatione de appellat. in 6.

Quartum dubiū pariter remouetur, quia nulla est gratia, nullūque priuilegium à communi domino impētratū in prędiudicium aduersarij, super eo, super quo pendet lis, nulla facta mentione de litis pendētia, adeò vt in ea litè nullum in hoc præiudiciū infertur, ita est expressum in c. causam, quæ de testi. & c. vn. vt lit. pend. & c. dilectus de priuileg. & §. si verò in auct. in medio litis sacras iussiones nō fieri, habetur etiam in l. qui autem. ff. si quis caut.

Et tunc lis pendere etiam dicitur, in impetrantis præiudicium si ipse ille fuerit, qui ad iudicium primò vocauerit, & per delegationem appellationis factam, & citationem decretam contra aduersarium, licèt illa nondum in citati notitiam peruenerit, clem. enim la 2. vt lit. pend. volens ad introducendā litis pendentiam, necesse fore citationē in citati notitiam peruenisse, & loquitur d. clem. quoad pendentiam introducendam ex parte agentis, quòd sufficit solum citationis decretum, quia ex quo ipse certus est de commissione, & citationis decreto, ergo ampliùs certiorari nō dēt c. eū qui certus de reg. iur. in 6. & c. ab excōmunicato de rescr. & l. 1. in fin. cum sim. ff. de dot. præleg.

Expirat autem iurisdictio primi iu-
4 dicis post inhibitionem sibi intimatam à secundo, quia retractationis obijcitur quòd agit quis post inhibitionem sibi factam ab eo, qui legitimè iurisdictionem exercet. c. non solū de appel. in 6. quia intimatio illa tacitè habet annexam prohibitionem. l. nomen. C. quæ res pign. & l. 3. C. de nouat. & quia cum notitiam habeat principem alteri causam commisisse, eo ipso intelligere debet, illam à sua iurisdictione exemptā, ita dicit tex. in cap. pastoralis §. præterea extra de off. delegat. & sic carentia, iurisdictionis carentiam inducit facultatis. l. 1. C. qui pro sua iurisd.

DVBITATIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps si concesserit primò rem vni, an possit alteri eam concedere motu proprio.*

2 *Dominium, an probetur per solum instrumẽtum continens donationem ex certa scientia principis factam.*

Princeps, an possit transferre dominium ad libitum voluntatis absque eo, quòd appareat rem, seu possessionem fuisse traditam, vel apprehensam ibid.

3 *Princeps si concesserit alicui benemerito Castrum, an teneatur illud defendere;*

4 *Princeps an præsumatur voluisse auferre ius quæsitum tertio ex alia præcedenti concessione, de quo non est facta mentio in secunda concessione.*

PRinceps si concesserit primò rẽ vni, an possit alteri eam concedere motu proprio, & an per solum instrumentum continens donationem principis ex certa scientia factam probetur dominium, & an princeps habeat potestatem transferendi dominium ad libitum voluntatis, etiam absque eo, quòd appareat rem seu possessionem fuisse traditam, vel apprehensam.

Item an princeps si concesserit alicui benemeritò Castrum, teneatur illud sibi defendere, & an præsumatur principem voluisse auferre ius quæsitũ tertiò ex alia præcedenti concessione, de quo non est facta mentio in secunda concessione.

Ad primum dubium breuiter respõdeo ex Bart. in l. prædia. C. de loca. prædio. ciuil. vel fisc. lib. 11. qui vult, quòd si princeps concessit primò rem vni, nõ
1 potest alteri concedere etiam motu proprio, nisi dicat, non obstante concessione facta tali.

Ad secundum compendiosè pariter respondeo, per solum instrumentum
2 continens donationem principis ex certa scientia factam probari dominiũ, quia habet potentiam transferrendi dominium ad libitum voluntatis, vt per Ang. in l. officium. ff. de rei vẽd. imò dicit. Bald. in c. ad audientiam de præscrip ibi probari, q etiã sine possessione q̃ritur ius ex priuilegio, & concessione principis, & inquit. Bald. in c. 1. in titul. quid sit inuesti. in vsib. feud. quòd si Papa dicat, assignamus sibi tale Castrum cum plenitudine iuris, vel per alia verba æquipollentia non est necessaria possessio facti, quia apud Papam est plenitudo suprem æ possessionis, & suprema potestas vt in c. volumus. 17. q. 5. & idem Bal. in præludijs feudorum in 11. vel seq. col. suggerit, quòd eo ipso, qđ in priuilegijs reperitur, quòd princeps dat vel transfert dominium, tunc nec aliud requiritur, nisi ad facti executionem deuenire, & ibi allegat textum in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscr. & clem. auditor de rescrip. & c. inter dilectos de fid. instr.

Tenetur etiam princeps si concessit
3 alicui benemerito castrum, illud sibi defendere, & si posteà aliquis illud Castrũ impetraret, ista impetratio esset ipso iure nulla, & præsumeretur obreptitia, notat. Bald. in l. quæ ex relatione. C. de legibus per illum tex. & per gl. in l. 2. C. de fund. & salt. rei dom. lib. 11.

Princeps verò non præsumitur voluisse auferre ius quæsitum tertio ex
4 alia precedenti concessione, de qua nõ esset facta mentio in 2. concessione. c. c. super eo de offic. delegat. veniens de præscript. c. cum ordinem de rescript. C. decurionibus cum ibi not. C. de silentia. li. 12. cum simil. ad hoc enim vt intelligatur derogatum iuri acquisito per tertium, requiritur, quòd facta sit in derogatione expressa mentio dicto iure acquisito ipsi tertio: vt probatur in c. si propter tua debita de reser. in 6. & in d. l. decurionibus, & not. Bald. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. & in l. 1. col. 1. ff. de const. prin. & not ant. Doct.

in c.

Digitized by Google

in c. ei ciu. de præben. in 6. & in c. 1. de constit. in 6. imò. Io. Ant. de But. & Io. de Imol. in c. causam quæ de reser. per illum text. dicunt, quòd si Papa per litteras suas confert alicui beneficium cũ hac clausula, videlicet, non obstante collatione alteri facta, quòd dicta clausula intelligetur solum derogare collationi alteri factæ inualidæ, non autem validæ, ne alteri præiudicetur in iure suo, & si dicatur, quid ergò operabitur dicta clausula, respõdet ibi Io. de Imol. quòd operabitur, quod litteræ non cen sebuntur subreptitiæ, licèt aliter non sit facta mentio de colorata possessione alterius, vbi si facta non esset mentio de colorata possessione alterius, nec esset apposita clausula prędicta, litteræ redderentur subreptitiæ per id qđ legitur, & not. in c. cum nostris de concess. præben. & licèt princeps apposuerit clausulam, ex certa scientia reuocamus, & nullius momenti esse decernimus debet intelligi de alijs concessionibus inualidis, quia dicta clausula, ex certa scientia, non operatur nisi circa ea, de quibus princeps præsumitur habere scientiam, sicut sunt ea quæ in iure cõsistunt, non autem in his quæ præsumitur ignorare sicut sunt facta. arg. c. 1. de constit. & ita signanter dixit Bald. in l. fi. circa med. C. de temp. re non poss.

DVBITATIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, an possit facere alienationem in præiudicium sui imperij, & dignitatis.*

2 *Constantini Imperatoris donatio facta Papæ Syluestro, an valeat.*

PRinceps, an possit facere alienationem in præiudicium sui imperij & dignitatis, & an valuerit Donatio Constantini facta Papæ Syluestro.

Et quòd Princeps non possit facere

1 alienationem in præiudicium sui imperij, & dignitatis probat tex. in c. intellecto de iureiur. & ibi notant Doctores maximè. Abb. & quòd donatio castrorum pleno iure facta ab Imperatore non teneat, concludit Bal. per plura in præludijs feudorum post medium in verſ. expedita definitione feudi, excepta tũ secundũ eum donatione facta p Constantinum Papæ Syluestro, quia illa, vt ipse inquit, fuit potiùs diuinitatis quàm humanitatis. c. fundamenta. §. 1. de elect. in sexto & cum dicta opinione. Bald. videtur transire. Ioann. de Imol. in Rubr. ff. de verbor. obligation. & Angel. in l. si certarum in prin. ff. de testa. mil. & idem est de mente. Bal. in tit. de pac. Constan. in verb. successorum suorũ pro quo facit id quòd notat. glossin §. 1. in auct. quom. oport. epis.

Magna, non est omittendum, alteratio tamen est inter scribentes, an dicta
2 Constantini donatio tenuerit, & quòd valuerit sic tenentes mouentur per rationes præcipuas, quòd donatio fuerit facta ecclesiæ Romanæ penès quam etiam priùs erat in habitu iurisdictio illa temporalis, quamuis exercitium esset penès Imperatorem, vt habetur in illa auctoritate, ecce duo gladij, quæ traditur Lucæ 22. & in extrauag. Bonifacij Octaui, quæ incipit, vnam sanctam, & quia Imperium processit à Deo, & ab ecclesia, vt plenè notatur per Inno. in c. nouit de iudic. & in c. licet ex suscepto de for. comp. & per Bar. in extranagan. ad reprimen. in verb. totius orbis & Bar. in l. 1. ad fin. ff. de requir. reis cum simil. & idem patet in alijs rationibus ex quibus Doctores tenuerunt donationem Constantini valere, quæ non militant in donatione facta alteri, quã ecclesiæ Romanæ, vt patet ex notat. p Bar. Bal. & Saly. in prin. ff. orum & per Saly. cet. in prin. Codicis, & per gl. & Doct. in clem. 1. de iurein. & per glo. in c. ego. 63. dist. Bal. & Ang. in l. filio quem pater

in

maritata tempore testamenti debebatur sibi illa centum, per tex. in l. si iam facta. ff. de cond. & demon. & per l. ante pen. C. de instit. & substi.

Comprobantur prædicta per tex. ad hoc reputatum singularem in l. Iulianus. cum ibi nota. ff. qui satisda. cog. vbi si Titius sine mandato meo egit contra te nomine meo, & à te accepisset fideiussores iudicatum solui, postea pendente dicto iudicio mãdaui sibi, vt ageret contra te, videre ratificare id quod antea fecit, & ideò fideiussores, qui promiserunt solui iudicatum, obligabuntur mihi, ideò infertur, q̃ procurator habens mandatum ad substituendum, si substituat vnum, qui antea sine mandato egerat, videtur ratificare iam gesta. 4

Item videmus, q̃ si quis ingreditur fundum animo retinendi, & continuãdi possessionem tanquam sibi priùs acquisitam, cum in veritate nũquam amplius acquisiuisset, operatur iste animus in acquirenda possessione de nouo vt probatur in l. sequitur, §. item Labeo & §. de illo & vtrobique notat Bar. & Angel. ff. de vsucap. & in l. quod vulgo. ff. pro emptore, & pleniùs Bar. & alij communiter in l. 3. in prin. ff. de acq. poss. reprobata glosa ibi, & notat Bart. in l. gerit col. pen. ff. de acq. hære. quia illud q̃ quis facit ad conseruandum, operatur ad inuicem l. 2. C. communia vtr. iud. l. posthumus §. si. ff. de inin. test. l. qui liberis, §. testamento. ff. de bon. poss. secundum tab. & l. finis duas. §. si in venditione. ff. communia prædio. vbi fuit in contractu excepta seruitus, quæ non erat tanquam esset, & tamen operatur acquisitionem de nouo, sicut ergo verba, & animus, quæ tendunt ad conseruandum & retinendum iam acquisitũ, operantur, vt inducant acquisitionem de nouo, ita eadem ratione verba & animus, quæ tendunt ad actum de nouo faciendum, debent operari in conseruatione, seu confirmatione actus iam celebrati, cum difficilius inducatur acquisitio, quæ pœnitus fieret de nouo, quã intentio, vel conseruatio. l. patre furioso. ff. de his qui sũt sui, vel aliur. c. quemadmodum de iureiur. 5

Pro præmissa conclusione seruit etiã text. notabilis in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit versaut quid si petitam. ff. de acq. hær. vbi si pater dixit, q̃ rata habebat petitionem bonorũ possessionis talis hæreditatis, factam à filio suo quem in potestate habebat; inducitur per hæc verba mandatum, seu iussus de adeundo de nouo hæreditatem illo, vnde ex illo tex. notant ibi Moderni, quòd actus, qui fit ad validandũ actum iam factum importat mandatũ super actu de nouo gerendo. & propterea reprobant glos. in l. 3. ff. de acq. poss. quam etiam reprobat. Io. de Imol. in l. qui fundum in princ. ff. pro empt.

Nec prædictis obstat si diceretur, nõ potest induci ratificatio eius qđ ignorabatur à ratificante, quia in ignorante non potest adesse consensus. l. mater. ff. de inoff. test. l. qui cũ tutoribus in prin. ff. de transact. quia respondetur, quod sufficit esse in genere cogitatũ de actu, ad hoc vt dispositio trahatur ad illum actum in specie ignoratum, & in cognitum. l. qui iure militari. ff. de testam. mil. l. sub prætextu specierum. C. de trãsact. & hac responsione poteris respondere ad alia obstacula, & consiliari difficultates. 6

DVBITATIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Impubes, an possit testari contra legis dispositionem?*

2 *Princeps, an possit contra legem statuere in damnum alterius.*

3 *Ius partis potest princeps ex certa scientia tollere, vel tollere, & alteri dare.*

Prin-

PRincipis placito, an impubes
1 possit testari contra legum dispositionem, & an possit princeps contra legem statuere in damnum alterius.

Primam quæstionem dicit fuisse propositam coram Serenissimo Duce Sabaudiæ nunc regnãte Carolo Emanuele in priuato suo consilio, Thesaur. decis. 87. qui tandem post plura ibidẽ per eum congesta consulit, ꝙ cautè ageret princeps si talem licentiam vni ex suis Magistratibus committeret, vt diligenter inquirerent de causis, & iusta existẽte causa dispensaret, testamentumque huiusmodi cum illius assistentia cõderetur, vt malitijs hominum occurrere hoc modo possit; aliàs refert ibi Thesa. quòd tutiùs erit principi ab hac licentia abstinere authoritate legislatorum, & Iustinianeis rationibus consideratis, quibus adhærere bonum est, & in hanc sentẽtiam dicit accessisse Excellentiss. consilium status, & ita principi esse consulendum.

Eidem verò authori placet hæc distinctio, aut per testamentum antecessorum pupilli ex facta substitutione, si in pupillari ætate decedat, & simili ex hoc testamento præiudicium fit veniẽtibus ab intestato quoquomodo, & tũc nullo modo poterit princeps dispensare per tex. in l. fi. vbi Ang. Alex. Dec. Ias. & alij. C. de testa. milit. prout videtur cõsiderare Paul. de Castr. in l. rescripta. C. de precib. Imp. offer. obstare enim hoc casu videtur non solùm ius commune, sed etiam testatorũ prædecessorum dispositio.

Aut verò nullum fit præiudicium iuri ex dispositione hominis quæsito venientibus ab intestato, cum nullum illis ius ex antiquorum dispositione quę situm sit, vel ei nõ sunt adeò proximiores de familia, ad quos successio quasi certa ratione deferri posse speretur, & tunc quatenus talis impubes sit doli capax, Princeps possit dispẽsare, aliàs nõ, quia illo casu hæc licentia videtur magis suasione, & impulsu aliquorum impetrari, qui super hæreditate istius pupilli viuentis designant, quàm quòd ipse pupillus ita velit, quod vtinam his tẽporibus non fieret, vnde fraudibus, & malitijs hominum per Principem est obuiandum, & occurrendum, non autem annuendum hæc ille.

Quoad alteram dubitationem, resol
2 uendum est, non posse iustum Principem saltem de potestate ordinaria venire contra legem l. digna vox. C. de legi. l. ex imperfecto. C. de testam. c. quę in ecclesiarum vbi omnes canonistæ de constit. imò nec etiam de plenitudine potestatis, quia reuera non possumus nisi quod iustè, & licitè possumus c. faciat homo 22. q. 2. l. Nepos proculo. ff. de verbo. signi. Hincque doctè cecinit Claudianus Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit, occurrat, mentemque domet respectus honesti, nec etenim debet licere principi de potestate ordinaria, saltem salua conscientia auferre ab vno illud, quod à lege concedi tur in gratiam alterius, cùm illi non liceat vnum altare discooperire, vt alterum cooperiat vt per Otalc. decis. 169. num. 21. post Bald. ibi allegatum, Ideò huiusmodi rescriptum principis, quo vni aufert, & alteri rem tradit, tãquam contrà ius licitum, refutandum est à iudicibus ex facultate illis concessa in l. rescripta. C. de precib. impe. offe. & iuxta opinionem Grammat. consi. 84. nu. 3. inter ciuil. & sequitur Gabr. lib. 5. conclu. tit. de resti. spoi. conclus. 1. num. 14. benè verum est, quòd Princeps non tenetur seruare ordinem iudiciorum, vt dicit Affl. decis. 361. num. 13. Grammat. consi. ciu. 79. nu. 19. præsertim quando à iure positiuo est inductus, vt per eundem Affl. decis. 283. nu. 6. quia in his positiuis sola voluntate princeps moueri potest, vt per Grammat. consi. ciuil. 100. num. 54. & consi. 83. num. 2. ideò potest non minùs, quàm si in priuilegio, seu

Dubitatio VIII.

1 PRinceps si donat alicui Castrũ pro se & filijs, vel pro se & hæredibus, an si ille donatarius existentibus legitimis donat terrã illam filio naturali, & princeps ipse cõfirmat, valeat illa confirmatio, ex quo donatio à principio erat nulla.

Habemus in iure, q̃ quãdo princeps cõfirmat actum, qui ipso iure nullus erat, ipse princeps actum aliquando cõficere dicitur secundũ doctrinam Bart. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. & Bal. in l. ex placito. C. de rer. permu. probatam per rex in l. adoptio non iure facta. ff. de de adopt. & in l. legata inutiliter. ff. de adim. lega.

Clarum autem est, q̃ si principis ad confirmatio non interc essisset, donatio illius Castri per patrem in naturalẽ filium fuisset nulla, ergo sequitur, quòd princeps ipse confirmans donationem ipsam fecisse dicatur.

2 Et quòd donatio patris facta tunc filio naturali fit nulla probatur, quia etsi de iure communi donatio inter patrẽ & filium naturalem valida censeatur, l. Lucius. ff. mand. Omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. cred. tamen illud procedit nisi pater donet ea, quæ filijs post mortem suam ex principis dispositione acquirerentur, tali namque casu nõ potest pater in filiorum præiudicium disponere de re donata, vel acquirit filijs. capit. primo de succes sio. feudo. Barto. in l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. & Bald. in authen. si quas. C. de sacrosanct. eccle. & hoc procederet si fuisset dictum in principali concessione, castrum vel terram donatum fuisse patri pro se, & suis filijs, & si dicat pro se, & suis hæredibus idem dicendũ venit, quia & naturalis filius paternam non capit hæreditatem. Auth. licèt. C. de nat. lib. & §. siquis autem defunctus in auct. quib. mo. na. eff. sui.

Probatur insuper principalis decisio ex casu. l. ędibus. §. quod si filius. ff. de donat. vbi dicitur, quod etsi ipse pater iam rem filius donat patri confirmanti, perinde est, ac si pater ipse donasset, sic in proposito, donationem, quam non potuisset inferior ex sua auctoritate in alium contulisse, princeps ipse cõfirmando, perinde est, ac si princeps donasset arg. d. §. quòd si filius: patet ideò, quòd principis constitutio ad ipsam donationem per eundem confirmatã extenditur.

DVBITATIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Duo iudices, an simùl cognoscere poterint, si princeps concedat ad diuersos iudices duo rescripta vnum super causa principali, aliud super restitutione sententiæ latę.*

PRinceps si concedat ad diuersos iudices duo rescripta ab eo impetrata, vnum super causa principali, aliud super restitutione tendens ad restitutionem sentẽ-
1 tiæ latæ, an illi duo iudices simùl † cognoscere poterint, & sic concurrere in cognitione.

Et licèt videatur dicendum ambo iudices posse concurrere per text. in c. pastoralis de reser. aduertendum tamẽ est illum textum locum habere, quãdo iudicia sunt æqualia, & consequenter iudices sunt pares, vt ibid. notat. Innoc. sed iudicium restitutionis in integrum maius est respectu iudicis cognoscentis vt probatur in l. minor autem magistratus cum l. præcedenti. ff. de minor. & l. fin. C. vbi & apud quem.

Imò ille text. in d. c. pastoralis secundum Innoc. ibid. non procedit, dùm dubitatur, an iurisdictio primi iudicis sit reuocata per litteras à iudice appellationis impetratas, quoniam tunc solũ iudex appellationis cognoscet per tex. in c. dilectus de reser & in c. vt debitus de appell. vbi subditur ratio per eundẽ, quia in diuersa causa sunt factæ æ impetra-

petrationes litterarum, quoniam vnà in cauſa appellationis, alia in cauſa principali, ſicque manifeſtum eſt mentem Innocentij in d. c. paſtoralis fore, quòd vbi geminata reſcripta ad diuerſos iudices impetrantur ſuper diuerſis cauſis nunquam diſpoſitio d.c.paſtoralis locum habet, prout ſic poteſt decidi in propoſita queſtione vbi vnum reſcriptum impetratur in cauſa principali, aliud verò in cauſa reſtitutionis tendēs ad reſciſſionem latæ ſententiæ, tūc duo iudices non debent in iuriſdictione cauſæ concurrere, ſed iudex tantum reſtitutionis in integrum debet cognoſcere; alia etiam ratione, quia iuriſdictio ſi qua foret iudicis cauſæ principalis ſuſpenſa eſſet per pendentiam cauſæ poſtulatæ reſtitutionis. c. ſuſcitata cum ibi not. de reſtit. in int. l. cauſa cognita. C. de tranſact. & in Anth. quæ ſupplicatio. C. de præcibus. Imp. off. l. vn. C. in integ. reſt. poſtul. Bar. in l. defendente. ff. de auct. tut. Bald. in d. l. vn. & in d. auth. quæ ſupplicatio.

Imo nedum cenſetur reuocata iuriſdictio iudicis cauſæ principalis per litteras ſecundo loco impetratas ad iudicem diuerſum vt patet in c. ſtuduiſti de off. deleg. & in l. ſiquis procuratorio. §. fi. ff. de procurat. ſed etiam reuocata cēſetur iuriſdictio iudicis principalis cauſæ, quando lapſus eſſet annus ad exequendam ſententiam per ſe latam præfixum vt in c. quærenti de off. delegat. & in l. à Diuo pio. ff. de re iud.

DVBITATIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatione impetrans non exprimens qualitatem naturalitatis ſiue ſuperioritatis, an poſſit credere, legitimationem fore vitiatam.*

2 *Impetratio legitimationis in ſit inualida, vbi impetrans non expreſſerit liberorum legitimorum, & naturalium carentiam tempore legitimationis adeſſe.*

PRinceps ſi aliquem legitimauerit, an in impetratione legitimationis requiratur expreſſio qualitatis naturalitatis, ſiue ſpurietatis, & ſic an huiuſmodi impetratio vitietur ex eo, quòd tacitum ſit, quòd ipſi filij nati ſint, puta, ex ſerua. Item an eadem impetratio inualida ſit, quia impetrans non expreſſerit liberorum legitimorum, & naturalium carentiam tempore legitimationis adeſſe.

Quòd attinet ad primam dubitationem videretur prima facie dicendum nullam reddi legitimationem ex eo, quia pater impetrans non expreſſit filios naturales natos eſſe ex ſerua, per tex. expreſſum in l. 1. ff. de natal. reſti. vbi reſtitutio natalium conceſſa per principem liberto nulla redditur, ſi tacuerit ſe ex ancilla natum. Alia etiam ratione, quia ſi hoc fuiſſet expreſsū, comes, vel princeps non legitimaſſet, quia ſcriptum eſt, filius ancillæ non debet eſſe hæres cum filio liberæ. c. decet aliquis 28. q. 4. & Bart. in l. 3. ff. de teſtam.

Additur, & auctoritas Oldra. in conſ. 23. relatę à Bald. in l. eam quam. C. de fideico. qui terminat legitimationem inualidam reddi ſi in eius impetratione ſpurietatis qualitas non ſit expreſſa.

Nihilominus præmiſſis non refragātibus de iure contrarium eſt verius, per text. in §. ſiquis ergò filios legitimos in verb. ſit ergò licentia in auct. quib. mo. nat. effic. ſui. & in § ſiquis non habens in verb. ſit ergò in auct. quib. mo. nat. effic. leg. vbi imperator ponens formam impetrationis in qua agitur de naturaliū legitimatione, ſolum requirit expreſſionem naturalitatis eorum, non autē qualitatis ipſius expreſſionis, ſic igitur eū imperator ibi hanc qualitatē omittat, conſequens eſt, vt neceſſaria cenſeri non debeat. l. vn. §. ſi autem in deficientis. C. de cad. toll. in c. ad audientiam extra de deci.

Accedat auctoritas. Bal. in c. naturales in tit. ſi de feud. fuer. contro dicentis con-

contra Oldrad.præcitatum, quòd nedũ in impetratione legitimationis naturalium, ſed nec in impetratione legitimationis ſpuriorum neceſſe eſt exprimere ſpurietatis qualitatem, ſed ſola ſpurietas eſt narranda, obid ſoluitur argumentum contrarium primo loco, ex aſpectu deductum ex l. 1. ff.de nat.reſti.quoniam ibi non ideò redditur nulla principis reſtitutio, quia tacitum fuerit impetrantem libertũ ex ancilla natum, ſed quia expreſſum erat cum manumiſſione effectum libertum ante ſeruitutẽ natum fuiſſe ingenuum propter, quòd quidem facilius conceſſit princeps reſtitutionem, cum de facili concedatur rem ad ſuam primam naturã reuerti. l. ſi vnas. §. pactus ne peteret in verb. ſed quod in ſpecie dotis. ff. de pac. & in c. ab exordio 35. diſt. id igitur falsũ expreſſum, quòd facilius principem induxit ad concedendum, reſtitutionẽ vitiat, non autem viti:t falſum tacitũ c. ſuper literis, & c. ad audientiã de reſc.

Secunda ratio contraria locum ſibi tantum vendicat, quando tempore legitimationis filij ſupererant legitimi, & naturales.

Auctoritas verò Oldrad. in præcitato contrario conſ. 23. loquitur in impetratione legitimationis ſpuriorum, quę difficiliùs conceditur legitimatione naturalium, vt in §. fin. in auct. quib. mod. nat. eff. ſui. maximè vbi adeſſet duplex ſpurietatis qualitas, ſcilicet, quòd vterque ad vlterantium coniugatus eſſet, prout loquitur Oldra. ibid. duplex etenim funiculus difficilius rumpitur, quã ſimplex l. fin. §. ſi vero pater. C. de adopt. §. fin. in auct. de conſang. & vteri. ſecùs autem determinandum quãdo loquimur in naturaliũ legitimatione, & vbi adeſt vna ſola qualitas naturalitatis, ſcilicet, filios ex ſerua natos fore, quæ ſi expreſſa fuiſſet, nihilominus comes, vel princeps ipſe legitimationem conceſſiſſet, quilibet ſani capitis iudicaret.

Quo verò ad ſecundum dubium, licèt prima fronte videatur dicendum
2 quòd illa legitimationis impetratio ſit inualida ob non expreſſam liberorum legitimorum, & naturalium carentiã, quæ tẽpore legitimationis ad erat, per tex. in l. cum eum. C. de adopt. vbi nulla eſt impetratio apud principẽ facta ſuper fundo arrogatione liberti proprij, niſi liberorum carentia exprimatur, & ita videatur concludendum, quòd nulla ſit legitimationis impetratio ſi non expreſſa fuerit carentia legitimorum, & naturalium.

Nihilominus ꝙa iuxta vulgare illud, ꝓrium; eadem eſt diſciplina, in eo caſu. quo impetrans legitimationem legitimos habet, & naturales, neceſſe habet exprimere eorundem exiſtentiam, ergo inferendum, quòd in caſu quo non ſuperſunt, expreſſio carentiæ non requiritur.

Vlteriùs ſi attendatur dictum Bal. in d. c. naturales ſi de feu. fue. contr. dicentis valere diſpenſationem etiam ſuppreſſa qualitate, qua expreſſa fuiſſet facilius diſpenſatum, certè concludendũ erit, quòd expreſſio carentiæ in caſu dubij noſtri non exigitur.

Nec refragatur tex. in d. l. cum eum. C. de adopt. quoniam diuerſitas caſuũ tollit obſtaculum ibi enim loquitur legislator in arrogatione, per quam omninò extraneus noſtræ poteſtatis ac cognationis efficitur. Nos autem in dubio promoto profitemur loqui in legitimatione naturalium filiorum, quæ non omninò extraneum, ſed ſaltem iure naturæ filium noſtræ ſubmittit poteſtati, qui ante non erat vt in l. item in poteſtate. ff. de his q ſunt ſui vel ali. iu.

DVBITATIO X.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio, an vumpatur per ſubſequentem ſuſceptionem filiorum legitimorum, & naturalium.*

Principe

Digitized by Goo

PRincipe vel Comite legitimante, an legitimatio rumpat̃ per ſubſequentem ſuſceptionẽ filiorum legitimorum, & naturalium.

1 Præſuppoſito, quòd legitimatio valuerit, compendioſè conſequens eſſe cenſeo, vt eandem ſubſecuta legitimorum filiorum ſuſceptio non annullet, etiam præſuppoſito, quòd in ipſo priuilegio legitimandi Comiti, vel Principi, conceſſo forent illa verba, ſine prejudicio legitimæ prolis, vel ſimilia, quia cõcludo legitimatos iuridicè, pariter ſucceſſiuos vnà cum legitimis & naturalibus, vt patet ex infrà deducendis.

Reperio in primis, quòd Doctores relati per Bal. in l. ex facto. ff. de vulg & pupill. tenuerunt, quòd rumpatur dicta legitimatio per ſubſequẽtem ſuſceptionem legitimorum, & naturalium filiorum, ex eo, quia præſumpta cauſa priuilegij legitimationem inducentis fuit carentia liberorum, ergo ſuperuenientia illam annullat arg. l. cura §. deficientium. ff. de iur. immun. l. generaliter. C. de epiſc. & cler. l. Titia. §. vſuras. ff. de leg. 2.

Alia etiam ratione confirmatur hęc opinio, quia legitimatio videtur in habere tacitam conditionem, ſcilicet, ſi legitimi & naturales non ſuperuenerint arg. l. cum vnus. ff. de condi. & demon. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. ergo aduenientе ea ceſſat legitimatio.

Inſuper alia etiam ratione, quia noua cauſa ſuperueniens, qualis eſt hæc, noua ſuſceptio legitimorum debet inducere priuilegij ſublationem. c. ſuggeſtum & c. dilecti filij extra. de decim.

Imò accedunt notata per Bald. in l. ſed & ſiquis. §. quæſitum. ff. ſiq. caut. & in l. 2. C. de ſeruit. & aqua dicentem, quòd Comes Palatinus non poteſt legitimare in præiudicium filiorum niſi ſuper hoc ſpecialem obtineat à principe poteſtatem, generalis enim conceſſa poteſtas ad ea non extenditur, quę ſupremę inerant principis poteſtati. c. quòd trãslationem extra de off. leg. l. 1. C. de offi. eius cui mand. eſt iuriſdic.

Contrarium tamen puto verius tenendum in legitimatione facta per ſubſequentiam matrimonij quod ſequitur Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. per text. in l. nuper. C. de nat. lib. idem dicunt in legitimatione per reſcriptum, & ſic præmiſſis non obſtantibus arbitror iuris firmioris eſſe negatiuam, ſcilicet, legitimationem nõ rumpi per ſubſequentem ſuſceptionem filiorum legitimorum, & naturalium, quia ſi ab initio ipſa legitimatio tenuit, ergo non debet ex poſteriori euẽtu tolli. l. ſi vt proponis. C. de confirm. tuto. & l. ſancimus C. de admi. tut. nec etenim nouum eſt, vt quæ vtiliter ac validè cõſtituta ſunt, durent, licèt ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerint. l. in ambiguis. §. non eſt nouum. ff. de reg. iur. l. pluribus §. etſi placeat. ff. de verb. oblig. & in c. factum legitimè de reg. iur. in 6. hoc potiſſimũ procedit in priuilegijs, quæ decet eſſe manſura. c. decet de reg. iur. in 6. §. illud & §. generaliter in auct. conſtit. quæ de dig.

Comprobatur etiam quia legitimatio ipſa filijs quæſita non videtur poſſe tolli facto patris matrimonium contrahentis, ac filios ſuſcipientis. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. & l. ſtichum. §. fi. ff. de nouat. ſi pariter hoc verum foret, q̃ ſcilicet legitimatio rumperetur per ſuſceptionem nouæ ac legitimæ prolis, ſequeretur, q̃ pro parte temporis quis legitimus pro legitimo cẽſeretur, & pro parte temporis non, quod eſſet falſum per tex. in l. ideoque. ff. de manum. teſta. & l. quæſitum. ff. de adopt.

Si aliter etiam ſentiremus, ſequereꝰ, q̃ quoad certos actus haberetur pro legitimo, ſcilicet, quoad honores, & quoad certos, non, ſcilicet, quoad ſucceſſio-

nem,quod ſimiliter eſt falſum, vt probatur ex l.1.§.1.ad fi. C.de lati.lib.toll.& l.ſi pariter & l.ſi duobus.ff.de lib.cauſ.& ex eo,quod not.Bald.in l.ſenium. C.de teſtam.dum reprobat Bar.in l.1.§.in filij ff.ad Treb.

Vlteriùs clariſſimum eſt,ꝙ taliter legitimati pro legitimis reputantur, nec in aliquo his diſſimiles ſunt.§.reliqui in auct.quib.mo.nat.effi.ſui.Vnde ſicut in diſcretum ac inconueniens eſt naturales per modum legitimationis incommodum, & naturalium filiorũ ad ſucceſſionem paternã ſuper inducere, ita ſimiliter inconueniens eſt,proprios legitimos,& naturales, ex patre natos ad incommodum filiorum naturalium legitimatorum ſuperinduci,quia naturales diſſimiles à legitimis iudicantur.

Et licèt,vt ad primam rationem contrariam reſpondeamus, tacita cauſa legitimationis per ſuperuenientiam legitimorum ceſſet, nihilominus expreſſa in ipſo legitimationis reſcripto, quæ fuit amor paternus,intentioque pietatis,& miſericordiæ, facit ſubſiſtere legitimationem, & ceſſare tacitam quæ eſt carẽtia liberorum. l.fi.C. de pact.conu.

Nec obſtat tex.in l.ſi vnquam.& l.cũ acutiſſimi cum aljis pro affirmatiua opinione præcitatis,quia caſus ſunt diuerſi,& ex diuerſis non infertur: quia ibi tacita eſt ſubintellecta conditio, qa intellecto puro fideicommiſſo deuoluebatur hæreditas tota in penitus extraneum,quod non erat de præſumpta mente teſtatoris, qui nunquam voluiſſet ſuam poſteritatem extraneis poſtponere vt in dictis iuribus:at in propoſito dubio paterna hæreditas,neque tota, neque particulariter,neque in penitus extraneos ſed in filios naturales deuoluit, & ſic caſus vt dixi ſunt diuerſi.

Minuſque refragatur tex. in d.l.ex facto quoniam ibi clarè reſpondent Bar. & Bald. prout nec obſtat tex. in d.l.tale pactum.§. fi.ibi enim direxerat contrahens voluntatem ſuam in fratrem, vt in hæredem futurum, vt littera ibi euidenter oſtendit, ſi igitur ei hæreditas delata non fuerit,conſequens eſt,vt præmiſſa voluntas euaneſcat, at in dubio noſtro legitimati fuerunt naturales ex quo principaliter quia filij, nunquam autem hęc diſſoluitur filiatio l.Iura ſanguinis.ff.de reg.iur. & l. ius agnationis. ff.de pact. cum ſimilib.

Nec aduerſantur dicta per Bal. in d. l.ſed & ſiquis in d.§.quæſitum,nam dici non poteſt Principem,vel Comitem legitimationis tempore in legitimorum præiudicium legitimaſſe,quia non eſt, quod poſſet de communi præiudicio tractari, cum & illi tunc non ſuperexiſterent, & ſic cum nullum ius haberẽt, tunc conſequens eſt, vt non poſſit aliqua ratio pręiudicij,quod nullo modo adeſt ſed eſt eadem in eis.l.1.in fin.ff.de cap.dim.l. non poteſt videri deſiſſe. ff. de reg.iur.cum ſimil.

Concludendum igitur eſt, pro affirmatiua vti veriore in iure.

DVBITATIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta plura ſi ad diuerſos iudices Princeps concedat, an illa impetrans & vtens altero,careat commoditate omnium.*

2 *Reſcripta intelliguntur ſemper cum illa clauſula ſi preces veritate nitantur.*

3 *Litteræ appellantis non facta mentione appellationis an valeant.*

Et quid ſi non fuerit facta mentio litis pendentiæ.

Lis quando dicatur pendere. ibid.

4 *Iuriſdictio primi iudicis quando expiret per intimationem factam à ſecundo.*

PRinceps ſi concedat plura reſcripta ad diuerſos iudices,an illa impetrans & vtens altero, careat commoditate omnium,& quid dicendum de ſupprimente veritatem, & an litteræ appellantis non facta men-

mentione appellationis valeant, & qd si non fuit facta mentio litis pendentię & quando dicatur lis pendere,& quando expiret iurisdictio primi iudicis per intimationem factam à secundo.

Primum dubium tollitur ex dispositione tex.in c.ex tenore & c. fi.de rescr. vbi probatur, ꝙ quando contra vnum super eadem materia idē ad diuersos iudices litteras impetrat, eisque omnibus aliquando vtitur, ita punitur, scilicet, vt ipse omnium litterarum commoditate careat.

Alterum dubium tollitur,quia rescripta intelliguntur semper cum illa clausula si præces veritate nitantur. Ossc. decis. 169. num. 22.& si non monstretur inserta, non tenet rescriptum.Azo. in summ.C.de diuer.rescrip. nu.4. & rescripta principum dicūtur obrepta, vel
2 subrepta, quoties in præcibus non tangunt, quæ principem mouere possunt, quia nihil est tacendum de his,quę possunt, mouere principem ad denegandum.l.quamuis de præben.in 6. & probatur per text.in c.super literis de rescr. vbi supprimens fraude, vel malitia,veritatem in impetratione rescripti, in suæ peruersitatis pœnam, nullum ex impetratis literis commodum consequitur, & exprimens falsum, vel tacens verum in rescripto, si malitiosè hoc fecerit caret impetratis.

Tertium dubium loquitur, quia si
3 appellans impetrat literas super aliquo negotio, in quo appellauit, non facta mentione de sua appellatione, quam prosequi aduersarij interest, literę, ipse sunt nullę, siue appelletur ad Papam, siue ad alium inferiorem; hoc est; qd expressè notat Innoc. in c.ex parte il 2. in gl. super verb. de appellatione extra de rescr.in c.dilecti de maio.& obed.licet idem Innoc. contrarium tenuerit, & non benè in ca.ex literis Patriarchæ extra de off. deleg. sequitur Archid. in c.concertatione deappellat. in 6.

Quartum dubiū pariter remouetur, quia nulla est gratia, nullūque priuilegium à communi domino impetratū in pręiudicium aduersarij,super eo, super quo pendet lis, nulla facta mentione de litis pendētia, adeò vt in ea litè nullum in hoc præiudiciū infertur, ita est expressum in c.causam, quæ de testi. & c. vn. vt lit.pend.& c. dilectus de priuileg. & §. si verò in auct. inmedio litis sacras iussiones nō fieri,habetur etiam in l.qui autem . ff. si quis caut.

Et tunc lis pendere etiam dicitur, in impetrantis præiudicium si ipse ille fuerit, qui ad iudicium primò vocauerit, & per delegationem appellationis factam, & citationem decretam contra aduersarium,licèt illa nondum in citati notitiam peruenerit, clem. enim la 2. vt lit.pend. volens ad introducendā litis pendentiam,necesse fore citationē in citati notitiam peruenisse, & loquitur d. clem. quoad pendentiam introducendam ex parte agentis, quòd sufficit solum citationis decretum,quia ex quo ipse certus est de commissione, & citationis decreto, ergo ampliùs certiorari nō dēt c.eū qui certus de reg. iur.in 6.& c. ab excōmunicato de rescr. & l.1. in fin. cum sim. ff.de dot.præleg.

Expirat autem iurisdictio primi iu-
4 dicis post inhibitionem sibi intimatam à secundo, quia retractationis obijcitur quòd agit quis post inhibitionem sibi factam ab eo, qui legitimè iurisdictionem exercet. c. non solū de appel.in 6. quia intimatio illa tacitè habet annexam prohibitionem. l. nomen. C. quæ res pign.& l.3. C.de nouat.& quia cum notitiam habeat principem alteri causam commisisse, eo ipso intelligere debet, illam à sua iurisdictione exemptā, ita dicit,tex.in cap.pastoralis §.præterea extra de off. delegat. & sic carentia, iurisdictionis carentiam inducit facultatis.l.1. C.qui pro sua iurisd.

gitized by Google

DVBITATIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps si concesserit primò rem vni, an possit alteri eam concedere motu proprio.*

2 *Dominium, an probetur per solum instrumẽtum continens donationem ex certa scientia principis factam.*

Princeps, an possit transferre dominium ad libitum voluntatis absque eo, quòd appareat rem, seu possessionem fuisse traditam, vel apprehensam ibid.

3 *Princeps si concesserit alicui benemerito Castrum, an teneatur illud defendere;*

4 *Princeps an præsumatur voluisse auferre ius quæsitum tertio ex alia præcedenti concessione, de quo non est facta mentio in secunda concessione.*

PRinceps si concesserit primò rẽ vni, an possit alteri eam concedere motu proprio, & an per solum instrumentum continens donationem principis ex certa scientia factam probetur dominium, & an princeps habeat potestatem transferendi dominium ad libitum voluntatis, etiam absque eo, quòd appareat rem seu possessionem fuisse traditam, vel apprehensam.

Item an princeps si concesserit alicui benemeritò Castrum, teneatur illud sibi defendere, & an præsumatur principem voluisse auferre ius quæsitũ tertiò ex alia præcedenti concessione, de quo non est facta mentio in secunda concessione.

Ad primum dubium breuiter respõdeo ex Bart. in l. prædia. C. de loca. prædio. ciuil. vel fisc. lib. 11. qui vult, quòd si princeps concessit primò rem vni, nõ
1 potest alteri concedere etiam motu proprio, nisi dicat, non obstante concessione facta tali.

Ad secundum compendiosè pariter respondeo, per solum instrumentum
2 continens donationem principis ex certa scientia factam probari dominiũ, quia habet potentiam transferrendi dominium ad libitum voluntatis, vt per Ang. in l. officium. ff. de rei vẽd. imò dicit. Bald. in c. ad audientiam de præscrip ibi probari, q̃ etiã sine possessione q̃ritur ius ex priuilegio, & concessione principis, & inquit. Bald. in c. 1. in titul. quid sit inuesti. in vsib. feud. quòd si Papa dicat, assignamus sibi tale Castrum cum plenitudine iuris, vel per alia verba æquipollentia non est necessaria possessio facti, quia apud Papam est plenitudo suprem æ possessionis, & suprema potestas vt in c. volumus. 17. q. 5. & idem Bal. in præludijs feudorum in 11. vel seq. col. suggerit, quòd eo ipso, q̃ in priuilegijs reperitur, quòd princeps dat vel transfert dominium, tunc nec aliud requiritur, nisi ad facti executionem deuenire, & ibi allegat textum in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscr. & clem. auditor de rescrip. & c. inter dilectos de fid. instr.

Tenetur etiam princeps si concessit
3 alicui benemerito castrum, illud sibi defendere, & si posteà aliquis illud Castrũ impetraret, ista impetratio esset ipso iure nulla, & præsumeretur obreptitia, notat. Bald. in l. quæ ex relatione. C. de legibus per illum tex. & per gl. in l. 2. C. de fund. & salt. rei dom. lib. 11.

Princeps verò non præsumitur voluisse auferre ius quæsitum tertio ex
4 alia precedenti concessione, de qua nõ esset facta mentio in 2. concessione. c. c. super eo de offic. delegat. veniens de præscript. c. cum ordinem de rescript. C. decurionibus cum ibi not. C. de silentia. li. 12. cum simil. ad hoc enim vt intelligatur derogatum iuri acquisito per tertium, requiritur, quòd facta sit in derogatione expressa mentio dedicto iure acquisito ipsi tertio: vt probatur in c. si propter tua debita de reser. in 6. & in d. l. decurionibus, & not. Bald. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. & in l. 1. col. 1. ff. de const. prin. & not ant. Doct.

in c.

Digitized by Google

in c. ei cui de præben. in 6. & in c. 1. de constit. in 6. imò. Io. Ant. de Butr. & Io. de Imol. in c. causam quæ de reser. per illum text. dicunt, quòd si Papa per litteras suas confert alicui beneficium cũ hac clausula, videlicet, non obstante collatione alteri facta, quòd dicta clausula intelligetur solum derogare collationi alteri factæ inualidæ, non autem validæ, ne alteri præiudicetur in iure suo, & si dicatur, quid ergò operabitur dicta clausula, respõdet ibi Io. de Imol. quòd operabitur, quod litteræ non concedebuntur subreptitiæ, licèt aliter non sit facta mentio de colorata possessione alterius, vbi si facta non esset mentio de colorata possessione alterius, nec esset apposita clausula prędicta, litteræ redderentur subreptitiæ per id qđ legitur, & not. in c. cum nostris de concess. præben. & licèt princeps apposuerit clausulam, ex certa scientia reuocamus, & nullius momenti esse decernimus debet intelligi de alijs concessionibus inualidis, quia dicta clausula, ex certa scientia, non operatur nisi circa ea, de quibus princeps præsumitur habere scientiam, sicut sunt ea quæ in iure cõsistunt, non autem in his quæ præsumitur ignorare sicut sunt facta. arg. c. 1. de constit. & ita signanter dixit Bald. in l. fi. circa med. C. de temp. re non poss.

DVBITATIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, an possit facere alienationem in præiudicium sui imperij, & dignitatis.*

2 *Constantini Imperatoris donatio facta Papæ Syluestro, an valeat.*

PRinceps, an possit facere alienationem in præiudicium sui imperij & dignitatis, & an valuerit Donatio Constantini facta Papæ Syluestro.

Et quòd princeps non possit facere 1 alienationem in præiudicium sui imperij, & dignitatis probat tex. in c. intellecto de iureiur. & ibi notant Doctores maximè. Abb. & quòd donatio castrorum pleno iure facta ab Imperatore non teneat, cõcludit Bal. per plura in præludijs feudorum post medium in vers. expedita definitione feudi, excepta tñ secundũ cum donatione facta p Constantinum Papæ Syluestro, quia illa, vt ipse inquit, fuit potiùs diuinitatis quàm humanitatis. c. fundamenta. §. 1. de electio. in texto & cum dicta opinione. Bald. videtur transire. Ioann. de Imol. in Rubr. ff. de verbor. obligation. & Angel. in l. si certarum in prin. ff. de testa. milit. & idem est de mente. Bal. in tit. de pac. Constan. in verb. successorum suorũ pro quo facit id quòd not. glossin §. 1. in auct. quom. oport. epis.

Magna, non est omittendum, alteratio tamen est inter scribentes, an dicta 2 Constantini donatio tenuerit, & quòd valuerit sic tenentes mouentur per rationes præcipuas, quòd donatio fuerit facta ecclesiæ Romanæ penès quam etiam priùs erat in habitu iurisdictio illa temporalis, quamuis exercitium esset penès Imperatorem, vt habetur in illa auctoritate, ecce duo gladij, quæ traditur Lucæ 22. & in extrauag. Bonifacij Octaui, quæ incipit, vnam sanctam, & quia Imperium processit à Deo, & ab ecclesia, vt plenè notatur per Inno. in c. nouit de iudic. & in c. licet ex suscepto de for. comp. & per Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verb. totius orbis & Bar. in l. 1. ad fin. ff. de requir. reis cum simil. & idem patet in alijs rationibus ex quibus Doctores tenuerunt donationem Constantini valere, quæ non militant in donatione facta alteri, quã ecclesiæ Romanæ, vt patet ex notat. p Bar. Bal. & Saly. in prin. fforum & per Salycet in prin. Codicis, & per gl. & Doct. in clem. 1. de iurein. & per glo. in c. ego. 63. dist. Bal. & Ang. in l. filio quem pater

in

in prin.ff. delib. & post Bal. in c. generali in tit. si de feud. defun. inter contro. inst. dom. & agna. & per Ang. in Rub. ff. soen. pet.

DVBITATIO XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an possit sine causa auferre ius quæsitum priuato.*

2 *Princeps an pro habenda pace sui territorij possit Castrum subditi sui alteri concedere.*

3 *Alphonsius & Alexander Marchiones Pallauicini.*

PRinceps an possit sine causa cõcernente publicam vtilitatem auferre ius quæsitum priuato, & an pro habenda pace territorij sui possit Castrum subditi sui alteri concedere?

Quòd non possit princeps sine causa
1 concernente publicam vtilitatem auferre ius quæsitum priuato, notatur. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. pub. & in c. quæ in ecclesiarum cum suis concor. de constit.

Benè poterit princeps pro habenda pace territorij sui Castrum subditi sui alteri concedere, vt probat Bar. in l. quę cunque in fi. C. de fid. instrum. & iur. aute. fisc. lib. 10. & Ioan. And. in cap. in nostra per illum tex. de inu. & dam. dat. & expressius Ang. in l. bene à Zenone. col. 1. C. de quadr. præscript. & in l. Antiochẽ sium. ff. de priuil. credit. & in l. venditor. §. si constat. ff. commun. prædio. & not. Bal. in l. conuentionum. ff. de pact. & in l. quicunque. col. fin. C. de serui. fugit. & per eũdem post antiquos in tit. de pace Constan. in verb. priuilegia cum seq. in pace etenim versatur vtilitas publica l. siquis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de captiu. propter quam vtilitatẽ potest auferre ius priuati l. item si verberatum. §. fi. ff. de rei vend. l. Lucius. ff. de euict. per Bar. plenè in procem. ff. orum & per Do
1 &o. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. cum concord. facit text. in c. nisi essent in verb. pro bono pacis de præben.

Et quod princeps pro habenda pace
2 sui territorij possit castrum sui subditi alteri concedere, in facti contingentia consuluit Alex. Tartag. consi. 94. vbi nititur præmissis fundamentis vol. 5. & sic respondidit ad ostendendum, q magnificus D. Rolandus Marchio Palauicinus postquam habuit titulum concessionis sibi factæ ab Illustrissi. Duce Mediolani, de Castro sancti Andreæ possedisse dicitur illud cum bona fide, quia ex titulo præsumitur bona fides l. pen. C. de euict. & dicit Tortagn. ibi, q ille titulus fuit iustus, quia Dux Mediolani pro habenda pace territorij sui potuit castrum D. Petri Mariæ de Rubeis subditi sui concedere prædicto Mag. D. Rolando, à quo originem hodie ducunt, & descendunt Illustr. Alphonsus,
3 & Alexander pater, & filius Marchiones pallauicini, Romæ degentes, & gloriam prosapiæ sustinentes ob successionem hæreditariam iurium, & bonorum. Fæl. mem. Illustriss. Excellentissimique Sfortię Marchionis Pallauicini, & ob contractam nuperrimè affinitatem cum Illustriss. Reuerendissimoque nũc feliciter viuente Cardinale Sfortia, ac Illustrissimo Excellẽtissimoque Duce Sfortiaco, eiusdem Amplissimi Cardinalis Nepote, cuius sororem Illustrissimam duxit, Faustissimoque connubio gaudet idem Illustrissimus Alexander Marchio prænominatus, in cuius memoriæ obseruantiam parumla hæc scribo, consilius, quòd Deo dante Iustiss. moderatore, cunctatio restituet ei rem vt euenit Fabio maximo, & prout iam diù sum auspicatus pro iurium suorum veritate, & iustitia cuius ratione rogatus, & iussus ab eodem Illustriss. Marchione Alexandro plurics Sãctissimos pedes oraculum, & aures Clementis VIII. dũ Romæ morarer, consului, & adiui, & quandoque in iure studui re-

spon-

ſpondere, grauiores ſubiturus labores, vbi eiuſdem Marchionis juſſa ſic mihi, & ſi omnium minimo annuerent.

DVBITATIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti factio permiſſa à principe, an trahatur ad teſtamentum iam ante ipſam permiſſionem factum.*

2 *Papa ſi mandet alicui prouideri de prima vacatura in eccleſia, an prouideri poſſit de vacante tempore datæ.*

3 *Teſtator legans centum pro puella maritandæ quæ tam erat maritata tempore teſtĩ, an intelligatur illa centum dictæ puelle deberi.*

4 *Ratificatio, an trahatur ad anteà geſta, vel ignorata nu. 6.*

5 *Poſſeſſio priùs acquiſita, an inducat, ſeu extendatur poßeſſionem acquiſitam de nouo.*

PRinceps ſi permittat aliquem teſtari, cum de iure communi ille talis impetrans teſtari non poſſet, an dicta permiſſio prin-
1 cipis trahatur ad teſtamentum iam ante ipſam permiſſionem factum.

Quòd trahatur dicta promiſſio ad teſtamentum antea factũ, vbi alicui per principẽ promittitur teſtari, & ſic princeps videtur validaſſe teſtamẽtum antea factum, & illud ratum habere, probat text. in l. ſi quis filio ex hæredato. §. irritum verſic. qua ratione. ff de iniuſt. rupt. teſtam. vbi colligit. Bal. quòd promittens de nouo facere, videtur confirmare iam factum, niſi aliqua ratio in contrarium ſubeſſet, ſecundum, quòd dicunt Moderni, & Paul. de Caſtr. in d. §. irritũ, & in l. hæc conditio filiæ meę §. ſi ſic. ff. de cond. & dem. vbi dicit habuiſſe de facto quęſtionem ſub his terminis, emphyteuta vel feudatarius vendidit rem irrequiſito domino pro quadraginta, & ſic ceciderat à iure ſuo, poſteà videns ipſe, quòd malè fecerat requiſiuit dominum, quòd ſi vellet emere pro quadraginta daret ſibi potiùs, quam alteri, dominus recuſauit accipere, dedit licentiam, quòd venderet cuicunque ſibi placeret pro illo prętio, qua nolebat ipſe emere niſi pro viginti, poſteà peruenit ad notitiam domini, quòd illi vendiderat ante licentiam, & ſic quòd ceciderat in commiſſum: & ideo volebat dominus petere rem tãquam ad eum deuolutam quærebatur, an poſſet, & tex. in d. §. irritum allegabatur contra dominum, quia ex quo conceſſit, quòd poſſet vendere, videbatur etiam venditionem factam ratam habere; tamen dicit ibi Paul. de Caſtr. quòd hoc eſt verũ, ſi ſciebat dominus tempore quo conceſſit licentiam, fuiſſe factam venditionem, quia tunc videtur renuntiare pœnæ commiſſæ argum. l. 2. in prin. ff. ſi quis caut. & l. poſt diem. ff. de leg. commiſſ. ſecùs ſi ignorabat, quia non eſt veriſimile, quòd ſi ſciuiſſet pœnam iam commiſſam remiſiſſet argum. l. cum de indebito. ff. de probat. & cap. ſuper hoc de renunciat. & faciliùs, quis remitteret pœnam cõmittendum, quam iam commiſſam argum. capit. quemadmodum de iureiur. & l. fin. Cod. de acquir. poſſeſſ. & ita dicit ſe reperiſſe quoſdam Vltramontanos tenere per d. §. irritum, quæ ratio tamen ceſſat, quando nulla pœna erat acquiſita principi quam videtur remittere ex ratificatione reſultante, ſeu permiſſione de nouo conceſſa.

Fortificantur premiſſa, quia ſi Papa mandat alicui prouidere de prima va-
2 catura in eccleſia, tunc enim poteſt prouideri de ea quæ tunc vacabat tempore datæ, ſaltẽm ſi Papa ignorabat illam vacare, vt tenent. Bald. Angel. & moderni in l. Titius. §. 1. per illum text. ff. de liber. & poſthu. & notatur in clem. 1. de conceſſ. præben. & per modernos in d. l. hæc conditio. ff. de cond. & dem.

Similiter dicit Bal. in l. fi. C. de ſent. q̃ ſine cert. quòd ſi teſtator legat centum pro Berta maritanda, & ipſa iam erat mari-

maritata tempore testamenti debebuntur sibi illa centum, per tex. in l. si iam facta. ff. de cond. & demon. & per l. ante pen. C. de instit. & substi.

Comprobantur prædicta per tex. ad hoc reputatum singularem in l. Iulianus. cum ibi nota. ff. qui satisda. cog. vbi si Titius sine mandato meo egit contra te nomine meo, & à te accepisset fideiussores iudicatum solui, postea pendente dicto iudicio mãdaui sibi, vt ageret contra te, videre ratificare id quod antea fecit, & ideò fideiussores, qui promiserunt solui iudicatum, obligabunt mihi, ideò infertur, q procurator habens mandatum ad substituendum, si substituat vnum, qui antea sine mandato egerat, videtur ratificare iam gesta. 4

Item videmus, q siquis ingreditur fundum animo retinendi, & continuãdi possessionem tanquam sibi priùs acquisitam, cum in veritate nũquam amplius acquisiuisset, operatur iste animus in acquirenda possessione de nouo vt probatur in l sequitur. §. item Labeo & §. de illo & vtrobique notat Bar. & Angel. ff. de vsucap. & in l. quod vulgo. ff. pro emptore, & plenius Bar. & alij communiter in l. 3. in prin. ff. de acq. poss. reprobata glosa ibi, & notat Bart. in l. gerit col. pen. ff. de acq. hære. quia illud q quis facit ad conseruandum, operatur ad inuicem l. 2. C. communia vtr. iud. l. posthumus §. fi. ff. de iniu. test. l. qui liberis. §. testamento. ff. de bon. poss. secundum tab. & l. fignis duas. §. si in venditione. ff. communia prædio. vbi fuit in contractu excepta seruitus, quæ non erat tanquam esset, & tamen operatur acquisitionem de nouo, sicut ergo verba, & animus, quæ tendunt ad conseruandum & retinendum iam acquisitũ, operantur, vt inducant acquisitionem de nouo, ita eadem ratione verba & animus, quæ tendunt ad actum de nouo faciendum, debent operari in conseruatione, seu confirmatione actus iam celebrati, cum difficilius inducatur acquisitio, quæ pœnitus fieret de nouo, quã intentio, vel conseruatio. l. patre furioso. ff. de his qui sũt sui, vel al. iur. c. quemadmodum de iureiur. 5

Pro præmissa conclusione seruit etiã text. notabilis in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit versaut quid si petitam. ff. de acq. hær. vbi si pater dixit, q rata habebat petitionem bonorũ possessionis talis hæreditatis, factam à filio suo quem in potestate habebat; inducitur per hæc verba mandatum, seu iussus de adeundo de nouo hæreditatem illo, vnde ex illo tex. notant ibi Moderni, quòd actus, qui fit ad validandũ actum iam factum importat mandatũ super actu de nouo gerendo. & propterea reprobant. glos. in l. 3. ff. de acq. poss. quam etiam reprobat. Io. de Imol. in l. qui fundum in princ. ff. pro empt.

Nec prædictis obstat si diceretur, nõ potest induci ratificatio eius qđ ignorabatur à ratificante, quia in ignorante non potest adesse consensus. l. mater. ff. de inoff. test. l. qui cũ tutoribus in prin. ff. de transact. quia respondetur, quòd sufficit esse in genere cogitatũ de actu, ad hoc vt dispositio trahatur ad illum actum in specie ignoratum, & in cognitum. l. qui iure militari. ff. de testam. mil. l. sub prætextu specierum. C. de trãsact. & hac responsione poteris respondere ad alia obstacula, & consiliari difficultates. 6

DVBITATIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Impubes, an possit testari contra legis dispositionem?*

2 *Princeps, an possit contra legem statuere in damnum alterius.*

3 *Ius partis potest princeps ex certa scientia ladere, vel tollere, & alteri dare.*

Prin-

Digitized by Google

1 PRincipis placito, an impubes poſſit teſtari contra legum diſpoſitionem, & an poſſit princeps contra legem ſtatuere in damnum alterius.

Primam quæſtionem dicit fuiſſe propoſitam coram Sereniſſimo Duce Sabaudiæ nunc regnãte Carolo Emanuele in priuato ſuo conſilio, Theſaur. deciſ. 87. qui tandem poſt plura ibidẽ per eum congeſta conſulit, ꝙ cautè ageret princeps ſi talem licentiam vni ex ſuis Magiſtratibus committeret, vt diligenter inquirerent de cauſis, & iuſta exiſtente cauſa diſpenſaret, teſtamentumque huiuſmodi cum illius aſſiſtentia cõderetur, vt malitijs hominum occurrere hoc modo poſſit; aliàs refert ibi Theſa. quòd tutiùs erit principi ab hac licentia abſtinere authoritate legislatorum, & Iuſtinianeis rationibus conſideratis, quibus adhærere bonum eſt, & in hanc ſentẽtiam dicit acceſſiſſe Excellentiſs. conſilium ſtatus, & ita principi eſſe conſulendum.

Eidem verò authori placet hæc diſtinctio, aut per teſtamentum anteceſſorum pupilli ex facta ſubſtitutione, ſi in pupillari ætate decedat, & ſimili ex hoc teſtamento præiudicium fit veniẽtibus ab inteſtato quoquomodo, & tũc nullo modo poterit princeps diſpenſare per tex. in l. ſi. vbi Ang. Alex. Dec. Iaſ. & alij. C. de teſta. milit. prout videtur cõſiderare Paul. de Caſtr. in l. reſcripta. C. de precib. Imp. offer. obſtare enim hoc caſu videtur non ſolùm ius commune, ſed etiam teſtatorũ prædeceſſorum diſpoſitio.

Aut verò nullum fit præiudicium iuri ex diſpoſitione hominis quæſito venientibus ab inteſtato, cum nullum illis ius ex antiquorum diſpoſitione quęſitum ſit, vel ei nõ ſunt adeò proximiores de familia, ad quos ſucceſſio quaſi certa ratione deferri poſſe ſperetur, & tunc quatenus talis impubes ſit doli capax, Princeps poſſit diſpẽſare, aliàs nõ, quia illo caſu hæc licentia videtur magis ſuaſione, & impulſu aliquorum impetrari, qui ſuper hæreditate iſtius pupilli viuentis deſignant, quàm quòd ipſe pupillus ita velit, quod vtinam his tẽporibus non fieret, vnde fraudibus, & malitijs hominum per Principem eſt obuiandum, & occurrendum, non autem annuendum hæc ille.

2 Quoad alteram dubitationem, reſoluendum eſt, non poſſe iuſtum Principem ſaltem de poteſtate ordinaria venire contra legem l. digna vox. C. de legi. l. ex imperfecto. C. de teſtam. c. quę in eccleſiarum vbi omnes canoniſtæ de conſtit. imò nec etiam de plenitudine poteſtatis, quia reuera non poſſumus niſi quod iuſtè, & licitè poſſumus c. faciat homo 22. q. 2. l. Nepos proculo. ff. de verbo. ſigni. Hincque doctè cecinit Claudianus Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit, occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti, nec etenim debet licere principi de poteſtate ordinaria, ſaltem ſalua conſcientia auferre ab vno illud, quod à lege concedi tur in gratiam alterius, cùm illi non liceat vnum altare diſcooperire, vt alterum cooperiat vt per Olaſc. deciſ. 169. num. 21. poſt Bald. ibi allegatum, Ideò huiuſmodi reſcriptum principis, quo vni aufert, & alteri rem tradit, tãquam contrà ius licitum, refutandum eſt à iudicibus ex facultate illis conceſſa in l. reſcripta. C. de precib. impe. offe. & iuxta opinionem Grammat. conſi. 84. nu. 3. inter ciuil. & ſequitur Gabr. lib. 5. conclu. tit. de reſti. ſpoi. concluſ. 1. num. 14. benè verum eſt, quòd Princeps non tenetur ſeruare ordinem iudiciorum, vt dicit Aſſl. deciſ. 361. num. 13. Grammat. conſi. ciu. 79. nu. 19. præſertim quando à iure poſitiuo eſt inductus, vt per eundem Aſſl. deciſ. 283. nu. 6. quia in his poſitiuis ſola voluntate princeps moueri poteſt, vt per Grammat. conſi. ciuil. 100. num. 54. & conſi. 83. num. 2. ideò poteſt non minùs, quàm ſi in priuilegio, ſeu

reſcripto cauſam ſenatui committere cùm illa clauſula, ſola facti veritate inſpecta, vt dicit Oſaſc. deciſ. 1. nu. 28. neq; dicendum eſſe contra ius tunc principis reſcriptum, ſed magis ſupra ius poſitiuum diſpenſatio, vt de Pontifice dicitur in c. propoſuit extra de conceſſ. præbend. quia princeps ſummus ſuprà ius poſitiuum eſt. Natt. conſi. 367. nume. 8. lib. 2.

3 Vlteriùs bene poteſt princeps in modico ius partis ex certa ſcientia lædere, cùm res leuis, & parui præiudicij eſt, vt in hoc caſu argumentatur Alex. conſi. 54. nu. 3. lib. 5. etiam ſine cauſa, vt aliqui voluerunt Grammat. conſi. ciu. 103. in fin. Natt. conſi. 340. num. 23. lib. 2. & ita communiter tenere Doctores in c. quę in eccleſiarum de cõſti. teſtatur Roch. de curt. in tract. de conſuetud. ſect. 5. nu. 19. vt cauſa poſſeſſorij, quæ dicitur leuis præiudicij per Burſat. conſi. 129. nu. 19. in fin. quamuis contrarium ſit in Rota Romana, vbi de ſtylo poſſeſſorij cauſa magni præiudicij eſt, vt teſtatur Verall. inter nouiſſimas deciſ. Rot. deciſ. 341. part. 2. in littera, P. maximum enim eſt commodum poſſeſſionis §. retinendæ inſtit. de interd. verſ. commodum, & latè poſſeſſionis commoditates enumerat Rip. in c. ſæpè nu. 2. de reſti. ſpol.

Non poteſt ergò princeps in totum tollere ius alterius, & alteri dare, ſi iuſtus dici velit, benè poteſt differre, & dilatoriam exceptionem concedere ad ſuum recuperandum vt in l. quoties. C. de preci. imp. off. per quem text. Doctores poſt Salycet. ibi concludunt, dilatoriam exceptionē à principe poſſe permitti: quia licèt ex Principis reſcripto, puta, differatur mobilium reſtitutio donec ſuper petitorio cognitum fuerit, non tamen aufertur iuxta illud vulgatum prouerbium, quod differtur non aufertur.

DVBITATIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an poſſit cauſam in alio iudicio indeciſam ad ſe aduocare.*
2 *Appellationem deſertam an princeps poſſit admittere.*

PRinceps, an poſſit causã in alio iudicio pendentem, indeciſam ad ſe aduocare, & an deſertam appellationē poſſit admittere.

1 Pro deciſione prioris articuli teneo affirmatiuã, ꝙ princeps poſſit cauſam in alio iudicio pendentem indeciſam ad ſe auocare proprio motu, per tex. in l. non aliter. C. pala. ſacra. largit lib. 12. arg. l. fin. C. de diu. reſcr. & per glo. ord. in c. vt noſtrum extra de appell. c. licèt de offi. delega. & c. eccleſia, extra vt lit. pend. ratio eſt, quia plena iuriſdictio in ſolo principe conſiſtit. §. ſed quod principi inſti. de iur. na. gen. maximus enim iudex eſt princeps ſuper omnes iudices, l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact. & cùm princeps poſſit ex toto reuocare aliquem iudicem, prout & quilibet poteſt ſuum vicarium ad libitum reuocare, vt not. Bal. in l. ſolent. §. ſicut. ff. de off. proconſ. fortiùs poterit ad ſe cauſam in alio iudicio pendentem auocare, ſeu reuocare iuxta not. in d. c. vt noſtrum de appell.

Qui verò produxerit cauſam auocari à Curia inferiori ad ſuperiorem, ille, ſiue fuerit actor originarius, ſiue non, producet acta in curia ſuperiori. Guid. Pap. quæſt. 440. nu. 2.

Negotij verò vel cauſæ auocationē fieri poſſe per ſuperiorem, & quando, ſcribit Henri. Bohic in d. c. vt noſtrum, & Specu. in titu. de cenſi. §. nunc videamus per tot. & de iud. dele. §. reſtat verſ. item reuocato, quibus in locis habes, quando Papa vel Princeps reuocat ad ſe viua voce negotium, an ſit plùs, quã ſi ad eum appelletur.

Quoad

Quoad alteram dubitationem ſcien dum eſt, quòd princeps ad ſupplicatio nem partis poteſt admittere delertam
2 appellationem per aliquam veriſimilē præſumptionem, quæ principem ad eā moueat, vt docet Innoc. in c. ex litteris in fi. extra de reſtit. in int. & Abb. ibid. imò idem poteſt facere præfectus prætorio vt dicit Innoc. ibid. in gl. in verſ. matri poteſt etiam princeps dare eleuamentum temporis, ſi pars fuerit negligens in appellando, ſeu in appellatione interponenda, introducenda, vel proſequenda, per tex. in l. 2. §. ſi ita contigerit, ibi, à noſtro numine reparationem peti præcipimus. C. de tempo. appella.

DVBITATIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an poſſit reuocare, & quando priuilegia mera ſubditis conceſſa.*
2 *Succeſſor an teneatur ſtare contractib. anteceſſorum initis cum ſubditis.*

PRinceps an reuocare poſſit, & quando, priuilegia mera ſubditis conceſſa.

1 Regulariter loquendo priuilegia ſubditis conceſſa poſſunt reuocari ſecundum Felyn. in c. nouit nu. 10. de iudic. conceſſa verò non ſubditis, cùm fuerint facta tempore quo ſe ſubiecerant, vel paulò poſt, ſine cauſa legitima reuocari non poſſunt, vt ferè in terminis ſcribit eleganter Iaſ. conſi. 1. nu. 4. lib. 1. Paul. de Caſt. in conſi. 313. num. 6. & 7. & his ad ſtipulatur ſcripta per Socin. in l. ſi ex toto in fi. verſ. 7. concluſio. ff. de leg. 1. vbi inquit, q̃ ſi Caſtrum, ſeu oppidum alicui ſe ſubijcit domino, cum certis tamen capitulis, ſubditum eſſe cenſetur quoad illa capitula tantū, quo verò ad alia non, vel dici poteſt iſtud procedere in priuilegijs ſimpliciter conceſſis, ſecùs autem ſi in vim contractus tranſeant, ita reſponder Dec. conſi. 286. num. 6. Fely. in d. c. nouit col. 5. verſ. aliquando verò priuilegium cōceditur ſubdito, & num. 18. verſi. limita de iudic. Soci. conſ. 4. num. 5. vol. 3. cum infinitis concordantibus adductis per Portium lib. 5 comm. opi. concluſ. 19.

Conceſſiones vero habentes perpetuam commenſurationem cum re cōceſſa Princeps reuocare non poteſt. Bal. in l. qui ſe patris colum. 7. verſ. hoc ſcias. C. vnd. lib. quem ſequitur. Fely. in d. c. nouit num. 8. 9. & 10. & 12. de iudi. Roman. conſi. 436. col. pen. Dec. conſi. 286. num. 4. Pariſ. conſi. 82. nu. 48. vol. 1.

Inferior quoque à Principe priuilegium datum reuocare non poteſt. Feli. d. cap. nouit. num. 11. poſt Bald. Abb. & alios per eum allegatos. Dec. in capit. quæ in eccleſiarum colum. 12. verſicu. quarta declaratio de conſtituti. potiſſimum ſine cauſa, vt declarat. Ruin. conſi. 230. num. 4. iuncto. num. 9. verſ. & idem etiam poteſt lib. 1.

Nec pariter reuocari poſſunt à Principe contractus ſiue tranſactiones initæ cum principe ab vniuerſitate in remunerationem meritorum. Rom. cōſi. 26. col. 2. verſ. concludo ergo, & conſil. 436. col. pen. Fely. d. c. nouit num. 12. Tiraq. in repet. l. ſi vnquam verſi donatione largitus nu. 13. & 14. & ibi Rip. q. 14. C. de reuoc. donat.

Vbi verò ex capite ingratitudinis q̃ratur, an conuentiones poſſint reuocari, præſuppoſito, quòd reuocatio admittatur, tamen quando pœnam, & cauſā ingratitudinis quis remiſit, per tacitum vel expreſſum conſenſum præſtitum, puta acceptando deinde ſolutiones cēſus debiti èx forma conuentionum, & ſine alia proteſtatione, prædictæ reuocationi non erit locus arg. not. per glo. & Docto. in l. 2. C. de iur. emphyt. Alex. conſil. 105. vol. 3.

2 Et licèt ſucceſſor non teneretur ſtare contractui anteceſſoris, ex eo quia non fuerit conſumatus tempore rogi-

tus, sed erat consumandus tẽpore successorum prout dicit. Affl.in d. qui succes. feud. dar.tenean.col.16.vers.4. fallit tamen,quando sumus in contractibus,attenditur tempus contractus, & si porrigat effectum singulis annis, vt respondet. Paul.de Cast.in l.si Stichum.§. stipul.ff.de verb.obl.Ruin.consi.34.col. 2.volum.2.

Ex præmissis colligere etiam possumus,quòd † successor principis non tenetur ex noua causa stare cõtractibus antecessorum initis cum subditis iuxta not.per Fel.in c.1.num.6.de proba.post Bald.in l.fin. ff. de senat. & alios per cũ relatos concludẽtes, principem infringere posse contractus,& priuilegia,etiã non subditis, cõcessa ex noua, & iusta causa, vt puta propter ingratitudinem contrahentium vt exemplificat. Ioan. Cro.in Omnes populi col.21.ff.de iust. & iur.Bald.in l.digna vox in fi. C.de legib.Dec.in c.quæ in ecclesiarum . colu. 11.vers.2.principaliter, & col. 16.de cõstit.Fely.in d.c.nouit col. 8.vers.4.limita de iudic.Oldra.consil. 65. num.8.quod multò magis procedit in priuilegijs cõcessis subditis.glo.in c.decet vers. & nota de reg.iur.in 6. latè. Alex.consil.216. nume.16.& 22.vol.2.Affl. decis.361.nu. 6. quæ præcipuè possunt à principe reuocari ob subditorum ingratitudinẽ, & iustam causam,ob quam, seu ob crimina subditus amittit priuilegia quæcunque franchisias, & conuentiones: Bal.in l.2.in fin.C. de libert.& eorum liber.quem sequitur.Ias.consil.227.col.fi. volumin. 1.

In alijs verò casibus successores principum,Ducum,siue Marchionum ligãtur pacto antecessorum suorum, quia in his qui per successionem admittuntur indubitanter est concludendum successorem pacto antecessoris ligari, ad differentiam Imperatoris qui non transmittit imperium ad successorem, sicut Comes comitatum saltem de consuetudine.Soc.cons.165.num.29.& seq. Affl.de his qui feud.dar.poss.col.4.vers. quartum,& vltimum genus.Bar. consi. 72.col.2.vers. 4.

2 Et quòd successor in Regno, siue comitatu teneatur obseruare contractus, seu conuentiones antecessorum, tenet Bald.in d.tit.qui feud.dar.poss. num. 35. & in d.l. digna vox in fi.C.de legib. vbi dicit,quòd pacta,quæ hodie fiunt cum regibus sub nomine suæ gentis porriguntur ad successores, refert, & sequit. Paul.de Castr.d.l.digna vox nu. 3.Alex. consi.124.col. 1.vers. ex quibus volum. 1.vbi ait, successorem in dignitate non posse conuenire cõtractui per antecessorem facto.Mart. Lauden. de princip. num.127.Socin.consil.10.num.27.inter consilia Bruni. Ioann. Iacob. de Leonard.consi.114.nu.198.Soc.iun. consil. 60.num.18.& seq.li.3.Fel.d.c. nouit col. 7.vers.aut verò priuilegium.Affl.decis. 392.num.17.Dec.consil.128. nume.9. & seq de communi Ias consi.1.col.3.vers. circa secundum dubium vol.1.& latiùs consi. 10.num.1.& seq.volu.3. & consil. 86.col.5.lib. 3. vbi loquitur in successore Pontificis.Crau.consi.241.nu.17. Parisi.consi.2.nu.132.lib.4. Rol.à Vall. cõs. 1.nume.42.& sequ.lib.2.Boer decis.204. num.47.Natt.cons.636.num.13. lib.3.& consil.122.num.3.lib.1. imò à præsumpto etiam contractu principi sine causa non licet recedere.Afflic. de prohib. feud.alie.per Feder.§.præterea Ducatus in 6.notab.nu. 54.& seq.Paul.de Castr. consil.313. col.1.in fin. vol.1.Ias.consil. 227.colum.4.versi.3.facit.& col.6. versi. sexto facit.

DVBITATIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, vel rescriptum principis vtrum expediat, quòd mandetur scripturæ.*
2 *Scriptura, an requiratur ad effectum gratiæ.*
3 *Gratia dicitur perfecta ex solo verbo, fiat.*

4 *Verbum*

4 *Verbum, fiat, importat de præsente, & non de futuro.*
Scientia certa principis.
5 *Potest probari etiam per testes.*
6 *Gratia signata per fiat, præfertur prouisioni per concessum.*
7 *Signatura si fiat, motu proprio, & alia fiat sine motu proprio, illa per fiat præfertur.*
Motus proprius habet multos effectus ibid.
8 *Prouisus per fiat, præfertur prouiso per concessum.*
9 *Papa vtitur verbo, fiat, sicut Deus, fiat lux.*

DRincipis rescriptu, aut priuilegium vtrum expediat, quòd mandetur scripturæ, & an ad effectum gratiæ requiratur scriptura.

Vbi loquimur de priuilegio principis, non est necesse, quòd redigatur in
1 scripturam, † eodem modo nec Papæ, vt est casus in clem. 1. de sepult. & not. Angel. in l. 1. in fi. C. de sent. pass. & ideò si Papa concessit alicui ecclesiæ Indulgentiam, quæ notoriè proclamatur in certa die festiua, sufficit, etsi non appareat in scriptis.

Ad effectum verò gratiæ principis non requiritur scriptura, sed ad eius
2 probationem, † ita Bal. in l. siquà per calumniam. C. de episc. & cler. & in l. humanum. C. de legib. vnde si Papa moritur antequam litteræ fierent non expirat gratia, sed debent de illa gratia expediri litteræ sub bulla successoria, faciendo mentionem de gratia facta per prædecessorem, ergo si litteræ non expediantur per successorem, illa gratia non probatur per illam signaturam. Affict. decis. 253. num. 4. sed aduerte, quòd in huiusmodi præcipuè attenditur. Stylus Cancellariæ principis ideò longæuus vsus causarum potest allegari pro iure, siue tendat ad litem ordinandam, siue decidendam, vnde lex appellat stylum vsum Imperatoris vt in l. 3. in fin. ff. de suppell. lega. & ideò actus principis non dicitur consuetudo, sed stylus. Abb. in c. bonæ il 2. de postul. prælat. gl. in l. circa. ff. de probat. Bal. in l. 2. C. quæ sit long. consuet. & de effectu potentiaque styli Principis differit. Felyn. in c. 2. de rescr.

Et licèt in priuilegio attendatur tempus datæ quoad nuntiationem gratiæ, tamen quoad eius executionem requiritur, quod litteræ exeant de Cãcellaria cum non contineant actum perfectũ statim signata supplicatione. vt in l. benè à Zenone vbi Bald. in 2. lectu. C. de quadr. prescr. nec dicatur assensus principis datus nisi fuerit sigillatus in scriptis quia sigillum est de substantia litterarum principis. facit tex. in l. tribunus. §. fin. ff. de testa. milit. vbi attenditur tempus sigillationis. Bal. in l. fallus colu. 10. C. de furt.

Benè tamen verum est, quòd gratia
3 dicitur perfecta ex solo verbo, † fiat. Bal. in l. fin. in prin. C. de communi seruo manum. & in l. fin. 2. col. vers. & ideò fuit. C. de sentent. rescin. non posse idẽ. Bald. in l. humanum in fin. C. de legib. Dec. consi. 75.

Quòd verbum, fiat, importat de præsenti, & non de futuro, idest, quòd nũc
4 assentimus. vt † refert. Fely. in c. 1. de cõstit. & per. consequens nullus deberet dicere, quòd princeps nõ assensit pro eo, quia eius assensus nõ est sigillatus quia nullus, principis sensum debet contemnere. l. fi. C. de legi. & l. 2. C. de crim. sacr. & vbi opponatur de stylo posset replicari de veritate, quæ vincit stylum. c. veritati 8. dist. quæ veritas est res solidissima, & murus inespugnabilis. Bald. in c. sicut de probat.

Cum verò expeditio fit per verbum
5 fiat ex certa scientia, † tunc ista certa scientia principis potest probari etiã per testes. Bald. in c. 1. in princ. per quos fiat inuesti.

Gratia autem principis potest fieri sine litteris vt dixi de priuilegio, & valet gratia etiam sine litteris, & sine bulla. Innocent. in capitul. constiturus in verb.

tus, sed erat consumandus tẽpore successorum prout dicit. Affl.in d. qui succ. feud. dar.tenean.col.16.vers.4. fallit tamen,quando sumus in contractibus,attenditur tempus contractus, & si porrigat effectum singulis annis, vt respondet. Paul.de Cast.in l.si Stichum.§. stipul.ff.de verb.obl.Ruin.consi.34.col. 2.volum.2.

Ex præmissis colligere etiam possumus,quod † successor principis non tenetur ex noua causa stare cõtractibus antecessorum initis cum subditis iuxta not.per Fel.in c.1.num.6.de proba.post Bald.in l.fin. ff. de senat. & alios per eũ relatos concludẽtes, principem infringere posse contractus,& priuilegia,etiã non subditis, cõcessa ex noua, & iusta causa, vt puta propter ingratitudinem contrahentium vt exemplificat. Ioan. Cro.in Lomnes populi col.21.ff.de iust. & iur.Bald.in l.digna vox in fi. C.de legib.Dec.in c.quæ in ecclesiarum . colu. 11.vers.2.principaliter, & col. 16.de cõstit.Fely.in d.c.nouit col. 8.vers.4.limita de iudic.Oldra.consil. 65. num.8.quod multò magis procedit in priuilegijs cõcessis subditis.glo.in c.decet vers. & nota de reg.iur.in 6. latè. Alex.consil.216. nume.16.& 22.vol.2.Affl. decis.361.nu. 6. quæ præcipuè possunt à principe reuocari ob subditorum ingratitudinẽ, & iustam causam,ob quam, seu ob crimina subditus amittit priuilegia quæcunque franchisias, & conuentiones. Bal.in l.2.in fin.C. de libert.& eorum liber.quem sequitur.Ias.consil.227.col.fi. volumin. 1.

2

In alijs verò casibus successores principum,Ducum,siue Marchionum ligãtur pacto antecessorum suorum, quia in his qui per successionem admittuntur indubitanter est concludendum successorem pacto antecessoris ligari, ad differentiam Imperatoris qui non transmittit imperium ad successorem, sicut Comes comitatum saltem de consuetudine.Soc.cons.165.num.29.& seq. Affl.de his qui feud.dar.poss.col.4.vers. quartum,& vltimum genus.Bar. consi. 72.col.2.vers.4.

Et quòd successor in Regno, siue comitatu teneatur obseruare contractus, seu conuentiones antecessorum, tenet Bald.in d.tit.qui feud.dar.poss. num. 35. & in d.l. digna vox in fi.C.de legib. vbi dicit,quòd pacta,quæ hodie fiunt cum regibus sub nomine suæ gentis porriguntur ad successores, refert, & sequit. Paul.de Castr.d.l.digna vox nu. 3.Alex. consi.124.col. 1.vers. ex quibus volum. 1.vbi ait, successorem in dignitate non posse conuenire cõtractui per antecessorem facto.Mart. Lauden. de princip. num.127.Socin.consil.10.num.27.inter consilia Bruni. Ioann. Iacob. de Leonard.consi.114.nu.198.Soc.iun. consil. 60.num.18.& seq.li.3.Fel.d.c. nouit col. 7.vers.aut verò priuilegium.Affl. decis. 392.num.17.Dec.consil.128. nume.9. & seq de communi Ias.consi.1.col.3.vers. circa secundum dubium vol.1.& latiùs consi. 10.num.1.& seq.volu.3. & consil. 86.col.5.lib. 3. vbi loquitur in successore Pontificis.Crau.consi.241.nu.17. Paris.consi.2.nu.132.lib.4. Rol.à Vall. cõs. 1.nume.42.& sequ.lib.2.Boer decis.204. num.47.Natt.cons.636.num.13. lib.3.& consil.122.num.3.lib.1. imò à præsumpto etiam contractu principi sine causa non licet recedere.Afflic. de prohib. feud.alie.per Feder.§.præterea Ducatus in 6.notab.nu. 54. & seq.Paul.de Castr. consil.313. col.1.in fin. vol.1.Ias.consil. 227.colum.4.vers.3.facit.& col.6. vers. sexto facit.

DVBITATIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, vel rescriptum principis vtrum expediat, quòd mandetur scripturæ.*

2 *Scriptura,an requiratur ad effectum gratiæ.*

3 *Gratia dicitur perfecta ex solo verbo, fiat.*

4 *Verbum*

Digitized by Google

4 *Verbum, fiat, importat de præsente, & non de futuro.*
Scientia certa principis.
5 *Potest probari etiam per testes.*
6 *Gratia signata per fiat, præfertur prouisioni per concessum.*
7 *Signatura si fiat, motu proprio, & alia fiat sine motu proprio, illa per fiat præfertur.*
Motus proprius habet multos effectus ibid.
8 *Prouisus per fiat, præfertur prouiso per concessum.*
9 *Papa vtitur verbo, fiat sicut Deus, fiat lux.*

PRincipis rescriptu, aut priuilegium vtrum expediat, quòd mandetur scripturæ, & an ad effectum gratiæ requiratur scriptura.

Vbi loquimur de priuilegio principis, non est necesse, quòd redigatur in
1 scripturam, † eodem modo nec Papæ, vt est casus in clem. 1. de sepult. & not. Angel. in l. 1. in fi. C. de sent. pass. & ideò si Papa concessit alicui ecclesiæ Indulgentiam, quæ notoriè proclamatur in certa die festiua, sufficit, etsi non appareat in scriptis.

Ad effectum verò gratiæ principis non requiritur scriptura, sed ad eius
2 probationem, † ita Bal. in l. siquà per calumniam. C. de epis. & cler. & in l. humanum. C. de legib. vnde si Papa moritur antequam litteræ fierent non expirat gratia, sed debent de illa gratia expediri litteræ sub bulla successoria, faciendo mentionem de gratia facta per prædecessorem, ergo si litteræ non expediantur per successorem, illa gratia non probatur per illam signaturam. Afflict. decis. 253. num. 4. sed aduerte, quòd in huiusmodi præcipuè attenditur. Stylus Cancellariæ principis ideò longæuus vsus causarum potest allegari pro iure, siue tendat ad litem ordinandam, siue decidendam, vnde lex appellat stylum vsum Imperatoris vt in l. 3. in fin. ff. de suppell. lega. & ideò actus principis non dicitur consuetudo, sed stylus. Abb. in c. bonæ il 2. de postul. prælat. gl. in l. circa. ff. de probat. Bal. in l. 2. C. quæ sit long. consuet. & de effectu potentiaque styli Principis differit. Felyn. in c. 2. de rescr.

Et licèt in priuilegio attendatur tempus datæ quoad nuntiationem gratiæ, tamen quoad eius executionem requiritur, quod litteræ exeant de Cãcellaria cum non contineant actum perfectũ statim signata supplicatione. vt in l. benè à Zenone vbi Bald. in 2. lectu. C. de quadr. prescr. nec dicatur assensus principis datus nisi fuerit sigillatus in scriptis quia sigillum est de substantia litterarum principis. facit tex. in l. tribunus. §. fin. ff. de testa. milit. vbi attenditur tempus sigillationis. Bal. in l. falsus colu. 10. C. de furt.

Benè tamen verum est, quòd gratia
3 dicitur perfecta ex solo verbo, † fiat. Bal. in l. fin. in prin. C. de communi seruo manum. & in l. fin. 2. col. vers. & ideò fuit. C. de sentent. rescin. non posse idẽ. Bald. in l. humanum in fin. C. de legib. Dec. consi. 75.

Quòd verbum, fiat, importat de præsenti, & non de futuro, idest, quòd nũc
4 assentimus. vt † refert. Fely. in c. 1. de cõstit. & per. consequens nullus deberet dicere, quòd princeps nõ assensit pro eo, quia eius assensus nõ est sigillatus quia nullus, principis sensum debet contemnere. l. fi. C. de legi. & l. 2. C. de crim. sacr. & vbi opponatur de stylo posset replicari de veritate, quæ vincit stylum. c. veritati 8. dist. quæ veritas est res solidissima, & murus inespugnabilis. Bald. in c. licut de probat.

Cum verò expeditio fit per verbum
5 fiat ex certa scientia, † tunc ista certa scientia principis potest probari etiã per testes. Bald. in c. 1. in princ. per quos fiat inuesti.

Gratia autem principis potest fieri sine litteris vt dixi de priuilegio, & valet gratia etiam sine litteris, & sine bulla. Innocent. in capitul. constitutus in

verb.

verb. iuramento de reſcript.

Gratia verò ſignata per fiat, prę-
fertur
6 prouiſioni per conceſſum, quando cō-
currunt, quia Papæ prouiſio propter
prærogatiuam præferri debet. c. ſi à ſe-
de de præb. in 6. Felyn. in c. Rodulphus
de reſcr.

Et ſi vna ſignatura eſſet, motu pro-
7 prio, † in alia fiat ſine motu proprio, illa
per fiat, præfertur, licèt alios multos ef-
fectus habeat motus proprius quos re-
fert. Felyn. in c. cauſam de teſtib.

Imò prouiſus per fiat, præfertur pro-
8 uiſo per conceſſum, † etiamſi is habe-
ret poſſeſſionem ita deciſum refert. Caſ
ſiodor. in reg. cancel. rub. de præben. de
ciſ. 14. & hæc ſeruiunt in prouiſionibus
papalibus.

Rario eſt quia Papa vtitur verbo, fiat,
9 ſicut Deus Opt. Max. in mundi creatio-
ne, fiat lux, & facta eſt lux. Gen. 1. & de
hac materia vid. Rebuff. in ſua prax. be-
nef. in 2. par. ſignatur per tot.

DVBITATIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, vel conſuetudo principis an vni-*
co actu contrario perdatur, & quando.
2 *Actus plures contrarij requiruntur ad tollen-*
dam conſuetudinem declara. vt ibid.

RIncipis, vel qđlibet aliud priuilegium, vel conſuetu-
do, an vnico actu contra-
rio perdatur.

Regulariter vnico actu
1 contrario perdi priuilegium † docet.
text. in c. cum acceſſiſſēt de conſtit. & c.
pro illorum de præbend.

Intelligi tamen dummodo actus cō
trarius priuilegio ſit ſortitus effectum,
alias ex ſolo conatu non dicitur quis ei
renuntiare ita reſoluit. Rot. de ca. poſſ.
& propr. deciſ. 8. in nou. vbi quis per
actum contrarium videtur recedere, &
renuntiare priuilegio, quia vnico actu
contrario perditur priuilegium, quòd
ibidem firmatur eſſe verum, ſi ille actus
haberet, ſiue habuiſſet ſuum effectum,
puta ſi ſuſpendens primò petitorium,
& poſteà reaſſumens obtinuiſſet ſentē-
tiam in petitorio, & vellet tunc iterum
ſuſpendere petitorium, iſtud non lice-
ret, quia petitorium traheret ad ſe poſ-
ſeſſorium c. cum dilectus de cauſ. poſſ.
& propr. & c. ſignificauerunt de teſtib.

Sūt verò caſus in quibus vnius actus
2 tollit priulegium, vel conſuetudine
primus eſt, quando illi inter quos eſt in
ducta conſuetudo, faciunt collegiali-
ter, & ſcienter actum contra priuile-
gium, & conſuetudinem, quia tunc ſi-
cut actus factus cōtra priuilegium, vel
ſtatutum tollit priuilegium, vel ſtatutū
ita tollit conſuetudinem, & conſuetu-
dinis priuilegium.

Et hæc procedunt in actu facto ab
aliquo priuato ſcientibus, & patienti-
bus alijs ita declarat. Abb. in d. c. pro il-
lorum colu. 2. verſ. in conſuetudine eſt
magnum dubium de præb.

Secundus caſus eſt quando vnius
actus factus ab vno non eſt momenta-
neus, ſed continuus, quia ſi durat tanto
tempore ſcientibus illis de populo quā
to fuit inducta conſuetudo dicitur ſub
lata conſuetudo vel conſuetudinis, vel
principis priuilegium tex. eſt in c. cum
de beneficio de præbend. in 6. & Felyn.
in c. cum omnes de conſtit.

Tertius eſt caſus eſt in priuilegio, vel
conſuetudine quæ non requirit præ-
ſcriptionem, quia etiam ſecunda recēs
tollit priorem ſecundum. Bald. in c. 1. §.
notandum col. 2. qui feud. dar. poſſ. per
tex. allegationū. in l. Milla. §. 1. ff. de ali.
& cib. lega. vbi id, quòd teſtator facie-
bat tempore proximo morti dicitur ſo
litum ab eo fieri, licèt antea diuerſimo
dè id feciſſet, & ſic in cognoſcendo te-
ſtatoris priuilegium, vel conſuetudinē
non conſideratur præſcriptio.

Quartus caſus eſt vbi agitur poſſeſſo
rio, quia tunc priuilegium, vel conſue-
tudo

tudo non præſcripta derogat præſcriptioni, ſed hæc procedunt vbi agitur petitorio ita firmat. Bal. in c.1.in princ. de feud.cog.Io. An.& alii Doct.in c.cũ eccleſia in gl.1.de elect.

Quintus caſus eſt vbi priuilegium, vel conſuetudo erat in fieri, ſed nondũ completa, quia vnus actus contrarius interrumpit eam, cum appareat de tacito conſenſu populi, quod non velit inducere conſuetudinem faciendo actum contrarium argu.l.vbi repugnãtia.ff.de reg.iur. in c.ſolitudinem in fin. de appell.ita dicit.Abb.in c.fin.de conſuetud.

Et licèt ad tollendam conſuetudinẽ requirãtur regulariter plures actus cõtrarij vt notatur in c. cum acceſſiſſent de conſuet. Tamen ſtatutum tollitur vnico actu contrario, ſicut vnico actu factum eſt ſecundum. Abb.in d. c.cum acceſſiſſent in vlt. notab. & in c.ad audientiam in fin. de cler. non reſid. vbi dicit.Abb.notandum, quòd ſi ſtatuentes faciunt ſcienter actum contra ſtatutum videntur ipſum tollere,nec requiritur lapſus alicuius temporis prout in tollenda principis lege iuxta tex.in c.fi. de conſuet.

Quòd tamen fallit in ſtatuto fauorabili eccleſiæ,quia per vnicam conuentionem non tollitur, imò vnus de eccleſia ſolus poteſt reſiſtere omnibus,& facere actum retractari ita dicit Abb. in c.pro illorum col.2. de præben.prout, & fallit in ſtatuto confirmato contra clauſulam decreti per tex.in c.dilecto de præben.quia per vnicum actum non tollitur. fallit etiam in ſtatuto cõfirmato confirmatione neceſſaria per notata in l.omnium, C.de teſtam. fallit pariter quando ſtatuentes conuenerũt ſtatuto diſpenſando de gratia, quia qđ ob gratiam alicuius conceditur. ad cõſequentiam trahi nõ debet cap. petiſti 7.q.1.c.priuilegium de reg.iur.in 6.

DVBITATIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Contrauenies priuilegio principis dato ad aliquid non faciendum, an videatur ipſi renunciare, & an conſequenter ipſum amittat.*
2 *Doctor priuilegiatus, vt non teneatur diſputare, ſi diſputat, videtur renunciare priuilegio.*
3 *Declaratur præmiſſa concluſio de contraueniente priuilegio principis.*
4 *Canonicorum vnica contrauentio non præiudicat canonicis.*
5 *Priuilegium in quo adſit clauſula decreti, vel alia prohibitiua non amittitur per contrauẽtionem, vel per præſcriptionem.*
6 *Priuilegio quis renunciare non dicitur ex ſolo contractu.*
7 *Priuilegium ſicut non inducitur vno actu, ſed pluribus, ita contrauentione multiplici tollitur.*
8 *Conſuetudo 10. annorum ſufficit ad tollendam conſuetudinem.*

PRincipis, vel ſuperioris priuilegio dato ad aliquid non faciendum, contrauenies, an videatur ipſi renunciare, & an conſequenter ipſum amittat?

Et quòd cẽſeatur talis contrauenies
1 renunciare priuilegio præallegato, & ipſum amittere; probatur arg. c.priuilegium. 11.q.3. cum concord. & eſt caſus in c.cum receſſiſſent de conſtit.& in l.2.C.de iure dot. impe. Bart.in l.1. C.de his qui ſponte muni.lib.12. vbi videtur velle,quòd priuilegiatus ne ſoluat præſtantias, ſi ſponte ſemel ſoluit, præiudicat ſibi in futurum, niſi fuerit proteſtatus, & adde etiam Bart.in l.2.ff.de veteranis, & Io.Andr.in reg.acceſſorium de reg.iur.in 6. in mere. concludendũ, quòd Doctor priuilegiatus, vt non te-
2 neatur diſputare, ſi diſputat,videtur renũtiare priuilegio tangit, & Iaſ.in l.beneficium nu.58.ff.de conſt.princ.

Ad

Digitized by Google

Ad idem faciunt notata per Ang. in l.1.§.si quis tutor. ff. quando appell. sit. vbi dicit, quòd si habens immunitatē à datijs, & collectis describitur in libro talium grauaminum, & si sciens non appellet infra decem dies, perdit exēptionem.

Declaro tamen præmissam conclu-
3 sionem dummodo princeps, vel superior nihil sibi reseruauerit, secùs si aliquid sibi reseruasset, quia non potest tunc priuilegiatus renuntiare priuilegio, nisi quatenus particulariter eum tāgit, secundum omnes in d.c.cum accessissent de constitu. per text.in c.cum tempore de arbitr. & c. cum venissent de instit.

Declaro insuper dummodo contraueniatur priuilegio directe, secùs si nō directè, vnde siquis habet priuilegium generale ne subeat aliqua munera publica, vel honores, & spontè acceptauit vnum non præiudicat sibi in alijs, nec etiam in illo si denuò eligatur ad illud fin. Abb. d. c.cum accessissent per tex.in l.voluntariè. C. de excus.tut. nisi acceptasset officium ex quo fit promotio ad alia officia, puta decurionatum iuxta text. in l.1. de his, quæ spont. qua ratione connexitatis videtur sibi præiudicare arg.c.translato de constit.

Vlterius intellige,quòd p̄cedat præmissa conclusio,dummodo talis contrauentio fiat ab eo, qui posset expressè renunciare priuilegio, aliàs nō procedit.ita Felyn.d.c.cum accessissent sub num.29. hinc est, quod si persona ecclesiæ cui est datum priuilegium, contraueniunt priuilegio, non perdit ecclesia priuilegium, nisi 40. annis contra eam præscribatur; casus est in c.accedentibus de priuil. cui est standum, licèt de alio tempore dicatur in c.si de terra de priuil. per tex.in c.de quarta de præscript.

Hinc infertur, quòd si priuilegiū re-
4 spexisset vtilitatem ecclesiæ, vnica cōtrauentio canonicorum non præiudicasset canonicis, & non possent tollere priuilegium ecclesiæ, vt decidit. Inoc.in d.c.accedētibus quem sequitur. Abb.in ca. cum accessissent de constit. Inferri etiam potest, quòd si singulares personæ de populo contrauenirēt priuilegio concesso ipsi populo, per hoc non perdit ciuitas priuilegiū,quia actus eorum non nocet vniuersis, nisi præcessent tractatus per ea, quæ notantur in c.cūm omnes de constit.

Intelligēda pariter erit præmissa cōclusio, nisi in priuilegio esset clausula decreti, vel alia prohibitiua, quia tunc neque per conuentionem, neque per præscriptionē amitti potest, ita firmat
5 Archid.in c.cum de beneficio de præbend. in 6. dum dicit, quòd si Papa dat priuilegium Abbati prohibendo, ne beneficia monastica conferat clericis secularibus, dato, quòd contra illud priuilegium longo tempore factū fuerit, tamen non est ei derogatum, quia apparet de intentione principis, quam inferior abrogare non potest.

Intellige etiam præmissam conclusionem, dummodo actus contrarius priuilegio sit sortitus effectum, aliàs ex
6 solo conatu non dicitur, quis ei renunciare, Fely.d.c.cum accessissent sub nu. 30. vers.6. limita. quod & confirmatur, quia licèt etiam in criminalibus conatus regulariter puniatur pro effectu. l. siquis cum telo. C.ad l.Corn.de sicar.& l.siquis non dicam. C.de epis.& cleric. tamen in ciuilibus secus est, vt per Bal. vbi glo.parua, in l.si constiterit.l.fin.regu. & notat idem Bald.in d.l. siquis nō dicam rapere.

Declaro quoque præmissam regulā procedere, dummodo priuilegium sit natum ex vnico actu momentaneo,puta ex statuto, vel priuilegij concessione, quia etiam vnico actu tollitur, secùs si esset quæsitum ex consuetudine,
7 quia tunc sicut non est inductum vno actu, sed pluribus, ita multiplici contrauentione tolli debet.ita dicit Inno.

in

Digitized by Goo

in d.c.accedentibus de priuil.& est glo. trita in l.nemo.§.temporalis. ff.de regu. iur.quam sequitur. Bald. in d.c.cum accessissent de constit.& in l.2. in princ.ff. solut.matr.in l.de quibus.ff.de legi.& in hoc subdit Abbas in c.fin. de consuet.
8 quòd consuetudo decem annorũ,sufficiet ad tollendam consuetudinem,& sic ipse intelligit glosam in d.§. temporalis, quæ de hoc in specie nil videtur dicere, sed tamen pro Abb. in d.c.fin. facit, quia siue consuetudo, quæ tollitur sit contra ius, siue præter ius, ista quæ eam tollit, est præter ius, vel secũdum ius, & ideò sufficiunt decem anni, sicut in omni consuetudine, quæ non est contra ius.vt est gl.ord.in d.c.fi.in gl. 3.de consuetud in 6.Ideò si ageretur de tollenda consuetudine inducta contra ius per 40. annos, iuxta d.c.fin.de consuet.non per hoc requireretur 40. anni ad eam tollendam, quia per hanc cõtrariã res reuertit ad ius cõmune ideò in destruendo non est opus ea solemnitate, quæ fuit necessaria in construẽdo, vt dicit Fely.in d.c.cum accessissent in 3.notab. vers.hæc intellige de const.

DVBITATIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum seu priuilegium principis datum ad aliquid faciendũ,an perdatur spatio decẽ annorum si priuilegiatus eo non vtitur. & num.3.*
2 *Consuetudo nõ inducitur per actus negatiuos*
4 *Facultas quando præscribatur.*

PRincipis, vel superioris priuilegiũ datum ad aliquid faciẽdũ, an perdatur spatio decem annorum, si priuilegiatus eo non vtitur.

Firmo regulam, quòd perdatur huiusmodi priuilegium, & probo,per tex.
1 in l.1.ff.de nundin.vbi dicitur, ꝙ princeps si concedit ciuitati priuilegium nundinarum, & ciuitas non vtitur eo per decennium,illud perdit,& per hoc dicit ibi Barto.quòd si princeps dat priuilegium studij generalis, quo ciuitas non vtitur per decennium perdit illud. & hanc regulam ponit etiam Bart.in l. licitatio. §. earum. ff. de publicia.& in l. fin.ff.de constit. princ. ratio verò dictæ. l.1. est, quia qui nundinas impetrat, facit præiudicium multorum, vnde breuiori tempore amittit, cũ sit odiosum, secùs si priuilegium sit in præiudicium singularis personæ, quia tunc est perpetuũ per text.in l.fallo. C.de diu.rescr. vbi gl.quam tamen non reperio a Doctoribus approbatam, ideò non debemus per eam destruere regulam præmissam, qua quotidie vtimur, quia tex. in d.l.fallo loquitur in rescripto, cuius natura est, vt non perdat vires per non vsum', nisi data impetratione secundi per tex.in c.plerunq; de rescr.vbi Abb. in 3.notab.signanter colligit hanc differentiam inter priuilegium, & rescriptum.

Declaro tamen regulam, vt procedat dummodo priuilegiatus, vius non fuerit priuilegio, cùm potuit, secùs si per ipsum non sterit quominùs vteretur priuilegio, sed non potuit, quia occasio se non tollit, quia per hoc priuilegium non perdit, & ad hoc induci potest text. in l.vnus ex socijs. §.fin. cum l. seq.ff.de seru.rust. præd.vbi non perditꝫ seruitus mihi debita deducẽdo aquam in fundo meo, si ideò non vtor, quia fons exaruit, & ita per illum tex.tenet. glo.ord.in c.Abbate in verb. ibid. ante fi.de verb.sig.vbi Abb.notat, quòd nõ vsus priuilegij voluntarius tollit priuilegium, secùs in non vsu necessario, quia qui nequit vti,non est in culpa,vel mora.

Inferas hinc,quòd per actus negati-
2 uos non inducitur consuetudo, vt notat.Abb.in c.fin. col. 16. vers. vlt.de for. comp.Bald.in l.de quibus colu.12. ff.de legi.Abb.in c.fin.de resti.spol. & Bar.in

1.Filius de decur.lib.10. vbi dicit per illum text. quod ſi aliqua ciuitas tenetur facere exercitum, quando princeps facit,& per centum annos ſtetit princeps quòd non fecit exercitum, quia non fuit neceſſarium, per hoc non perdit ius ſuum,idem repetit.Bar.in l.cum ſcimus poſt prin. C.de agn.& cenſi lib.11.

Et ſic notat. Abb. in c. ad audientiã col.fin.de reſcr.vbi Imol.dixit, quòd vaſallus non preſcribit libertatem aduerſus dominum, qui eius ſeruitio non eſt vſus, quia non occurrunt caſus, in quibus non eſt opus eius ſeruitio.

Declaro inſuper regulã præmiſſam, vt intelligatur quando eſt data ſimpliciter facultas aliquid faciendi, quia nõ 3
vtendo cum poteſt, perditur, ſecùs vbi facultas faciendi eſt poſita formaliter in expreſſa,& libera voluntate eius,cui fit conceſſio, quia illi nullo tempore præſcribitur.gl.notab.in c.vt priuilegia in fin. de priuil. & notant ibi Doctores, quòd licèt canonici multò tempore non vſi fuerint facultate optandi data eis conſuetudine, non perdunt ipſam facultatem vllo temporis ſpatio, imò & notant, quòd licet canonici multo tempore nõ propoſuerint clericũ operariæ, ſed laicum, per hoc non eſt præſcriptum per laicos, quominùs Canonici poſſint eligere clericum, & ſimiliter allegant de eligentibus, qui multo tempore elegerunt per ſcrutinium,vel de gremio eccleſiæ, vt per hoc nõ amiſerint facultatem eligendi aliter.

Hanc tamen declarationem intelligo dupliciter, primò vt procedat in priuatis, ſecùs in eccleſijs, vt probatur hæc differẽtia in c.vt priuilegia de priuil.per gl.ibi imò,& intelligo, niſi mera facultas aliquid faciendi competat non ex priuilegio, vel conſuetudine, ſed ex actione nata ex contractu, quia huic præſcribitur ſicut alijs actionibus, do exemplum, vbi ſtet conuentio in qua eſt facta mentio de vendendo quandocunque ſoluatur certa quantitas, tunc huic iuri, & obligationi præſcribitur, ſicut actio ipſaex ſtipulatũ extinguitur ſilentio 30. annorum. l.ſicut, & l.ſiquis §.1.C.de præſcript.30.anno.& l.1.C.de anno.except.

Generaliter autem quando facultas præſcribatur notat.Barto.in l.viam publicam.ff.de via pub.Bar.Bald.& Salyc. 4
in l. cum notiſſimi. §.1. C.de præſcr. 30. ann.gl.& Barto.in l.pignori. ff.de vſufr. Abb.in c.quoniam frequenter.§.in alijs extra vt lit. non conteſt. Bald.in l. ſicut C.de præſcript.30.ann.& in l.arboribus ff.de vſufr.Iaſ.in l.beneficium. num.57. ff.de conſtit. quo loci ſub nu.53. firmat regulam premiſſam cũ limitattionib.

DVBITATIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium principis, an ſemper latè ſit interpretandum; quid dicendum de reſcripto, & diſpenſationibus,*

2 *Mens principis talis præſumitur qualis debet eſſe de iure.*

3 *Reſcriptum Papæ interpretandum eſt ſecundum ius canonicum, non autem ſecundum ius ciuile.*

4 *Diſpenſatio ſtrictè debet interpretari, quia dicitur priuilegium ambitioſum,& ſic odioſum.*

5 *Diſpenſatus ſuper priuilegijs intelligitur etiã diſpenſatus ſuper acceſſorijs.*

6 *Diſpenſatus ſuper beneficio, quando intelligatur de ſimplici.*

PRincipis priuilegium, an ſemper latè ſit interpretandum, & quid dicendum de reſcripto,& diſpenſationibus?

Concludẽdum eſt regulariter, quòd priuilegium ſtrictam patitur interpretationem. l. ſi quando in princip. C.de 1
inoff.teſtam. Archid. in c.frater 17. q.1. glo.magiſtr.in c.1.de conſtit.in 6. Bald. in l.quę ex relationibus in princip.ff.de legi.exemptionis priuilegia præcipuè

cum

cùm sint odiosa non sunt extendenda de persona ad personam, de loco ad locum, nec de re ad rem, Borgn. Caualc. decis. 31. num. 18. 1. part.

Hoc tamen intelligendum est, quando verba priuilegij patiuntur illam restrictionem, secùs si essent ita plana, & lata, quòd restringi nō possent, vt not. Angel. & alij in l. beneficium. ff. de cōst. princip.

Declaro etiam procedere, quando priuilegium priuat legem communē, secùs si priuatam, puta, statutariam, quæ cum reducat ad ius commune, tūc restringi nō debet, imò & priuilegia principum non sunt absurdè, nec obscurè interpretanda; vt dicit Bald. in l. 2. C. de legib.

Rescriptum verò si est ad lites debet strictè intelligi c. cum dilecta de rescr. glo. in c. causam quæ eod. titu. ratio est, quia extraordinariam iurisdictionem tribuit, quæ odiosa est, cùm deroget iurisdictioni ordinariç ergò tanquā odiosa debet restringi, secundum Bald. in l. beneficium. ff. de constit. prin.

Si verò rescriptum sit ad ius commune, tunc cùm ad iuris communis obseruantiam cōcedatur, tunc à iure cōmuni non receditur. l. falso. C. de diuer. rescr ipt.

Mens autem principis in dubio sem-
2. per fuisse talis, præsumitur qualis debet esse de iure. Bald. in l. ex facto in princ. in 4. notab. vbi Alex. ff. de vulg. & pupil. & princeps nunquam presumitur concedere non concedenda. l. quoniam C. de nat. lib. & dicit. Bald. in prælud. feud. colum. 11.

Rescriptum verò Papæ, debet inter-
3 pretari secundum ius canonicum, non autem secundum ius ciuile. Bald. in l. si quando. C. de inoff. testam.

Dispensatioq; vti habens vim priui legij, cuam strictè debet interpretari. d.
4 l. ex facto in princ. ff. de vulg. vbi Doct. & notant canonistæ omnes in c. 1. de fil. præsbyt. in 6. & in c. qui a dilectio de consangu. & affin. Innoc. in c. dudum de elect.

Rescriptum ideò principis, vel Papę continens dispensationem, & si neminem lædat, tamen quia est ambitiosum, & sic odiosum, debet strictè, interpretari gl. est not. in c. ordinarij in verb. dispensationes de off. ordi. in 6. & in d. c. 1. in fin. de fil. presbyt. in 6. sicque in dispensationibus non fit extensio de casu ad casum, etiam habentem maiorem rationem secundum Canon. in c. postulasti de rescrip. Abb. in c. ad aures. eod. titu.

Aduertendum tamen est, quòd dis-
5 pensatus super priuilegijs intelligitur dispensatus etiam super accessorijs. glo. est in cap. quia in tantum vbi Abb. de præben. vt dispensatus super pluralitate beneficiorum videatur etiam dispēsatus super residentia vt not. gl. in cap. quis in clerico 7. q. 1. & glo. in c. non potest de præben. in 6. non tamen intelligitur dispensatū super residentia vtriusque vt not. Card. in clem. de præben. ad fi. prin. in q. 9.

6 Dispensatus verò super beneficio, intelligitur de simplici, nisi dispensatio diceret, ad quæcunque beneficia Abb. in c. 2. de cleric. pugn. in duello. & sic in dispensationib. habet in hoc exemplū, quòd non fit extensio ad casum.

DVBITATIO XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium principis an latissimè sit interpretandum.*

2 *Liberalitas principis freno non subest.*

3 *Beneficia principis strictissimè interpretamur & quando.*

4 *Beneficium principis quando latè interpretandum sit.*

5 *Ecclesiasticis in beneficijs non sit latissima, sed strictissima interpretatio.*

Dubitatio XXIIII.

1 PRincipis beneficium an latiſſimè ſit interpretandum?

Affirmatiuam firmamus regulam priuilegium, vel beneficium principis latiſſimè eſſe interpretandum c. olim de verbo. ſigni. & c. cum dilectus de donat. Rot. deciſ. 4. de præben. in nou. etiam in præiudiciũ ipſiuſmet principis Rot. deciſ. 3. de off. deleg. in nou. nu. 2.

Meritoque principis beneficium eſt
2 latiſſimè interpretandum, quia principis liberalitas fræno non ſubeſt, nec debet coerceri. l. pen. C. de don. int. vir. & vxo. l. fin. circa med. C. de præpo. agent. in reb. lib. 12. vbi formaliter dicitur, abſurdum, & temerariũ fore per aſtrictã interpretationem, velle beneficia principum recludere ad ſtrictam interpretationem, & ſic in beneficijs principũ habemus correlariè, quòd procedit interpretatio extenſiua non reſtrictiua, licèt in contractibus contrarium habeamus in iure, quia in contractibus ſi fiat conceſſio duobus, & vterque acceptat partem, non poteſt ampliùs habere locum ius accreſcendi. l. ſi mihi & Titio vbi Doct. ff. de verb. obli. Bar. in l. 2. coniuncti. ff. de leg. 3. Bal. in l. vn. C. quando non per. par. pet. ſecùs tamen eſt in conceſſione principis, quæ latiſſimè debet interpretari l. vn. C. ſi ſocius Imperia. liber. lib. 10. vt declarat Bald. in l. beneficium. col. 2. ff. de conſtitu. prin. vbi alij Doct. ſtrictè tamen ſunt interpretanda beneficia principum quoad præiudicium tertij, nam princeps concedendo beneficium, non vult cooperire vnum altare, vt diſcooperiat aliud. l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab. & ſemper debet intelligi beneficium, ſaluo iure tertij, & præſertim in conceſſionibus aquarum quos faciunt principes: quia debent intelligi cum illa clauſula, ſaluo iure tertij. l. Labeo. §. 1. ff. fam. erciſc. ſtrictiſſimè
3 tunc etiam interpretantur beneficia principum, quatenus derogarẽt publicæ vtilitati. l. ſi aliquando. C. de oper. publi. nam vtilitas publica præferenda eſt priuatæ. l. vtilitas. C. de primipil. lib. 12. Bar. & alij in Rub. ff. ſol. mat. priuilegium enim etiam generaliter indultũ, non includit caſum publicæ vtilitati contrarium: etſi includeret, non valeret. l. iubemus nullum vbi Bald. in prin. C. de ſacroſan. eccl.

In caſu pariter quando beneficium conceditur motu proprio principis, tũc latè eſt interpretandum, ſtrictè verò ſi concedatur ad poſtulationem partis. l. ſi aliquando. C. de oper. pub. ſed nunq̃ præſumitur concedere motu proprio niſi in reſcripto exprimatur: nam priuilegia motu proprio conceſſa tantum valent, quantum ſonãt, ſecùs ſi per partem ſint obtenta: quia tunc ſtrictè interpretãtur. Iaſin l. beneficium ſub nu. 32. ff. de conſtit. princ.

Quando etiam beneficium eſt circa ſolita concedi tunc lata fit interpretatio, ſecùs ſi circa non ſolita & inuſitata concedatur. d. l. ſi aliquãdo & not. Bart. in l. ſera. §. medico per illum text. ff. de ann. lega.

4 Beneficium inſuper principis tunc latè eſt interpretandũ dùm tamen non includat plura ſpecialia, quia vna diſpẽſatio benè eſt fauorabilis, ſed plures cẽſentur odioſæ, ratio eſt: quia vbi in aliqua materia reperiuntur duo vel plura obſtantia, tunc non ſufficit clauſula nõ obſtante, ſed requiritur, quòd vnicuiq; in ſpecie derogetur, & in dubio non præſumitur derogatũ. l. ſi non lex Aelia ſentia ff. de hære. inſti. & hoc eſt ſignandum pro bullis Papæ, in quibus ponitur clauſula, non obſtant: quia nil operatur, quando plura obſtant.

In beneficijs quoque eccleſiaſticis
5 propter nimiam clericorum ambitionem non fit latiſſima interpretatio, ſed ſtrictiſſima per tex. in c. quãuis de præben. in 6. Bart. Iaſ. & alij in d. l. beneficiũ. ff. de conſtit. princ.

DVBITATIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Principis beneficium vel priuilegium an incipiat habere effectum a tempore cõcessionis, an à tempore illius, cui conceditur?*

1 PRincipis beneficium vel priuilegium, an incipiat habere effectum à tempore concessionis, an à tempore illius cui conceditur.

Doctores communiter tenent, quòd à tempore scientiæ tantum incipit habere effectum principis beneficiũ, vel priuilegium, per tex. in l. fi. vbi glo. C. de consu. lib. 12. idem tenent Canon. in c. 1. de concess. præben. in 6. & in cap. 2. de constitu. vbi Abb. & alij communiter. Alex. in l. qui absenti. ff. de acqui. poss. Innoc. in c. quia cuncti in glo. de elect. Archid. in c. proposuisti 12. dist. scribẽ. in l. beneficium, vbi Ias. nu. 46. ff. de constit. prin. & ita se habet communis sententia legistarum, & Canonistarum, & facit decisio Bart. in l. absenti. ff. de donat. vbi quærit, si Perusini elegerunt aliquem in potestatem, adhuc ignorantẽ, an ex sola electione sit ei ius acquisitũ, & Roma. d. l. qui absenti. ff. de acq. poss. dicit se pluribus consuluisse, quòd priuilegium Ciuitatis alicui concessum non quæritur ei ignoranti, sed à tempore certificationis.

Priuilegium igitur ex decisione legistarum, & Canonistarum communi, aferẽs alicui commodum, & vtilitatem, non acquiritur illi nisi à tempore scientiæ, & non ante.

In contrarium tamen ponderatur. Bal. in l. omnes populi in quæst. 5. principali circa prin. ff. de iust. & iu. vbi quærit, quando statutum, vel constitutio incipiat habere effectum, quoad ignorãtes, & concludit, quòd statutum, seu cõstitutio priuilegians, seu aferens commodum, statim habet effectum, & statim quæritur ius ignoranti allegat tex. in l. pen. in fin. C. de decur. lib. 10. & quia simile videmus in legato, quia affert cõmodum, statim quæritur ignoranti licèt reuocabiliter, l. cùm pater. §. surdo. ff. de leg. 2. secùs in hæreditate, quæ põt damnum afferre. l. si hæreditatẽ in prin. ff. mand. & per hoc infert Bal. d. l. omnes populi, quòd si fiat statutum, q̃ capiens bannitum habeat mille, puta, aliquis ignorans hoc statutum, cœpit bannitũ, determinat, quòd lucrabitur illa mille, quia quælibet cõstitutio aferens commodum facit, quòd quæratur ius ignoranti, & sequuntur Canon. in cap. 2. de constitu.

Concordandi ergò sunt Bal. & Bart. primo dicendo, quod Bar. & Docto. in l. beneficium. ff. de const. prin. loquunt in priuilegio concesso personæ priuatæ in specie, sed in d. l. omnes populi. Bal. loquitur in statuto, vel in constitutione generali, tamen videtur, q̃ idem ius esse debeat de specie ad speciẽ, q̃d de genere ad genus. l. si duo in prin. ff. de admi. tut.

Vel dici potest, q̃ Bald. in d. l. omnes populi loquitur in statuto, statuta autẽ debent regulari secundum leges vltimarum voluntatum non cõtractuum Bar. in l. 1. circa fi. C. de ijs quib. vt indi. & in l. non solùm. §. morte col. pen. vbi moder. ff. de no. op. nunc.

Quid verò sit dicendum in excommunicatione vel absolutione, an statim à tempore concessionis operetur effectum, & dicas concludenter, quòd tantum à tempore scientiæ vt per gl. in c. quanto in verb. epistolam. 2. q. 5.

DVBITATIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Exemptionis priuilegium, an largè sit interpretandum, ne teneatur comparere coram iudice aliquo ob delictum.*

2 *Exemptionis priuilegium regulatur propter delictum*

delictum declara vt ibidem.

3 *Scholaris delinquendo an perdat priuilegium exemptionis vt possit trahi inuitus coram prætore.*

PRinceps si aliquem eximat, an tale priuilegium exemptionis largè sit interpretandum circà locum, puta si aliquod habeat priuilegium exemptionis, ne teneatur comparere coram Episcopo, vel alio ordinario, an si iste talis exemptus delinquat, perdat priuilegium exemptionis ob delictum.

1

2 Ad elucidationem istius materiæ do regulam, quòd priuilegium exemptionis regulatur propter delictum per tex. in auth. qua in prouincia l. vbi de crim. agi opor. qui tex. vult dicere in effectu, quòd si aliqui qui faciunt contractum in certo loco, vel propter eorum potē etiam occupant bona, habeant priuilegium, quòd non possint conueniri nisi coram certo iudice, tamen non obstante priuilegio, ratione cōtractus, vel delicti, vel rerum in loco existentium, potest conueniri coram ordinario illius loci.

Sed declaro dictā Auth. qua in prouincia procedere, quando deliquissent in loco exempto, vel conuenirentur in loco domicilij, quia tunc priuilegium habet vigorem c. 1. de priuil. in 6.

Item declaro procedere, nisi priuilegium in specie diceret, & derogaret, ꝙ etiam ratione delicti, vel rerum non possit in loco conueniri, vel esset valdè precisum, ꝙ nullo casu etiam delicti, vel rerum possit coram ordinario conueniri. l. 2. C. vbi de curiali.

Rursus intelligo procedere, nisi priuilegiū exemptionis esset concessum propter dignitatis excellentiam, quia tunc ratione delicti non potest exemptus coram quocunque ordinario conueniri. l. 2. vbi Doct. iunct. glo. C. vbi senat. vel clar.

Intelligo pariter procedere, quando non esset delictum de iure communi, sed de iure speciali, vt in milite vendente arma, tunc non perdit priuilegium, imò solum debet conueniri coram magistro militum. l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iud. iuncta. l. 1. ff. de re milit.

Militaret etiam firmata regula, quando habens priuilegium exemptionis conueniret ratione rerum pro tributis soluendis. l. 2. C. vbi qui s decurio. iuncto. §. volumus in auct. vt iudi. sine quoquo suffrag. de qua materia etiam habes per Bald. in l. veteranis. C. quando prouoc. non est necess. & l. 1. C. vbi senat. Innoc. in c. accepimus de priuil. habetur in c. Romana, §. contrahentes de foro comp. in 6.

Multos alios casus vltrà præmissas declarationes in quibus exempti non obstante priuilegio exemptionis, possunt coram ordinario conueniri, ponit glo. in clem. 1. de supplen. negli. prælat. & habetur in cap. cum personæ de priuileg.

3 An autem scholaris delinquendo perdat priuilegiū exemptionis, vt possit trahi inuitus coram prætore; glo. in auth. habita vbi Bal. col. 10. C. ne fil. pro patr. tenet, ꝙ non, licèt Angel. in l. si vacantia circa med. C. de bon. vacan. lib. 10. dicat, ꝙ de consuetudine seruatur, ꝙ in delictis scholares nō habeant priuilegium exemptionis vbi allegat glo. in §. non permittas in Auct. de manda. princi.

DVBITATIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Donans vel concedens domum, an intelligatur adiacentia, & suppellectilia concessisse, quid de fundo.*

2 *Princeps donās ciuitatem videtur etiam eius Comitatum, & districtum donare, & eius pertinentias.*

3 *Mare sicut terra restringitur per districtus, & Comitatus.*

Ciuitatis

4 *Ciuitatis nomine in odiosis non intelligitur districtus.*

5 *Princeps concedens Castrum an intelligatur omnem iurisdictionem concedere.*

6 *Tabellionatus officium concessum in ciuitate, intelligitur concessum in comitatu, & toto territorio.*

7 *Bannitus restitutus recuperabit bona in aliũ translata.*

8 *Bannito an possit expresse concedi restitutio etiam ad bona alienata.*

9 *Bannitus qualitercunque restituatur non recuperat fructus perceptos ex bonis etiam non alienatis.*

10 *Domus in donatione venit apotheca, quæ est subtus domum.*

11 *Vendita vna domo intelligitur vendita Camera cõuersa ad illius vsum etiamsi paries erat in medio duarum domorum.*

12 *Vendita domo venditum intelligitur hortum.*

PRinceps donando, vel concedendo domum, an intelligatur adiacentia, & suppellectilia cõcessisse, & quid in alijs exemplis infra annotandis.

Et quoad propositũ casum affirmo,
1 quòd princeps donando vel concedẽdo domum, intelligitur adiacentia, & suppellectilia concessisse per tex. singu. in l. si aliquando. C. de oper. pub. Bal. in c. quanto col. 2. de iudic. qui in l. beneficium. ff. de constit. prin. col. 2. firmat, ꝙ si princeps concedit mihi fortilitium, in quo multa sunt fornimenta, & munitiones, illæ omnes munitiones simul intelliguntur concessæ; idem tenet Bal. in c. 1. siquis de manso. col. 3. de contro. inue. vbi dicit, ꝙ concesso castro in feudum, intelliguntur concessæ munitiones, quæ sunt ad defensam Castri ibi positæ, perpetua patris destinatione quãuis non sint affixæ, vt trabuchi, maganelli, balistæ, & similia.

Et idem Bal. in d. c. 1. in prin. de controu. inuesti. quærit an inuestitus de castro intelligatur inuestitus in rebus corporalib. in eo existentibus, & faciunt notata per scriben. præcipuè per Imol. in c. cum dilecti in fin. de don. vbi quærunt si testamento legauit alicui castrũ in quo sunt reperta nomina debitorũ, an omnia cedant in legato castri, & concludunt, quod nomina debitorum non veniunt, sed benè arma, quæ erãt in castro ad eius tuitionem, & allegant tex. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. leg.

In materia quoq; præsenti decidunt Imo. & Alex. in l. 3. in prin. ff. de acq. pos. vbi quærũt, si dñs castri vendidit castrũ cum pertinentijs, & ibi erant aliquæ possessiones, vel aliqua prædia, sita in territorio illius castri, an includantur per illa verba, cum pertinentijs, & cõcludunt, ꝙ non, quia illa verba, castrũ cũ pertinẽtijs, intelligunt de illis rebus quæ sunt propriæ pertinentiæ castri, id-est, quæ sunt iurisdictionis castri, vnde non veniunt possessiones illæ, quas habet venditor tãquam priuatus homo, in territorio illius castri, & non tanquã dominus castri, & quid dicendum sit de vendente fundum cũ omnibus iuribus suis, quomodo intelligi debeat, & quid in eis concludatur notat. Inno. in c. ex literis de iurepatr. & faciunt notata per Bal. in l. à procuratore. C. mad.

Si deinde princeps donat mihi ciuitatem, videtur etiam eius comitatum, & districtũ donare, & omnes eius per-
2 tinentias: ita loquitur. Innoc. in c. cum ad sedem de resti. spolia. & tam in terra, quam in mari, nam mare sicut terra re-
3 stringitur per districtus, & comitatus, vt not. in c. vbi periculum de elect. in 6.

Sed in odiosis, nomine ciuitatis non
4 intelligit districtus. c. si ciuitas de sent. excom. in 6.

Si princeps verò concedat castrum,
5 an intelligatur omnem iurisdictionem concedere, tangit Bal. in l. beneficium. ff. de constit. prin. dicens, quod concesso castro simpliciter intelligitur princeps concedere, nedum omnem iurisdictionẽ, sed etiam omnes reditus causarum tam ciuilium, quam criminaliũ.

argu.

argu.l.1. §.cum vrbem.ff.de off.præfect. vrb.idem tenet. Bartq.in l.2. circa prin. ff. de verb.sign. & in l. si quando in fin. C.de bon. vacan. lib.11. in l.1. in fin. ff. de iurisd.omn.iud.

Sed præmissa omnia procedunt in concessionibus imperatorum, vel principum prout, & quando si princeps cõcedat alicui officium Tabellionatus in aliqua ciuitate, intelligitur concessisse
6 in comitatu, & toto territorio, quod largissima debet fieri interpretatio in istis beneficijs principum ita.Bart.Bald. & Ang.d.l.beneficium.

Notandũ tamen, quòd bannito restituto à principe, videtur restitutus in
7 integrum, non tamen iste bannitus sic restitutus recuperabit bona in aliũ translata declarat gl. Bart. & omnes in l.fin. C.de sent.pass. & in restitutionem banniti nunquam veniunt bona in alium alienata, ita Bar.in l. Gallus. §.& quid si tantum col.6. ff. de lib.& posth.& d.l.fi. C.de sent.pass.

Sed an bannito possit expressè con-
8 cedi restitutio etiam ad bona alienata, scribunt Bald. & Moder.in d.§. & quid si tantum cum multis concord. ibi positis, & Bald.in tit. depace. Constant.in verb.priuilegia, & Bald.in l.quicunque C.de fid.instr.lib.10.

Aduertendum quoque est in huiusmodi materia, quod bannitus qualitercunque restituatur, nullo casu recupe-
9 rat fructus perceptos ex bonis etiam nõ alienatis.tex.est sing.in Auth.de Hestorianis. C.de hæret. Angel.in d.§.& quid si tantum Bald.in l.fin. col.3. C.de sent. pass. dicit tamen cogitandum. Ias. in l. beneficium num. 17. ff.de constit. prin.

Quoad priuatos verò, quòd in donatione domus veniat apotheca, quæ
10 est subtus domum, si apotheca eadem continuatione, & eodem fundamento continebatur, & fuerat eadem emptione per donantem aequisita domus, & apotheca refert. Ias.d.l.beneficium nu. 12. & quòd vendita vna domo intelligatur vendita Camera, quæ erat ad vsũ illius domus conuersa, etiamsi erat pa-
11 ries in medio duarum domorum, notat idem.Ias.ibid.nu.13. vbi nu.14. dicit legata, donata, vel vendita domo, intelligi hortum, ad quem erat aditus per domum, aliàs secùs.l.prædijs. §.qui do-
12 mum.ff.de leg.3. tex.cum glos. in c.fin. 12.quæst.2.

DVBITATIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Principis priuilegium concessum personæ, an in dubio præsumatur reale, vel personale, vel concessum loco.*

2 *Priuilegium concessum fisco, vel Romanæ ecclesiæ, quòd non teneatur soluere vectigalia non sit in singularem successorem.*

3 *Beneficia seu concessiones præter ius commune factæ, an in dubio intelligantur realia.*

4 *Priuilegium cõcessum mihi, & posteris meis an comprehendat descendentes tantum masculos.*

PPrincipis priuilegium concessũ personæ, an in dubio præsumatur reale, vel personale, vel concessum loco.

Hanc quæstionem multum laboriosam, & intricatam profitentur omnes Doctores, & ideò illius materiam aufugit.Ias.in l.1. in fin.ff.de constit.princ. & se remittit ad alios scribentes.

Subeamus tamen nos, Deo auspice, laborem, & primò loco reperio glo. & tex.in l.forma.§.quanquc.ff.de cens. vbi in dubio præsumitur reale, idem tenet gl.in c.in summa.15.q. 2.huius verò cõtrarium tenet gl.in l.sordidorum. C. de excus.mun.lib.10.& gl.in c.cum venissent de institut.& c. possessiones 16.q.1. gl.in c.priuilegium de re iu.in 6.sequitur.Bal.in l.1.in fi.ff.de consti. prin. Bar. in l.continuus.§.si ab eo. ff.de verb.obl. qui intelligit glos.in d.c.cum venissent habere locum in concessione facta de

rebus

Digitized by Google

rebus ecclesiæ, secùs in concessione de rebus priuati per text. in l. 1. ℣ si prædia. C. de suffra. & l. 1. §. diuus. ff. de varia. & extraord. cog.

Dynus verò in d. c. priuilegium dicebat, quòd verum est priuilegium esse personale, adeò quòd cum persona finitur vbi persona erat immediata causa priuilegij, vt in casu, l. quia tale in prin. ff. sol. matr. vbi persona mariti ex reuerentia quæ eius personæ debetur, fuit causa priuilegij, secùs si læsio, vel alia causa non persona, esset causa priuilegij, puta, minor ætas, vel sexus fragilitas, quia tunc intelligitur priuilegium esse reale. l. non solum. ff de in int. resti. l. minor autem. §. fi. ff. de mino. l. hæreditas. C. ad Velleya.

Hæc tamen distinctio Dyn. non videtur perfecta, tum quia non aperit qualiter persona dicatur causa immediata priuilegij, tum quia iura sua non comprehendunt casum, quando priuilegium à principe viuente esset concessum, & dubitatur, an persona fuerit causa priuilegij, vel non, vnde Barto. & alij in l. 1. ff. de const. prin. dicunt, quòd aut priuilegium est concessum à lege, & tunc aut conceditur propter naturalem, & sufficientem rationem, vt quia in persona priuilegiata reperitur defectus naturalis, & tunc priuilegium transit ad hæredes, & ita loquitur. l. non solum. ff. de in int. resti. aut non propter naturalem defectum, vt quia in persona priuilegiata non reperitur defectus personalis, & tunc priuilegium est personale, vt est casus in d. l. quia tale in pr. ff. solu. mat. Prout loquimur de priuilegio concesso à principe viuente, & in dubio intelligitur personale, l. fin. ff. de consti. prin. secùs si priuilegio conceditur loco, rei, vel cautæ, quia semper est reale. d. l. forma. §. quamquã. ff. de censi. & l. in omnibus. ff. de reg. iur.

Idem dicendum si conceditur dignitati. d. c. cum venissent de institut. & c. quoniam Abbas de off. deleg. & licèt hæc præmissa distinctio possit sustineri, tamen. Bartol. videtur loqui clariùs in l. pater. ff. de seru. lega. sed ibi videtur se remittere ad notata per eũ in d. l. quia tale in prin. & istis distinctionibus Dyni, & Bartoli standum esse docet. Alex. in d. l. quia tale.

Ex prædictis infertur, quòd priuilegium concessum fisco, vel Romanæ ecclesiæ, quòd nõ teneatur soluere vectigalia, non transit in singularem successorem, puta in emptorem fiscalium salinarum. vt notat Spec. in tit. de Immu. eccl. in fin. & gloss. in clem. præsenti de censi Doct. in c. quamque de censib. 2

Et prædicta procedunt in priuilegijs & concessionibus contra ius commune, sed an in beneficijs, seu concessionibus præter ius commune factis, an intelligantur in dubio esse realia. Bar. in l. pater. ff. de seru. leg. tenet affirmatiuè, quòd sic arg. l. fin. ff. de consti. prin. & c. dilecti de constit. sed Specul. in titul. de instr. edit. §. nũc autem vers. item, quòd fuit cum vers. seq. dicit standum esse interpretationi concedentis, & si illius haberi non poterit interpretatio fatetur, quòd censebitur esse reale, quòd placet. Alex. in d. l. quia tale sub nu. 4. 3

Si verò priuilegium concedatur mihi, & posteris meis. Bart. in d. l. quia tale in prin tenet, quòd comprehendat descendentes per masculinum sexum tãtum, per text. in l. 1. §. 1. ff. de iur. immun. quòd tamen intelligit Paul. de Castr. in d. l. quia tale, esse verum in priuilegio indulto contra publicam vtilitatem vt in casu d. l. 1. ff. de iur. immun. sed in alio priuilegio dicit, quòd comprehendentur omnes descendentes etiam per fœminas. l. cognoscere. §. liberorum. ff. de verb. sign. & ita expressè voluit gloss. in l. si ita scriptum filiabus. ff. deleg. 2. quæ opinio magis placet. Alex. d. l. quia tale sub num. 6. 4

DVBITATIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum mihi, & hæredibus, an comprahendat omnes hæredes etiam extraneos.*
2 *Quid ſi concedatur mihi, & poſteris.*
3 *Quid ſi concedatur tibi, & tuæ generationi.*
4 *Quid ſi cõcedatur tibi, & proli vel ſoboli tuæ vel tibi, & genti tuæ, vel de tua progenie.*
5 *Quid ſi concedatur ſtirpi.*
6 *Quid ſi concedatur mihi, & omnibus deſcendentibus tam maſculis quam fœminis.*
7 *Filiæ maritatæ ſequuntur forum viri.*

PRincipis priuilegium conceſſum mihi, & hæredibus, an cõprehendat omnes hęredes etiã extraneos, & quid in alijs caſib.

Et quòd veniant extranei etiam hæ-
1 redes in infinitum tenet. Bart. in l. Gallus. §. etiamſi parente in vltima quæſt. ff. de lib. & poſthu. & cum eo omnes concordant excepto. Bal. in l. in annalibus C. de legi. & l. antiquitas. C. de vſufr. dũ dicit, quòd non tranſit ad hæredes in infinitum in caſu d. l. antiquitas, ne alias proprietas ſemper ſit inutilis.

Vbi vero priuilegium eſſet conceſſum mihi, & hæredi in ſingulari, non intelligas de primo hærede, ſed in contrarium eſt veritas vt in l. 1. vbi Bart. Iaſ. & alij circa fin. ff. de conſtit. princ. & clarius per Bar. in l. quia tale. ff. ſolut. matr. Alex. conſi. 109. vol. 2.

Quoties verò concedatur priuilegiũ
2 mihi, & poſteris, vult text. in l. 1. in fin. ff. de iur. immun. quòd intelligatur de maſculis tantũ, vide Paul. de Caſt. & Alex. in d. l. quia tale. ff. ſol. matr. poſt glo. ſing. in l. ſi ita ſit ſcriptum filiabus. ff. de leg. 2. Bal. in c. 1. de feud. Marchiæ.

Quid autem dicendum erit ſi con-
3 cedatur tibi, & tuæ generationi remitto ad Bald. in l. 2. column. 2. C. de iur. emph.

Quid ſi concedatur tibi, & proli, vel
4 ſoboli tuæ vide. Bald. in Rub. in princ. C. de priu dot. Quid ſi concedatur tibi, & gẽti tuæ, in hoc habes gl. notã. in l. 1. ff. de probat. Quid ſi concedatur tibi, & deſcendentibus de tua progenie, vide. Bal. in l. fin. per illum text. C. de emanc. lib. & l. fin. C. de dot. promiſſ. Et quid ſi
5 concedatur ſtirpi vide. Bal. in l. ſiquis in ſuo in prin. per illum tex. C. de inoff. teſta. & de prædictis, & alijs infinitis ſimilibus vide. Bald. in repet. c. ſi pater de teſta. in 6. & diffuſè. Barto. in repet. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.

Si verò priuilegium concedatur mihi, & omnibus deſcendentibus meis tã
6 maſculis, quàm fœminis, tunc notandũ eſt, quòd filiæ ita demum gaudẽt ſi ſint virgines, aut viduæ, ſecùs ſi maritatæ quia mutant, & ſequuntur forum viri. l. mulieres. ff. ad munic. Bar. in l. quoties. C. de priuil. ſchol. lib. 12. Angel. ibid. & Rom. in l. cum quædam puella in prin. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. 1. in prin. ff. ad Syllan.

Sed iſtud dictum ſolus reprobat. Ale.
7 in d. l. cum quædam puella in princip. quia tex. in quo ſe fundat. Bart. non loquitur de filia nupta, & dato etiam qđ loquatur non deberet extendi vt ibi p eum, tenerem autem cum Bar. quia ſolus in hoc eſt Alex.

DVBITATIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum, an cenſeatur extinctum altero collitigante mortuo.*
2 *Perſonalia non tranſeunt ad alias perſonas.*
3 *Litem inchoatam ante mortem defuncti poteſt ſuperſtes, vel is cuius intereſt proſequi.*
5 *Procurator rei ſuperſtitis actore defuncto poterit litem, continuare cum procuratore ſubrogati in locum defuncti.*

Principis

Digitized by Google

PRincipis, vel ſuperioris reſcriptum, an cenſeatur extinctum altero collitigante mortuo?

1 Primo aſpectu videtur dicẽ dum eſſe extinctum, quia reſcripta perſonalia ſunt, nec tranſeunt ad alias per
2 ſonas quam in eis contentas C. P. & G. de off. deleg. & c. cum olim eo. tit. ergò vno ex collitigantibus mortuo extinctum videtur reſcriptum, c. ſignificauit de reſcr. §. ratione inſtit. mand quòd tamen verum intelligere integra, & ſic loquuntur prædicta iura ſecùs verò ſi lis fuerit inchoata ante mortem, quia
3 tunc poteſt ſuperſtes, vel is, cuius intereſt, proſequi litem c. 1. vt lit. pend. Specul. tit. de off. delega. §. teſtam. verſ. item finitur mortuo imperatore, & not. per Innoc. in c. ex parte de arbit. facit deciſ. Rot. Rom. deciſ. 10. de lit. pendem. in nou. vbi habes fuiſſe in eo caſu concluſum, & conſultum per dominos, quòd tertius ante omnia ad litis perſecutionem admitteretur, & poſteà implorato iudicis officio, in cuius contemptum poſſeſſionem beneficij litigioſi actor apprehendiderat, qui actor ab huiuſmodi poſſeſſione ex puro, & mero officio fuit dictum, quòd amoueretur, & non ad inſtantiã ſubrogati, ſuperſtes verò, dixere Domini, quod potuiſſet agere in eo caſu ſuper attentatis lite pendẽte contra intruſum, petendo ipſum à poſſeſſione moueri, imò petere etiam poſſe caſſandam, & pronuntiari nullã poſſeſſionem.

Ratio non poteſt eſſe, quia actore defuncto lis non eſt reſpectu eorum quorum intereſt, extincta, vel inchoanda. c. 2. vt lit. pend. in 6. & in clem. 1. eod. tit. ideò etiam ſubrogatus in locum actoris defuncti litem cum procuratorẽ rei ſuperſtitis continuat, cui tamen petendo dilatio aſſignabitur infrà quam domino ſuo ſubrogationem intimabit.

Procurator verò rei ſuperſtitis actore defuncto, poterit litem continuare
4 cum procuratore ſubrogati in locum defuncti, & ſic gratiam ſubrogati, ipſe procurator ſicut dominus poterit impugnare, ſed nõn domino, imò procuratori cauſæ nondum finitæ intimatio eſt facienda, & dandus eſt terminus ad opponendum, & dicendum cõtra gratiam, vt benè poſſit conſulere dominũ ſuum, ſi petat procurator ſic ſtatuendũ iuxta formam tex. in c. dilectus de procurat. ſi verò id non peteret nec aliqd contra ſubrogationem diceret, iudex poterit ad vlteriora procedere ſine alia intimatione procedendo tàm per audientiam, quam cum dicto procuratore ſuperſtitis ita Rot. deciſ. 15. de lit. pend. in nou.

DVBITATIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, vel cuiuslibet ſuperioris gratia vbi concedatur, an de; iure quis debeat citari.*

2 *Citandi ſunt hi quorum intereſt, in quocunque actu præiudiciali.*

3 *Princeps in dubio, quando concedit gratiam, non præſumitur velle nocere tertio etiam in iure competenti in ſpe tantum.*

4 *Diſpenſationes, & priuilegia conceduntur nemine vocato.*

5 *Actus principis etiam præſentibus nõ citatis, quando teneat.*

6 *Legitimari poteſt ſpurius à principe in præiudicium agnatorum habentium ius ſuccedendi etiam eis non citatis.*

7 *Qui poteſt aliquibus inuitis facere, poteſt eis inſcijs, & irrequiſitis.*

8 *Clauſula, ex certa ſcientia, neceſſaria in priuilegijs, vt ſuppleat omnes ſolemnitates.*

9 *Inueſtitura feudi pro ſe, & filijs includit, & habilitat ſpurios ſi de ipſi ſciebat inueſtiẽs.*

10 *Papa committendo cauſam appellationis narrando bis fuiſſe appellatum, videtur diſpenſare contra titulum, ne liceat in vna eademque cauſa ter prouocare.*

11 *Teſtamentum præcedens ſi contineat clauſulã derogatoriam ad ſequentia ſufficit, illa clauſula*

fula ad illud inualidandum etsi prioris testamenti ac totius clausulæ tenor non exprimatur.

PRincipis priuilegium, vel cuiuslibet superioris gratia, vbi concedatur, an de iure quis debeat citari.

1 Nec de more, nec de iure est, quòd quis citetur vbi priuilegiũ alicui conceditur cũ sit domũ superioris. c. eum qui de præben. in 6. Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. idem. Bal. in Rubr. de rescr. col. 1. & in l. fin. C. qui res iudi. non nocet. vbi dixit, quòd sicut solus princeps legem condit, ita solus priuilegia concedit nullo citato, idem ẽt vult. Bald. in l. fin. in fin. comment. C. de fruct. & lit expen. quia actus priuilegiãdi est suprema potestatis, quem alterius contradictio impedire nõ potest; & eo casu vbi quis per contradictorem non potest impediri, citatio tanquam frustratoria non est necessaria vt traditur perscrib. in l. de vnoquoque. ff. de re iud. & in l. Gallus. §. & quid si tantum in quæstione de legitimatione in præiudicium agnatorum ff. delib. & posth.

Licèt enim in quocunque actu præiudiciali, vel iudiciali citandi sint hi
2 quorum interest d. l. de vnoquoque cũ ibi traditis. ff. de re iud. l. nam ita diuus. ff. de adopt. & quòd notat. Bart. in l. 2. C. de tempor. appell. vbi dixit, quod vbi pars multum læditur, est necessaria eius citatio, quòd etiam videtur procedere in actu principis. l. fi. vbi Bal. C. de legib. & clem. pastoralis vbi Doct. ff. de re iud. imò licèt in dubio quando princeps fa-
3 cit alicui gratiam, non præsumitur velle nocere tertio etiam in iure competẽti in ipe tantum. l. 2. in verb. non facile. ff. de natal. rest.

Nihilominùs dispensationes, & pri-
4 uilegia conceduntur nemine vocato. Innoc. in c. Albericus de testib. Archid. in c. contra morem post princ. 100. dist. Innoc. in c. cum dilecta de confir. vtil. vel inut. Abb. in c. cum olim de re iud. & consil. 86. column. penult. volum. 1. Rom. consil. 349. vbi dicit, quòd si princeps ex certa scientia facit alicui gratiam, non est necesse citari illos quibus ex ea potest præiudicium afferri, vt per Alex. in d. l. de vnoquoque.

Tandem, quando apparet principẽ dispositum ita ad aliquid faciendum, quod etiam præsentes impedire non potuissent eius voluntatem hi, de quibus princeps cogitauit, valebit talis actus etiam eis non citatis: vt ex notat.
5 per Abb. in c. inter quatuor colu. 1. de maior. & obed. & in c. cum olim. de re iud. cum cõcord. Alex. consil. 2. volu. 1. repetit. in consil. 238. vol. 2. dum concludit principem posse legitimare spurium, in præiudicium agnatorum ha-
6 bentium ius succedendi in spe etiam eis non citatis, quòd etiam voluit idẽ. Alexand. in dict. l. Gallus. §. & quid si tantum post Bar. & communiter doct. ff. delibe. & posthu. qui enim potest ali-
7 quibus inuitis facere, potest & eis inscijs, vel irrequisitis l. qui potest cum cõcord. ff. de reg. iu.

8 Benè verũ est, q; in huiusmodi priuilegijs necessaria est, illa clausula, ex certa scientia, quæ supplet omnes solemnitates, & tollit omne obstaculum, & validat inualidum Inno. in c. 1. de transact. Abb. in c. cùm inter cum concor. de except. & sufficit clausula, & ex certa scientia, quia certa scientia principis æquipollet alijs clausulis de plenitudine potestatis, vel nõ obstante, quę clausulæ sunt necessariæ vbi princeps vtitur potestate absoluta, vel rescribit contra legem; præponderat enim istis, & sufficit clausula, ex certa scientia secũdum magis communem sententiam vt not. Abb. d. c. cùm inter vbi etiam Felyn. de except. Bal. in l. eam quàm col. 10. vers. denuò quæro. C. de fideicom. dum vult
9 quòd inuestitura feudi per se & filijs includat, & habilitet spurios, si de ipsis sciebat inuestiens, quod maximè verũ

etiam

etiam esset vbi nominatim, & expressè agnati excluderētur per notat per Archid. in c. præsentium in prin. 79. 1. dicē tē, quòd totalis expressio tenoris equipollet clausulæ ex certa scientia, sequitur. Abb. in c. quia diuersitatem 2. col. de conces. præbend. & Alex. consi. 77. col. 2. vol. 2. vbi dicit, q̄ Papa committendo causam appellationis narrando
10 bis fuisse appellatum, videtur dispensare contra titulum, ne liceat in via eademq; causa ter prouocare sic vbi princeps narrat factum, illa narratio perinde operatur, ac si diceret se prouidere ex certa scientia, vt dicit Petr. de Anch. in consi. 288. col. 2. & facit, quod notat in l. siquis in prin. testament. ff. de leg. 3. vbi habes, q̄ expressio, & commemoratio testamenti præcedentis habentis
11 clausulam derogatoriam ad sequentia, sufficit ad illud inualidandum, non obstante clausula derogatoria in eo inserta, licèt prioris testamenti tenor, ac totius clausulæ derogatoriæ non exprimatur, quia sufficit percipi, quod talis fuerit mens testatoris.

DVBITATIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Legitimari an à principe possint illegitimi ad feuda, inuitis his ad quos pertinent.*
2 *Princeps est supra ius.*
3 *Princeps præsumitur velle vti absoluta potestate, quando iure ordinario actus non valet.*
4 *Princeps habet omnes leges in scrinio pectoris sui.*
5 *Regalis sensus non est negandus.*
6 *Princeps potest habilitare filiam ad feuda.*
7 *Principi credendum est de meritis alicuius.*
8 *Citatio illorum, qui non possunt contradicere, vel impedire actum qui geritur, non est necessaria.*
9 *Princeps potest per legem generalem tollere ius succedendi in genere, & per specialem in specie.*
10 *Princeps est lex animata in terris.*
11 *Princeps est dominus vniuersæ patriæ suæ.*
12 *Voluntas principis præsumitur iusta causa.*
13 *Rescripta contra ius valent cum clausula derogatoria.*
14 *Ius ciuile tollit aliud.*
15 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nil operatur.*
16 *Clausula, non obstantibus, quid operetur.*

1 PRinceps vtrum possit legitimare illegitimos ad feuda inuitis his ad quos pertinent.

Affirmatiua, & vera sententia probatur per glo. in c. naturales §. de feud. defunct. fuc. controu. vbi princeps inuitis agnatis potest legitimare illegitimos ad feuda, & inuitis his ad quos feuda pertinent.

2 Ratio est, quia princeps est supra ius c. proposuit de conces. præbend. ergò potest ius suprà ius feudorum disponere, & habilitare etiam fœminas ad feuda maximè de plenitudine potestatis, & tollere ius agnatorum, etiam quomodocunque quæsitum vt per gl. in c. statutum in versi. litterarum extra de rescrip. glo. in c. 1. vers. nascatur de consti. in 6. Abb. in c. ea quæ extra de rę iud.

3 Namque in omnē casum princeps præsumitur velle vti absoluta potestate, quando iure ordinario actus non valet. l. etiam. ff. de bo. quæ lib. ne actus per ipsum gestus pereat, quia regulariter loquendo princeps non potest tollere ius agnatis, & nil operatur quod præsumatur nolle. l. si quando. ff. de leg. 1. maximè, quando princeps scit non posse valere talem concessionem nisi de ābsoluta potestate, præsumitur ea velle vti vt actum suum faciat valere. l. quoties. ff. de reb. dub. & d. l. si quando, nec tunc est opus, quòd de aliquo iure faciat mentionem, ex eo, quia rescribit ex certa scientia. l. idem Vlpia. ff. de excusa. tut. c. eam te. de rescr. notatur in c. 1. de consti. in 6. & in principe non ca-
4 dit error iurium, quia omnes leges habet in scrinio pectoris l. omnium. C. de

testa.ergo non sunt audiendi agnati cõtra id quod fecit princeps, quando fecit ex sui certa scientia, imò debent repelli, & imponi perpetuum silentium, secundum Bald. in tit. de pace const.§. Imperialis, nam dicit lex quis tantæ superbiæ fastigio tumidus est, qui regalẽ
5 sensum neget vt l.fi.C.de legi.& l.fin.C. de crim.sacril. & quicquid principi placet legis habet vigorem hoc. §. nostro, & l.2.§. nouissimè.ff.de orig.iu.& põt ha
6 bilitare etiam filiam ad feuda paterna adduco tex.in c.1.in tit.qual.feud.ad fil. pertin.vbi Imperator inuitis agnatis potest filias habilitare ad feuda propter merita paterna, de quibus meritis est, credendum principi, & in communi
7 aliàs probari non potest, quia concernunt factum proprium clem.litteris de probat.cap. si Papa de priuil.in 6. licèt regulariter filiæ excludantur à feudo c.1.de succes.feud.

Vnde aliqua citatio agnatorum, vel vocatorũ nõ est necessaria, seu notificatio, qa posito, q̃ venissent agnati, non possent voluntati principis precisè cõtradicere, vel obuiare, & citatio illorũ, qui non possunt contradicere, vel impedire actum, qui geritur, non est ne-
8 cessaria. l.4.§.1.ff.de fideico.lib.& præcipuè apparet, quod princeps voluerit agnatis præiudicare ex rescripto, quia eos vocari non fecit, & tamen dixerit non obstantibus feudalibus, itẽ ex certa scientia, item quia sic omnino fierĩ voluit, item de plenitudine potestatis quia per tale rescriptum sic clausulatũ, potuit princeps tollere successionẽ feudi agnatis,& transferre, etiam si ei videtur, in fœminam etiam sine causa secũdũ scrib.in l.fin.C.si contra ius,vel vtil. pũb.quia rescriptum est lex priuata. l.2. C.de legi.l.1.ff.de constit.prin.c.priuilegia 2. dist.sed per legem generalem secundum omnes Doctores potest princeps tollere, & auferre ius succedendi in genere, ergo per specialẽ auferre in
9 specie arg.l.omnes.C.de prĕscr.20.ann. quia princeps est lex animata in terris,
10 vt in auth.de consul.in fin.sed per legẽ potest auferre dominiũ d.l.fi.C.si. cõtra ius,vel vtilit. pub.ergò,& per rescriptũ, quia princeps est dominus vniuersæ
11 suæ patriæ. l. deprædatio. ff.ad l.Rhod. de iact.& vti dominus de rebus suis potest disponere.l.in re mandata.C.mandat. §.per traditionem instit. de rer.diu. & Reg.primò hoc ius erit regis prædia vestra militibus dabit,ergò poterit princeps assignare feudum sibi remissum ẽt alicui fœminæ,quia princeps est solutus legibus.l.princeps. ff.de legi.& non est, qui possit ei dicere cur ita facis? & vbi non constat, vel apparet de causa in principe, voluntas tua præsumitur iu-
12 sta causa.l.1.ff de off.præfect.præto. est gl.in l.relegati. ff.de pœn. vbi voluntas est iusta causa, & si constat, quod nulla causa subesset, quia mandaret, quod sibi placuit de plenitudine potestatis tunc sufficeret maximè cũ dictis clausulis, quia sine aliquo dubio,& sine alia disceptatione potest hoc facere secundum Bart.Bal.Ang. Salic.& Doct.in d.l. fin.C.si contra ius, vel vtil. publ. Bal.in l.omnes.C.de quadr.præscr. vbi cũ clausula derogatoria valent rescripta con-
13 tra ius,videlicet, non obstantibus aliquibus iuribus, & consuetudinibus feudorum in contrarium facientibus, & operabitur talis clausula tantum quantum si singulis legibus esset derogatũ & essent specificatæ secundum Bald. d. l.fin.& in l.quoties. C. de præci.imp.off. quia quando constat de voluntate principis potest ius tertio spectans tollere, quia rescriptum est de iure ciuili,volũtas de iure ciuili, & vnum ius ciuile tol
14 lit aliud.l.nil tam naturale.ff.de reg.iu.

Indubitabilis enim est Doct. sententia, quod quando ex certa scientia scribit princeps non obstantibus iuribus feudalibus hoc sufficiat, licet non dicatur non obstante rubro, & nigro de successione feudi cũ simil. quia expressio eorum,quæ tacitè in sunt nil operatur.

15 tat. l. 1. ff. de leg. 1. c. significasti de elect. & quando princeps dicit non obstantibus consuetudinibus feudalibus, vult tunc tollere legem quæ obstat, & nulla lex obstat, nisi sit contraria, ergò vult tollere contrarias sequitur Io. And. in c. 1. de excess. prælat. & c. 1. de constit. in 6. Bart. in extrauag. ad reprim. per Doct. in c. nulli de rescr. Bald. in l. fin. C. sent. rescr. non poss. in l. eam quam. C. de fideicom. & in c. naturales si de feud. fuc. contr.

DVBITATIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum principis, an quacunque occasione iustificetur.*
2 *Nemo Cæsari dicere potest, cur ita facis?*
3 *Quis audet dicere Deo, quare hoc facis?*
Princeps dicitur causa causarum; & primæ causæ, nulla est causa. ibid.
Quod primum est, aliud ante se habere non potest ibid.
4 *Sacrilegium est disputare de potentia principis.*
Plenitudini potestatis resisti non potest. ibid.
5 *Dispensare potest princeps suprà ius, & contrà ius.*
6 *Princeps præsumitur velle omnes suos actus regulari à iustitia poli, & fori.*
7 *Princeps non præsumitur velle derogare iuri tertij.*
8 *Motus solus principis habet pro iusta causa.*
9 *Vani capitis est existimare, principem non posse præcipere sine causæ cognitione.*
10 *Princeps potest ex causa auferre dominium, et res priuatorum.*
11 *Feudum vassallis auferre non potest princeps sine culpa vassalli.*
12 *Non decet principem suum beneficium reuocare.*
13 *Veritas firmior esse debet in ore principis.*
14 *Feudorum consuetudo est fortior, quam gratia imperatoris.*
15 *Feudum est contractus nominatus.*
16 *Pœnitentia non habet locum in contractibus nominatis.*
17 *Contractus cum sint iuris gentium non sunt in potestate Imperatoris cui Deus non subiecit contractus.*
18 *Iusta causa præsumitur in principe rescribente circa ea, quæ sunt iuris positiui non autem circa ea, quæ sunt iuris gentium.*
19 *Clausulæ ex certa scientia, & de plenitudine potestatis non operantur quoad incognita; & ignorata, & æquiparantur dictæ clausulæ.*
20 *Princeps nõ dẽt vti plenitudine potestatis, nisi ex magna causa.*
21 *Plenitudo potestatis principis intelligitur clara distinctionis, nec hac clausula vsus vnquã fuit Pop. Romanus.*
22 *Dispensatio principis sine causa dicitur dissipatio.*
23 *Princeps, quando possit auferre iura, vel res tertij.*
24 *Auferens ius alteri tenetur de proprio compensare.*
25 *Fossatum, qui vult facere per prædium meum tenetur mihi soluere æstimationem damni.*
26 *Papa conferens mihi beneficium, postea illud de plenitudine potestatis mihi auferens, & dans alteri, tenetur mihi prouidere de æquè idoneo.*

1 PLacitum principis, an quacũque occasione iustificetur, & infertur ad plura?

Quam cunq; sufficere occasionem ad iustificandum placitum principis firmat. Bald. in c. ecclesia sanctæ Mariæ col. penul. vt lit. pend. vbi refert ita facere Illustrissimum Dominũ Marchionem Montisferrati Nobilibus Valmachæ quos tenet extrà castrum causa per eum inuenta quamuis iniusta, vt ibi per eum.

Planũ etemñ est, ꝙ in Cæsare, & Principe idest plenitudo potestatis, & posteq̃ aliquid vult ex certa scientia, nemo põt
2 ei dicere quare sic facis secundum. Bal. in prælu. feud. & l. fin. C. sent. rete. non poss. & ante Bald. fuit verbum originale

Specul.

Specul.in tit.de legat.§.nunc oſtendendum verſ.89.& per tex.in c.quamuis de pœnit. diſt.1. ibi, quis tamen audet dicere Deo quare huic parcis, & gl.ibi in verb.Deo, idem dicit in Papa, & ſic ēt in Imperatore aliiſque principibus nō recognoſcentibus ſuperiorem, quia vt per Bald. in c.cum ſuper col.1. de cauſ. poſſ.princeps proprie ex certa ſcientia ſuprà ius, omnia poteſt, & idem Bald.in c.eccleſia ſancte Mariæ colu.pen.vt lit. pend.dicit, quod cum princeps ſit cauſa cauſarum nō eſt de eius poteſtate requirendum, cùm primę cauſæ nulla ſit cauſa, quare illud quod primum eſt, aliud ante ſe habere non poteſt, & crimen ſacrilegij eſt de potentia principis
4 diſputare l. diſputare. C. de crim. ſacr. potiſſimum ſi adſit clauſula de plenitudine poteſtatis, cui nihil poteſt reſiſtere vt per Bald.in c.1.col.11.de conſti. plenitudo enim poteſtatis nulli eſt neceſſiati ſubiecta, nulliſq; iuris publici regulis eſt limitata ſecundum Bald.in l.2. colu.7. C.de ſeru. & aq. qui princeps de plenitudine poteſtatis poteſt ſuprà
5 ius, & contra ius diſpentare. c. propoſuit de conceſſ.pręben.& licèt, quando eſſemus in dubio princeps præſumatur velle omnes actus ſuos regulari à iuſti-
6 tia poli, & fori ſecundum Bald.in l.1. ff. de conſt.prin.nec præſumitur velle derogare iuri tertij.l.2.§.meritò, & §.ſiquis
7 a principe.ff.neq. in loc.pub. l.impuberi.ff.de adm.tut.l.nec auus.C.de emanc. lib. c.quamuis de reſcr. in 6. c.ſuper eo de off.deleg.tamen quandò voluntas principis eſt clara,& certa,& quòd vult derogare iuri tertij, certè ei eſt ſtandū d.§.ſiquis à principe, in quo etiam ſemper præſumitur cauſa, licet non exprimat ſecundum Bald. in l.reſcripta q.2. C.de præcib.Imp.off.& Bal. in l.ſi teſtamentum.C.de teſtam.Abb.in cap.cum olim colum.2. de re iud.& ſolus motus
8 principis habetur pro iuſta cauſa Abb. in c.niſi ſpecialis de off.deleg.& vani capitis eſt exiſtimare principem non poſſe præcipere ſine cauſæ cognitione, vel
9 ſine expreſſione cauſæ ſecūdum Inno. in c.ad aures de tempo.ordin. quòd dictum vti notabile refert, & ſequit Abb. in c. ſi quando in fin.de reſcr.ideò princeps ex cauſa poteſt auferre dominiū,
10 & res priuatorum. l. item ſi verberatū vbi not. Ang. ff.de rei vendic.l.Lucius ff.de euictio. l.quòd ſemel.ff.de decr.ab ord.facie.gl.& Doct.in l.fin.C.ſi contra ius, vel vtil.pub. & in l.fin.ff.de conſtit. prin.& in l.Barbarius. ff.de off.præto.& Bar.in l.quæcunque ad fin.per illū tex. C.de fid.inſtr.& iure haſtæ tiſc.lib.10.

Non poterit tamen princeps obid ſine culpa auferre feudum vaſſallis c.1.
11 de feud.ſin. culp. non amitt.gl.in c.fin. qui feud. da.poſſ. vbi Bald. qui aſſignat rationem, quia bonæ,& naturales cōſuetudines feudorum ligant principē, & quia potentius eſt ius naturale quam principatus, quia non decet principem
12 ſuum beneficium reuocare. c. cum dilecto de coniug.& affin. in nouell.& in ore principis firmior debet eſſe ve-
13 ritas. Bald.in c. cæterum colu.5. ad fin. de Iudæ.dicit, quòd vbicunque in feudis fit mentio de amiſſione feudi intelligitur coniuncta culpa, & coniuncto iudiciario ordine, & facit tex.in c.1. in prin.de nat.feud.vbi dicit, naturā feudi hanc eſſe, quod ſi princeps aliquos inueſtiuerit de feudo, non poſſit poſteà eos diueſtire ſine culpa, & licet imperator, & princeps habeat plenitudinē poteſtatis tamen verum eſt,quòd Deus ſubiecit imperatori leges, & non ſubiecit cōtractus ex quibus obligatus eſt, & fortior eſt conſuetudo feudorum,
14 quam gratia imperatoris ſecundum. Bald. poſt Innoc. in c. ad apoſtolicam de Simon. & idem. Bald. in l. princeps. ff.de legib. & in l.1. ff.de pact. & l.qui ſe patris col.10. C.vnd.lib. & c.1. col.1. de probat.

15 Feudum namque eſt contractus nominatus ſecundum Bart. in l. iuriſgentium.§. quinimò col.6.ff. de pact.Bal.&

Ang.

Ang. in l. legitima. ff. eo. Ang. in auth. vt sponsal. Carg. in prin. Bald. in c. quæ in ecclesiarum col. 10. de consti. sed in cõ
16 tract ib. nominatis non habet locum reuocatio nec pœnitentia. l. sicut. C. de actio. & obl. l. in commodato. §. sicut. ff. commod. Bald. consi. 327. 1. par. Abb. in d. c. quæ in ecclesiarum col. pen. & contractus cùm sint iurisgentium nõ sunt in potestate etiã Imperatoris, cui Deus
17 non subiecit contractus, vt tenent gl. & Doct. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. & l. fi. ff. de consti. prin. nec in casu isto præsumit̃ in principe iusta causa, quia istud procedit, q̃ in principe iusta causa præsumatur, quando princeps re
18 scribit circa ea, quæ sunt iuris positiui c. cùm nostris de concess. præben. secùs, quando princeps rescribit contra ea, q̃ sunt iurisgentium, vel contra feuda, & contractus, qui non sunt in eius libera dispositione ex quo Deus non subiecit & contractus, sicut leges, & sic tunc in principe non præsumitur iusta causa, nec eius voluntas pro causa iusta habetur Abb. d. c. quæ in ecclesiarum de cõstit. vbi tenet, q̃ princeps non possit priuare vassallos feudis sine causa legitima, nec tunc in rescripto principis priuantis vassallum feudo præsumeretur subesse iusta causa, eo quia in feudo dicitur formari quidam contractus inter principem, & vassallum. c. de forma 22. q. 5. & tũc in principe cadit præsumptio causæ, quando verisimiliter aliqua causa potest præsumi, vel imaginari, aliàs secùs secundum Io. de Imo. in c. nam concupiscentia col. 2. de consti.

Imo etiam, quòd adesset in priuilegio principis clausulæ ex certa sciẽtia, & de plenitudine potestatis, tamen dictæ clausulæ non debent habere effectum, cùm nulla penitus subsit causa priuandi vassallum, quia dictæ clausulæ non operantur, quoad incognita, ar
19 gu. l. cum Aquiliana & l. qui cum tutoribus. ff. de tut. & Bar. notat in l. fi. §. idem quæsijt per illum tex. vbi Ang. & mod. ff. de condict. ind. nam clausulæ ex certa scientia, & huiusmodi nil operantur in his, quæ princeps præsumitur ignorare, vt sunt facta, contractus, & consuetudines locorum ita Bald. in l. fin. C. sent. resc. non poss. sed clausulæ ex certa sciẽtia, & de plenitudine potestatis æquiparantur, & idem important vt per glo. sing. in cap. ad hæc vbi Abb. de rescrip. & idem Abb. in c. cùm inter col. 1. de except. & c. ea quæ circa fi. de re iud.

20 Imò princeps non debet vti plenitudine potestatis nisi ex magna causa, Innocen. in c. innotuit de elect. & sequitur. Abb. ibid. circà fin. & in c. ad hæc de rescr. & in cap. illa quotidiana de elect. Bal. in l. benè à Zenone. C. de quadrien. præscr. & l. 2. C. de commun. rer. alien. & propterea dicit Bald. in titu. de pace Constan. col. 23. in verb. non obstante, quòd populus Romanus nunquã fuit vsus ista clausula de plenitudine pote-
21 statis, nam plenitudo potestatis principis intelligitur claræ distinctionis, vt dicit glo. in cap. quanto glo. 2. de iureiur. & glo. in c. non est de vot. tex. in c. manet 24. q. 2. ideò dispensatio principis si-
22 ne causa est dissipatio Archid. in c. consequens 11. dist. Io. And. in c. de multa col. 5. de præben.

Et licèt princeps possit auferre res, vel iura tertij ex causa publicæ vtilita-
23 tis d. l. item si verberatum. §. 1. vbi Bart. ff. de rei vend. tamen non potest hoc facere ex causa priuatæ vtilitatis per glo. in l. 2. vbi Doct. C. de in ius voc. & Docto. in c. in nostra de iniur. & dicit text. in cap. denique 4. q. 5. quòd si princeps non potest vni subuenire nisi alter lædatur, commodius est neutrum iuuari quàm alterum lædi, imò fortiùs, nec ẽt ex causa publicæ vtilitatis potest princeps auferre res, vel iura priuati nisi facta debita compensatione secundum Bar & alios in l. fin. §. fi. ff. de pign. actio. Bald. in d. l. item si verberatum in prin. & in cap. cum inferior in fin. per illum tex. de maio. & obed. vbi notat ex illo

Digitized by Google

tex. quòd qui aufert ius alteri tenetur il
24 li de proprio compẽſare, & notat Bal. in l. 2. per illum tex. C. pro qui. cauſ. præ mi. liber. accipi, quòd ſi princeps vel ci uitas vult facere foſſatum per prædiũ meum tenetur mihi ſoluere æſtimatio
25 nem damni, vel ſi per delictũ alterius vult comburere domum, quæ ſit mihi communis tenetur ſoluere æſtimationem partis meæ, & dicit Bal. in c. 1. §. ad hæc col. 5. per glo. ibi de pac. iura. firm. quòd ſi Papa cõtulit mihi beneficium poſteà de plenitudine poteſtatis mihi aufert, & det alteri, tenetur mihi proui-
26 dere de æquè idoneo, & tenet Innoc. in cap. niſi cum pridem de renunciat. quòd ſi Papa cogat ſine cauſa Epiſcopum inuitum renunciare Epiſcopatui, debet ei prouidere de bono cambio, & ex his declarata remanet propoſita quæſtio.

DVBITATIO XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Placito principis exemptus à iuriſdictione, vel certo caſu, an vniuerſaliter cenſeatur exemptus, vel ſubiectus.*
2 *Vbi non conueniunt verba, nec conuenit diſpoſitio.*
3 *Habitantes in loco, vel originarij tenentur ad iuramentum fidelitatis, etiamſi eſſet frater domini, & eius familiaris, & qui habent domicilium, & bona in loco tenentur iurare fidelitatem.*
4 *Anteceſſores requiſiti præſtare iuramentum fidelitatis ſi recuſaſſent tanquam exempti, & poſteà tranſiiſſent tempora præſcriptionis acquirunt ius ſucceſſoribus.*
5 *Subditus, vel vaſſallus præſumitur ſi fuiſſet interpellatus præſtiturum ſuiſſe reuerentiam & obedientiam, & non præſtando ſine interpellatione nunquam præſcribit contra dominum ſuum.*
6 *Præſcriptio non currit ex non vſu in his, quæ dependent à noſtra voluntate.*
7 *Retineat ſi quis murum, vel domũ depreſſam mille annis, contra eum non eſt præſcriptum ne poſſit eleuare.*
8 *Priuilegiatus non debet excedere metas priuilegij.*
9 *Interpretatio in dubijs eſt facienda, vt diſpoſitiones contrahẽtium ſint magis conformes iuri communi, quam fieri poſſit.*
10 *Exemptionis priuilegio videtur receſſum per actum contrarium.*
11 *Præſcriptio interrumpitur per actum contrarium.*
12 *Priuilegio ſtatutorum non gaudet dicens ſe non eſſe ſubditum.*
13 *Ciuis non probatur, quis ex eo, quòd progenitores ſui fuerunt ciues.*

1 PLacito principis exemptus à iuriſdictione, vel certo caſu, an vniuerſaliter cenſeatur exemptus, vel ſubiectus.

Non dubitandum fore arbitramur priuilegium exemptionis à iuriſdictione ſolũ eximere in eo, quod exprimit, & non vltrà, vt ſcribit Cardin. in clem. 1. in 3. quæſt. de off. ordin. quia vbi non
2 conueniunt verba, nec cõuenit diſpoſitio, vt per Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium vbi etiam Roma. & Alexan. ff. de damn. infect.

Si propterea requiratur an habitantes in loco teneantur ad præſtandum iuramentum fidelitatis, & ipſi ſi ſe opponant exceptione alicuius exemptionis & reſeruationis alicuius loci, vel ci uitatis, dicas, ꝙ illa exemptio, & reſeruatio non comprehendit niſi tantum expreſſos, & non vltrà, ſciendũque eſſe in hoc propoſito regulare eſſe, quòd ius feudorum diſponit, pariter ac ius commune, originarios, vel habitantes in loco, in quo aliquis habeat iuriſdictionem maximè cum mero, & mixto imperio, ſeu in villa alicuius teneri ad
3 præſtandum iuramentum fidelitatis tex. eſt in c. nimis de iureiu. cum ibi notatiunctis his, quæ poſt tex. latè dicuntur per Barto. Aluar. & communiter Docto. in c. 1. qua. vaſ. præſta. deb. iur. fidelit.

deli.vbi dicunt Bar. & alij, quòd etiam frater domini tenetur ad iuramentum fidelitatis,& quicunque familiaris,& tã to magis, quia haberent domicilium, & bona in loco per not.in d.c.n.mis,& Iacob. de Sancto Georg. in ſuo tracta. feud.in clauſula, qui quidem inueſtiti. col.2.verſ.eſt & alia.

Nec obſtaret ſi pars diceret nunquã fuiſſe iuramentum fidelitatis pręſtitum per eum,per eius anteceſſores, quoniã 4 ex hoc non poſſet dici præſcriptionẽ aliquam acquiſiuiſſe, niſi conſtaret, ꝙ requiſiti præſtare, recuſaſſent tanquam liberi, & exempti ab eorum iuriſdictio ne, & poſteà tranſiſſent tempora præſcriptionis per nota.per Bald. in c.licèt in 2.not.b.vbi etiam Aluar.in 2.notab. ſi de feu.fuc.controu. vbi dicunt præſu mi vaſſallum, qui nõ fuit interpellatus præſtituturum fu ſle reuerentiã, & obe- 5 dientiam ſi fuiſſet interpellatus, & ꝙ non pręſtando ſine interpellatione nũ quam præſcribit contra dominum ſuũ, & ideo Abb. in c. ad audientiam. col. pen. verſic. iuxta prædicta de præſcrip. vult, quòd ſubditus non præſcribat li bertatem contra dominũ, ex non obedientia,vel non preſtatione ſeruitij,vel non vſu iuriſdictionis, quando non oc currit occaſio,& dicit ibi Fely.col.8. ꝙ etiam ſi occurriſſet caſus, & non vſus fuiſſet, quia non erat opportunum nõ poteſt dici cucurriſſe præſcriptio. & ge neraliter ſcribit idem Fely. in c.cùm ac ceſſiſſent.col.12.verſi.limita 2.de conſt. quòd in his, quæ ſunt meræ facultatis, & dependent à noſtra voluntate ex nõ vſu non currit præſcriptio,prout, & qđ dixit ibid.Fely.in 1.limitatione, & gl.in l.luminibus. ff.de ſeruit.vrb. prædio. de eo, qui tenuit domum depreſſam, vel 7 murum mille annis, vt non ſit præſcriptum aduerſus eum ne poſſit eleuare.

Priuilegium inſuper eximens in certo caſu, vel articulo,operatur, quòd in alijs debeat eſſe ſubiectus.c.ſi Papa circa fi.de priuil.in 6.quia priuilegium exemptionis, quod poteſt in certo caſu verificari non debet vniuerſaliter operari,quia priuilegiatus non debet exce 8 dere metas priuilegij, vt per Gemin. in c. in prin.in 2.notab.de priui.in 6.imò præſuppoſito, quod verba poſſent dici dubia, facienda eſſet interpretatio con tra volentes ſe ex exemptione, & reſer uatione iuuare arg.l.veterib.ff.de pact. l. quicquid adſtringendæ in prin. ff. de verb.obli. & quia in dubijs eſt facienda interpretatio, vt diſpoſitiones contrahentium ſint magis conformes iuri cõ 9 muni quàm fieri poſſit. l. ſtipulatus in prin. ff.de vſur. cap. cauſam de reſcrip. Alex. conſi.2.in prin. vol.3. & per actũ contrarium videtur receſſum à priuile 10 gio exemptionis, vt probat Fely. in d. c.cum acceſſiſſent.col.13.in verſi.3. regula de conſtitu. cùm etiam per actum 11 cõtrarium interrumpatur præſcriptio iuxta notat.in cap illud de præſcript. & l.naturaliter.ff.eo.tit.& volens ſeſe iuua re hoc argumento ſe non eſſe ſubditũ, 12 ſciat, quod nec gaudebit priuilegio ſta tutorum, vt not.Pau. de Caſtr.in l.omnes populi in fi.ff.de iuſt.& iur.poſt Bar. in tract.reprætal. 1.quæſt.5.prin.Angel. conſi.73.Rom.conſi.224.etſi oppoſuerit, ꝙ progeni ores ſui fuerunt ciues, non ob id tequitur,quòd ipſe opponẽs ſit ciuis niſi probet, vt per Fely. in cap. quoniam col.2.de off.ordin.

DVBITATIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Placito principis, vel ſuperioris, an poſſint concedi inducię lite pendente, ſuper contractu iurato, & in iudicium deducto.*

2 *Supplicans contra tenere promiſſionis efficitur periurus, & priuatur quocunque commodo.*

3 *Solnere in tribus terminis, qui promiſit, ſi in primo termino non adimplerit, totum ſolue re cogi poteſt.*

4 *Offendens legem non meretur beneficiũ legis.*

5 *Princeps ſecularis non poteſt tollere iuramentum.*

6 *Induciarum beneficium non poteſt peti, vel impetrari.*

7 *Lites ſopitas per tranſactionem, vel ſententiam reſuſcitare, nõ eſt principis intentio.*

8 *Trãſactioni cõtraueniens efficitur infamis, ab actione cadit, pœnam ſoluit, & data reſtituit.*

9 *Iuramentum habet vim illius clauſulæ, quæ apponitur in ſtipulatione pœnali, rato manente pacto, quod fallit in tranſactione pœnali.*

1 PLacito principis, vel ſuperioris, an poſſint concedi inducię lite pendente ſuper contractu iurato, & in iudicium deducto?

Negatiuè reſpondendũ cenſeo primo ex eo, quia non licet ad euitandũ periurium, ꝓueniens etenim iuramento, vel qui eſt in mora faciendi, vel etiã qui ſupplicat contra tenorem promiſſionis efficitur periurus, per tex. in l. ſiquis maior. C. de tranſact. & tenetur ſtatim ſoluere, priuaturque quocunque commodo, quod ex pacto iurato conſequebatur, vt docet tex. præalleg. ideò notant ſcrib. ibid. præcipuè Mateſ. in 12. notab. quòd ille qui iurauit ſoluere in tribus terminis, & in primo termino non adimpleuit totum ſoluere cogi poteſt, huiuſmodi ergò dilationes, ſeu inducię inobſeruantũ iuramentum nõ ſunt concedendæ, ne peccatum nutriatur, & legis diſpoſitio violetur, nec in præiudicium partis, vel tertij non eſt concedendum beneficiũ l. 2. C. de preci. Impe. offer. per illam regulam: quia offendens legem prout facit, veniens contra iuramentum non meretur legis beneficium, & aliud fruſtrà implorat c. quia fruſtrà de vſur. l. auxilium. ff. de minor. cum concord. poteſt tamen ante cuentum termini peti abſolutio à iuramento, & ea petita, & obtenta, poteſt peti dilatio, poſito, ꝙ abſolutio concedi potuiſſet, etſi in contractu iurato nõ poſſint peti inducię, & princeps ſeculariſ hoc non poſſit facere: quia nõ poteſt tollere iuramentum c. venerabilẽ, & c. nouit de iudic. Hoſtien. in c. quemadmodum ſuper glo. de iureiur. Alex. conſ. 38. vol. 3. & Epiſcopus non poteſt remittere, ſeu diſpenſare in iuramento niſi in caſibus notatis per Abb. in cap. cum contingat de iureiu.

5 6

Vlteriùs nullum priuilegium contrà cauſam iam in iudicio deductam, lite, ſcilicet pendente, impetrari nõ poteſt, nec ob id beneficium inducierum peti vel impetrari poteſt Bar. in auth. ſuppli cante. C. vt lit. pend.

Et nedum quilibet contractus iuratus, ſed etiam, & eo magis, quælibet legitima tranſactio nõ tollitur reſcripto principis, veluti, ſi tranſegi tecum, poſt eà impetraui iudicem contra te, ſuper debito, ſuper quo tranſegi non facta mentione de tranſactione, certè ſi facio citari te coram iudice, & tu comparas, & excipis de tranſactione iam facta, & facias de ea fidem, iudex debet pronuntiare reſcriptum eſſe ſubreptitium, quia ſi de tranſactione mentionẽ feciſſem, tale reſcriptum non obtinuiſſem, quia non eſt intentio principis lites ſopitas per tranſactionem, vel ſententiam reſuſcitare, hæc habentur in tex. l. cauſas. C. de tranſac.

7

Imò tranſactioni initę contrafaciẽs, in qua interuenerit iuramentum, dummodo ſit maior 25. annis ipſo iure efficitur infamis, ab actione cadit, pœnam ſoluit, & data reſtituit, quæ deinde applicantur parti obſeruanti tranſactionem. d. l. ſiquis maior. C. de tranſactio. quod procedit etiam in tranſactione inita cum vniuerſitate, vel ciuitate, vt notat Laſ. ibid. nu. 7. & 10. & 11. vbi dicit idem procedere in omnibus contractibus iuratis, quia iuramentum habet vim illius clauſulæ, quæ apponitur in ſtipulatione pœnali, rato manente pacto, vt not. Barto. in dicta l. ſi quis maior ſub numero octauo & ſeq. quòd tamen fallit in tranſactione pœnali, in

8 9

qua

quasi apponatur clausula, rato manente pacto, potest peti datum, aliàs competit actori tantum exceptio trãsactionis per text. in l. cùm proponas. C. de transact.

DVBITATIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Placitum principis, legis, vel superioris, an cesset cessante causa, & quid dicendum de collectis.*

2 *Res quæ veniunt ad aliquem titulo lucratiuo si ex hoc sint obligatæ ad onera, & contingat eas alienari, & ad eundem redire titulo oneroso, non erunt amplius obligatæ ad onera.*

3 *Mutatione personæ mutatur onus, vel priuilegium.*

4 *Collectas soluere non tenetur pro rebus, qui anteà pro eis tenebatur ante clericatum, vel conuersionem.*

5 *Collectari non potest, qui non est de iurisdictione.*

6 *Prouisio in vno casu extenditur ad similem etiam in contractibus.*

7 *Mutatione personæ mutatur qualitas conditio, & natura bonorum, & possessoris.*

8 *Mutata persona censetur mutata natura rei extinctum semel ius non amplius reuiuiscit.*

9 *Qualitatis mutatio, non potest considerari in re extincta.*

10 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
Declaratur regula de mutatione personæ. ibid.

11 *Obligationis conditio non dicitur mutata ex persona mutatione.*

1 PLacitum principis, legis, vel superioris, an cesset, cessante causa, & quid dicendũ in collectis.

Regulare est, quòd cessante causa oneris, vel priuilegij cessat onus, vel priuilegium, vt per Bar. in l. Tina. §. vsuras per illum tex. ff. de legat. 2. & per Alex. in l. si cum dotẽ. §. si maritus. col. 3. ff. solut. matr. facit etiam tex. in l. 1. cum ibi notat §. res descriptione. C. de impo-

nen. lucrat. lib. 10. dùm ibi dicitur, & notatur circà finem, quòd si res quæ veniunt ad aliquem titulo lucratiuo ex hoc sint obligatæ ad onera, si contingat eas alienari, & demum ad eundem redire titulo oneroso, non erunt ampliùs obligatæ ad onera, sic etiam dicimus, quòd mutatione personæ mutatur onus, vel priuilegium. Bar. & alij in l. Paulus respondit. ff. de acq. hære. iunctis not. per gl. in l. Incola la 2. ff. ad munic. & Bald. in l. placet. C. de sacros. eccl. dùm dicunt, quòd si res prophana solita soluere collectas deueniat ad eccle siam, vel conuersum, est exempta à collectis, & latè declarat. Alex. cõs. 35. col. pen. vol. 4. dicens, quòd in collectis mutata persona mutatur status rei, & attẽditur tempus superueniens tempore tractatus de talea imponenda, seu solnẽda per tex. & gl. in d. l. incola la 2. vbi glo. dicit, quòd postquam quis factus est conuersus, non tenetur ampliùs ad collectas, quas anteà pro rebus soluebat, vt ex tex. l. prouidendum cùm ibi not. C. de decur. lib. 10.

Eodem modo, sicut non potest collectari Forensis, & qui non est de iurisdictione communitatis arg. authen. multò magis C. de sacros. eccles. & l. in suis cum ibi not. ff. de lib. & posth. Bart. in l. gallus. §. & quid si tantum col. 2. ff. eo. de lib. & posthum. prouisio enim in vno casu extenditur etiam ad alium similem etiam in contractibus.

Et quòd mutatione personæ mutetur qualitas, conditio, & natura bonorum, & possessoris persona mutata cẽsearur mutata etiam qualitas, & natura rei firmat. Crau. cons. 293. num. 10. lib. 2. citatus etiam per D. meum præceptorem Menoch. de arb. casu 159. nu. 6. & probatur per tex. in l. per curatorem. ff. de acq. hære. & quòd mutata possessoris persona mutetur rei status probat. Crau. loco præcitato sub nu. 10. adducens Paulum de Castr. in cons. 3. col. fi. libr. 1. contra quam regulam opponit.

Crau.

Crau.ibid.quòd imò extincto ſemel iu-
8 re alicuius rei illud ampliùs reuiuiſce-
re non poteſt.l.qui res.§.aream.ff.de ſo-
lut.l.cum ex cauſa in fin. & l. fina. C.de
remiſſ. pign. nec ideò quod extinctum
ad alium tranſire poteſt. c. cum acceſ-
ſiſſent de conſtit. nec poteſt conſidera-
9 ri mutatio qualitatis in re extincta, qa
non entis nullæ ſunt qualitates.l.2.ff.de
vſufruct.

Et licèt mutatione perſonæ mutetur qualitas rei, nõ tamen aſſumit res qualitatem, quæ ſemel ſit extincta, quia ꝙ ſemel extinctum eſt ampliùs reuiuiſcere non poteſt.

Item mutatione perſonæ mutatur qualitas rei, & aſſumitur noua qualitas in hærens perſonę ad quam tranſit res, puta ſi res caſtrẽſis trãſit de pẽ in filiũ, ſui qualitas caſtrenſis non conuenit, nã perditur priuilegium caſtrenſe. d. l. per curatorem. ff.de acq. hære. Item è contra, ſi res pro qua onus ſoluitur, tranſeat ad priuilegiatum, nam tunc aſſumitur qualitas illius priuilegiati, vt non debeatur illud onus d.l.per curatorem, & not.Abb.in conſ.13. col.2. lib.2.

Mutata tamen perſona, non inferas, ſucceſſorum non dicitur mutata conditio obligationis. l.2.§.ex his. ff.de verbor.oblig.Caualcat.vaſſal.cap.17.par.1.

DVBITATIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum principis, vel quodcunque priuilegium, quod tranſiuit in vim contractus cõceſſum ſubdito, vel non ſubdito, an poſſit ſine cauſa reuocari.*
2 *Contractus, vel feudi conſuetudo fortior, quã gratia principis.*
3 *Priuilegium dicitur eſſe quod eſt contra, vel præter ius.*
Priuilegium dicitur lex priuata contra legem ibid.
4 *Priuilegium reuocari non poteſt ad libitum ſine cauſa.*

PLacitum principis, vel quodcũque priuilegium, quòd tranſiuit in vim contractus, conceſſum ſubdito, vel non ſubdito, an poſſit ſine cauſa reuocari.

1 Reſponſio negatiua eſt vera, quod non poſſit ſine graui cauſa reuocari huiuſmodi priuilegium decet text. in c. 1. de nat.feud. l. q fundos. C.de omni agr. deſer.libr.10. Bal.in l.qui ſe patris.C.vn. lib.l.fundi. C.de fund. patr. Iaſon. conſ. 1. fere per tot.vbi notat, quòd priuilegium conceſſum ſiue ſubdito, ſiue nõ ſubdito, quod tranſiuit in vim contractus reuocari non poteſt ſine cauſa, & potiſſimum hoc procedit, quando priuilegium eſſet conceſſum ob merita, quo caſu de ſe eſt irreuocabile, vt not. Rom. conſ.435. col.4. ſequitur Afflict. in conſtit. ea quæ decus ſub rubr. quod nullus priuatus. col.2. lib.1. conſtit. vbi dicit, quòd ſemper quod Rex aliquid concedit propter grata, & accepta ſeruitia, vel ob ſeruitia recipienda ſit contractus, & eſt, ſemper eſt obligatus vigore contractus, ad eius obſeruantiam, quia videtur recipiens habere cauſam liberatiuam, ex quo priuilegium ſponte conceditur, & dicit ibid. Afflict. communem eſſe opinionem, quod tale priuilegium contractus cenſeatur, à qua communi opinione dicit non eſſe recedendum, & allegat plura ad propoſitum, quod princeps contractui contrauenire non poſſit, & merita probantur etiam in præiudicium tertij, cùm de eis facta fuerit ſpecialis mẽtio ſecundum. Bald.in l.illud quæſt.4.C.de ſacroſ.eccl. Iaſ. conſ.227. col.9. vol.2. & taliter obligatur princeps in ſimilibus, vt etiam de poteſtatis plenitudine contrauenire non poſſit. Dec.conſ.407. & 410. Spec. in titu.de lega.§.nunc oſtendendũ verſ. 18.& tradit Soc.conſ.164.col.3. verſ.ſed ad iſtam, quia fortior eſt conſuetudo
2 contractus, vel feudi quã gratia Principis. Dec.conſ.528.colu.2. & per tot.vol. 3.Iaſ.in l.Barbarius col.7.in fin.ff.de off. prætor.

prætor. & in l. fin. col. penul. C. ſi contra ius, vel vti. pub. priuilegium enim dicitur eſſe, quod ſit contra, vel præter ius l. 1. C. de Theſau. libr. 10. Bartol. in l. nulla. ff. de legib. & dicitur quaſi lex priuata contra legem. capit. priuileg. 4. diſt. declarat. gl. in c. 1. verb. notetur de cõſtit. in 6. Io. Andr. in c. ſi ciuitas de ſent. excom. in nouell. Iaſ. in l. fin. col. 5. in fi. ff. de conſtit. princ. Dec. conſ. 194. col. 2. vol. 1. ſi priuilegium eſt ergò reuocari non potent ad libitũ ſine cauſa, vt notat gl. fin. in c. decet de reg. iur. in 6. Soc. conſ. 4. vol. 3. quod etiam habet locum ſi priuilegium perpetuò ſit manſurum. vt p. gl. d. c. decet. Abb. in c. nouit de iud.

DVBITATIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripti ac priuilegij, & contractus verba ac tenor, an attendantur, & quid dicendum in teſtamentis, compromiſſis, & ſententijs.*

PLaciti, reſcripti, vel priuilegij, & contractus, verba ac tenor, an ſint attendenda, & quid dicendum in teſtamẽtis, in compromiſſis, & ſententijs?

Quod attendendus ſit præ omnibus tenor conceſſionis in feudis, pro regula tradi ſolet, vt ſermonem inueſtiturę necnon vim verbũ inſpiciamus ac enſum contrahentium intueamur, quia verba declarant mentem, & in dubio à verbis non eſt recedendum, niſi conſtet de mente in contrarium. l. non aliter. ff. de leg. 1. l. labeo cum concord. ff. de ſuppell. legat. Bald. in prælud. feud. 4. diuiſione per tex. in c. ſi cui minti de extraord. cau. Contra Bald. in l. fin. per illũ tex. C. de ſuis, & legib. vbi dicit tenorẽ inueſtiturę, & qualitatem verborum ſpectandam eſſe, quoniam verba contractus sũt forma, & forma dat eſſe rei, faciunt notat. Bal. in auth. ceſſante verſic. item not. C. de leg. hæred. & in ca. 1. §. deniq; quæ fuit prima caut. bene. amitt. & in l. ex hoc iure col. 2. ff. de iuſt. & iur. & in l. 1. §. ſed & ſiqs. C. de lat. lib. toll. Alua. in c. 1. de vaſ. decr. æta. Rom. conſ. 1. & conſ. 34. & conſ. 494.

Sicque idem dicimus in ſimili, in priuilegijs, reſcriptis, & generaliter in cõtractibus. cap. porrò, & c. accepimus de priuil. Innoc. & Abb. in c. per venerabilem qui fil. ſint legi. Idem quoque dicimus in teſtamentis. §. nos igitur in auth. de reſtit. fideicom. de quo tex. meminit. Bald. in c. 1. de feud. guard. & idem. Bal. in l. ſi cum dotem. §. pater circa. fin. ff. ſol. mat. Idem pariter firmamus in cõpromiſſis cap. Raynaldus, ibi, prout forma compromiſſi de teſtam. & l. non diſtinguemus. §. de off. ff. de arbitr. & l. arboribus. §. de veſtibulo. ff. commu. diuid. Bar. in l. cum Aquiliana, & Ang. in l. de his. ff. de tranſact. Abb. in c. vno delegatorũ de off. deleg.

Idem æquè dicimus in libellis. l. 2. ibi, ex his, quæ in libello complexa eſt, vbi per Moder. C. de inſtit. & ſubſt. l. Gallus. §. f. per illum tex. ibi, qui ex verbis concipi poſſit. ff. de lib. & poſth.

Simile dicimus in ſententijs, vt dixit Bald. in l. ab executione. C. quo. appell. non recip.

Sic ergo concludendum, quòd ex qualitatibus, & clauſulis fit denominatio contractus, vel conceſſionis feudalis, vt per tex. in l. ſi vno in prin. ff. loca. & probatur in l. 1. vbi Bald. notat. C. de rer. permut. Bartol. & alij in l. 1. C. de iur. emph. t. & in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. inf. Specul. in tit. de feud. §. 2. vers. 40. ad fin. Bald. in c. ſi clientulus in prin. de alien. feud. & in c. 1. §. ſi libellario, qui. mo. feud. am. iunctis his, quæ notantur in ſimili in c. potuit locat.

DVBITATIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta, vel priuilegia principis ſi continean*

neant duo, vel plura ſpecialia, an valeant.

PLacita, reſcripta, vel priuilegia principis ſi contineant duo, vel plura ſpecialia, an valeant?

1 Adeſt authoritas in l.fin.in 2.col.vbi Ang.ff.de conſtit.princ.& in l.eam quã col.4. in verſ. ſed quidem erat ex adulterio. C. de fideicom. & in l. ſiqua illuſtris col. 2.C.ad orphitia.& in l.1. p illũ tex.C.de dot.promiſſ.vbi habes, quòd reſcripta,& priuilegia imperatoris non valent ſi cõtineant duo, vel plura ſpecialia facit tex.in l.1.C.vt act.ab hære.& contrà hære.Salycet.in l. fin. C.de pact. Ang.in l.hæreditarium. ff.de bon.auct. iudic.poſſid.& in l.ſancimus.C.de don.

Imò nec valẽt huiuſmodi reſcripta, etiamſi in eis appoſitę ſint clauſulæ derogatoriæ,quæ nunquam extenduntur ad actus, vel contractus iuratos gl.ſing. in c.cum non deceat de elect.in 6.& gl. in clem.dudum. §.pen.in verb.pacta de ſepul.benè facit tex. in c.conſtitutus de reſcr.notat.Ang.in l.1. §.quam onerandæ.ff.quar.rer.act.nõ dat.& dicit, quod ſępè vidit allegari in Curia Regis,idem dicit Bald.in l.1. in fin.C.quando lic.ab empt.diſced.

Ratio poteſt deduci,quia ſi princeps fuiſſet certificatus de tot obſtantibus, ſeu ſpecialibus, certè non conceſſiſſet ſecundum priuilegium ſaltem non ita de facili,ergò hinc poteſt dici ſecundũ reſcriptum ſubreptitium, & conſequẽter inualidum,vt eſt tex.not.in c.poſtulaſti in verb. de leui de reſcr. vbi Abb. ad hoc plurimum notat.facit tex.in c.ii motu proprio in verb. modicũ de præben. in 6. & c.ſi proponente in verbo. licet minùs competens de reſcr. & c.ex literis vbi Abb.de dol.& contum.Abb. in c. cæterum 1. notab. &c. ſuper literis col.6.de reſcr.& c.ptereà il 1.de iurepat.

Sicq; ex præmiſſis nota, quòd quando multa,& varia ſunt ſpecialia,ſeu obſtantia in priuilegio, vel reſcripto impetrato, tunc nec ſufficit generalis derogatio, non obſtante, ſed requiritur, quod in ſpecie vnicuique derogetur,& in dubio non præſumitur derogatum, vt probat tex. valdè not.in l. ſi non lex Elia ſentia in princ.ff.de hære. Inſt. quẽ tex. Bald. ibi ad hoc notat, & reputat valdè ſignandum pro bullis Papalibus, in quibus apponitur clauſula, non obſtante, quod ſcilicet,nihil operetur quando plura obſtant.

Idem tenet Bald.in l.1. col.pen. C.de furt.vbi dicit eſſe ſciendum, quòd ſi eſſent plura ſpecialia, ſeu obſtantia, nõ valeret clauſula generalis, ſed eſſet opus de ſingulis defectibus facere mentionem per iura allegata ibi per eum.

DVBITATIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus generaliter, an excuſetur à neceſſitatibus ob bellum contingentibus.*

2 *Vaſſallus domino auxilium præſtare tenetur, & quibus in caſibus.*

3 *Clerici debẽt dimittere diuina officia, & omninò vacare cuſtodiæ vrbis tempore belli.*

4 *Vaſſallus ſciens domino paratas inſidias debet occurrere.*

5 *Dominus volens ire contra hoſtes fidei Chriſtianę poteſt licitè quęſtam facere, & auxilium petere à ſuis hominibus.*

PLacito Principis, vel priuilegio, vel exemptione generali decoratus, an excuſetur à neceſſitatibus ob bellum contingentibus.

1 Communis eſt omnium Doctorum ſententia,quòd à neceſſitatibus occurrentibus propter guerram, nullus poteſt ſe excuſare ratione alicuius priuilegij: Doct. communiter in l. ſi ex toto in prin.vbi latè.Iaſ.& Soc. ff.de legat.1. Curt.iun.conſil.61.vbi dicit communẽ Doctorum eſſe opinionem, quòd non obſtante immunitate, ſuperueniente guerra

Digitized by Goo

guerra ratione iſtius nouæ cauſæ quis poteſt collectari, & ſequuntur alij de quibus per Cardi. Pariſium conſil. 68. col. 3. lib. 1. & princeps tempore guerræ poteſt recipere calices, & cruces argenteas. Affli. d. ca. qui cur. vend. §. ſimiliter poteſt col. 3. nume. 21. nam propter caſus emergens receditur à ſolitis, & tranſitur ad inſolita, quia neceſſitas hoc facit, quæ legem non habet ſecundum. Bal. qui loquitur in ſuperindicto, quòd aliàs regulariter imponi non poſſet cõſil. 435. vol. 5. quòd tempore neceſſitatis imponitur, & quòd ſubditi cum cauſa iuſta, ſcilicet, pro defenſione ſtatus grauari poſſint, notat. Put. de ſyndic. de exceſſ. imp. col. 1. in fin. & ſubditus ſemper debet præſumere, quòd cum cauſa fiat impoſitio oneris à principe, etiãſi cauſa non appareat ſecundum. Affl. quæ ſint regalia ſub verbo. vectigalia col. 2. in princ.

In iuramento etenim fidelitatis, qđ
2 vaſſallus domino auxilium præſtare teneatur, continetur per text. in c. 1. de for. fid. ibi auxiliũ, vbi doct. & in c. 1. de nou. form. fid. ibi, auxilium meum tibi præſtabo, & quòd vaſſallus teneatur præſtare auxilium Domino in guerra probat tex. in c. domino guerram in tit. hic finitur lex & c. 1. verb. ſi contigerit in titul. de nou. form. fidel. & c. 1. quibus mod. feu. amitt. cum allegatis per Affli. quæ ſint regal. §. extraordinaria col. 1. & 2. & tale auxilium præſtandum eſt domino ſumptibus vaſſalli maximè quãdo feudum eſt bonum, & ſufficiens vt notat. Iacob. de Sancto Georg. in verb. & promiſerunt præſtare debita ſeruitia colu. 1. & vaſſallus non ſolum tenetur adiuuare dominum contra inimicos eius. l. ſiquis in graui. § ſi cum eſſet. ff. ad Syllan. c. de forma 22. q. 5. c. ego enim de iureiu. & c. cum clerici de verb. ſign. ſed etiam contra agnatos, & propinquos ſecundum. Afflic. in prælud. feud. col. 14. & contra patrem, fratrem, & filium ipſius vaſſalli per tex. in c. 1. §. fi. vbi Doct. in titu. hic finitur lex, & eſt communis opinio ſecundum Zaſium titul. ad quid vaſ. domino teneatur c. 40. nu. 10. in ſuo tract. feud. licèt filio contra patrem aliter ſentiat, quia eſſet, vt ipſe dicit contra præcepta diuina, patrem offendere, & non ſolum vaſallus tenetur adiuuare dominum, ſed etiam amicos eiuſdem domini ſecũdum. Io. Blãc. tit. quibus mo. feud. am. col. 5. & non tãtum in guerra ſed etiam in guerra extra territorium, ſeu patriam ipſius domini ſecundum. Bal. in c. 1. in titul. qui. mo. feu. am. quia ſecũdum eum in quocumque loco eſt dominus, cum ſuo exercitu ibi cenſetur eſſe territorium. vt per Aluar. tit. quibus mo. feu. am. c. 1. col. 3. Curt. iun. de feud. 4. quæſt. prin. q. 3. quòd multo magis procederet, quando bellum iuſtum ſit, & ad defenſam factum vt per Iacob. de Sancto Georg. & promiſerunt præſtare debita ſeruitia. col. 2. Affl. poſt Iſern. tit. quæ fuit 1. cauſ. benef. amitt. §. ſed nec alia col. 2. & non ſolum laici ſed et clerici tenentur, quãdo bellum fit pro defenſione patriæ. Iacob. de Sancto Georg. loco præcitato. col. 8. verſ. 18. & in tract. de homag. col. fin. c. peruenit cum ibi not. de immun. eccl. debent enim clerici omittere diuina officia, & cuſtodiæ vrbis omninò
3 vacare l. ſemper §. quibuſdam. ff. de iure imm. Rip. conſil. 26. col. pen. & vlt. & vaſallus vbicunque inſidias ſcit domino
4 eſſe paratas debet occurrere. arg. l. fi. in fi. C. de his quibus vt indig. Io. Blanc. tit. quib. mo. feu. am. col. 5. & tex. in c. 1. §. ſi delator quæ ſit 1. cau. benef. amitt. aliàs regula generalis eſt, quòd cũ vaſallus eſt ingratus contra dominum, feudo priuatur. c. de forma circa fin. 22. q. vlt. & non ſolum ad defenſam prædicta procedunt ſed etiam ſi guerra fieret ad offenſam, cum dominus vellet ire con-
5 tra hoſtes Chriſtianæ fidei, poteſt licitè quæſtam facere, & auxilium petere à ſuis hominibus. Io. Blanc. in ſua ſumma in ti quib. mo. feu. am. §. hæc autem

quia si pro exercitu dicit ibi.Blanc.Imperatoris hoc pcſi poteſt, multò magis pro exercitu ſummi Imperatoris Ieſu Chriſti Iacob.de Sancto Georg.promiſerunt præſtare debita ſeruitia col. 8. in prin. & ad ſupremi Monarcæ gloriam finem hunc, capiat præſens dubitatio.

DVBITATIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Papæ diſpenſatione vtrum liceat principi tollerare hæbreos volentes exercereſœnus.*
2 *Caſus in quo Papa poteſt diſpenſare contra ius diuinum.*
3 *Homicidium permitti poteſt à ſuperiore ex cauſa in caſu non permiſſo à lege diuina.*
4 *Papa, quando aliquid facit, quòd fieri non poteſt ſine iuſta cauſa, præſumitur facere ex certa cauſa permiſſa.*
5 *Iudæorum animæ nil ad nos, quia ſunt de his quæ foris ſunt.*
6 *Canoniſtis potius quam Theologis ſtandum eſt in materia permiſtionis vſurarum.*
7 *Iudæi non debent occidi, quia ſunt teſtes paſſionis Chriſti.*

PLacito Summi Pontificis, ſeu eius diſpẽſatione, vtrum liceat principi tollerare hæbreos volentes exercere fœnus, & an ſic
3 Papa potuerit diſpẽſare ſuper vſuris exigendis per hæbreos.

Omiſſis argumentis quę pro parte negatiua deduci poſſent, ad probabiliorẽ ſententiam deſcendo, nempè ex cauſis publicam vtilitatem concernentibus poſſe Romanũ Pont. permittere principi licentiam paciſcendi cum iudæis, vt valeant vſuras exercere ſecundum conſuetudines antiquas, quia Papa permittendo ex cauſa, quòd Iudæi in certo loco vſuras exerceant, non facit cõmitti peccatum mortale ſecundum legem diuinam, quia reſpectu iudæorum fœnerantium ſuperuacuò quæritur, an committatur mortale peccatum, quia vt dicit. Anchar. conſi. 235. ſuperuacuè rei operam dare videtur qui coercere Iudæos nititur à peccato, quia iam ſunt damnati propter perfidiam eorum, & tollerandi ſunt in eorum iuribus. c. quã ſanctè 45. diſt. & quia nihil ad nos quæ foris ſunt, ſeu quæ noſtri fori non ſunt, c. gaudemus de diuortiũ. Nec reſpectu Chriſtianorum recipientium à Iudæis pecunias ſub vſuris committitur peccatum mortale vt not. Hoſtien. & alij in c. ſuper eo de vſur. Archid. in c. monet. 22. quæſtion. 1. & in c. ſiquis vſuram 14. quæſtion. 4.

Et quòd Papa poſſit diſpenſare con-
2 tra ius diuinum in caſu, quãdo ex hoc non venit committendum peccatum mortale probatur in c. fi. de conſuet. cũ ibi not. vbi probatur, quòd conſuetudo contra ius diuinum valet, ſi non inducitur ex ea mortale peccatum, ergò pari ratione poteſt Rom. Pontifex diſpenſare, idem voluerunt. Doct. in l. fi. C. ſi cõtra ius vel ut. pub. & in l. 1. ff. de conſtitu. prin. vbi volũt, quòd ſtatutum ſuperioris contra ius diuinum valeat, ſi non committitur peccatum, dummodo ſtatutum fiat ſuper eo, quòd ſpectat ad ſuperiorem ſtatuentem, vt ſi eſt ſuperior temporalis, non ſtatuat ſuper materia ſpirituali iuxta ea quæ habentur in c. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. & in auth. caſſa. C. de ſacroſcecl. & in c. nouerint de ſent. excom.

Rurſus pro hac vera ſententia concludunt. Doct. communiter, & Bart. in l. omnes populi 3. q. prin. ff. de iuſt. & iu. quòd vbicunque de iure diuino prohibitio non eſt ſimpliciter facta, in aliquo caſu permiſſa dicitur illa res prohibita, exemplum affertur, in præcepto diuinæ legis cautum eſt. Non occides, nam ſimpliciter non fuit prohibita occiſio, patet, quia etiam lege diuina cautum erat, quòd qui occidit occidatur, & gladio feriens gladio peribit, ideò tunc ſuperior poteſt ex cauſa permitte-
3 re homicidium in caſu non permiſſo à lege

& lege diuina vt patet in l. 1. & 2. C. quãdo lic. ſine iud. vind. & l. 3. §. fi. ff. ad l. Cor. de ſicar. & in l. Gracchus. C. de adult. cũ ſimil. Sed ſic eſt, quòd lege diuina non erat ſimpliciter prohibita vſura, imò in aliquo caſu erat permiſſa, quando ſaltem mutuabantur hoſti vt Deutero. 23. vbi dicitur non feneraberis fratri tuo pecuniam, ſed alieno, & habetur in c. ab illo 13. q. 4. ſecundum vltimum intellectum, gl. ibi approbatę per Io. And. in c. ſuper eo de vſur. & Hoſt. in c. ſalubriter eo. titul. imò dicit Sanctus Thomas relatus per Archid. in d. c. ab illo 13. q. 4. quòd lex antiqua permiſit Iudæos accipere vſuras agentibus vt euitarent Iudæi maius malum, ſcilicet, ne Deum colentibus vſuras acciperent ob auaritiam cui dediti erant, ſicut dicitur in libello repudij qui fuit eis promiſſus ne vxores occiderent, enumeratetiam Hoſtienſ. in ſumma de vſur. aliquos caſus in quibus erant vſuræ permiſſæ.

Poteſt propterea Summus Pont. ex iuſta cauſa permittere vſurarios fęnus exercere, & eſt præſumendum, quòd quando Summus Pont. aliquid facit, ꝙ fieri non poteſt ſine certa iuſta cauſa, præſumitur facere ex iuſta, & certa cauſa permiſſa; vt notant ſcrib. in l. reſcripta. C. de præc. Imp. off. & l. fin. C. ſi contra ius vel vt pub. Bald. in l. teſtamentũ. C. de teſta. videmus enim, quòd Papa in certis caſibus decreuit non eſſe peccatum recipere vltrà ſortem iuxta not. in c. conquæſtus de vſur. ſic poterit decernere in omnibus ita, quòd de peccato vtraque lege damnato poſſet facere nõ peccatum. ita Card. in clem. 1. §. fin. 17. q. de vſu. quia aliqua licent in ſingulo, vt ibi dicit, quæ non licent in vniuerſo, tollerat inſuper eccleſia huiuſmodi Iudęorum vſuras ob publicum bonum prout & tollerat publicas meretrices, & ſub diſſimulatione pertranſit, vt euitetur maius malum, per gloſ. in c. inter opera de ſponſ. quia propter bonum, quòd ex aliquo mali geſto ſequitur, ipſum malũ tolleratur c. nemini 3. diſt. Concludendum eſt igitur neceſſarium, & ſalutiferum reſpectu conſiderati boni publici & neceſſitatum humanarum introducere talem conſuetudinem, & ſine peccato, quia de animabus Iudęorum, & eorum ſaluti nil ad nos de his quæ foris ſunt c. multò 2. q. 1. nec quoad eorũ animas ſe impedit eccleſia, ſed ſolum quoad reſtitutionẽ vſurarum c. poſt miſerabilem, & c. quanto de vſur. ſicque licitè Papa de iure poteſt ſic permittere, & vbi aliquis Theologus aliter fortè ſentiret, in hac tamen materia ſtandũ eſt potiùs doctoribus iuris canonici, ꝙ ſacræ Theologiæ magiſtris; vt concludit. Petr. de Anch. in diſputatione incipien. antiquis, & modernis temporibus viri catholici vbi tractat, an deciſio ꝙſtionum emergentium in materia vſurarum ſpectet ad ſacræ Theologiæ magiſtros, an verò ad doctores iuris cano. & ciuilis, & poſt multa argumenta concludit ſpectare ad doctores iuris cano. quia ſcientia canonica principaliter ad hoc tendit, ſcilicet, interpretare ius diuinum in dubijs caſibus pertinentibus ad moralem philoſophiam vt patet in prin. decretalium, ſciẽtia autem Theologica pertinet ad interpretationem iuris diuini quoad opera D. N. Ieſu Chriſti, & ſic interprætatio iuris diuini quatenus ſpectat ad moralitatem, quæ dirigit actus noſtros in Deum, pertinet ad Doctores iuris cano. qui ex conſtitutionibus canonicis, & decretis ſanctorum patrum debent ius diuinum adiuuare, corrigere, & ſupplere iuxta notata per Doct. in c. quæ in eccleſiarum de conſt. & per gl. & Doct. in l. fin. C. ſi contra ius vel vt. pub. Quatenus verò ius diuinum tendit ad ſpiritualitatem, & agnitionẽ veræ fidei contra hęreticos Iudæos, & alios infideles, ſpectat ad Theologos, ita Anchar. loco præcitato qui quidẽ Iudæi non debent occidi, quia ſunt teſtes paſſionis Chriſti, & Pſal. 58. legitur Deus oſtendit mihi ſuper meos ne occidas

cidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei.

DVBITATIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio facta à principe, an extendatur ad feuda.*
2 *Filius legitimatus per principem non ſuccedit in feudo.*
3 *Legitimatio, quando retrotrahatur.*
4 *Papa ſolus legitimare poteſt ad feuda eccleſiæ.*
5 *Legitimatus per matrimonium quoad omnia eſt legitimus.*
6 *Matrimonium ſuperueniens præter ſtatuta legum valet etiam ad feuda.*

1 PLacitum principis ſuper legitimatione, an extendatur ad feuda.

Pro elucidatione ſciẽdum in primis eſt, quòd licèt filius legitima-
2 tus per principem non ſuccedat in feudo c. naturales ſi de feu. fu. contr. in do. tamen communis opinio eſt, quòd legitimatus per matrimonium cõtractũ in faciem eccleſiæ, ſuccedat in feudo ſicut legitimè natus, & hoc tenet in d. c. naturales Iſernia, propter vim matrimonij vt in c. tanta, extra qui fil. ſint legitim.

Etiam in feudo eccleſiæ, quia iſta legitimatio maximè per eccleſiam con-
3 firmatur, & retrotrahitur, licèt Bar. in l. ex facto §. ſiquis rogatus ff. ad Treb. indi ſtinctè dicat legitimatos non ſuccedere in feudo, vel emphyteuſi eccleſiaſtica, ſed dictum ſuum eſt intelligendum de legitimatis per principem, qui tamẽ etiamſi ſit ipſemet imperatori non poteſt, etiamſi velit, legitimare ad feuda eccleſię quia ille qui non poteſt concedere, non poteſt diſpenſare, nec in intẽgrum reſtituere; ſolus Papa poteſt legi-
4 timare ad feuda eccleſiæ vt in c. per venerabilem extra qui fil. ſint legit. facit quòd notatur in c. paſtoralis de re iud. in clem.

Legitimatus autem per matrimoniũ
5 quoad omnia eſt legitimus ſicut erant olim, quando ſola natura hominibus ſanciebat, & in puritate prima iuriſgentium ad quam dicitur reſtituitus per matrimonium ſubſequens legitimatus vt in aut. qui. mo. nat. effic. legit. in prin. quòd tamẽ verum eſt, & procedit, quãdo matrimonium procedit de iure cõmuni, iure nempè diuino, & humano, ſed ſi matrimonium non procedit niſi cum diſpenſatione ſiquidem diſpenſatur ſuper ſolo matrimonio, tunc filij ante nati non legitimantur. l. Paulus. ff. de ſta. hom. ſi autem diſpenſantur ſuper vtroque, ſcilicet, ſuper matrimonio, & legitimatione, tunc filij legitimantur tanquam ex ui reſcripti, non tanquam ex ui matrimonij, vt in l. qua in prouincia. §. 1. ff. de ritu nupt.

Igitur dicendum eſt, quòd quando carnalis concubitus eſt præter ſtatuta
6 legum, matrimonium ſuperueniens etiam ad feuda valet, niſi in conceſſione dicatur, quòd non tranſeat niſi ad legitimè genitum, tale enim matrimonium debet probari per inſtrumenta de iure ciuili. §. quãta in auct. quib. mo. na. eff. legit. & §. fi. inſtit. de nupt. & de iure canonico non requiritur niſi pura ſubſtantia probatæ veritatis, quæ ſubſtantia matrimonij de iure Pontificio dicitur, & eſt ſolus conſenſus expreſſus.

DVBITATIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Gratia ſi concedatur à principe mediante pecunia an à principe poſſit renocari.*
2 *Pacta ait prætor ſeruabo, & proceſſit hæc conſtitutio ab ore Dei.*
3 *Deus etiam ligatur ex pacto.*
4 *Xenophon de laudibus Ageſilai, & eius dictum.*
5 *Verecundari debet renuſans id, quod pacto etiam*

etiam nudo promiſit.

6 *Princeps obligatur ex capta pecunia.*

7 *Inſolitum, & inauditum, quòd princeps non ſeruet conuenta.*

8 *Immunitas conceſſa per cõtractum, vel quaſi contractum debet obſeruari.*

9 *Succeſſores principum tenentur contractus, & conuentiones obſeruare.*

10 *Iuramentum non tranſit ad hæredem, qui tamen tenetur exonerare animam defuncti.*

11 *Hæres poteſt cogi per epiſcopum ad obſeruandum iuramentum defuncti.*

12 *Iuramentum eſt de iure diuino, & licet non leget animam ſucceſſoris, ligat tamen ſucceſſorem ad obligationes, & contractus.*

13 *Iuramentum ſeruãdum eſt, quod ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ.*

14 *Princeps an poſſit contractum cum eo factum reuocare.*

1 PLacitum, ſeu gratia principis ſi concedatur mediãte pecunia, an à principe poſſit reuocari.

Certè gratiam principis capta pecunia reuocari nõ poſſe, ex quo tranſit in contractum irreuocabilem, firmandum eſt in iure ex Bal.in l.qui ſe patris.C.vn.lib.Rom.ſing.457.Felyn.in c.1.col.3. de probat.& in c. nouit col.8. verſi.dicitur autem de iudi.decet enim placitum principis firmum, & ſtabile perpetuò manſurum in futurum, c. decet de reg.iur.in 6. pactaque & conuentiones ait prætor ſunt ſeruandæ.l.1.& l.

2 iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pact.c. 1.co.tit.& dicit Bal.in rubr.de conſtit.in primis verbis,quòd conſtitutio illa,pacta ſeruabo, proceſſit de ore Dei.& habetur pro verb. 5.fili ſi ſpopondiſti,illa queatus es verbo oris tui. & dicit idem. Bald.in l.1.ff. de pact.quòd Deus etiam

3 ligatur ex pacto Alex. conſi.54.colum. pen.lib.4.& dicit Corn.in rep.l.ſi paſcẽda 2.q. prin. C.de pact.quòd forus fori, & forus poli concordant in hoc, quòd pacta ſeruentur; quia Deus hoc vult, quia non ſeruans pacta frangit fidem, & mentitur, quod eſt graue non ſolùm apud ius ciuile, ſed apud Deum,& Xe-

4 nophon de laudibus Ageſilai ait, per pulchra res eſt tùm alijs omnibus tùm viro Imperatori fas, fidemque ſeruare, & Ariſtoteles ſcripſit Alexandro,pacta ſerua,aliàs malus exitus tibi eueniet; refert Curt.ſen.conſi.68.colum.2.& Lancello.in l.non ampliùs. §.1. ad fin. ff. de leg.1.dicit,quòd ſi Deus poſſet contrahere, obligaretur ex cõtractu, & debet

5 quis verecundari, recuſare id,quod pacto etiam nudo promiſit. l.quintus mutius vbi Bar.ff.mand. Iaſ.in l.ſi pœnam. ff.de verb.obli.quòd eſt verecundia aliter facere, quæ verecundia eſt magna pœna, nec dicitur poſſe fieri, quod inhoneſtè, vel cum verecundia fit.Alex. d.conſi.54.col.fi.lib.4.& addit Bal.conſ. 366. lib.3. quòd nulla eſt maior iuſtitia quàm illa quę oritur ex pacto, & contractu, & in conſi.90. lib.2. ait, quòd licèt per nouam legem tollatur vetus, non tamen tollitur pactum vetus,quia eſſet contra iuſgentium tollere naturalem obligationem, & illam naturalem iuſtitiam, quæ orta eſt conſenſu non improbato.

6 Princeps ergò obligatur ex capta pecunia,& ſic ex contractu ſicut priuatus c.1.de probat. & c.1.in titu.de nat.feud. in vſib.feud.nam vt quandoque dixi in ꝓcedentibus dubitationibus licèt Deus ſibi ſubmiſerit leges, non tamen ſubmiſit pacta, & contractus. Barto.Bal.& alij in l.digna vox. C. de legi. & licèt ſit ſolutus legibus,non tamen ſolutus eſt, lege diuina, vel naturali, ſub qua ſunt actus ſui;clem. paſtoralis de re iudic. & licèt ſit dominus legum, nõ tamen eſt, dominus morum.Bald.in rep. l.ſi aquã. C. de ſeruit. & aq. nec eſt ſuprà legem contractus.Dec. conſi.48. col.3. & in c. 1.col.8.de conſtitu.& in c.1. de probat. vbi poſt Paulũ de Caſt. in l. digna vox, dicit,quòd princeps contractui ſuo nõ poteſt conuenire etiam de plenitudine poteſtatis Dec.conſi.151. in 2.dubio ſomnum viridarij. c.77.lib.1. Bar.conſu. 28.col.

28.col.5.lib.2. dicit, quòd insolitum, & inauditum est, quòd princeps veniat contrà conuentiones,& non seruet pacta aliàs princeps esset deterioris conditionis,quàm priuatus,quia nullus reperiretur,qui vellet secum contrahere, quod non est dicendum, vt per Dec.in d.c.1.de proba. & sic esset tãquam exul, qui omnium est præsul. quod non est dicendum.Bald.in l.princeps.ff.de legi. imò in omnibus contractibus initis cũ principe plus exuberat fides, quàm in alijs contractibus inter priuatos,& cõtractus ideò initi cũ principe sunt omnes bonæfidei ob fidem in eis exuberãtem.Ias.in §.actionum.colum.1.insti.de act.in l.si insulam.col.10.ff. de verb.oblig.in l.ciuitas.col.4.vers. item attende. ff.si cer.pet.& nihil est, quòd magis præfulgeat in principe, quàm recta fides l. inter claras.C.de summ.trin. Alex.cõsi. 54.col. fi.lib.4.

Ideò licèt immunitas aliàs concessa
2 alicui subdito per priuilegium posset ex causa reuocari, secùs tamen est, vbi esset concessa per cõtractum, vel quasi contractum, quia debet obseruari Bar. in l.omnes populi in 4. quæst. 3. q.prin. ff.de iust.& iu. Ias.in d.l. ciuitas in prin. col.3.ff.si cer.pet.Canon. vbi Dec.in c. 1.de probat.Barba.consi.56.col.2.lib.3. Com.consi.70.litera,M,lib.2.Abb.cõsi. 317.col. 3.lib.1. & tenentur successores principum tales contractus,& conuentiones obseruare secundum Bal. in c.1.
3 in tit.de nat.feud. & sequitur. ibid. præposit.propter iuramentum in eis præstitum per antecessorem,quod iuramen-
20 tum etsi non transeat ad hæredem, vt per Georg. Natt. in c. quamuis col.21. & seq.de pact.in 6.quia tamen hæres tenetur exonerare animã defuncti Paul. de Castr.cons.81.& 305.lib.2.& tenetur de re qua tenebatur defunctus, vt per glo.in l.2.ff.de prætor. stipul.poterit successor,& hæres cogi per Episcopum ad
21 obseruandum iuramentum defuncti pro exoneratione animæ defuncti sel. in c. cùm sit generale colum.2.de foro comp. Rom. consi.201. Alex. consi.99. lib.4. quia iuramentum est de iure diuino, & licèt non leget animam successo-
12 ris,ligat tamen successorem ad obligationes, & cõtractus, nec ideò põt princeps conuenire cõtractui iurato vt per Dec. d. consi.151. in 2. dubio operatur enim iuramentum , quòd etiamsi contractus aliàs de sui natura esset reuocabilis,quòd reuocari non possit, vt videmus in eo, qui prorogauit alienam iurisdictionem cùm iuramento,vt habetur in l.si conuenerit. ff.de iurisdi.,omn. iud.vt congeritur Thom. Ferrat.de aduocat.cautel. 30. Dec. in c.1. col.19. de iudic. Bal. in auth. sacramenta puberũ in fi.C.si aduer.vendit.vbi licèt iuramẽtum sit personale, eius tamen effectus transit ad hæredes, & successores, ideò seruãdum est, quod seruari potest sine
13 interitu salutis æternæ. c. etsi Christus, & c.debitores de iureiu. & vt dicitur in reg. iuris in 6.c. decet priuilegiũ de ho-
14 nestate debet esse perpetuum in materia an princeps possit contractum cùm eo factum reuocare vide latè Gabr. cõ clu.5.de iure quæsito non tollendo.

DVBITATIO XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps intromittendo se de causa, an censeatur illam ad se auocare.*

2 *Princeps an concurrat in primis causis in iurisdictione cum vassallo.*

PRinceps an se intromittẽdo de causa,censeatur illã ad se auocare,& in primis causis an concurrat in iurisdictione cum vassallo?

1 Textum habemus in ca. vt nostrum de appell. & in c. significasti de offi.deleg.& in c. pastoralis de offi. ordin. & l. iudicium soluitur.ff.de iudic.vbi si princeps se de causa intromittat, illam ad se auo-

ſe auocare videt, ita vt nullus ampliùs ſine licentia ſua poſſit ſe intromittere, quaſi talis cauſa ſit exempta ab ordinaria iuriſdictione.

Aduertere tamen debemus, quod in dubio, & regulariter iuriſdictio videtur conceſſa accumulatiuè, & non priuatiuè, hoc eſt, quòd per conceſſionē nō videatur ſublata illi, qui priùs illam habebat, ſed vt vtriq; competat, vt per multa iura probat Felyn. poſt alios in d. c. paſtoralis de off. ordin. quod eo magis procedit principe, qui concurrit in iuriſdictione cum quocunque ſuo ſubdito vt per Bart. in c. 1. in princ. in titul. quis dic. dux March. vel Com. & in c. 1. in princ. qui feud. dar. poſſ. vbi etiam loquitur de Papa.

Ideò principes per litteras quas dirigunt ordinarijs alterant eorum iuriſdictionem, ita vt fiant ex ordinarijs delegati addendo, vel minuendo, aut immutando ad ordinariam iuriſdictionem, vt latè habetur in c. licet in corrigendis de off. deleg. & in c. cum ex offi. de præſcript. & in l. ius ciuile vbi fere omnes. ff. de iuſt. & iur. & in l. etſi prętor. ff. de off. eius, & in l. more. ff. de iuriſd. omn. iud.

Si verò loquimur) & ſic tranſeo ad aliud dubitationis caput) in inueſtito
2 de feudo hoc erit ſpeciale, vt Princeps non poſſit concurrere in primis cauſis in iuriſdictione cum vaſſallo, & eſt ratio, quia vaſſallus habet ius vtile in iuriſdictione, et territorio cum vtilitate, & effectu, ſecundum Bald. in l. 1. col. 44. ff. de rer. diuiſ. & hæc eſt veritas breui ordine diſcuſſa.

DVBITATIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Principe imponente collectam ſimpliciter in tota patria, an domini terrarum pro bonis allodialibus, quæ habent in villis ſibi ſubditis teneantur in collecta cum hominibus, & ſubditis eorum contribuere ad eorum, ſeu omnium etiam non ſubditorum exonerationem.*

2 *Domini terrarum in loco ſibi ſubdito cū mero, & mixto imperio ſunt iudices ordinarij.*

3 *Vaſſalli pro bonis feudalibus non tenentur ad collectas, niſi princeps expreſsè imponat. Domini Caſtrorū immediatè de iure communi non poſſunt collectare ſubditos; niſi adſit cōſuetudo in contrarium, vel pactum.*

Rincipe imponente collectam ſimpliciter in tota patria, an domini terrarū pro bonis allodialibus, quæ habent in villis ſibi ſubditis teneantur in collecta cum hominibus,
1 & ſubditis eorum contribuere ad eorū, ſeu ad omnium etiam non ſubditorum exonerationem.

Prima facie videretur dicendum, ꝙ teneantur domini terrarum pro bonis allodialibus in collecta contribuere iuxta dubitata, quia Nobiles tenentur ad munera patrimonialia, vt dixit Bart. in l. munerum. §. patrimoniorū. ff. de mun. & hon. Iacob. de ſancto Georg. in tract. de homag. col. antepen. vbi videtur ſic concludere, & tranſire cum hac opinione, niſi præſcriptio, vel conſuetudo legitima ſit in contrarium, & ſic ſequitur. Alex. conſ. 145. in fin. volum. 2. præcipuè vbi domini terrarum emerūt de prædijs, quæ antequam emerent, erant regiſtrata ad regiſtrum ſubditorum.

Sed contraria ſententia videtur verior præcipuè vbi non eſt conuentio inter dominos, & homines loci ne cōtribueant in collectis, & pro hac parte facit dictum. Bald. in l. non tantum. §. Menſibus. ff. de excuſ. tut. vbi ait, quòd nobilitas tribuit immunitatē, & quod prædicti domini terrarum non teneantur ad collectas pro allodialibus tenuit Guid. Pap. deciſ. 384. cum trib. ſequen. vbi in deciſ. 384. dicit excipi Nobiles etiam pro prædijs regiſtratis acquiſitis

à plebeis

à plebeis tam de consuetudine patriæ, quã de iure per tex.in l.3.§.1. ff.de mun. & honor.cùm mutatione personæ mutetur rei acquisitæ conditio l.2. C.quãdo & qui.4.pars deb. lib.10.

Ratio est etiam qui ipsi domini ter-
2 rarum sunt in loco sibi subdito cũ mero, & mixto imperio, iudices ordinarij vice superioris, vt per Bartol. in l.si vni col.3. q.5. ff.de re iudic.& Bal.in l.1. q.6. ff.de off. proconſ.& Abb. in c.prudentiam in prin. col.4. de off.deleg. cũ suis concord.sed iudices, & officiales non tenentur soluere talia onera extraordinaria secundum gl. in l.honorem. ff.de mun.& hon.sequit Bar. in l.1. C.de immun.ne conced.lib.10. per d.l.honorẽ, & l.his honoribus.§.fin.& l.hi qui, & l.in honoribus.§.quod muneris.ff.de excus. mun.& idem dicendum in talibus dominis terrarum etiam quoad ordinaria onera, quia vt dixit. Bald.in l.1. quæst. 43. ff.de rer.diuis.isti domini habẽt vtile dominium in feudo, & territorio illo cum vtilitate, & effectu, cuius opinio communiter tenetur a Doctoribus, sed sic est; quòd si tempore acquisiti feudi villa præstabat principi prout communiter fit, aliquod munus ordinarium, illud acquiritur domino villę, meritò igitur si domino villæ acquiritur,nõ debet in eo ꝓtribuere plùs dicit idem Guido Pap. in decisio. 385. quòd Burgenses in ciuitate habitantes, si habeant talia feuda non contribuant etiã in ciuitate, cuius contrarium seruatur in multis locis, & in decis.387. dicit idẽ Guid.quòd nobilis nobiliter viuens ẽt si bina,vel trina vice soluerit adhuc excusatur à solutione collectarum; sed quòd non obstet, quod dominus loci emerit prædia registrata per suos subditos,facit, quia registratio solum obligat personam, ita quod si prædium deueniat ad personam exemptam, & non subditam, illã non obliget, vt per Bart. in l.incola.ff.ad munic. Bal.in auth. sed & periculum. C.sine cens.vel rel.& Bar. in cons.15. Bald.in commen.pacis Cõstant. in verb. munitiones pag. mihi 2. Archid.Io.And.& Gemin.in c.1.de immun.eccl. Barbat.cons.1. col.10. vol.3. isti omnes volunt, quòd res, quæ non reperitur æstimata registro pro certo, & perpetuo onere, sed inde terminatè, non sit hypothecata; si ergò isti dominus terrarum succedent in munere ordinario, quod villa anteà illorum acquisitionem feudalem præstabat principi, fortiùs sunt, & erunt exempti ab extraordinarijs per not.in l. actores. C. de exact.trib.lib.10. & Barto.in l.1.C.de immun.ne conced. lib.10.

In feudalibus verò res est clara, ꝙ
3 pro eis non tenentur soluere collectas, sed aliquando superior expressè imponit collectam vassallis, de qua materia habetur per Bald.in c. conquerente de off.ord.& in l.neminem. C.de sacrosan. eccl.Specul.in tit.de feud.§.quoniã col. penul.vers.& nota, quod vassalli. Alex. cons.305. col.1.volu.2. & in l.placet. C. de excus.mun.lib.10.cum concord.

Tunc si aliquis Comes, vel alius inferior dominus habeat vassallos, & imponat collecta in casu permisso à principe vassallis quæ sit licita, non est comes, sed possessor feudi ad stringendus vt per Bald. in c.1. §.1. vers.nota, quòd feudum in tit.per quos fiat inuest.& notatur in l.1. C.de anno.& trib.lib.10. Ias. in l.placet col.pen.C.de sacros.eccl.

Si autem simul quæreretur,an domi-
4 ni castrorum immediat èpossint imponere collectas subditis, & hominibus eorum, firmandum est secundum ius commune, quod non;vt per Bald.in l. cum multa. C. de bon. quæ lib.& Alex. cons.145. in prin.vol.2. cum concord. de quib. per Iacob. de sancto Georg.in tract.feud.in clausula, cum mero, & mixto imperio, col.4. vers.quæro vlterius, & per Bart. in l.1.in fin.comment. C.de excus.mun.lib.10. dicens, quòd habens merum, & mixtum imperium,non potest collectas imponere,& Bald.in l.his

quibus

quibus. C. de fideicom. hære. quòd limitat. Alex. conſ. 305. in princ. vol. 2. niſi conſuetudo tanti temporis, quòd non extet memoria de eius initio, ſit in cõtrarium. c. ſuper quibuſdam. §. præterea de verb. ſign. vel niſi ex pacto contrarium ſit conuentum inter dominos, & hęredes, & ita tranſit etiam Iacob. de ſancto Georg. de homag. col. 12. & 13. vbi loquitur tam de conſuetudine, quã de pacto.

DVBITATIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, an ſuccedat in feudo tranſitorio ad quoſcunque ſucceſſores.*
2 *Clericus poteſt à principe inueſtiri.*

PLacito, vel priuilegio principis ſi feudum fiat tranſitoriunſ ad quoſcunque ſucceſſores, an tale feudum tranſeat ad clericũ, & an illum poſſit princeps inueſtire. 1

Præmitto, quòd clericus primæ tonſuræ, vel etiã quilibet clericus, qui impetrauit, licet non obtinuerit beneficium eccleſiaſticũ, feudo priuatur pro vera opinione retenta; per Bal. in c. qui clericus per illum tex. ſi de feu. fuer. cõtrou. int. do. & agn.

Hoc tamen non procederet, quando clericus teneret partem caſtri, & iuriſdictionis in feudum franchum abſq; alicuius recognitione, & exemptum à legibus feudorum pœnalibus ex antiquiſſima conſuetudine, quia tunc clericus illud retinere poteſt, nec amittit ob beneficium eccleſiaſticum obtentum; feudum enim franchum ſecundum quid eſt feudum, vt dixit Bal. poſt Hoſt. in ca. 1. de mil. Vaſ. qui arg. bel. de poſſ. vbi etiam alij, Bald. in auth. niſi rogati. C. ad Trebel. vbi hoc vult ſiue feudum ſit franchum ex pacto, vel conſuetudine, idem Bald. in l. ſi plures col. 2. C. de condit. inſer. vbi hoc tenet in feudo frã cho, & exempto à legibus pœnalibus feudorum ſequitur. Alex. conſ. 10. col. pen. vol. 5. poſt Bald. in c. inter dilectos de fid. inſtrum. Felyn. in c. in præſentia col. 21. verſ. fallit hoc 1. de probat.

In omnem caſum vbi admittitur fœmina admittetur etiã clericus, vel monaſterium ad feudum, vt per Innoc. & ſcrib. in d. c. in præſentia de prob. Alex. præcitato conſ. 10. col. 2. verſ. ſed ita eſt, quòd omnes tenent, & in præcitato. c. qui clericus ſi de feud. fue. contr. int. do. & agn. nam in feudo tranſitorio ad fœminas ius diſponit, quòd quis poſſit ſeruire per ſubſtitutum, ergò idem dicendum in clerico.

Aduertatur inſuper in propoſito noſtræ dubitationis, an feudum ſit conceſſum pro ſe, & hæredibus, quia tunc admittitur clericus vbi fit mentio hæredum, etiamſi ſit clericus beneficiatus & habens quatuor ordines minores quamuis ſeruitium præſtandum foret perſonale, quia vbi fit mentio hæredis non videtur electa induſtria perſonæ cum induſtrialia non tranſeant ad hæredes, & ſic admittitur clericus ad ſeruiendum per ſubſtitutum ſecundum Bald. in l. quiſquis. C. de epiſcop. & cler. Felyn. in d. c. in præſentia.

Quando etiam feudum eſt alienabile illud poteſt retineri per clericum præcipuè ſi eſt alienabile non tantum inter ipſos, verum etiam facta eis oblatione etiam in extraneos, quia tunc & clericus, & monaſterium poteſt admitti. Bald. in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. & in c. inter dilectos de fid. inſtr. canoniſt. in d. c. in præſentia de probat. Bal. in d. auth. niſi rogati colu. vlt. C. ad Trebell.

Imò ſi clericus ob beneficium obtẽtum amiſerit feudum reſtitui poterit in integrum ad illud. Bald. in c. quò clericus ſi de feu. fu. cont. in dom. & agn. vbi etiam Aluar. poteſt enim clericus ſibimet conſulere, dimittendo beneficia eccleſiaſtica remedio ſaltem reſtitutio

nis in integrum etiam poſt feudũ amiſſum, quòd remedium poteſt etiam in modum exceptionis, & replicationis deduci vt per Bar. & docto. in l. nam & poſteà.§.ſi minor. ff.de iureiu.Bald.in c. 1.in vlt.verbis de benef. feu.

Tandem, quando feudum eſt tranſitorium ad quoſcunque ſucceſſores trã ſit ad clericum.Fely.d.c.quæ in eccleſia rum,& d. c.interdilectos quia tranſitorium eſt etiam in extraneos. Ale.in l. ſi patroni. ff. ad Treb. & princeps ſi vult
2 poteſt clericum inueſtire.Iſern.in c.1.§. fi.de benef. fę. Bald. d. l. quiſquis. C.de epiſc.& cle.

DVBITATIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Placito principis,an poſſit concedi,vt quis ſolus habeat molendinum in aliquo loco, vel locum,in quo vendantur victualia, vel carnes.*

2 *Princeps, an poſſit ad proprium commodum prohibere, nequis audeat ad alia molendina quam ſua accedere.*

PLacito ſeu priuilegio principis, an poſſit concedi vt quis ſolus habeat molendinum in aliquo loco,vel locum in quo vendan tur victualia, vel carnes,& an princeps poſſit hoc ius per ſe retinere?

Concedi poſſe priuilegio,vt quis ſo-
1 lus habeat molendi num in aliquo loco, vel locum in quo carnes vẽdantur aut victualia,tenet Abb.& cum eo Doctores omnes communiter in c.ſignificante ſuper gl.fi.de appellat.Bal.in cõſ. 129.col.2.verſ.& notandum vol.2.præcipuè,cum clauſula,non obſtante,ſecũ dum.Innoc.in d.c.ſignificante,& ſi hoc licèt principi concedere,etiam eſt licitum ei pro ſe retinere vt notatur in c. 1.in prin.ſuper glo.in verb.in clericorũ in tit. ſi de inueſt. int. do. & vaſ. lis oria, vbi Aluaro.col.13. & alij.

Poteſt tamen princeps ſimilem cõceſſionem facere vbi nullum adhuc eſ ſet ius quæſitum alteri, quia ſecundum tex.in d.c.ſignificante, tale ius poſtquã alicui eſt quæſitum non eſt illud habẽti auferendum, cum princeps ſuper iure nondum quæſito prouiſione iuris,ci uilis etſi diſpenſet derogando, non tamen poteſt diſpenſare ſuper iure quæſi to,vt habetur per Ale.cõſi.87.vol.2. & per Doc.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff.delib.& poſth.& in c.quæ in eccleſiarum vbi Felyn. colu. 19. verſ. ſecundus caſus de conſtit. eſtenim princeps dominus vniuerſalis quoad iuriſdictionẽ, non quoad bona, vel iura ſubditorum vt habetur in l. benè à Zenone . C. de quadr.præſcr.& in c. nimis de iureiu. & ſicut non valeret ſtatutum etiam in beneficium Reip.quòd dimiſſis molendi nis particularium perſonarum, homines de eodem loco, tenerentur ire ad molendina communitatis vt latè conſuluit.Petr.de Anchar.conſi. 299.& cõſ. 12.& fortiùs quando ipſę particulares perſonæ longiſſimo tempore habuerunt ipſa molendina vt in d. conſ. 299. col.fin.in princ.Non valeret pariter reſcriptum principis, vel priuilegium ſuper hoc, cùm à pari procedant quoad poteſtatem diſponendi ſecundũ. Abb. in c.fi.col.3.de conſtit. & Bald.in l.quæcunque in fi.C. de fid. inſtr. & iure haſt. fiſc.lib.10.Alex.conſi.87.col.pen.in fin. verſ.rurſus vol.2.Ita non licèt arguere, quòd ſicut poteſſet priuilegio concedi, poſſit princeps pro ſe illud velle, cũ & multa liceant propter alium, quæ p ſe non licent vt per gl. in c. 1.in princ. in verb.in clericorũ tit. ſi de inueſt. int. dom.& vaſ.lis oria.& per tex.cum gloſſ. fi.in l.Ariſto in fi.ff. quæ res pign. oblig. poſſ.& l.ſolent.§.fi.ff.de off.procur.& l.ſi in emptione.§.fi.ff.de contrah.empt.cũ concord.tuncque etiam minùs liceret, quandò læderentur pauperes qui, pro modico grano cogerentur cum beſtijs & ſua impenſa ire extra locum,& territorium

torium & pernoctare per diem,& vltrà contra tex.& ibi notat.in l.1.C.quando Imp.int.pup.& vid. vbi habes, quòd ēt pauperes ſunt ſub protectione ſui principis non tantum Dei, & rigoroſum videretur, vt principis molendina per viatica pauperum cum beſtijs, & ſumptibus pauperum fienda augerentur in redditu contra tex. in l. nauiculariorū. C.de nauicul.lib.11.& l.fin. C. de exact. trib.lib.10.

Nec liceret principi ad proprium
2 commodum prohibere, nequis accedat ad alia molendina quam ſua licèt fortè hoc poſſet eſſe ad publicam vtilitatem.ita.Iacob. de Sancto Georg. in ſua inueſtit.feudali in clauſula, & cum molendinis qui refert Baldum ita tenuiſſe, & quòd lege, vel ſtatuto induci nō poſſit, vt quis vadat ad publica molendina relictis priuatis eſto, quod tractetur de publica vtilitate eſt de mente Bal.in l.item lapilli col.3. quæſt. 3.ff. de rer.diuiſ.dum ibi dicit ius habendi molendina præſcriptione acquiſitum poſſe infringi tempore publicæ neceſſitatis,quaſi ſentiat, quòd non alio tempore cum cuilibet de iuregentium etiam ſit inſtituta facultas faciendi in ſuo ædificia,& artificia vt in l.ex hoc iure vbi. Bar.col.4.ff.de iuſt.& iu.& l.1.C.de monopol.iunct.l.altius.C.de ſeruit. & aq.& Lin re mandata.C. mand. quod ius tolli non poteſt per principem vt latè habetur in c.1.de probat.& in c.quæ in eccleſiarum de conſti.& l.fin. C. ſi contra ius vel uti. pub. aliàs prohiberētur cōmercia quæ tamen ſunt inducta à iure gentium.d.l.ex hoc iure,& quamuis ex cauſa poſſit ſtatui oppoſitum, puta nequis extra territorium negotietur, vel portet victualia,vel apud hoſtes,l.fi. C. de decr.decur.& not.Bar.in l.relegatorum.§.interdicere.ff. de interd. & releg. & per Salyc.in l.mercatores.C. de commer. & merc. tamen vbi ius fuerit acquiſitum alicui illud per principem tolli non poterit per Bart. d. l. ex hoc iure colum.2.& canon.d.cap. quæ in eccleſiarum vbi Felyn.colum.19. verſic. Secundus caſus vbi concludunt, quod tolli non poteſt ſine cauſa, & quod cauſa debet eſſe publica,ideſt,vtilitas publica,& quòd vbi ſubeſſet talis cauſa,dari deberet læſis debita recompenſa iuris quæſiti.

DVBITATIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuis,vel oppidanus ſi obtineat, ne ante primam ſententiam poſſit trahi extrà propriū tribunal,an excludatur appellatio,vel recurſus ad principem,& cauſa delegatio.*

2 *Verba priuilegij ſunt intelligenda per prius, non per poſterius.*

3 *Inſpiciendum eſt,quòd principaliter, non autem quod ſecundariò, vel occaſionaliter agitur.*

4 *Trahi quis it non poteſt extrà propriam prouinciam,& proprium tribunal.*

5 *Priuilegium,quando dicatur ſatis operari.*

6 *Appellatio non excluditur ob priuilegium, vel ſtatutum continens inuſtum grauamen.*

7 *Priuilegia conceſſa etiam alicui populo,præſumuntur conceſſa ſine læſione tertij.*

8 *Voluntas principis præſumitur ne velit aliquid iniquum,vel abſurdum.*

1 PLacito principis ſi ciuis, vel oppidanus obtineat, ne ante primam ſententiam poſſit trahi extra proprium tribunal,an excludatur appellatio,vel recurſus ad principem, & cauſæ delegatio cùm priuilegium præſupponatur nil dicere de appellatione, nec expreſsè prohibere illam, meritò firmandum erit illam non remoueri quia vt dicit. Bald.in l.2.verſ.ſed pone. C.de appella. quem ſequuntur Modern. in Rub. extra eo.ti.de appell.princeps namque videtur appellationem remouere, niſi nominatim hoc dicat, vt in ſimili deducit.

ducit. Bald. cuius secundā lecturam cōmunem ibid. dicit. Paul. de Cast. in l. nemo per illum text. C. de iurisd. om. iud. dum dicit, quòd quando quis non debet extrahi extrà proprium tribunal, debet subiūgi, nisi grauatus appellet, arg. l. præsides cum ibi notat. C. de epis. aud. §. & iudicare, & §. audient. in auth. de defens. ciuit. ratio etiam est, quia verba priuilegij sunt intelligēda per prius non autem per posterius. l. qui liberis. §. hæc verba cum ibi not. per Modern. ff. de vulg. & pup. & l. hoc legatum vbi. Bar. ff. de leg. 3. & l. quamuis vbi etiam. Bar. ff. de aur. & arg. leg. & inspici solet quòd principaliter non autem, quòd secundariò vel occasionaliter agitur vt per Bal. in l. 1. §. 1. col. 2. ff. de iust. & iu. & per Docto. in l. siquis nec causam in prin. vbi Iaſ. ff. si cert. pet. sic, & in alterius præiudicium verti non dicitur, si principaliter non vertitur: secundum. Gem. in c. quamuis de pact. in 6. cum concord. allegatis in d. l. siquis nec causam, & facit, quia priuilegium fori alicui vt reo competens, non debet ei vt actori competere vt notatur in l. venditor in prin. ff. de iudic. & c. si clericus laicum, & c. cum sit generale cum concord. de foro comp.

Non igitur dicendum appellationē esse in casu proposito excusam, nec delegationem, ob quam non dicitur quis trahi extra territorium, quòd videtur etiam de iure communi prohibitum vt per Docto. in c. fin. de iudic. vbi latè. Barba. 1. & 2. col. 1. notabili concludens secùs esse de iure canonico.

Si verò opponatur nullius effectus, & operationis vltrà ius commune esse priuilegium concessum, nequis ante primam sententiam possit trahi extra suum territorium, cum de iure communi etiam quis præcipuè in terris Imperij, non possit trahi extra propriam prouinciam, & proprium tribunal vt per Bar. & Docto. in l. 1. C. quando Imp. int. pup. & vid. & in l. supplicare. C. vt lit. pend. cum concord. allegatis in d. c. fide iudic. quia respondere potest, quòd satis operatur, dum tribuit plenissimam iurisdictionem, & pleniorem, quàm haberent cùm vt dixit Felyn. in c. 1. versic. priuilegium continens in 2. declaratione de reser. satis sit, quòd priuilegium etiam in modico operetur, & priuilegiū satis dicitur operari, si emanat causa tollendæ dubitationis. Abb. in c. certificari. vers. sed quæro quid si in priuilegio de sepult. & vbi agitur de damno tertij, quatenus appellatio, vel recursus ad superiorem prohiberentur, tali casu non debet fieri interpretatio, quòd operetur vltrà ius commune, sed secundùm ius commune per omnia interpretandum est, etiamsi redderetur frustratorium Fely. loco præalleg. Bald. & Doct. in l. si quando in prin. C. de inoff. testa. Iaſ. in l. fi. ff. de constit. & est gl. in l. fi. §. licentiam vbi Doct. C. de iur. delib. quæ vult, quòd potiùs debemus dicere, quòd statutum sit superfluum, quàm illud taliter interpretari, quòd quis dānum patiatur indebitè vt in c. cùm dilectus, & c. ad audientiam vbi scriben. de cler. non resid.

Vbi insuper præsupponeremus, q huiusmodi priuilegium vellet remouere appellationem, & dum dicit, ante primam sententiam sentur de diffinitiua, cùm in dubio videatur remota appellatio à sententia diffinitiua nō autem ab interlocutoria, vt per Abb. in c. pastoralis in prin. vers. item adde de appella.

Tamen non ligaret ipsum principē appellationem non recipientem, qui non excluderetur per tale priuilegium vt voluit Bald. in l. 2. quæst. 1. in fin. C. de appella.

Imò etiamsi excluderetur generaliter appellatio ab interlocutoria per ipsum priuilegium, nihilominus non excluderetur appellatio continens euidēter iniustum grauamen, vt in terminis priuilegij, vel statuti tollentis appellationem, vel priuilegio personæ, vel fa-

uore

more iuſdicentis ſcripſit Abb. in d. cap. paſtoralis in 1.quæſt.verſic.tertius effectus:quia in priuilegijs ſemper ſubintelligitur clauſula, quòd ſalua ſit iuſtitia, & quia præſumuntur conceſſa ſine læſione tertij. l. 1. §. meritò, & §. ſi quis à principe vbi Bar.ff.ne quid in loc.publ. cum cõcordantibus de quibus per Iaſ. in l.fin.ff.de conſti. prin.quod procedit etiam in priuilegio conceſſo alicui populo,vt per Iaſ.loco prȩallegato.& Bal. in l.ex facto in prin.ff. de vulg. quia voluntas principis talis eſt præſumenda qualis eſſe debet de iure ita,quòd priuilegium non contineat aliquid iniquũ, vel abſurdum, vt per Iaſ.d.l.fi.ff.de conſtit.prin. ideò mens principis præſumitur fuiſſe, ne alius grauetur.

DVBITATIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Placitum principis contra ius conceſſum, ac emanans ad iuris communis correctionem, an teneat abſque clauſula, non obſtante.*

2 *Clauſula, non obſtante, quatuor requirit notanda. & 4.*

3 *Saluus conductus generaliter conceſſus debitori non extenditur ad debitum iuratum, declara vt ibi.*

PLacitum principis contra ius conceſſum,ac ad iuris communis correctionem emanans, an teneat, vbi non adſit clauſula, non obſtante.

1 Negatiua reſponſio eſt vera, quòd non tenet priuilegium conceſſum cõtra ius,ac ad iuris communis correctionem emanans, niſi adſit dicta clauſula, Non obſtante, per tex. in l.fi. C. ſi cont. ius vel vtil.pub. vbi Barto.& alij, & per Canon.in c. nonnulli vbi Felyn. latiſſimè de reſcrip. ratio aſſignatur ex ipſamet legis diſpoſitione, videlicet in d.l. fi.C.ſi cont. ius vel vtil. publ. vbi reſcripta contra ius,vel contra publicam vtilitatem non debent ſeruari à iudicibus maioribus,vel minoribus.

Et circà prædictam clauſulam, non obſtante, notãda ſunt quatuor. Primò,
2 quòd talis clauſula non obſtante, non tollit ea, quæ ſunt ordinata in generalibus conſilijs.Archid.in c.1. de conſti. in 6.refert,& ſequitur Bal.in l.humanũ C.de legib.& ibid.Paul.de Caſt.Bald.in tit.de pac.in verb.nos Romanorum,nã licèt leges contra alias leges valeant,tamen lex vel conſuetudo, vel ſtatutum aliquid introducens contra ea,quę ſtatuta ſunt in ſacris cõſilijs nihil valent, ita Bald. ibid. allegatque Ioan. And. in c.cùm clericis de reb.eccl.non alie.

Secundò aduertẽdum eſt,quòd clauſula, non obſtante, nũquam tollit actũ iuratum, vel conſtitutionem iuratam ſecundum Paul.de Caſt.in l.fin.C.ſi contra ius vel vtil.pub.gl.ſing. in c.cùm nõ deceat in glo.fi.de elect. in 6. facit text. in c. conſtitutus de reſcr. quia non eſt, veriſimile, quòd ſuperior tollens ſtatuta cogitet de ſtatutis iuratis,idem tenet Io.And. in c.1.de fil. presbyt. in 6. Ang. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. re.act. non detur. Alex.conſi.125. volum.1.& conſi.37.vbi latiùs vol.2. ſicut in ſimili dicimus clauſulam, non obſtantibus capitulis,vel pactis quibuſcunque non extendi ad pacta,vel capitula iurata gl. in clem. dudum §. pen. in verb.acta de ſepult.Rom.conſi.393.col.fin. & conſi. 404.& conſi.426.& conſi.516.

Infertur hinc, quòd ſaluus cõductus
3 generaliter conceſſus debitori non extẽditur ad debitum iuratum, vt per Iaſ. in l.quoties C.de precib. impe. off.niſi tamen ſtatuta tollerentur per viam legis, quia tũc tolluntur etiam iurata:ita firmat Gemin.in c. cùm non deceat de elect. in 6. & niſi etiam adeſſet duplex clauſula ſcilicet,clauſula,non obſtantibus ſtatutis, & clauſula, motu proprio ſecundum Imol. & Gemin. in c. 1. col. pen.de fil.presbyt.in 6.

4 Tertiò notãdum eſt, quòd clauſula,

non

non obstante nihil operatur, quando sunt plura specialia, seu obstantia ita dicit sing. Bal. in l. 1. col. 9. C. de furt.

Quartò tenendum est, & cordi figendum, quòd vbi requiritur specialis derogatio, vel princeps in rescripto dicit, quòd tenor obstantium habeatur pro expresso tunc istud sufficit secundum Bal. in c. cùm dilecta col. fi. de rescr. Bal. & Angel. in l. omnes in prin. per illum tex. C. de præscr. 30. ann. & Ang. in l. sed etsi quis. §. quæsitum col. fi. ff. sic. caut.

Concludas ergò in proposito dubij nostri non tenere priuilegium contra ius concessum, ac ad iuris communis correctionem emanans, nisi ad sit clausula, Non obstante, per not. vt dixi. in l. fin. C. si contra ius vel vti. publ. per Bar. Ias. & alios, & per Canon. latissimeque per Fely. in d. c. nonnulli de rescri.

ab ipso principe sit interpretandū principis rescriptum, aut priuilegiū probat tex. in l. ex facto, ibi, beneficia quidem principalia ipsi princeps. ff. de vulga. & in huiusmodi interpretatione debet principaliter attendi mens concedentis, illius enim est interpretari, cuius est condere vt dicit tex. in l. fi. C. de legi. & quòd principaliter debeat attendi mēs principis habemus text. concord. in c. cum te de rescr.

Quæ siquidem voluntas principis talis esse præsumitur, qualis debet esse de iure d. l. ex facto & Bal. in l. omnes populi col. 19. ff. de iust. & iur. & in c. licet de off. ordi. & tex. est in c. quoniam de nat. lib. glo. est solemnis in c. paratus 23. q. 1. vbi glo. dicit, quòd verba posita in rescripto papæ, vel principis, debent conformari æqtati, & iuri, licèt verba istud non patiantur Saly. in c. quam sit in fin. col. vlt. de iudic. & alibi dicit glo. notan c. allegant in verb. tenax 26. q. 7. quòd verba generalia, q̄ Papa vel princeps ponit in suis priuilegijs, quis non debet ad corticem tenaciter, & strictè interpretari, imò alibi dicit Bal. in c. ad aures de rescrip. quòd etiamsi Papa, vel princeps rescribat cum clausula, motu proprio, & de plenitudine potestatis, tamē eius intentio per hoc non præsumitur, quòd alius per hoc grauetur, nec quòd alius iniuriam patiatur, & est aduertendum, quòd idem Bald. ponit in l. 2. in 4. notab. C. de leg. quòd priuilegium, vel rescriptum principis non est obscurè, nec absurdè interpretandum, sed sanè, & propriè, bene verum est, vt suprà dixi, & est notandum in proposito præsentis dubij, quòd priuilegium principis potest quilibet inferior interpretari per rationem, vt habetur per tex. in d. l. ex facto ff. de vulg.

Restringique debet, & interpretari ita priuilegium, ne contineat iniquitatem, vt notat Ias. d. l. ex facto in prin. nu. 13. alioquin absurdū esset vt inde oriātur iniuriæ vnde iura nascuntur, hinc infertur,

DVBITATIO L.

SVMMARIVM.

1 *Placiti, seu priuilegij concessi interpretatio, an soli concedenti competat.*
2 *Statutum, quòd mulier non possit testari sine consensu viri, est nullum, quia aufert liberā testandi facultatem.*
3 *Clausula, saluo iure tertij, subintelligitur in omni rescripto & priuilegio.*
4 *Lucri, & damni non est par ratio.*

1 PLacuti, seu priuilegij concessi interpretatio, an soli principi, seu concedenti competat?

Data dubietate priuilegij certè fateri necesse est, ius, & potestatem illud interpretandi ipsi principi, seu concedenti spectare, vt in l. fi. C. de legi. nec poterit inferior illud interpretari, nisi per probabilem rationem secundum Bal. in c. cùm venissent in prin. de iudi. quæ ratio nisi appareat, nō est ad ipsum Principem, qui priuilegium concessit, recurrendum, qui habet illud ampliare, & restringere, vt ibi per Bal. & quod

infertur,quòd iniquum eſt principis factum, quo aufert liberam teſtandi facultatem homini ſanæ mentis,quo ſibi nil magis debetur.l.1.C.de ſacroſ. eccl. hinc eſt,quòd nõ valet ſtatutum, quòd mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu viri ratio eſt,quia libera teſtandi facultas non poteſt auferri per pactum. l.ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. oblig.ergò,nec per ſtatutum arguendo de pactis ad ſtatutum, vt per Rip.d.l.ex facto nu.21.cum ſeq.

Ideò etiam in omni reſcripto, & priuilegio ſubintelligitur clauſula, ſaluo
3 iure tertij.l.2.§. ſiquid à principe.ff.neq. in loc.pub.c. ſuper eo de off.deleg.

Et quod dicitur beneficium principis ita eſſe interpretandum,& reſtringẽdum,ne contineat iniquitatem, Bar.in d.l.ex facto in prin. intelligit de iniquitate per quam infertur damnum ſecùs de iniquitate per quam aufertur lucrũ itaque procedat text.in l. proſpexit. ff.
4 qui & à quib. non enim eſt par ratio lucri, ac damni. l.fi. C. de codicil.idem voluit Barto. in l. omnes populi 2. q. 6. princ.ff.de iuſt. & iu.relatus per Rip.d.l. ex facto nu.45.in prin.

DVBITATIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, ſeu reſcriptum communiter impetratum,an cenſeatur vtique parti cõceſſum, quamuis de vno ſolo faciat mentionem infertur ad alios caſus ibid.*

PLacitum, ſeu reſcriptum communiter impetratum, an cenſeatur vtrique conceſſum quãuis de vno ſolo faciat mentio-
1 nem,quòd placitum,ſeu reſcriptum cõmuniter impetratum cenſeatur vtique parti ſupplicanti conceſſum, quamuis de vno faciat mentionẽ probat tex. in l.ſi libellũ.C.de reſcr.diuer.ratio eſt,propter tria, quæ concurrunt, quòd cauſa erat communis, & ſupplicatio porrecta communi nomine, item, quòd tractatur de modico præiudicio aliàs ſecùs eſſet.l.in hoc iudicio.ff.fam.erciſ.& l.non idcirco.ff.de iudi.

Datur exemplũ, debitor fecit inſtrumentum de duplo veræ ſortis in quo ſe obligauit de ſoluendo in termino, & dedit fideiuſſorem, vadit ad Epiſcopũ, vt reſcindat tale inſtrumentum tanquã vſurarium, & petit inhiberi iudici ſeculari, ne interim procedat contra eum, nec cõtra fideiuſſorem, iudex verò eccleſiaſticus in inhibitoria ſolum facit mẽtionem de debitore principali, creditor ergò facit carcerari fideiuſſorem, quæritur nunquid tenuerit talis incarceratio,videretur dicẽdum,quòd non, per d.l. ſi libellum ex quo eſt ſupplicatum nomine vtriuſque, & cauſa eſt cõmunis; contrarium determinat. Bald. per gl. in l.creditor. in prin. ff.mand.& alibi reputat ſing.idem.Bal.in l.ampliorem circà fin.prin.C.de temp.appell.

Item quando duo ſe obligarunt inſolidum cum iuramento in inſtrumẽto, & vnus petit abſolutionem à iuramento in foro eccleſiaſtico,volẽs probare inſtrumentum eſſe vſurarium, facit propterea inhiberi iudici ſeculari, quòd poterit fieri executio contrà aliũ debitorem iuratum per gl. in d.l.creditor in princ. & ſecundum. Bald. in c.ex parte colu.7. de conſtit. in ſimili ſignat idem. Bald.in l.fin.per illum text. C. de fideiuſſ. & in l. per diuerſa quæſt. 15. C. mand.

Adducitur, aliud exemplum, conſultor dat vnicam reſponſionem duabus quæſtionibus certè videbitur ambabus reſpõdere ſi vtriq; adaptetur reſponſio ita dicit. Angel. in §.hinc nolis in auth. de hære. & Falc.

Similiter vbi fiunt duæ interrogationes, & vna habet dependẽtiam ab alia reſpondens principali, affirmando videtur pariter reſpondere acceſſoriè affirmando, vt notatur in c.1. per illum

tex.

tex.de pact.& per hoc infertur, quod ſi aliquis interrogatur, an promittat dare centum, & caſu quo non det, promittat dare certam pœnam ſi reſpondeat promitto centum, videtur etiã reſponderi de pœna, ſed iſtud reprobat in d.c. 1. de pact. Imola, quia ſi reſponſio fuiſſet ſimplex, quia ſolum dixiſſet, promitto, hoc eſſet verum, & procederet, ſed ex quo reſpõſio fuit determinata, quia dixit, promitto centum non debet extendi vltrà illud quòd expreſſit. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. & confirmatur per regulam, quam tradit. Abb. in c. inter dilectos. §. cæterum col. 3. de fid. inſtr. & in c. 2. de tregu. & pac. quòd, ſcilicet, ſi petitio fuit indeterminata cõceſſioque determinata, attendi debet conceſſio, quòd dicit eſſe ſignandum, quia ſæpè Papa ſignando ſupplicationem reſtringit petitionem, & tunc nõ prodeſt impetranti dediſſe generalem petitionem.

Ad propoſitum noſtri dubij adde, q̃ dicit. Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de verbor. oblig. quòd ſi dico, promittis mihi, & Titio, & reſpondes promitto, intelligo mihi, & Titio, & ſic de vtroq; te promiſiſſe.

DVBITATIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ambiguum, an intelligi debeat, ſecundum preces porrectas, an è contrà.*

2 *Bannitus ſi petijt ſaluumconductum pro viginti diebus, & concedatur ſimpliciter, intelligitur pro viginti diebus.*

3 *Papa ſi reſcribat, fiat vt petitur, an omnia petita intelligantur conceſſa.*

PLacitum, ſeu etiam reſcriptum ambiguum, an intelligi debeat ſecundum preces porrectas, an è contrà.

1 Quod debeat intelligi ſecũdum ſupplicata probat tex. in l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. & in §. præterea inſtit. de Inut. ſtipul. Imol. in l. iudex colu. 8. ff. de re iudic. & c. inter dilectos. §. cæterum vbi Bal. notat colum. antepen. de fid. inſtr. quòd pro intellectu priuilegij conceſſi recurrendum eſt ad formam ſupplicationis, & facit, q̃d vult Abba. in c. cum pro cauſa col. 2. de ſent. excom. quod ſi fuerit petita generalis abſolutio à pluribus excommunicationibus, & concedatur ſimpliciter, cenſetur cõcedi quoad omnes petitas.

Idem dicitur in appellãte à pluribus grauaminibus, vt notat Io. And. in cap. cum cauſam de appell.

Idem pariter firmandum in caſu ſi bannitus petijt ſaluumconductum pro 20. diebus, & concedatur ſimpliciter, quia intelligitur concedi pro 20. die-
2 bus ſecundum. Bar. in l. 1. ff. ad l. Iul. maie. Ang. in l. vtimur. ff. de ſepul. viol.

Inſuper reſpondendo Alex. in conſ. 84. col. fin. vol. 1. dicit, quòd ſi petatur à Papa cauſam committi tali iudici, & quòd in ea procedatur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, ceſſantibus quibuſcunque dilationibus, ſi Papa tunc nihil caſſet, ſed
3 ſubſcribat dicendo, fiat vt petitur, omnia petita intelliguntur conceſſa.

Ipſe tamen Alex. de directo contrarium tenet in conſi. 94. vol. 2. vbi dicit ex voto Rotæ Rom. fuiſſe deciſum, q̃ ſi in ſupplicatione petatur, quòd in cauſa procedat ſummariè, ideſt, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſuperior nihil de predictis cancellauerit, ſed in ſignatura ſupplicationis reſcripſerit, audiat talis, & iuſtitiã faciat, non videtur commiſiſſe, quòd ſummariè procedatur, quia ſi ita voluiſſet princeps, deſcripſiſſet, & expreſſiſſet, vt in c. ad audientiam de decim.

Teneas ergò reſcriptionem referri in dubio ad ſpecificata in precibus, qa ad ſupplicata videtur ſe referre reſcribens, vt expreſsè determinat Ioan. de Imola in l. iudex poſtquam. col. 6. verſic.

iuxta

iuxta prædicta insurgit dubium. ff. de re iud. & allegat tex. in l. defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. excipit tamen vnum casum, quem ibi ponit, in quo videtur etiam rescribens excedere petita causa, & fauore litium minuendorum quod etiam colligitur ex notat. per Io. And. in c. vt nostrum de appell. sicq; concludas in dubio responsionē principis mandantis debere intelligi secundum supplicationem petentis. §. præterea instit. de inutil. stipul. & d. l. defensor § qui interrogatus.

DVBITATIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, seu etiam rescriptum, an sit censendum perpetuum, vel temporale.*
2 *Priuilegium quo indulgetur facultas faciendi aliquid, tollitur per decennium.*
3 *Eligendi Rectorem ius habens si steterit centum annis, quòd Rectorem non elegit, sibi non præiudicat.*
4 *Princeps, vel dominus si fecerit per centū annos, quòd vassallis suis non imposuit aliquod onus, vel non est vsus sua iurisdictione, in nihilo præscribitur contra eum.*
5 *Habens priuilegium multum largum de aliquid faciendo, si eo vtatur multū stricte, sibi præiudicat.*
6 *Exemptionis priuilegium perdit sciens se descriptum in libro debentium soluere, & non appellans.*
7 *Priuilegium concessum pro loco, vel ecclesia non perditur per contrauentionem, n si curat spatium 40. annorū, quid dicēdum in alijs priuatis ibid.*

PLacitum, seu priuilegium, seu rescriptum, an sit censendum perpetuum, vel temporale?

Regulā firmamus, quod re-
1 scripta ad iuris obseruantiam sunt perpetua, vt habetur in l. falso assequatur C. de diu. rescr. cum concord.

Quæ regula sic firmata procedit etiā in rescriptis gratiosis, quæ regulariter sunt perpetua. c. si super gratia de offic. deleg. in 6. & idē tenendum esse in priuilegijs, docent gl. & Doct. in c. cum accessissent de constit. & Salyc. in d. l. falsò Bart. in l. fin. in fin. ff. de constit. princ. & Salyc. in l. voluntarie. C. de excus. tut.

Sed quod dicitur de regula generali, declara, nisi aliud tempus sit in rescripto diffinitum, vt in d. l. falso & declara, quòd rescripta regulariter sunt perpetua secundum naturam actus super quo conceduntur vt per gl. in d. l. falso. in verb. potentia eodemq; modo gratiæ sunt perpetuæ, vt in cap. si super de off. deleg. in 6. & quod dicitur in priuilegio intellige, nisi in priuilegio concedatur facultas aliquid faciendi, quia priuilegium in quo indulgetur facul-
2 tas faciendi aliquid, tollitur per decennium, & hæc est notab. doctr. gl. in d. l. falsò per text. in l. 1. ff. de nundin. quam gl. in d. l. falsò, & eius doctrinam sequūtur Salic. ibid. & Bart. in l. licitatio. §. earum. ff. de publica. glo. & doct. in c. cum accessissent de constit. Io. And. in c. 2. de immun. eccl. in 6. hinc dicit Bart. in d. l. 1. ff. de nundinis Aretini, seu homines de Aretio, qui habebant priuilegium doctorandi, illud perdiderunt per lapsum decennij; sed hoc declara procedere quando intrà decennium oblata est facultas vtendi priuilegio, quia tūc per non vsum, lapsu decennij perditur; secùs si nunquā se obtulit facultas vtendi. hoc probat tex. in l. & Attilicinus. ff. de seru. rust. prædio per quem tex. ita dicit glos. ord. valdè solemnis in c. ablate Sancti Siluani in verb. ibidem ad fi. vbi canonistę plurimum notant. ff. de verb. sign. quod qui non est vsus priuilegio, voluntariè illud perdit, secùs in non vsu necessario, quia qui nequit vti non est in culpa, vel mora.

Nam canonistæ in c. Ioannis de cler. coniug. volunt, quòd per non vsum legis, vel statuti, nunquā etiam mille annis tollitur lex, vel statutum, quando

homines non ſunt vſi eo, quia caſus nõ accidit.

Datur exemplum etiam in l. filijs. C. de decur. lib. 10. per quem notat ibi Bar. quòd ſi aliqua ciuitas tenetur mittere exercitum ſuis ſumptibus, quando princeps facit bellum, & ſtetit per centum annos, quod nunquam miſit, quia non fuit expeditum, per hoc non liberatur, & ſimile dicitur in habente ius eligẽdi Rectorẽ eccleſiæ, ſi ſteterit cẽtũ annis,
3 q̃ Rectorem non elegit, qa non expediuit ſibi non præiudicat. ꝙut in ſimili notat. Bart. in l. cũ ſcimus p illũ tex. C. de agr. & cenſi. lib. 11. ꝙ terrę recõmendatę quæ tenentur ciuitati peruſij in ſuis caſtris concedere gentes armigeras, ſi ſteterunt per centum annos, quod nihil conceſſerunt, eo quia Peruſini erãt de ſuis gentibus copioſi, nihil facit, ſequitur. Bald. in l. Imperium. colu. 7. ff. de iuriſd. om iud.

Idem firmatur in principe, vel domino, qui ſi ſtetit per centum annos, qã vaſſallis ſuis non impoſuit aliquod onus, vel non eſt vſus in caſtro ſua iuriſdictione, quia non occurrit caſus, in nihilo præſcribitur, & idem tenet In-
4 noc. in c. dilectus de capel. mona. Abb. in c. ad audientiam col. fi. de præſcr. gl. eſt in clem. 1. in gl. pen. de foro compet. & gl. 2. in c. plerumque de reſcr.

Et ſic ſecundum prædicta limitatur illud, quòd voluit. Bar. in l. vſum aquæ. C. de aquæduc. lib. 11. vbi per illam legẽ notat, quòd habens priuilegium mul-
4 tum largum de aliquid faciendo, ſi eo vtatur multum ſtrictè, ſibi præiudicat, quòd dictum etiam Bartol. in d. l. vſum aquæ procedit in ſciente, ſecùs in ignorante per tex. notab. in l. is qui vſumfructum. ff. quib. mo. vſusfr. amitt. vbi Bald. & alij inducunt ad plures notandas q̃ſtiones, & deciſio pulchra eſt illius quæſtionis, quæ deciſio.

Se habet, quòd priuilegiatus, vt non teneatur ſoluere gabellas, aut datia, vel collectas, ſi deſcribitur in libro debentium ſoluere, & iſtud ſciat, & non appel-
6 let intra decem dies, ſibi præiudicat, & priuilegiũ perdit exemptionis ita probatur per text. in l. 1. §. ſiquis tutor in verb. cauſas immunitatis. ff. quando appell. ſit. Alex. conſ. 101. col. 10. vol. 1. & conſi. 136. lib. 2. Bald. in l. hi qui ad ciuilia quæſt. 1. C. de appell. in contrarium tamen faciunt notata per Bart. in l. forma. §. fi. ff. de cenſib. Abb. in c. qtiia iudicante quæſt. 3. de præſcr. Specul. in titul. de cenſib. §. 2. in verſ. porrò priuilegiũ
7 verò conceſſum eccleſiæ, vel pio loco non perditur per conuentionem, niſi currat ſpatium 40. annorum. Innoc. in c. accedentibus de priuil. & ſequitur. Abb. in c. pro illorum de præben.

Quid verò ſit dicendũ in alijs priuatis vide. Salyc. in d. l. voluntarie. C. de excuſſtut. Bar. & alios in l. fin. ad fin. ff. de conſt. prin.

DVBITATIO LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Placita, ſeu reſcripta, ſeu originalia priuilegia, an eorum exempla probent.*

2 *Originalia iura, vel priuilegia confirmata, an debeant exhiberi, an verò ſufficiant priuilegia confirmatoria, vbi fortè originalia ſint deperdita, & num. 4. & 5.*

3 *Lex faciens mentionem inſtrumenti probat etſi illud non exhibeatur, & num. 7.*

6 *Inſtrumentum faciens mentionem de alio inſtrumento non facit fidem abſque eo, quòd originale exhibeatur.*

8 *Conceſſio feudi ſi fiat per hæc verba, ſicut veneranda mem. genitor noſter fideli noſtro feudum conceſſit, ita & nos concedimus tũc non habet neceſſe vaſſallus oſtendere de prima.*

9 *Dictiones, ſicut, vel ſecundum, quòd maiores noſtri conſueuerunt, ſi maiores nunquam cõceſſerunt, non per hoc vitiatur ſecunda conceſſio de communi Doct. ſententia.*

Placita,

PLacita, seu rescripta, seu priuilegia originalia, an eorum exempla probent.

1 Decisio in hoc extat textualis in l. sancimus. C. de diu. rescr. originalia tantum probare, & ipsa originalia fore insinuanda.

Hic intrat quæstio, an si Papa, vel imperator, vel alius princeps confirmat priuilegia, vel iura, vel concessiones alicui ecclesiæ, sit necesse, quòd originalia iura, vel priuilegia, quæ fuerunt con-
2 firmata, exhibeantur, an verò sufficiãt priuilegia confirmatoria, vbi fortè originalia sint deperdita.

Reperio, quod glo. ord. in c. si Romanorum 19. dist. in gloss. pen. in verb. desunt argumento illius tex. firmat, quòd si Papa in aliquo priuilegio, vel rescripto cõfirmat alicui ecclesiæ priuilegia exẽpt. onis, vel alterius rei, ꝙ talia priuilegia habẽt robur, quamuis originalia, quę sunt cõfirmata exhiberinõ possint.

Comprobatur dictum præallegatæ glosæ ea ratione quia princeps est lex animata in terris. §. pen. an auth. de consul. gl. in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iud. sed sic est, quòd lex faciens mentionẽ
3 Instrumenti probat, quamuis illud nõ exhibeatur secundum. Bald. in l. 1. C. de epiſc. & cler. ergò idem dicendum in principis placito, rescripto, vel priuilegio.

Clariùs ponit etiam Specul. in tit. de instrum. edit. §. nunc autem videndum vers. item oppone, vbi arguit ad partes, deinde ponit veram doctrinam concludendo, quod si in priuilegio confirmatorio concesso, ex certa scientia, narretur seriosè prior concessio, deinde confirmetur, non sit necesse exhibe-
4 re primam concessionem, sed sola confirmatio sufficiat, secùs quando simpliciter, vel generaliter fit confirmatio, non incerto tenore priuilegij confirmati, & vltrà premissã doctrinã. Specul probat text. notum in c. pen. de cõfirm. vtili, vel inut. quam doctrinam sequit etiam Abb. in c. 1. inter dilectos in 1. solutione de fid. instr. vbi dicit, quòd est notanda in practica, quia quotidie impetrantur priuilegia confirmatoria, & originalia sunt deperdita. Rom. consil. 336. hinc infert, quòd si bulla Papæ faciat mentionem de sententia, & non ponat totũ eius tenorem, quòd executor Papæ non debet eam exequi, nisi instrumentum dictæ sententiæ proferatur.

Et quod dicitur confirmationẽ Papæ, vel principis non tenere, nisi originale confirmatum exhibeatur, est verum, nisi Papa, vel Principis confirmãs attestetur se illud vidisse, & facit pro hoc benè text. in clem. 1. de probat. Pract. Papien. in tit. de excep. contra instrum. in verbo, alterius confirmatorium.

Intellige tamen talia priuilegia habere robur, etsi originalia confirmata
5 non exhiberi possint, hoc procedere inter easdem personas, quæ contraxerunt per tex. in l. optimam. C. de contrahen. & committ. stipul. quę est notabilis ad hoc secundum. Baid. in ca. series de testib. & intelligẽ de personis, quæ possunt liberè disponere, & præiudicare, aliàs secùs, vt per Bar. in auth. siquis in aliquo. C. de eden. vbi scribentes firmãt regulam, quòd instrumentum faciens mentionem de alio instrumento non
6 facit fidem absque eo, quòd originale exhibeatur, quia vbi nõ apparet exemplar, nec exemplatum. l. in testamento. ff. de cond. & demon. sed declarãt scrib. in d. auth. siquis in aliquo, vt videre potes.

Quòd tamen in proposito nostro diximus de scriptura principis faciente mentionem alicuius instrumẽti, vt per
7 glo. in d. c. si Romanorum. 19. dist. intelligẽ procedere, quãdo princeps in scriptura faceret mentionem principaliter, secùs si incidenter, & enunciatiuè. c. si Papa de priuil. in 6. & notatur in clemen. 1. de proba.

Tandem si cõcessio feudi fiat alicui

8 per hæc verba, ſicut venerandæ memoriæ genitor noſter fideli noſtro feudũ conceſſit, ita & nos concedimus, tunc non habet neceſſe vaſſallus adhoc, vt 2.conceſſio valeat, oſtendere de prima ita decidit Oldra. conſi.121.in 2.dubio & Abb.in d.cap.inter dilectos. col.5.de fid.inſtru. veritas nempè dependet ab hoc, an iſtæ dictiones, ſicut, vel ſecundum, faciunt conditionem, ſi dicatur, concedo ſicut, vel ſecũdum quod maiores mei conceſſerunt, vel conſueuerunt, An iſto caſu ſi maiores nunquam conceſſerunt, per hoc vitietur ſecunda conceſſio, & communiter concludi tur, quòd non, ſecundum Bart. in l.5.§. Iulianus quoque per illum tex. ff.de cõſtit.pecu. ponunt Doct.in l. ſi teſtamentum vbi Iaſ. ſcribit. C.de inſtitu. & ſubſtitu. & in l. admonendi ſuper glo. ff.de iureiuran.

DVBITATIO LV.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetratum in damnum fiſci an teneat.*
2 *Litera remiſſionis condemnationum an valeant abſque expreſſione cauſæ, & facti.*
3 *Litera facti ſeriẽ non continentes nihil valent.*
4 *Gratiam habens de vno homicidio ſi poſteà fecit ſecundum homicidium, & impetrauit, gratiam de ſecundo nihil valet, niſi fecerit mentionem de primo homicidio, & prima gratia, declara vt ibi.*
5 *Geminatum reſcriptum habet vim motus proprij. num.7.*
6 *Clauſula motus proprij & ex certa ſcientia æquiparatur.*
8 *Motus proprius non præſumitur niſi in literis principis exprimatur motus proprius non poteſt probari per teſtes ibid.*

1 PLacitum, ſeu reſcriptum impetratum in damnum fiſci, an teneat, pcipuè vbi fuerint literæ remiſſionis condemnationum an valeant abſque expreſſione cauſæ, & facti, quoad primum dubium tex. eſt apertus, & reſoluens in l.nec damnoſa. C. de precib. imper. offer. quia fiſcus in pœnis fiſcalibus habet cauſam lucratiuam. l. apud Celſum. §. Labeo. ff. de except. doli ideò Bal. in d.l. nec damnoſa infert, quòd ſi aliquis impetrat à Papa, vel Imperatore aliquam compoſitionem, vel remiſſionem ſuper pena iam exacta per fiſcum, & non facit mentionem de exactione, & interpretatione pœnæ, non valet reſcriptum, tum quia ſubreptitium, tum etiam quia eſt damnoſum fiſco hinc ſubintro ſecundum, dubium, & fumo, quòd literæ, remiſſio-
2 nis condemnationum non valent niſi cauſa, & quælibet facti qualitas exprimatur, & ideò ſiquis fuit condemnatus in millẽ libris, & impetrauit à principe gratiam, & remiſſionem huius pœnæ non valet talis impetratio, ex quo non fecit mentionem ex qua cauſa fuit condemnatus, ex Bald. ſic notante in l. præſcriptione. col.9. C. ſi contra ius vel vtil.
3 pub. ideò literæ facti ſeriem non continentes nihil valent. e. ſuper eo de cohab. cler. & mul. & in c. dilectus filius, & in cap. ad audientiam de reſcr. ſequitur Alex. conſi.29. vol.1. ideò ſiquis habuit gratiam de vno homicidio ſi poſteà fecit ſecundum homicidium, & impetra
4 uit gratiam de ſecundo homicidio, nihil valet, niſi fecerit mentionem de primo homicidio, & prima gratia, ſed limita niſi impetraretur, geminatum reſcriptum per tex. in §. & hoc verò iubemus in auct. vt nullus iud. per quẽ text. Bal. in d.l. nec damnoſa notat, quòd idẽ operatur ſecũda iuſſio principis, quod motus proprius, quo caſu quando princeps cõcedit reſcriptum motu proprio ceſſat omnis exceptio ſubreptionis, & obreptionis, & certè geminatam reſcri

ptum

Digitized by Google

5 ptum habet vim motus proprij vt not. Alex.in l.3.in prin. ff.quod quisque iur. in primo notab.& 1.fallentia; vbi optimè confirmat, nam clausula ex certa scientia,& clausula motus proprij æqui
6 parantur, vt colligitur ex glo.not.in c. statutum.§.1.in verb. litterarum. in fin. de rescr.in 6.& geminatum rescriptum
7 habet vim clausulę ex certa scientia ita tenent Canon. in c.porrecta de confir. vti. vel inuti. & tenendo hãc regulam, scias illam procedere, quando secundum rescriptum facit expressam mentionem de primo,aliàs geminatio non haberet istum effectũ sic declarat solus Bal. in l.2.C. de peti. bon.sublat.lib. 10.

Colligo propterea rescriptum impetratum in dannum fisci, & litteras remissionis condemnationum non valere absque causæ,& facti expressione, &
8 addas motum proprium, nec præsumi nisi in literis principis exprimatur, nec enim motus proprius potest per testes probari. cap. si motu proprio de præben.in 6.

DVBITATIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum principis, & supplicatio illi porrecta, an habeatur pro litis contestatione ad perpetuandum actiones.*
2 *Rescriptum impetratum transit ad heredes activè,& passivè.*
3 *Actiones annales, quæ oriuntur ex delictis, non durant nisi anno,& non transeunt ad heredes nisi lis esset contestata.*
4 *Perpetuatio actionis, quid sit.*
5 *Contumacia quando habeatur pro litis contestatione.*
6 *Litis cõtestatæ effectus declaratur exemplis.*

1 PLacitum,vel rescriptum principis, & supplicatio illi porrecta, an habeatur pro litis contestatione ad perpetuandum actiones.

Distinguitur breuiter, aut loquimur de annalibus actionibus, aut de alijs: primo capite quantum ad actiones annales supplicatio porrecta principi, & eius rescriptum habetur pro litis contestatione ad perpetuandum actiones quantum verò ad alias actiones negatiuè est concludendum, quòd non. ita deciditur in l.1. C. quando lib. prin. dat.fac.lit.contest. vbi scribentes sic distinguunt ibi quantum ad actiones annales, quantum verò ad alias actiones in l.sicut in prin.C.de præscrip. 30.ann. sicque cõcludas, quòd supplicatio porrecta principi si obtineatur rescriptũ, operatur, ac si esset lis contestata, quoad duos effectus,primus est, quia actio transmittitur ad hæredes activè, & passivè, & sic rescriptum erit transitorium ad hæredes activè,& passivè, vt volunt omnes Docto.in d.l 1.C. qũ libel. prin. dat.Secũdus effectus est, in ppetuando actiones, idest, extendendo eorum vitam, vt, videlicet, sicut priùs non durabat nisi anno,nunc duret perpetuò, ac si verè lis esset contestata, sed declara istud procedere in rescripto impetrato à summo Principe puta Papa, vel Imperatore, vel alio populo non recognoscente superiorem de iure, vel de facto, quia nunc tale rescriptum habet vim litis contestationis, secùs est si impetretur ab inferiore text. est in l. 1. vbi Bar.ad hoc notat.C.de off.præfec.prætor.orie. & illiri. vbi tex. ista disponit in præfecto prætorio,qui æquiparatur Regi,vt est. glo.in l.1. ff.de off. præfec.prætor. & sic quantum ad præmissos effectus rescriptum habetur pro libello, & litis contestatione, sed non habet vim libelli conuentionalis, ideò si causa est ordinaria, in qua requirit, quòd actor porrigat libellum solemnem reo, certè rescriptum principis, vel Papæ cũ supplicatione non habet vim libelli secũdum Bald.d.l.1.C. quando lib.prin.dat. & in l. eleganter. §. si quis post col. 1. & 2.ff. de cond.indeb. & in l.fi. col.1. ff.de
con.lti.

constit. prin.& in l. ne quicquam. §.vbi decretum. ff.de offi. procon. & leg.Canon.in c.præterea de dilat.

In causis verò in quibus, vel de iure communi,vel ex forma rescripti debet procedi summariè,simpliciter,& de plano requiritur solemnis libellus, sed sufficit qualis, qualis petitio clem. sæpè in prin. de verb. sign. ideo in illis rescriptum cùm supplicatione sufficit loco petitionis ita tenet Innocen.in cap. dudum il secondo de elect. Spec. in tit. de lib. concept.§. nunc ostendendum. vers.6.& in tit.de præben.§.1.ad fi.Bald. in l.siquis filio exheredato.§.hi aût.ff.de iniust.rupt.Alex. consi.201.vol.2.& notandum in proposito,quòd si impetratum est rescriptum, & ille qui impetrauit,mortuus est, antequam produceret in iudicio,tũ tale rescriptũ trãsit ad hæredes actiuè,& passiuè.ita Bald.& Paul.de Cast.notant.in d.l.1. C. quãdo lib. prin. dat.nam actiones annales quæ oriuntur ex delictis non durant nisi anno, & non transeunt ad hæredes nec actiuè, nec passiuè, nisi lis verè sit contestata, nam litis contestatio prouidet in vtroque l.1. ff. de priu. delic. & sic supplicatio porrecta principi obtento rescripto habet vim litis contest. & sic idem operatur, ac si verè esset lis contestata quantum ad hoc vt actio transeat ad hæredes actiuè, & passiuè, & quantum ad perpetuandum actionem, quod intellige procedere,quando in rescripto esset expressa persona contra quam impetratur, secus siquis impetraret rescriptum contra Titium, & quosdam alios, nam quantum ad illos alios rescriptum non tranlit cõtra hæredes vt in c.significauit iunct.gl.in fi. & ibi Do. de reser.Item intellige nisi tempore impetrati rescripti persona contra quam impetratum esset,tunc esset mortua nõ valet, nec tranlit contra eius hæredes, sicut in simili dicitur de sententia. l. pen. §.petitio.ff.quæ sent.sin.appella. re.cin. perpetuatioque vt intelligatur termi-

4 nus, propriè nil aliud est quam extensio vitæ actionis, vt vbi priùs erat temporalis,efficiatur perpetua,& sic 40.annorum.l.fi.C.de præscr. 30.ann.Bart. in l.fi.in princ. ff.de eo per quem fact. erit. gl.in l.cum notissimi in prin.in verb.solam.C.de præscript.30.ann. & in criminalibus nota, quod si reus citatus super actione criminali quærit subterfugia, ne lis contestetur, eius contumacia habebitur pro litis contestatione.l.si eum qui.§.qui iniuriarum in fi.ff.siq.caut.vbi Bal.in 6.notab.

Effectus verò qui nascitur à litis con-
6 testatione ad præmissorum elucidationem patet exemplis vt exempli gratia, actio iniuriarum tantum durat anno. l.si non conuicij.C.de iniu.& non transit ad hæredes nec actiuè nec passiuè nisi lis fuerit contestata,l.iniuriarum in prin.ff.de iniu.Ratio est quia actio iniuriarum non est in bonis nostris quia respicit vindictam.l. cum emancip §. si emancipati filius.ff.de collat.bo.ad hæredes autem transeunt ea quæ sunt in bonis nostris,lite autem cõtestata quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul.contractus autem, & quasi contractus transeunt ad hæredes nostros actiuè, & passiuè. l. ex contractu. ff. de act. & obl. item instantia cepta transit ad hæredes.l. si cum hominem in prin. cum sim.ff. de fideiut. ratio autem quare actio iniuriarum est annalis, est quia inuenta fuit à prætore,& regulariter ea quæ sunt inuenta à prætore non durãt nisi anno, sicut officium prætoris non durabat nisi anno,vt apud instit. tit. de perper.& temp. act.

Pone ergò nunc intulisti mihi iniuriam, & dum vellem agere contra te porrexi supplicationẽ principi', in qua petij, quod committeret istam causam alicui, princeps concessit mihi rescriptum,habito rescripto steti per annum quod non egi, dum ergò vellem agere vel hæres meus, actione iniuriarum animi coram iudice per me impetrato

per

per reſcriptum principis opponebantur duo, primo, quòd lapſus erat annus, & quòd actio iniuriarum cum ſit prætoria, non durat niſi anno. Item non tranſit ad hæredes actiuè, vel paſſiuè ſiue ſit mortuus paſſus iniuriam, ſiue inferens, ergò ex duplici capite huiuſmodi actio erat extincta, & ſic Imperator. vt ſuprà deduximus, determinat oppoſitum, & dicit, quòd ſupplicatio porrecta principi habito reſcripto, habetur pro litis conteſtatione, ſed ſi litis conteſtatio facta fuiſſet in iudicio, fuiſſet operata duos effectus, primo operata eſſet, quòd actio iniuriarum quæ ſui natura, eſt annalis, per litis conteſtationē fuiſſet perpetua, ideſt, extenſa vſque ad 40. annos. Item per litis conteſt. per quam quaſi trahuntur actiones ex delictis, quia dantur ad vindictā non trāseūt ad hæredes actiuè, & paſſiuè ,ppter litis cō teſt. benè tranſeunt ergò iſtos duos pariter effectus operatur ſupplicatio porrecta principi ſimùl cum reſcripto cū obtineat vim litis conteſt. & ſic reſcriptum principis cum ſupplicatione cū obtineat vim litis conteſt. operabitur duos effectus ſicut vera litis conteſtatio ſed non in omnibus actionibus, in annalibus tantum, quæ facilius perpetuā-tur quam actiones longioris temporis quia in alijs ad hoc vt perpetuentur requiritur vera litis conteſtatio, nec ſufficit ſupplicatio, & ſicut ponitur exemplum in actione iniuriarum, poterit poni exemplum in actione quanto minoris prætoria, & competente pro rebus vitioſis venditis, quæ durat anno. l. 2. C. de ædil. act. & in alijs ſimilibus, & multo magis in actionibus prætorijs quæ ſunt breuioris temporis, vt eſt redhibitoria quæ durat tantum ſex menſibus. d. l. 2. C. de ædil. actio. & l. cum ſex. ff. de ædil. & edict. ſic enucleata remanet veritas præſentis dubitationis.

DVBITATIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Promotus inhabilis ex certa ſcientia principis promouentis, an cenſeatur diſpenſatus, & quid dicendum de inferiore à principe.*

2 *Princeps ſi ignoraret, quòd promotus ſit inhabilis, an cenſeatur diſpenſaſſe.*

3 *Narratiua excuſat tantum à ſurreptione, nō tamen inducit diſpenſationem.*

PLacito principis, vel ſuperioris ſi promoueatur inhabilis ex certa ſcientia, an promotus cenſeatur diſpenſatus.

Partem affirmatiuam probare videtur tex. in l. quidam conſulebant in fin. ff. de re iud. vbi. Bar. in 2. notab. & tex. in l. Imperiales in §. ſimiles vbi Bal. in prin. verſ. ex iſto collige. C. de nupt. gl. in c. eā te in glo. 1. de ætat. & qual. Rom. conſil. 307. & 216. Felyn. c. præterea col. 3. verſ. ſcias de teſtibus cog. & in c. cum inter col. 1. & ſeq. de except. Rebuff. in pract. benef. fol. mihi 277. hoc tamen aliqui intelligunt dummodo inhabilitas ſit expreſſa in litteris promotionis; aliàs non ſequitur. Fely. in c. ſi quando col. 5. verſic. conſidera tertio de reſcr. Aegid. deciſ. 363. & deciſ. 728.

Et licèt aliqui voluerint, quòd promotio ſupremi principis non ſufficiat pro diſpenſatione, niſi clauſula, ex certa ſcientia ſit expreſsè poſita in litteris vt per Bal. in l. impetrata. C. ſent. reſcin. non poſſ. contrarium tamen eſt verius ex communi opinione, de ſciētia enim principis conſtare poteſt. aliunde, quā ex litteris vt infrà dicetur.

Sola ergò ſcientia principis ſufficit, vt credatur diſpenſaſſe, quando promouet inhabilem, & hæc eſt magis cōmunis Doctorum ſententia nec requiritur, quòd in litteris promotionis ſit expreſſa inhabilitas. Aegid. deciſ. 698. & deci. 746. & deciſ. 332. Pariſ. conſ. 44. nu. 16. & ſeq. vol. 4.

Imò

Imò hoc procedit etiam in inferiore à principe ſupremo, prout in capitulo, vel collegio promouente inhabilē, vel indignum eo caſu quo poteſt diſpenſare. Specul. in tit. de diſpenſ. §. ſunt quoque in fi. Bal. in l. cām quam col. 10. verſ. demum quæro. C. de fideico. Oldrad. conſil. 329. & 331. quòd tamen nō procedit in inferiore à principe ſupremo, niſi interueniente legitima cauſæ cognitione. Innoc. in c. veniens de fil. præsbyt. vbi Abb. colu. 2. verſ. quidam ſunt actus poſitiui. Fely. in c. cum venerabilis col. fi. verſ. neque ſcientia ſuperioris de excep. Rom. conſil. 507. Iaſ. in l. Barbarius colu. 3. verſ. item not. & col. ſeq. ff. de oft. prætor. Dec. in c. ſi quando col. fin. verſi. pro reſponſione conſiderandum eſt de reſcr. non tamen etſi requiratur cauſæ cognitio, propterea requiritur expreſſa diſpenſatio ſed tacita. Abb. in c. veniens num c. 8. de præſumpt.

Imò etiamſi princeps ignoraret, ſi modò eſt certum, quòd idem feciſſet, ſi
2 ſciuiſſet ita promotor inhabilis cenſentur diſpenſatus. Bart. in l. 2. C. ſi ſeru. vel. liber. lib. 10. Rom. conſ. 216. verſ. mihi aurem.

Et hoc procedit nedum ſi princeps ſciat, ſed ſi etiam iure præſumatur. Bar. in l. 2. C. ſi ſeru. vel liber. lib. 10. Paiſ. cōſ. 44. num. 18. vol. 4.

Procedit que pariter etiamſi ſit defectus iuris naturalis, quòd tamen eſt verum, quando in reſcripto adeſſet verbum, diſpenſamus, & eſſet expreſſa cauſa diſpenſationis aliàs ſecùs. Rebuff. in pract. benef. in tit. de diſpenſ. num. 11.

Verùm præmiſſa teneas, quando princeps facit aliquem actum poſitiuum, puta quando promouet aliquem ad beneficium, vel officium, ſecus verò ſi nō adſit aliquis actus poſitiuus. Abb. in c. veniens colu. 2. verſ. quidam ſunt actus poſitiui de fil. præsbyt. Soc. conſi. 99. column. 3. verſ. ſed reſpondeo. Ruin. conſ. 85. col. pen. vers. tertius caſus vol. 4.

Prout etiam verā debemus tenere præmiſſam cōcluſionē qū princeps potuit exiſtimare illū inhabilem fuiſſe ab alio habilitatū, puta, à ſuperiore ſuo, q hoc facere poterat, vt ex Soci. d. conſi. 99. vel quādo ex aliqua neceſſitate promoueret inhabilem, quia tunc non cē ſeretur propterea, illum perpetuò habilitaſſe per Brun. conſi. 85. col. pen. verſi. & iſtud confirmat vol. 4. & quando nō poſſet ſine diſpenſatione reſcriptum etiam in minimo operari intellige per motam concluſionem, ſecùs ſi aliquid operari poſſet, vt ex Rebuff. in pract. de diſpenſ. nu. 8.

Scias etiam non dici ex certa ſcientia proceſſum ad diſpēſationem ex eo ſolo, quòd aliquid dicatur in narratiua literarum niſi in diſpoſitione ſit repetitum illud, quod narratum eſt, tantum enim narratiua excuſat à ſurreptione non tamen inducit diſpēſationem. gl. in clem. ſi Romanus in verb. validam vbi Cardin. de præben. in 6.

DVBITATIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, an poſſit auferre ius quæſitum priuato ſine cauſa, & quid de Papa in beneficialibus. ibid. & quid de iure quærendo. ibi.*
2 *Dominium habens annexam æquitatem an tolli poſſit.*

Etigimus ſuprà dubitatione 14. principem non poſſe auferre ius quæſitum priuato ſine cauſa, & in dubitatione 37. diximus priuilegium non poſſe ſine cauſa per principem reuocari, modò opportunum cenſemus latiùs diſcutere ſuper eadem materia ſupplēdo, quæ omiſimus, & in primis retinendo magis communem ſcribentium ſententiam, quòd princeps nō poſſit ſine cauſa rem alicuius auferre glo. in l. quoties C. de precib. Imp. oft. Bal. in l. reſcripta. col.

Digitized by Google

colum.4.verſ.3.quærunt.C.de priu.Impera. off.Iaſ.in l. Barbarius.col.7.verſic. 13.facit. ff.de offi.prætor. Alex. conſi.1. col.6.verſi.& quod notat glo. volum.2. Socin.conſi.164.col.4. in fi.lib.2.vbi de communi Iaſ. in l. quominus col. 1. ff. de flum. & conſi.233. col.8.vol.2. Pariſ. conſi.11. nu.51. vol. 1. concludendum eſt nedum directum dominiũ per principem ſine cauſa auferri non poſſe,ſed nec etiam vtile,vt declarat Alex.conſi. 3.col.2.vol.5.Paul. de Caſt.conſ.46.col. fi.vol.2. Ruin.conſi.31.col.pen.vol.5.& ſicut dominium directò tollere nõ poteſt princeps, ita nec per indirectũ,tollendo libertatem,benè poteſt per indirectum, ordinando, quòd ille talis audiatur à ſuis magiſtratib. & officialibus ita Pariſ.cõſi.1.nu.38.& ſeq.vol.4.Ruin. conſi. 123.col.3. vol.3. imò nec per viã ſtatuti poteſt princeps facere, quòd dominium de vno in aliũ tranſeat Inno. c. quia pleriq; circa fi. de immu. eccle. Fely.in c.quæ in eccleſiarum. col.9. de conſtit. nec de plenitudine poteſtatis Dec. conſi.410.nu.22. etiamſi dominiũ ſit quæſitum ex cauſa donationis obtẽtæ ab ipſo principe Ruin. conſi. 31.col. pen.volum.5.nec ob id poterit priuare filium primogenitum iure primogenituræ,vt ex Tiraq de iur.primog q.21.

Benè verùm eſt,quod Papa in beneficialibus poteſt priuare aliquem ſuo beneficio ſine cauſa Paul. de Caſt.cõſi. 46. colum.fin.volum.2.Alexan.conſi.2. col.fi.vol.1.& conſi.87.col.fi.vol.2. imò & legatus Papæ poteſt aliquem priuare iure præſentandi, vt per glo.in c.per principalem 9. quæſt. 3.& hæc de papa procedunt de iuris rigorem, & de abſoluta poteſtate, de æquitate verò & honeſtate contrarium eſt dicendum:quia non poteſt ſine cauſa beneficiatus priuari beneficio, & prælatus ſua prælatura Iaſ.conſi.145.col.2.vol.5.& communiorem dicit Fely. in c.quæ in eccleſiarum col.15.& ſeq.de conſtit.

Inſuper quãdo dominium eſſet,quæſitum facto, & conceſſione principis tunc per principem pariter ſine cauſa poteſt auferre ita Socin conſi.87.col.6. volum.3. Fely.in d.c. quæ in eccleſiarũ. col.18.verſ.5.declaratio,quæ tamen declaratio non poteſt procedere vbi teneatur pars negatiua in illo articulo, quod in beneficialibus papa nõ poſſit priuare beneficiatum ſine cauſa.

Per principem etiam poterit auferri ſine cauſa ius quæſitum de iuregentiũ, quando non eſt acquiſitum actualiter prout eſt, quando princeps vetaret ducere aquam de flumine publico ita declarat Iaſ.in l. quominùs col.2. verſi. 2.ego reſpondeo.ff.de flum.idem dicẽdum ſi princeps præiudicaret in modico,vt per Fely. d.c.quæ in eccleſiarum. col.17.verſi.4.declaratio. & Ruin.conſ. 191.col.fi.vol.1.& conſi.48.col.fi.vol.4.

Vbi pariter agitur de iure quærendo poteſt princeps præiudicare etſi non præſumatur,quòd voluerit. Ruin.cõſi. 7.col.2.vol.1. & conſi. 36. col.2.volum. 1.& conſi.108. col.3.vol. 2.& conſi. 68. col 3.vol.3.& conſi.76.col.1.vol.5.

Et poterit princeps auferre ſubdito rem ſuam ſoluto pretio Dec. d. c. quæ in eccleſiarum. num. 24. Pariſ conſi.1. col. 17. vol. 1. nec cauſa de neceſſitate eſt exprimenda per principem, ſed ſufficit, quòd de ea aliunde conſtare poſſit, de communi Ruin. conſi.61. nu.30. volum. 5.

Notandum etiam, quod quãdo agitur de dominio quæſito de iure ciuili, & tunc ſi illud dominium habet annexam æquitatem, à principe tolli non poteſt ſine cauſa,ſecùs ſi non habet annexam æquitatem, quia tunc tolli poteſt ita colligitur ex diſtinctione. Bald. in l. cauſas in fin. C. de tranſact. & in l. reſcripta in fin. col. C.de præci.imp.off. Felyn. d. c.quæ in eccleſiarum colu.21. benè tollere poterit princips contractũ tanquã acceſſorium ad ius ciuile, Ruin. conſ.21. col.4. volu.5. & licèt princeps poſſit præiudicare in dominio quæſito

de iure ciuili non tamen præsumitur velle Ruin.consi.4. col.pen.vol.3.

DVBITATIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Potestate principis, an possit derogari voluntati testatoris?*
2 *Fratres minores, an possint capere ex testamento.*
3 *Fratres prædicatores, & alij mendicantes possunt capere ex testamento, & bona stabilia.*
4 *Hodie fratres minores capiunt ex fideicommisso vniuersali, & an fratres prædicatores, mendicantes, vel non an sint capaces in succedendo.*

PRincipis placito, vel potestate, an possit derogari voluntati testatoris,& an Papa possit rescribere,vt fratres prędicatores succedere valeant.

Quod attinet ad primum dubium, princeps sine iusta causa non videtur
1 posse voluntati testatoris derogare. l.si testamentum. C.de testa.& scribit.Dec. in consi.357. num.5. Socin. iun.consi.65. nu.3. vol.2. & in l.Gallus. §.& quid si tãtum nu.146.ff.de lib.& posth.vbi plures alius refert, & hoc dicit esse commune dictum, quod etiam putat verissimum, & indubitatum, quam opinionem sequitur Cæphal. consi.111. nu.38. & cõsi. 186. nu.37. & dato, quòd princeps ex plenitudine potestatis posset derogari, requiritur clausula specialis, nec sufficit illa clausula generalis, non obstante quacunque lege, vt in terminis declarat Rui.in consi.80.nu.7.& 8.consi.95. nu.7.vol.3. relatæ per Mantic.nunc amplissimum Cardinalem de coniect. vlt. voluntat.tit.12.lib.11. num.32.

Quoad aliud dubium, sciendum est,
2 quòd fratres minores, nullo modo possunt succedere, nec capere ex testamẽto, neque ex relictis, siquæ eis fieri cõtingat, aliquid eis acquiritur neque in proprio; neque in communi, vt ex tex. expressus in c.exijt de verb.sig.in 6.& in clem.exiui de verb.sign.

Fratres autem prædicatores, & alij mendicantes, exceptis minoribus, possunt capere ex testamento, etiam bona
3 immobilia non tamen,vt ea retineant, neque in proprio neque in communi, sed vt vendant, & eorum pretium, in suas necessitates conuertant, ita dicit gl.notab.in c.1. in verb. domum de relig.dom.in 6.hancq; communem dicit opinionem.Alex.consi.78.num.1. lib.2. Dec.consi.559. nu. 3. & 4. & in c.in præsentia num. 69. de probat. vide in hoc notata per clar. §. testamentum quæst. 29. versi.hoc præmisso,& sequ.vbi dicit, Caue ne decipiaris, quia licèt antiquitas per constitutionem capituli generalissimi fratrum prædicatorum cautũ fuerit,ne proprium quid immobile possiderent,tamen postcà per contrariam constitutionem alterius capituli generalissimi illa prima constitutio fuit reuocata, & sic hodie sunt capaces bonorum immobilium in communi prout sunt alij non mẽdicantes, & de hoc etiam extat amplum priuilegium eis concessum à Sixto Papa eius nominis quarto quo verò ad alios religiosos nõ mendicantes quibus permissum est possidere bona stabilia in communi dicẽdum est, quòd proculdubio possunt capere ex testamento, non tamen vt sibi acquirant, sed monasterio, & in hoc neminem discrepare testatur clar.loco præcitato.

Sed & Mantica de cõiect.vlt.volunt. tit.12. lib.8. num. 26. declarat rescriptũ quo concessum est fratribus prædicatoribus, vt possint succedere, & dicit, quòd quoad rescriptũ Clementis IIII. quo fratribus prædicatoribus fuit per Papam indultum, quod æquidem induigere Papa potest,vt perinde possint succedere ac si in sęculo permãsissent, Mantica ibi dicit hoc rescriptum tanè esse

esse intelligendum, non motata scilicet, sed suppositа eadem testatoris voluntate vnde subiungit, quòd ab intestato sine vllo scrupulo dubitationis possunt succedere, quia nulla contingit mutatio terminorum; & quòd item in suplemento legitimæ sibi debitæ iure naturæ succedunt etiam contra voluntatem parentum, quia sine iusta causa non possunt exhæredari. §. aliud quoque capitulum in auth. vt cum de appell. cogn. & in auth. non licet. C. de lib. præter. neque illa, vt scribit ibid. Mantica. dicitur iusta causa, quòd filius patre inuito fuerit ingressus monasterii. l. Deo nobis. §. 1. C. de episc. & cler. & §. nullam verò in auth. de sanctiss. episc. & ideo sicuti in legitima possunt succedere, cum sunt in sęculo, etiam contrà testatoris voluntatem, ita etiam cum degunt in monasterio, supplementum legitimæ petere possunt quoniã nulla contingit mutatio terminorum, quæ debeat mutare iuris dispositionem secùs, quando contingeret mutatio terminorũ veluti si testator dixerit, agnatos si sunt in seculo, posse succedere in fideicommisso relicto intuitu conseruandæ agnationis, & quando specialiter fideicommissum relictũ est pro cõseruanda familia, seu agnatione nõ debet admitti huiusmodi religiosus, quia non sufficit, quod aliquis sit agnatus, sed oportet eum esse talem agnatum, per quem possit familia conseruari, vel quòd per eum bona in familia conseruentur, quòd in proposito monaci nõ potest dici bona, scilicet, in familia cõseruari, quia per monacum acquiritur monasterio auth. ingressi. C. de sacrosc. eccl. quod vsque adeò verum est; vt ne momento quidem apud ipsum monachum resideat l. placet. ff. de aq. hæred. Bald. conf. 494. in fin. vol. 5. vbi dicit, q̃ licèt ius delatũ monasterio sumat initium ab ipso monaco, tamen per modum scintillę, & sic in ictu oculi in monasterium tranlit.

In hac materia, quòd hodie fratres
4 minores capiant ex fideicommisso vniuersali ex priuilegijs apostolicis, & ex consuetudine firmat Gabr. comm. cõclus. de hæred. instit. concl. 1. vbi tractat etiam de fratribus prædicatoribus & fratribus mendicantibus, vel non, an sint capaces in succedendo.

DVBITATIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Princeps si oriatur quæstio de priuilegio, vel rescripto, an possit cognoscere, & iudicare in causa propria.*
2 *Princeps debet habere cęleste arbitrium.*
3 *Papa nec imperator possunt esse testes, nec iudices in propria causa,*
4 *Prælatus in causa suæ ecclesiæ potest iudicare salua recusatione.*
5 *Iniuria si sit facta notoriè in personam iudicis, potest iudex ipse eam punire si sit in dedecus proprij officij secus si tangit propriam personam.*

PRinceps si oriat quæstio de priuilegio, vel de eius placito, seu rescripto, an possit cognoscere,
1 & iudicare in causa propria.

Aliqui dixerunt, quod Princeps de-
2 bet habere cœleste arbitrium, vt per Bald. in c. 1. de noua form. fidel sed qđ dicitur in principe cessat in populo nõ recognoscente superiorem, imò tenet ibi Bald. quòd nec Papa, nec imperator possint iudicare in causa propria, quia Papa nõ plùs potest, quam possit Deus, sed Deus noluit, quòd staretur solo suo dicto, vt scribit Felyn. in c. cum venissent nu. 5. de iudic. ergò eodem modo, nec Papa, nec Imperator poterunt esse testes soli in propria causa, ergo fortiùs, nec poterunt esse iudices in
3 causa propria; Nec obstant, dicunt sic scribentes, in c. cũ nobis de testibus, vbi statur dicto solius Papæ, quia respondent non loqui, quando testificaretur in causa propria.

Sed iſtis non obſtantibus firmamus, quòd princeps, vel etiam populus non recognoſcens ſuperiorem poteſt eſſe iudex in cauſa propria ita Bal. in l.2.ad fin.C.de ſent.quæ ſine cert.quantit. vbi dicit, quòd ciuitas habens ſuperiorem actu, & poteſtate nõ poteſt iudicare in propria cauſa, ſecùs ſi viuit in proprio regimine, & propria libertate, nec obſtat, vt dicunt Moderni, quòd in principe ſit cœleſte arbitrium, quia poteſtas competens populo libero, etſi nõ competat vni perſonæ tamen non eſt minor, qualis eſt illa, quæ competit ſoli principi.

Hanc tamen concluſionem, quæ ſic habet, quòd princeps, vel populus nõ recognoſcens ſuperiorem poteſt eſſe iudex in cauſa propria firmatã per Bal. in l.2.C.de ſent.quæ ſin.cert.quantat. & Bart.in l.ſi alius. §. belliſſimè. ff.quod vi aut clam, & Angel. in l.1. C. nequis in ſua cauſa. intellige procedere quoad ſubiectos nõ quoad alios. ita tenet Hoſtien.in c.nouit de iudic.vbi Abb. relatæ per Felyn. in d. c. cum veniſſent col. pen.de iudic. qui aſſerit ita vidiſſe iudicatum.

Rurſus intellige præmiſſam concluſionem, niſi princeps, vel populus ſit reus; quia tunc ſubditus poteſt eos cõuenire coram Papa. ita Abb.in c.1. de probat.dicens ibi eſſe text. ſing.ſed hoc impugnat ibi Aret.tenendo contrariũ, & eius opinioni contra.Abb. aſſentitur Fely.d.c.cum veniſſent de iud.ſub nu.5.

4 Prælatus autem in cauſa ſuæ eccleſiç põt iudicare ſalua recuſatione. Abb.in c.cum contingat de foro comp.imò dicit Bald.in l.ſiquis.C.de epiſcop.& cler. col. 4. quòd ſi epiſcopus eſſet executor inſtitutis pauperibus, & ipſe pro eis faciat procuratorem ad litigandum, vicarius epiſcopi erit iudex competens, quia licet faciat idem tribunal.cum epiſcopo, non cognoſcit tamen per hoc de re epiſcopi, ſed pauperum, & Bart. in l.ſiquis fortè. ff.de pœn. dicit quòd ſi iniuria facta in perſonã iudicis eſt notoria, poteſt iudex ipſe eam punire, ſi ſit in dedecus officij ſui, ſecùs ſi tangit perſonam propriam, & ibi etiam dicit. Bart.quòd ſi aliquis de familia ſua eſt iniuriatus, poteſt ipſimet iudex pro familia ſua, & iniuriante cognoſcere.

DVBITATIO LXI.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ principis reſeruata, an veniant in generali conceſſione.*
2 *Princeps concedendo inferiori de ſibi reſeruatis, intelligitur ſemper concedere, vt ea exerceat cum debita cauſæ cognitione.*
3 *Dux Mediolani plures habet prærogatiuas.*
4 *Rex Franciæ memoratur.*

1 PRincipis placito, ſeu etiam perſonæ reſeruata, an veniant in generali conceſſione?

Negatiuã conſtruamus regulam principi reſeruata non venire in generali conceſſione per text. in c. quoad translationem de off.lega. & in c.fin.de off. vica.in 6. & in l. 1. ff. de off. eius cui mandat.

2 Hinc dicimus, quòd princeps concedendo inferiori aliquid de ſibi reſeruatis intelligitur ſemper concedere, vt ea exerceat cum debita cauſæ cognitione, & non cum illa plenitudine poteſtatis, quam habet ipſe concedens ſecundum Innoc.in c. cum ad monaſterium in gloſ. niſi ex cauſa in fin.de ſtat. mona.& in c.dudum il 2. colu.fin. verſ. item, & ſi Papa de elect. Bald.in l.ſi teſtamentum poſt prin.C.de teſtam.& dicit idem Bald.in c. 1. col. 3. ſi de inueſt. int.dom.& vaſſ.lis orta.quòd ſolus princeps in ſuo reſcripto poteſt mandare, facias ſic, ſed inferior à principe debet mandare facias iuſtitiam, poſſent tamẽ iſta per principem ſpecialiter concedi inferiori ſm.Bal.in l.2. ff.de ſeruit.& aq.

Hanc

Hanc tamen declarationem, & omnes decisiones dicentes, quòd in generali concessione non comprehenduntur ea, quæ sunt principi reseruata specialiter intellige in concessione facta magistratui tẽporali; qui non cõstituitur dominus, & princeps prouinciæ, secùs in eo, qui perpetuò constituit princeps, & dominus, vt sunt Reges, & Duces, comites, & similes, qui ex priuilegio inuestituræ concesso ei ab imperatore, vel Papa super gubernatione plenaria, & perpetua consequitur omnes prærogatiuas reseruatas concedenti in materia concessa, & ideò tales possunt legitimare, & rem alterius auferre cum causa, vt de Duce Mediolani loquitur Paul. de Castr. cons. 225. eius respõsum potest saluari in tribus casibus primus est quando in priuilegio perpetuę Inuestituræ essent illa verba, quæ refert ibi fuisse in priuilegio Ducis Mediolani, vt, scilicet, possit ea facere in ducatu Mediolani, quæ imperator gerere potest de plenitudine potestatis. Secũdus casus est, quando Papa, vel Imperator constituens Vicarium perpetuũ certi loci in concessione solet exprimere alia grauiora, quia tunc in simplici concessione illa subintelliguntur, quæ consueta sunt exprimi. ita in terminis decidit Rom. cons. 99. col. 2. ducens esse text. singu. in c. quoad translationem vers. & si quædam de off. deleg. Tertius casus est in principibus, q̃ in terris suis de facto vicè imperatoris obtinent, & fortiùs in his qui non recognoscunt superiorem, seu imperium. ita Io. And. in addit. ad Specu. tit. de instr. edit. §. porrò & facit, quod de Rege Franciæ dicitur in c. per venerabilem, qui filii sint legit. & quòd not. Bart. in l. hostes. ff. de capt. quod procedit in his, qui non recognouerunt imperium à tanto tempore cuius initij memoria non existat. An autem hoc possit procedere in subiectis Papæ scribunt canonistæ in c. nouit de iudic. Card. in clem. pastoralis vers. vlt. lud secunda oppos. de re iudic. & clem. præsenti q. 7. de censib. Oldr. cons. 254.

DVBITATIO LXII.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum principis, vel eius sententia, an sit lex, & facit ius generale.*
2 *Sententia lata contra sententiam principis, quando sit nulla.*
3 *Sententia, & contractus principis habet vim legis, & qualiter intelligatur.*
4 *Sententiæ aliorum iudicum non faciunt ius.*
5 *Decendium sufficit ad inducendum consuetudinem contra leges.*

PLacitum seu rescriptum principis, vel eius sententia, an sit lex, & faciat ius generale? 1

Pro Affirmatiua est text. in l. Diui seruus. ff. de adim. lega. & l. 1. ff. de constit. princ. & l. fin. C. de legi.

Hinc sequitur, quòd sententia lata contra sententiam principis est ipso iure nulla sicut lata contra legem. excepti duobus casibus primus quãdo sententia principis esset in iure inserta, vt notatur in c. in causis de sent. secundus quando esset valdè notanda per id qđ de extraugãti dicitur in clem. pastoralis de fid. instru. & in l. cum prelatis. ff. de re iudic. 2

Et non solum sentẽtia principis, sed etiam contractus eius habet vim legis. Bal. in l. 1. in princ. ff. de constit. prin. per l. pen. C. de don. int. vir. & vxor. 3

Intellige tamen, quòd habet vim legis quoad obseruantiam, non tamen est lex vniuersalis, vt per Bar. in l. Cæsar ff. de publica. imò contractus est potentior lege intensiuè quia ligat successorem, quòd non facit lex c. fin. de rescr. in 6. c. innotuit de elect. secùs vero extensiuè, quia lex ligat omnes contractus.

Non tamẽ procedit affirmatiua præmissa conclusio vbi sententia Papæ, et

contra

est contra corpus iuris, ita text. & omnes in c.in causis de sent. & Bald.in l.1. in fin. C.de legi per text. in c.ecclesia il 1.de elect.vbi non præsumitur corrigere iura.

Vlteriùs non procedit si feratur sententia partibus absentibus, & causa nõ cognita per not.in l.fi. C.de legi. in ver. cognitionaliter à contrario sensu. 1

Prout nec locũ sibi vendicat in sententia interlocutoria gl.in d.c.in causis per tex.in l.3.C.de legi.exceptis duobus casibus primus est, quando est lata partibus præsentibus, & cã cognita. Alex. in l. apud Iulianum. ff.ad Treb.Secundus casus est in interlocutoria in corpore iuris. l.verbũ. C.de infam.per quẽ iuncta.l.interlocutio eod.titul.dicit ibi Paul.de Castr. quòd licèt Papa dixerit, semel talis præuaricator, vt refert. Bal. Papam dixisse de Oldrado, tamen per hoc Oldradus non fuit infamis, quia illud verbum fuit vna interlocutoria non cõtinens aliquam condemnationem dicit tamen Paulus de Castr.in l.fi. C.de aduoc. diuers. iudic. quòd Oldradus mortuus est ex dolore, & tristitia incursæ præuaricationis.

Itẽ non ꝓcedit, ꝙ placitũ rescriptũ, vel sẽtẽtia principis sit lex, vbi tenor illius non patitur extensionem, puta, ꝙa est clementia gratiosa, vel localis, aut dispentatiua per tex.in d. c.in causis in fi. de sent. & in l. non plures. C. de sacrosanct. eccl. facit text. in cap. 1. de fil. præsbyt. in 6.

Insuper si sit princeps inferior à Papa, vel imperatore, qui rescribat, sentẽtiet, vel epistolam transmittat, non condit legem, etiamsi aliàs habeat potestatem legis condendæ. Angel.in l. 1.col. 3.ff.de iur.p gl.vbi quæ incipit, imò derogat ideò si sententia talium est iuri cõtraria posset rescindi tanquam iniqua, & ità loquitur de epistola Ducis Venetorum. Alex.in l.item veniunt.§. cæterũ ff.de petit.hæred. quo meminit. Felyn.in Rubr.de rescr.in prin.& in c.1. limitatio ne.4.de sent.& re iud.

Hinc sequitur vnum correlarium, ꝙ 4
sententiæ aliorum iudicum non faciũt ius.l.nemo.C.de senten. Archid. in c.de quibus 20. dist. vbi hoc limitat nisi sententiæ talium fuissent tanto tempore obseruatæ, quòd transiuissent in consuetudinem per text in c.cum venissẽt de eo.qui mitt.in poss.& de hoc meminit.Bar.in l.de quibus col.fi.vers. quæro quid si iudex.ff.de legi.vbi dicit, quòd si iudex pluries iudicauit contra legem, & præterijt decennium, inducitur consuetudo per text.in l.cum de consuetudine. ff. de legi. & licèt contra canones requirantur 40. anni. c.fi.cum gl.de cõsuet.tamen contra leges sufficit decennium.Bar.in repet.C.de quibus col. 10. vers.videmus 3.de tempore. 5

DVBITATIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Principis secunda iussio, an idem operetur, quòd motus proprius.*

2 *Constitutio quæ sine consensu principis potest per statuentes fieri si à principe confirmetur, potest sine eo libere reuocari declarat vt ibid.*

1 PRincipis secũda iussio, an idem operetur quod motus proprius.

Eiusdem effectus, & virtutis extare principis iussionem ad instar motus proprij docet.Bal.in l.nec damnota.C.de preci.Imp. offe.& sequitur.Alex. in l. 3. circa princ ff.quando quisque iur.Felyn. in c.fi quando col. fi. de rescr.latius hanc damnotã, qui dicit notandum, quod tunc cessabit omnis exceptio subreptionis, vel obreptionis, sicut quando princeps concedit motũ proprio, & ita dicit se obtinuisse in facto intelligas tamen procedere, quando in secunda iussione, vel in secundo rescripto fieret de prima, vel de primo, mentio, quia tunc exemptio

non

non haberet effectum motus proprij ita ſingulariter declarat. Bal. in l. 2. C. de pet. bon. ſubl. lib. 10.

Vbi verò diſpoſitio, ſeu ſtatutum, quod ſine cõſenſu, & authoritate principis poterat per diſponentes, ſeu ſta-
2 tuentes fieri, à principe cõfirmetur, poteſt ſine eo liberè reuocari iuxta regulam quam latè probat. Iaſ. in l. omnium col. 3. C. de teſta. poſt. Fely. Abb. & alios in c. cum acceſſiſſent de conſtit.

Niſi tamen princeps in confirmatione apponeret clauſulam decreti annullatiuam, videlicèt, ſi ſecùs actum fuerit ſit irritum, & inane per tex. in c. dilecto verſ. niſi fortè cum gl. ibi in verb. clauſula de præben. quem textum pro ſingulari poſt alios notat. Iaſ. in d. l. omniũ. col. 3. & per ſcrib. in l. ex facto in prin. ff. de vulg. & pup.

DVBITATIO LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio ſecunda principis contraria, an deroget priuilegio primo, non facta eius mentione, & quid de reſcripto ad lites. ibid.*

2 *Reſcriptum, vbi præcedit priuilegium, tunc non prædominatur reſcripto, nec nocet cauſæ inchoatæ niſi fiat mentio proceſſus intelligè. vt ibid.*

PRincipis ſecunda diſpoſitio cõtraria, an deroget priuilegio primo, non facta eius mentione.

1 Non denegare probat text. in c. veniens de præſcript. gl. in cap. quoniam 18. diſt. & in c. 1. verb. conſuetudinem de capel. mon. in 6. ideò. Bald. in c. 1. de reſcr. dicit, quòd ſi princeps conceſſit mihi immunitatem, poſteà generali lege, vel priuilegio imponit onera non tollit meum priuilegium, niſi de ipſo fiat mentio, & allegat text. cum gl. ſing. in l. decurionibus. C. de ſilent. lib. 12. faciunt notat per Barto. in l. ſed & poſteriores. ff. de legib. Rom. conſi. 436. Caſtr. & Alex. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. deleg. 1.

Et nedum in priuilegijs ſed etiam in reſcriptis procedit firmata concluſio, quia contra alterius priuilegium non valent non facta de eo mentione. Bal. in l. fi. in fi. C. ſi contra ius, & vtil. pub.

Vbi verò ſecundum priuilegium eſt ſpeciale, & primum generale ſecundũ tunc derogabit primo non facta eius mentione, etiamſi ambo claudãtur in corpore iuris, quia ſiue ſpecies præcedat, ſiue ſequatur, ſemper præualet ita colligitur ex c. 1. de conſtit. in 6. vbi Papa condendo iura non facit mentionẽ de iure contrario.

Idem ſucceſſiuè dicitur, vbi primum priuilegium continet ſolum ius commune, quia ſicut de iure communi regulariter non fit mentio de illo, ita nec de iſto, niſi materia eſſet talis in qua de ipſomet iure communi eſſet facienda mentio, quia tunc etiam fiet ad derogandum priuilegio, niſi etiã ex ipſo priuilegio eſſet quæſitum ius vltrà ius commune in ſpecie, & certitudinaliter, & aduertendum in hoc, quòd licèt in conceſſione priuilegij non ſit neceſſaria mentio communis, tamen ſecùs eſt in reſcripto quòd datur cõtra ius, vt latè deſcribitur in c. nonnulli in prin. de reſcr.

Vbi pariter primum priuilegium eſſet nullum, vel ſubreptitium, tũc de ipſo non eſt neceſſaria mentio, vt notatur in c. ex tenore de reſcr. propter glo. ibi dicentem, quòd de primo reſcripto elidibili non eſt neceſſaria mentio.

2 Inſuper vbi reſcriptum ad lites eſt cõtrarium priuilegio, à quo cauſatur priuilegio ius peremptorium tunc derogatum cenſetur, primò putà ſuper non ſolutione decimarum, quia non facta mentione priuilegij valet quoad dandam iuriſdictionem, ſed eſt ſalnum ius priuilegiato excipiendi peremptorem ita Abb. in c. 1. de reſcrip. ratio eſt, quia

non

non impeditur litis ingressus per exceptionem peremptoriam, sed restringitur hęc declaratio, dummodo illa exceptio sit peremptoria secùs si dilatoria, quòd allegando eam impeditur ingressus litis etsic effectus rescripti secundū Abb. in c. cum ordine de rescr. Rursus nō procedit dicta declaratio nisi in litteris ad beneficia, in quibus taciturnitas statuti, priuilegij, vel alterius iuris specialis indistinctè vitiat rescriptum per tex. in c. constitutus eo. tit. de rescr. & potest opponi obreptio in vim dilatoriæ ad impediendum processum, & etiam peremptoriè ad merita causæ: tales litteræ erant ius de nouo, ideò facilius inualidantur, in rescriptis autem ad lites non creant ius de nouo, sed inducitur iurisdictio iudicis vt est text. in c. fi. de præsumpt. vbi exceptio concernens merita, potest in beneficialibus opponi in vim dilatoriæ contra rescriptum ita Abb. post alios in ca. ex parte ad fi. de for. comp. Restringitur pariter in rescripto impetrato cōtra exemptos, quia de stylo curiæ est etsi non de iure, quòd si de exemptis non fit mentio potest rescriptum ante omnia elidi, licèt tacent solum peremptoriam: quia fortè alium iudicem daret papa contra exemptos, & alium contra non exemptos Abb. in c. ex parte de priuil. & cap. cum ordinem in fi. de rescr. prout & restringitur præmissa declaratio, nisi impetrans ad lites expressérit falsitatem notoriam, vt si falsò dicat se clericum: quia surreptio vitiat rescriptum ipso iure Abb. in c. ex parte de for. comp.

3 Notandum vlteriùs, quòd vbi rescriptum præcedit priuilegium, tunc non p̄dominatur rescripto, nec nocet causæ iam inchoatæ nisi fiat mentio processus Abb. in c. 1. de rescr. & quantum ad hunc effectum dicitur lis pendere si facta est citatio secundum formam clemen. 2. vt lit. pend. & not. Abb. in c. fi. ad fi. vt lit. pend. quod dictum intelligitur nisi impugnans priuilegium ob litis pendentiam non expressam priùs impugnasset ipsam litis pendentiam, quia tunc non poterit ipsum impugnare, intelligitur etiam nisi res esset integra, & causa adhuc non pēderet tempore impetrati priuilegij, quia benè valet, nisi dolosè fuerit obtentum fortè habita notitia rescripti Abb. in d. c. 1. de rescr.

DVBITATIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium si idem contineat, quod ius commune vtrum debeat intelligi, vt minuat, vel addat iuri communi.*
2 *Episcopus potest de bonis patrimonialibus disponere.*
3 *Clausula, exceptione remota, qualiter intelligatur.*
4 *Papa concedens Episcopo facultatem creandi nouam dignitatem intelligitur etiam sine consensu capituli.*
5 *Testandi facultas data per Papam monacho intelligitur de bonis, quæ de facto tenet.*
6 *Ius inquirendi de aliquo delicto concessum à principe operatur, vt iudex possit procedere fama non præcedente.*
7 *Filij, verbum, non intelligitur de adoptiuo, & quando sic intelligatur.*
8 *Verbum quodlibet in contractibus debet interpretari, vt aliquid operetur.*
9 *Syllaba non debet superfluè apponi.*
10 *Interpretatio debet conferre ius, & tertio nihil auferre, & qualiter ibid. latè.*

1 PRincipis, vel alterius superioris placitum, vel priuilegium si cōtineat idem, quod ius commune, vtrum debeatur intelligi, vt minuat, vel addat iuri communi.

Intelligendumque esse, vt aliquid addat iuri communi priuilegium continens prima facie idem quod ius commune, firmant Hostien. Felyn. Abb. & omnes alij in c. 1. de rescr. per text. in c. in his de priuil. & l. 1. in fin. ff. ad munic. not.

not.Bal.in auth.habita in 4.notab.C.ne fil. pro patr.

Exemplum affertur, si priuilegiũ datum Episcopo dicat,vt possit testari,intelligitur de bonis ab ecclesia quæsitis,
2 non de patrimonialibus,quoniam Episcopus de patrimonialibus bonis iam potest disponere de iure communi. §. interdicimus in auth.de eccles.tit. notatur in auth. licentiam. C. de episcop. & cleric.

Ideò dicebat Bal.in l.3.§.si is pro quo ff. quod quisque iur. quòd clausula exceptione remota posita in rescripto
3 non intelligitur de iusta per tex.in l.ita nobis.C. de adult. glo.in c. sine except. 12.q.2. intellige dummodo sit apposita clausula non obstante, vt per gl. in d.l. ita nobis, & ibi per Alex. similiter si Papa concedit Episcopo facultatẽ creandi nouam dignitatem , intelligitur etiã
4 sine consensu capituli. Bal.in cap. cùm olim ad fin. de off. deleg. & dixit idem Bald. in l.1.colum.4. ibi 5. oppono,C.si seruus extero , quòd facultas testandi data simpliciter monacho per Papam intelligitur de bonis, quæ de facto te-
5 net,& idem Bald.in l.nullus. C.ad l.Iul. maie. dicit , quòd si princeps concedit iudici ius inquirendi de aliquo delicto de quo priùs inquirere poterat,virtute
6 huius priuilegii poterit procedere fama non præcedente.

Ideò pariter docet Bald. in l. siquis posthumos in prin. ff. de lib. & posthu. propter glo. ibi , quòd licet alias in priuilegiis verbum, filijs , non intelligatur
7 de adoptiuis. cap. adoptiuus si de feud. fue.contr. Specul.de loc.§. nunc aliqua versi.68.tamen fallit, vbi verbum , filijs non posset verificari nisi in adoptiuis, vt si erat talis, qui non poterat generare, vel clericus in sacris.

Idem est in omni dispositione , & in statutis vt ad saturitatem scribit Alex. in l.4.§. prætorin 4.& 5.colu. ff.de dam. infic. & idem dicendum in legatis.l. Senatus.§.fi.ff.de leg.1. vbi scribemus ma-
ximè Alex. hinc dixit Bal. in Rub.C.de contrah.empt.quæst.9. quòd in contra
8 ctibus quodlibet verbum debet ita interpretari, vt aliquid operet, & in Rub. de rescr.notat idem Bal.quòd in rescriptis nihil debet esse superfluum , & dicit glo. in l.fin. ff. quod met. caus.quòd
9 syllaba nõ debet superfluè apponi,declaranda tamen sunt præmissa duobus modis,& primò dummodo huiusmodi interpretationes conferant ius , & ter-
10 tio nihil auferant , vel solùm auferant lucrum quærendum per text. in c.1. de rescr.sed vbi præiudicaretur alteri in iure quæsito,vel inferatur damnum,tunc exponitur simpliciter priuilegium ad terminos iuris communis prout iacet, ita Bald.in l.si quando.C.de inoff.testa. per illum tex. vbi si princeps concedit liberam testamenti factionem intelligitur non omissa solemnitate inducta in alterius vtilitatẽ, etiamsi aliàs ille erat testabilis secundo loco declarant procedere , dummodo interpretatio quæ fit , lædat ius commune quantò minus fit possibile Abb. in c.certificari col. 3. de sepul. tex.est in c. eos.§. 1.de tempo. ordin. in 6. per quem dicunt Doctores ibi,quòd data alicui libera potestate faciendi actum quem facere nõ poterat, tamen in eo debet seruare canonicam formam prout & dicitur,quòd is cui cõceditur electio libera non potest eligere non idoneum.

DVBITATIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Decretum vel statutum principis , an intelligatur sublatum ille simpliciter conforme, vbi ius commune sublatum reperiatur. latè ibid.*

2 *Scandalum si esset in loco contrahere in quinto grãdu non esset ibi seruanda lex noua.*

1 PRincipis, vel ſuperioris placitũ, decretum, vel etiam ſtatutum, an intelligatur ſublatũ illi ſimpliciter conforme, vbi ius commune ſublatum reperiatur.

Firmo propoſitionem negatiuam, q̃ iure communi ſublato nõ intelligitur ſublatum placitum decretum, vel ſtatutum ſimpliciter illi conforme per text. in c.1. de conſtit. in 6. tangunt ſcriben. præcipuè Fely. in c.1. de reſcr.

Intellige tamẽ niſi ſtatutum habeat diuerſam materiam à iure communi propter qualitatem perſonę ſtatuentis, puta ſi eſt ius prætorium, vt ſunt ſtatuta magiſtratuum. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iu. Bar. in l.5. in prin. ff. de verbo. obliga. Alex. in l.1. col.24. ff. ad l. Falc.

Ex quo infertur, q̃ ſtatutum Epiſcopi ponens remedia in materia iuris nõ erit ſublatum, quia differt à iure Bal. in l. data opera col.7. verſ. item notandum eſt. C. qui accuſ. dum ponit, quòd iudex debet imitari pœnam ſtatuti omiſſa pœna iuris communis.

Intelligas quoque procedere firmatam negatiuam niſi lex prouideret per implorationem officij iudicis, ſtaturũ verò dirigens verba ad iudicem adderet remedium condictionis ex ſtatuto iuxta l. vn. ff. de condict. ex leg. quia tũc remanet ſtatutum ita Bar. in l.3. §. ſi rem ff. de leg.3. cum concord. de quibus per Alex. in l. properandum. §. ſi autem alterutra. C. de iudic. ſed vbi ex diſpoſitione iuris communis eſſet introducta cõditio ex lege, tunc ſtatutum non geminat ipſam actionem ita ſcriben. in d. c. a. de reſcrip.

Rurſus intelligas procedere niſi ſtatutum eſſet iuratum, vel confirmatum firmat Alex. in l.1. ff. ad l. Falci. & ſentit Bald. in l. receptitia. col. pen. ff. de conſt. pecu. dicens, quòd qui iurat ſeruare ſtatuta tenetur ſeruare continentia ius commune ſublatum.

Declaro inſuper procedere præmiſſam negatiuam niſi ius commune tollatur reſcripto glo.2. in l.1. C. de collat. dot. lib.10. quam extollit Salyc. in l.1. ad fi. C. de diuer. reſcri. & in l. fin. C. quæ ſit long. conſuet. vel niſi emanat ſtatutum ſuper caſu iuris dubio eum certificãdo facit gl. in clem.1. de elec. vel niſi etiam ſtatutum ſit antiquius lege correcta, vel niſi ſtatutum haberet aliam rationem quàm lex correcta, quia cenſetur quid diuerſum, vel niſi lex noua diſponat contra antiquam non autem contra rationem ibi poſitam, vel niſi lex eſſet reuocata ab eo, qui non poſſet reuocare ſtatuta, vnde ſi clerici feciſſent ſtatutum conforme legi ciuili non eſſet abrogatum, & ſublata, tum ob defectum poteſtatis, tum etiam quia ſtatutũ addit nouum robur ligando clericos quos nõ ligabat lex ciuilis, teneas quoque procedere axioma negatiuum p̃miſſum dummodo tollatur lex communis diſponendo contrarium eius, quòd de iure communi erat diſpoſitũ, ſecùs ſi ſimpliciter caſſaret ius commune. Salicet. in l.1. C. de ſeru. Reip. manu. Intelligas etiam procedere negatiuam propoſitionem niſi correctio ſtatuti haberet afferre ſcandalum in loco. gl. mag. in medio in c. ſuper eo de cogn. ſpir. quam extollit ibi. Abb. vnde ſi eſſet ſcandalum in loco contrahere in 2 quinto gradu non eſſet ibi ſeruanda lex noua. Fely. d.c.1. ſub num.18. vltima limit. de reſcr.

DVBITATIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Mendacium, an faciat amitti priuilegium.*
2 *Vaſſallus negans ſe vaſſallum priuatur feudo ſi de mendacio fuerit conuictus.*
3 *Poſſidere ſe negans conuictus de mendacio, eſt eiciendus de poſſeſſione, & quid de alijs ſimilibus caſibus.*
4 *Mendacium iocoſum non eſt punibile etiam in foro conſcientiæ.*
5 *Mendacium non redundans in commodum men-*

mentientis in dubio non præſumitur dolo dictum.

6 *Negans rem feudalem, quæ erat, perdit feudum, declara vt ibi. & an negatio poſſit reuocari parte inuita vel iudice. ibi.*

7 *Negans generaliter narrata prout narrantur non conuincitur de mendacio, & huiuſmodi negatio refertur ad omnia petita declara vt ibi.*

8 *Pœna poſita ipſo iure non facta iudicis non augetur per negationem.*

9 *Mulier deprehenſa in adulterio eſt infamis, & ſi ſequatur abſolutorium.*

PLacitum principis ſeu priuilegium, an perdatur propter mẽ-
1 dacium?

Reſolutionem affirmatiuã probat.tex. in l.qui cum ſe. ff. de re iud. & in l.ſed hoc ita.§.fi.eo.tit.& l.4.§.interdum.ff.quod cum eo.& l. hæreditatem. §.fi.ff.ad l. Falc. & l. ſi dubitetur.§.1.ff.de fideiuſſ.& l.1.C.ad Macedon.

Hinc eſt,quòd vaſſallus negans ſe vaſſallum, priuatur feudo ſi de mendacio
2 fuerit conuictus c.1.§. vaſſallus ſi de feu. fuer.controu.inſt.dom. & agn. & negãs ſe poſſidere, conuictus de mendacio,
3 eſt eijciendus de poſſeſſione.l. fin.ff. de rei vend. quòd tamen declara vt per Iaſ.in §.omnium col.4.& ſeq.inſt.de act. poſſeſſores bonorum alienatorum in fraudem conuenti actione reuocatoria,ſi negauerint ad eos bona deueniſſe, perdunt beneficium excuſſionis ſecundum. Iaſ. in §. item ſiquis in fraudẽ colum. 1. verſicul. 7. ego limito inſtit. de act.

Et procedit præmiſſa reſolutio affirmatiua in quacunque perſona habente iſtud priuilegium ne conueniatur vltrà quam facere poſſit, & ideò ſi maritus negauerit matrimonium,non gaudebit hoc beneficio ſecundum. Bart. in l.etiam.§.1.ff.ſol.mat.& Alex.in l.maritum in fallentia 11.eo. ti.

Sed reſtringe præmiſſam affirmatiua reſolutionem, vt procedat in mendacio doloſo,& fraudulento,ſecùs in mẽdacio prolato per ignorantiam ſecundum.Alex.in d.l.qui cum ſe.ff.de re iud. per tex.in d.c.1.§. vaſſallus ſi de feud. fu. contr.in verſ.ex certa ſcientia,& ibi notat Bald. non enim dicitur mẽdax qui putat verum dicere c.is autem,& c.Beatus Apoſtolus 22.q.2.

Hinc infertur, quòd iocoſum mẽdaciũ non eſt punibile etiam in foro cõſcientiæ, imò non poteſt Papa facere
4 directò, quòd iocoſum mendacium ſit peccatum mortale ſecundum Fely. in c. quæ in eccleſiarum col.7.de conſtit.

Sed notandum etiam eſt,quòd mendacium non redundans in commodũ
5 mentientis, in dubio non præſumitur dolo dictum ſecũdum.Bar.in d.l.& eleganter.§.fi.per illum tex.ff.de dolo.

Procedit inſuper affirmatiua præmiſſa reſolutio, quando profertur mendacium circa id,quòd eſt cauſa priuilegijs aliàs ſecùs,ſecundum Bar.in d.l.ſi dubitetur.§.1.ff. de fideiuſſ. vbi notat etiam. Caſtren.& idem tenet gl. in l. nemo ex ijs.ff.de reg.iu.& in reg.nullus,pluribus de reg.iu.in 6.

Intelligenda pariter eſt præmiſſa affirmatiua in caſibus a iure expreſſis duntaxat,non autem facienda eſt extẽſio ad caſus non expreſſos quia nemo debet ſuo iure priuari niſi lege caueatur.§. cum igitur in auth. de non elig. 2. nub.in l.ſiquis.l.Diuus. ff. de relig.& sũpt.fun.gl.in c. ſi de iurepatr. ita limitat. Alex.in d.l.etiam §.1.ff.ſol.mat.& Iaſ.in l. quod te colu.11.& l.virum.colu.5.ff.ſi cer. pet. hincque colligitur, quòd emphyteuta negans ſe emphyteutam nõ cadit ab emphyteuſi, quia nulla lex reperitur hoc dicens licèt.Angel. in l. fin. ff.de rei vendic.contrarium teneat.

Et licèt negans non eſſe feudalem,
6 quæ erat, perdat feudum, vt per Abb. in c.cæterum col.pen. in fi.de iudic. tamen limitatur hoc niſi mendacium careat dolo, vel lata culpa,quia tunc nõ habent locũm aliqua iura loquentia

de negante rita. Bald. in l. ea quæ. C. de condic. ind. vbi dicit, quòd iustus error excusat à pœna negantem. Item limita bis dummodo negatio duret vsque ad litis contestationem secùs si ante litis Neratius. §. nec actio. ff. ad l. aq. & ponit. contestationem confitetur glos. in l. Bal. in l. 1. col. 7. C. de fur.

Et talis negatio non potest reuocari inuita parte vel iudice. Barto. in l. eum qui in prin. ff. de iureiur. contra quem tenent ibi communiter omnes maximè Salyc. & Castr. etsi opinio. Bar. possit saltem vno casu scilicèt, quando vellet reuocare negationē conuictus iam de mendacio, licèt nondum esset lis contestata, dicta verò Doctorum, & communis opinio, quòd possit reuocari ante litem contest. procedit, re iam integra; item limitabis dummodo quis neget id, quòd est causa sui beneficij, secus si negat generaliter narrata prout narrantur ita. Bar. in d. l. sed si dubitetur §. ita demum. ff. de fideiuss. & ibi Castr. quæ tamen limitatio communiter reprobatur, contrarium enim tenet. Bal. in l. 2. col. pen. vers. sed nunquid. C. de rei vind. actio. quia negatio generalis refertur ad omnia petita. §. præterea inst. de inut. stipul. ideò negans se debere cē tum, negat etiam de quinquaginta, & ideò patitur pœnam negantis item declarabis nisi negatio fieret respondendo libello inepto. Bald. in l. edita in repet. col. pen. C. de eden. quòd confirmatur per Bar. in l. non putauit. §. non quæ nuis. ff. de bo. pos. contra tab. Bald. in l. 2. col. 2. C. de episc. aud. vbi dicit. quòd emphyteuta alienans irrequisito domino si contractus non tenet ex aliqua cáusa, vt puta in muliere alienante contra formam statuti sine consensu propinquorum, non cadit à iure suo.

Vbi pariter pena non imponeretur facto iudicis sed ipso iure per legem, tūc non augetur pena per negationem ex
3 Bart. in l. id quòd seruo. §. si conseruum ff. de pecul. lega. Ratio est quia in pena legis attenditur factum, ideò non reiteratur per tex. in l. palam. §. pen. ff. de ritu nupt. vbi mulier deprehensa in adulterio est infamis, licèt sequatur absolutorium, quia lex notat factum, sed de ista
9 materia remitto te ad Bald. in l. contra negantem. C. ad l. Aqu. & in l. 1. col. 7. C. de furt. & in l. 1. col. 3. C. de confess.

DVBITATIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, an in dubio præsumatur concessum ad petitionem partis, an motu proprio concedentis.*
2 *Geminatum rescriptum præsumitur concessū motu proprio.*
3 *Benemerita faciunt præsumi rescriptum concessum motu proprio.*
4 *Priuilegium concessum per viam legis vel statuti præsumitur concessum motu proprio.*
5 *Priuilegium clausum in corpore iuris præsumitur concessum motu proprio.*
6 *Concessa priuilegia omnibus ecclesijs præsumuntur concessa proprio motu.*

PLacitum, seu priuilegium, an in dubio præsumatur concessum
1 ad petitionem partis, an motu proprio concedentis.

In dubio, verò præsumi concessum ad partis petitionem, & non motu proprio concedentis, tenent omnes Doctores testi. Alex. in l. siquis iniquum in princ. ff. quòd quisque iur. & mouentur per text. in c. si motu proprio de præb. in 6. Bar. in l. 1. C. de petit. bon. sub li. 10. & in auth. quas actiones col. 2. C. de sacrosanct. eccl. Bal. in l. quòd fauore. C. de legi. præcipuè quando princeps concessisset, quod non est præsumendum per ea quæ notat. Inn. in c. innotuit de elect. ius iniquum quia tunc verisimile est, quòd fecerit ad partis instigationem. c. ex parte il 1. de reser. & talis clausula, proprio motu, nisi sit expressa in rescripto non potest probari per tex. secundum gl. in

gl.in d.c.si motu proprio de præben.in 6.sicut nec clausula,ex certa scientia secundum gl. in c. etsi principalis in gl.fi. de rescr. Ale.d.l.siquis iniquum.ff.quòd quisque iur.& plenius in l. quidam consuleba nt.ff. de re iudic.

Præmissaque præsumptio procedit nisi rescriptum esset geminatum, quia
2 tunc præsumitur concessum motu proprio.§. & hic verò iubemus in auct. vt nulli iudicum.Bal.in l.nec damnosa.C. de præcib.Imp. off.

Nisi etiam præcessissent benemerita, quia benemerita, quæ præcedunt, fa-
3 ciunt præsumi rescriptum fuisse concessum motu proprio arg.l. si verò non remunerandi.§.inde Papinianus. ff. mãd.

Vlteriùs, quando priuilegium est cõ-
4 cessum per viam legis, vel statuti, tunc præsumitur concessum motu proprio secundum.Bart. in l.1.ad fin.C.de bon. vac. lib. 10. & in l.1.C.de petit. 60. subl. eo.lib.10.Bart. in l. fi.§. donec.C.de iur. delib.

Nec etiam tunc præsumitur concessum ad partes postulationem, sed motu proprio principis, quando priuilegium postea fuerit clausum in corpo-
5 re iuris, & sic non erit locus retorquutioni gl. est in auth. quas actiones vbi. Bar.& alij.C.de sacrosc.eccl.

Postremò notandum est, quòd si esset cõcessum priuilegium omnibus ec-
6 clesijs presumitur cõcessum motu proprio,quia esset quasi impossibile, quòd omnes ecclesiæ postulassent secundũ Bald.in auth.quas actiones.col. 1. C. de sacrosc.eccl.

DVBITATIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Placitum seu priuilegium alicui concessum, an debeat taliter interpretari, vt per illud tollatur aliud priuilegium ei debitè competens, & num. 3. 6. 7.*

2 *Scholares si ex statuto tractandi sunt pro ciuibus quoad commodum, non quoad damnum.*

4 *Scholares si ex statuto habendi sunt in omnibus, & per omnia pro ciuibus, tam actiuè, quàm passiuè omnia damna, & commoda ad eos spectarent.*

5 *Statutum si vtatur verbo, essent, veritatem denotaret.*

8 *Verbum, habeatur, positum super vero significat veritatem, & positum super ficto significat fictionem.*

9 *Grauamen vbi est causa alicuius commodi, qui non patitur grauamen etiam non sentit priuilegium.*

PLacitum, seu priuilegium alicui concessum, an debeat taliter in
1 terpretari, vt per illud tollatur aliud priuilegium ei debitè competens.

Negatiuè concludimus priuilegium alicui concessum non debere taliter interpretari, quòd per illud tollatur aliud priuilegium ei debitè competens ita colligunt.Bald. & Alex. in l. si Ruffinus per illum tex.C.de testam.milit.

Inferunt ideò ijdem Doctores In specie ad statutum disponens, quod scholares tractentur pro ciuibus, quòd sci-
2 licet, intelligi debeat quoad commodum,nõ quoad damnum, & quatenus per statutum aliquid plus competeret ciuibus, quã scholaribus, non per hoc perdunt alia priuilegia indulta scholaribus per tex.in authen.habita.C.ne fil. pro patr.idem tenet Bar. in l.3.§.si emãcipatus per illum tex.ff.de bo.poss.contratab.cum multis concord.

Intelligo tamẽ communem præmissam negatiuam decisionem nisi talia
3 onera essent annexa ciuilitati, cùm dicerentur peruenire ex natura rei,& ponit in datijs,& collectis exemplum Bal. in l.quod fauore in 7.oppositione.C.de legi. quia propriè loquendo secũdum eum ista non tendunt ad odiũ per tex. in l cum ex oratione.§. fi.vbi Bald. ff.de excusa.tut. sequitur. Castren. in l.si duo

per

per illum tex.ff.de aeq.hære. & in l.nulla.ff.de legi.

Quando insuper statutum pleniùs diceret,scilicet,quòd scholares habeantur in omnibus, & per omnia pro ciuibus, ista verba faciunt, quòd cùm habeantur tanquam veri ciues, ꝙ omnia 4 tàm actiuè, quàm passiuè,tàm commoda, quàm damna ad eos spectarent ita ex Angelo colligit, & notat Alex. in d. l.si Ruffinus. C.de testa.mil.

Vbi pariter statutum vteretur verbo essent, denotante veritate, vt per gl. in l.2.C.de iur.aur. annul.tunc secundum 5 Castren. in d.l.nulla. ff. de legi. cessaret præmissa negatiua regula.

Cessaret imò & præmissa decisio negatiua vbi priuilegium esset cõcessum 6 ad meram postulationem,quia tunc nedum quoad honores, sed etiam quoad incommoda intelligeretur. argu.l.1.ff. ad munic. & signat limitando Castr. in d.l.si Ruffinus.C.de testa.mil.

Prout, & cessaret, quando statutum 7 vteretur verbis geminatis,vt quia diceret, scholares habeantur, & sint ciues, tunc enim habentur, ac si essent ciues, & hæc verba veritatem important secundum Bald.in prohem.fforum.colu. vlt.in prin.per tex.in l,1.§.fi.ff.quod quisque iur.ibi,per nullo hoc habetur, nec est, & quia iungimus intellectum veritati, sequitur Alex.d.l.1.§.fi.ff.quod quis 8 que iur. verbum enim habeatur potiũ super vero, significat veritatem, si autẽ super ficto, significat fictionem.

Vbi postremò commodum esset indultum ciuibus propter aliquod grauamen pecuniæ exactæ, tunc scholares, vel similes, non essent participes illius cõmodi, quia regula est, quòd vbi gra- 9 uamen est causa alicuius commodi,qui non patitur grauamen, etiam non sentit priuilegium. l. eum qui in princi. in verb.abundè,vbi notant Doct.ff.de iureiu.facit tex.in l. etiam.§1. ff.de mino.

DVBITATIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, vel priuilegium concessum personæ si dubitatur,an sit reale vel personale,an transeat ad successorem,an verò expiret mortuo priuilegiato.*

2 *Vicario Episcopi excommunicato, talis excommunicatio non transit in successorem.*

3 *Dispositio personalis præsumitur vbi constat de amicitia.*

4 *Delegatio an intelligatur concessa personæ, aut dignitati.*

5 *Vicarius Episcopi habet ordinariam non delegatam iurisdictionem.*

Delegatio facta alicui expresso duplici nomine appellatiuo, & proprio an sit realis, vel personalis.ibid.

6 *Causa si commissa fuerit Archiepiscopum Taurinensi postea electo in Archiepiscopũ Mediolani an Mediolanensis poterit cognoscere.*

7 *Ludens ad scachos,& promittens dare schaccum mattum cum pedona, si cum pedona facta Regina dederit, videtur satisfeciſſe.*

8 *Dignitas aucta non mutat statum priorem.*

9 *Ludentes ad primieram memorantur, & ludentes ad cartas.*

1 PLacitum,beneficium, vel priuilegium concessum personæ si dubitatur, an sit reale, vel personale,an transeat ad successorem, an verò expiret mortuo priuilegiato.

Non ignoramus primo loco differẽdum,quod etiam priuilegium personale extinguitur cum persona reg.priuilegium de reg. iur. in 6.reale verò transit in successorem, vt in c. cum venissent de institu.

Sed nunquid dispositio censenda sit semper personalis, vel priuilegium personale,& in hoc concludendum est, ꝙ ad coniecturandam qualitatem dispositionis, vel priuilegij debemus principaliter

Digitized by Google

paliter attendere non ad nomina pro pria, vel appellatiua, ſed ad alia verba contenta in priuilegio, vel diſpoſitione; item ad ſubiectam materiam debemus mentem eleuare, etſi verba vel materia ſubiecta innuunt, quòd priuilegium, vel diſpoſitio debet eſſe perſonalis, ſic erit cenſenda non obſtante, ꝙ ſit expreſſum nomen appellatiuum do exemplum ſi Papa commiſit cauſam Epiſcopo Albenſi expreſſo nomine dignitatis tantum, ſed dixit, ꝙ commiſſionem ſibi faciebat propter tranſactã in eo vitam & acumen ſcientiæ ſuę, nã ex verbis clarè conſtat, quòd non habuit reſpectum ad dignitatem, ſed ad perſonam, nam verba deſeruiunt intẽtioni, & non intentio verbis, vt in cap. mãdata de præſumpt. & in c. 2. requiris in fi. de appell. & Innoc. in cap. fi. de offic. deleg.

In materia verò ſubiecta do exemplum, fuit excommunicatus quidam Epiſcopus expreſſo nomine dignitatis tantum, certè excommunicatio non tranſit in ſucceſſorem, quia excommunicatio non fertur niſi tantum propter contumaciam, ſeu delictum quandoq; iuxta notat. in c. Chriſti. 11. q. 3. ergò nõ debet extendi ad ſucceſſorem, qui non reperitur contumax, aut delinquens, vnde ex materia ſubiecta comprehendimus, quòd priuilegians, ſeu diſponẽs habuit reſpectum ad perſonam, & ad dignitatem, vt per tex. cum glo. in c. aduerſus de immu. eccl. & ideo ſi excommunicatur Vicarius Epiſcopi, non trã-
2 ſit in ſucceſſorem, vt notatur in c. 1. de offi. vica. in 6. ad idem facit gl. in c. 2. in verb. mortuo, & in verb. expreſſerit de teſt. in 6. quæ dicit, quòd ſi amicus, & familiaris alicuius Abbatis fecit eum executorem teſtamenti ſui expreſſo nomine dignitatis tantum illud officiũ non tranſit in ſucceſſorem, quia illa officia ſolent communiter iniungi amicis, & ideò ex quo conſtat de amicitia, & fa-
3 miliaritate, debemus præſumere quòd diſpoſitio fuerit perſonalis, & pro hac concluſione facit tex. in c. requiſiſti de teſtam. & in c. pontifices 12. q. 3. vbi dicitur, quòd ſi relictum ſit Epiſcopo, vel alteri prælato à conuincto, videtur factum contemplatione perſonę, & non contemplatione eccleſiæ, licèt ſit expreſſum nomen dignitatis, ſecùs ſi fieret ab extraneo, ratione materiæ ſubiectæ.

Si autem ex verbis, vel ex materia non poteſt ſumi coniectura de qualitate diſpoſitionis, quia materia, & verba ſunt proportionabilia perſonæ, & dignitati, vt puta in delegatione cauſæ, vel in priuilegio, nam iſtæ ſolent concedi perſonæ non dignitati, & tunc di-
3 ſtinguendum eſt, aut eſt expreſſum nomen proprium tantum, & diſpoſitio eſt perſonalis, aut appellatiuum tantum, & diſpoſitio eſt realis, vt probatur in c. quoniam de off. deleg. ibi, ſub expreſſis nominibus locorum, & perſonarum, & exponitur locorũ, ideſt, dignitate, quæ locis præſunt. Aut eſt expreſſum nomẽ proprium, & appellatiuum ſimul, vt qa dicit Carolo Archiepiſcopo Mediolani, & tunc eſt dubium, vtrum actus debeat attribui perſonæ an dignitati, & in hoc controuertunt Doctores vt latè ſcribit Abb. in d. c. quoniam ſub num. 8. de offi. deleg. quo loci docet an Delegatus cui eſt commiſſa cauſa ſub nomine dignitatis, ſi remota dignitate illa tradent ad aliam cognoſcat ipſe, an ſucceſſor, & quid ſi talis delegatus moriatur. habes etiam ibi apud eũdem Abb. quòd Vicarius Epiſcopi habet ordinariam, & non delegatam iuriſdictionẽ, & an Delegatio facta alicui expreſſo duplici nomine appellatiuo, & nomine proprio ſit realis, vel perſonalis, & quid ſit dicẽdum, ſi cauſa fuit commiſſa Archiepiſcopo Taurinenſi, qui poſt modum ſit electus in Archiepiſcopũ Mediolanenſẽ nunquid talis Archiepiſcopus Mediolanenſis poterit cognoſcere ex quo delegatio fuit facta Archi-

epiſco-

epiſcopo Taurinenſe etiã firmat. Abb. ibi, quõd ſic quia adiectio, & augmentatio dignitatis non mutat ſubſtãtiam perſonę nec honorẽ priſtinum. l. pen. ff. de ſenat, prout & promotus in Archiepiſcopum non deſinit eſſe epiſcopus quia, & Papa appellat ſe Epiſcopum, & hinc inducitur ad quæſtionem quotidianam, quæ ſæpè accidit inter luſores ad ſcacchos, quod promittẽs dare ſcacchum mattum cum pedona, ſi cum pe-
7 dona facta regina dederit, videtur ſatis feciſſe, quia non eſt curandum, quòd fit effecta regina quia conſtat de corpore,
8 & ob id dignitas aucta non mutat ſtatum priorem, ſecùs verò eſſet dicendũ ſi ſimpliciter promiſerit dare cum pedona, quia tunc non poteſt dare cum ea quæ eſt effecta regina vt per tex. ſeruientem in argumentum in l. legatis ſeruis. §. ſi ex officio. ff. de leg. 3. vbi Bar. & de alia quæſtione ſcacchorum ſcribit. Ias. in §. illud inſtit. de reſcr. diuiſ. in addi. ibi ad port. prout, & de ludentibus ad
9 firmioram, & ad cartas aliqua notat Borgn. Caualc. de contract. deciſ. 34. in part. 2.

DVBITATIO LXXI.

SVMMARIVM.

2 *Placito, vel priuilegio, an poſſit tolli præſcriptio, vel illi derogari.*

2 *Præſcriptioni princeps derogare poteſt cum clauſula, non obſtante, ſed non inferior à principe.*

PLacito, vel priuilegio, an poſſit tolli præſcriptio, vel illi dero-
1 gari.

Abb. in c. veniens colu. 6. in gl. in verb. renuntiaſſe de præſcript. dicit diſtinguendum, quòd ait priuilegiũ habet formam cõtrariam præſcriptioni, aut conuenientem, primò caſu aut præſcriptio erat completa, & tunc per priuilegium videtur renuntiare præſcriptioni, ſecundò caſu ſi priuilegium non contrariatur præſcriptioni, & ſic præſcriptio erat completa, & tunc non videtur renunciare præſcriptioni per impetrationem priuilegij ſed videtur impetrare ſecundum titulum ad maiorem cautelam, aut præſcriptio nõ erat completa, & tunc per impetrationem priuilegij efficitur malæfidei, & interrũpitur præſcriptio.

Bar. verò Bal. Salyc. Caſtren. & communiter omnes in Auth. quas actiones C. de ſacroſ. eccl. poſt gl. ibi concludũt, quòd per priuilegium poteſt præſcriptio tolli, vel illi derogari, dummodo in priuilegio ſit clauſula, non obſtante, aliàs dicunt, quòd non valet priuilegiũ contra præſcriptionem quam concluſionem latè firmat Fely. in c. nonnulli in princ. col. 13. de reſcript. Alex. conſil. 16. colum. 6. & 7. verſ. nec ad hoc obſtat volu. 5. Ias. d. auth. quas actiones colu. 7. verſ. ſum in ſexta parte. Socin. conſ. 86. colu. fin. quam concluſionem intelligi procedere reſpectu futuræ præſcriptionis non autem reſpectu præteritæ, illa enim non poſſet tolli per principem, quia eſſet auferre ius quæſitum, quòd eſſet contra naturalem æquitatem vt in his terminis dicit. Bart. in extrauag. ad reſprimen. in verb. videbitur circa fin. & per ea quæ latè notantur in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. hinc quę correlariè inferas, quòd princeps poteſt de-
2 rogare præſcriptioni cum clauſula, nõ obſtante, ſed non inferior à principe, quia non poſſet vti tali clauſula, nec derogare iuri, vt latè per Alex. & Moderni. in l. nemo poteſt col. 1. ff. de leg. 1.

DVBITATIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Præſcribi, an poſſit contra priuilegium conceſſum à Papa*

2 *Papa ſicut, nec præſcribit, ita nec contra eũ præſcribitur in his quæ tangunt plenitudinẽ pote-*

Digitized by Google

poteſtatis, vel eius perſonam ſecùs in alijs.
3 *Imperator poteſt præſcribere iuriſdictionem in terris eccleſiæ.*
4 *Iuriſdictionem contra Romanam eccleſiam præſcribere poſſunt perſonæ priuatæ, & eccleſia contra eas.*
5 *Florentini poſſunt præſcribere Caſtrum eccleſiæ Romanæ tenendo bona fide.*
6 *Mutata perſona mutatur priuilegium.*
7 *Error iuſtus affert cauſam præſcribendi.*
8 *Princeps iuſtitiæ non præſumitur velle ius ſuum alicui detrahere.*

PLacitum,priuilegium,ſiue conceſſio ſi fiat à Papa, an poſſit cõtra huiuſmodi priuilegium,placitum ſiue conceſſionem præſcribi.

1 Reſoluo compendiosè, quòd Papa non poteſt præſcribere, nec contra eũ prę̃ſcribi vbi loquimur de eius pſona,& in his quæ tangunt plenitudinem po-
2 teſtatis.c.nolumus 16. q.4. Abb. in c.cũ nobis de præſcript.

Sed in his quæ tangunt iura præſcriptibilia Papa poteſt præſcribere,& cõtra eum præſcribi, vnde Papa poteſt præſcribere iuriſdictionem in terris imperij, & imperator poſſet præſcribere
3 iuriſdictionem in terris eccleſiæ, Imò & ſecundum Inno.& alios priuatę perſonæ poſſunt præſcribere iuriſdictionẽ contra Romanam eccleſiam, & eccleſia Romana contra priuatos, & quan-
4 do Papa facit aliquid de plenitudine poteſtatis non interuertit obid poſſeſſionem alicui poſſeſſori, quia nec per hoc acquirit Papa aliquam poſſeſſionẽ de nouo, & eccleſia Romana poteſt amittere iuriſdictionem temporalem per præſcriptionem legitimam centũ annorum, ſubditi verò non videntur poſſe præſcribere propter malam fidẽ, ſed non ſubditi benè poſſent præſcribere vnde Florẽtini benè poſſunt prę̃-
5 ſcribere aliquod Caſtrum eccleſiæ Romanæ tenendo bona fide per not. in c. cum non liceat de præſcript.

Vbi verò Papa, & ſic magis ad rem noſtræ dubitationis accedendo diſſerimus, conceſſit mihi aliquod caſtrum de plenitudine,poteſtatis, ſi quæratur tunc, an contra me poſſit præſcribi,dicẽdum eſſet affirmatiuè quòd ſic, quia mea poſſeſſio non eſt Papalis, ſed priuata,quia mutata perſona mutatur pri-
6 uilegium.l.ſed & ſi reſtituatur.ff.de iud. l.1.C.de Impo.lucra. deſcr.lib.10. l.paulus.§.fin.ff.de acq. hære.l.licitatio. §.fin. ff.de publica.& in hac materia tangente[plenitudinem poteſtatis Papæ,eſt videndus Bald.in l. ſi publicanus. §. fin.ff. de publica.& vectigal.

Si verò Papa infeudaſſet mihi caſtrũ cuiuſdam nobilis credens ipſum eſſe eccleſię, an valeat talis infeudatio, ducendum eſt, quòd non, tamen iuſtus
7 error affert cauſam præſcribendi,vnde licet non valeat quantum ad proprietatem, tamen valet quantum ad poſſeſſionem,& cauſam præſcribendi facit tex.in l.generaliter. ff.de noxal.l.fin. C. de his qui à non dom. ma. nã princeps iuſtitiæ non præſumit velle alicui ius ſuum detrahere.l.ex facto. ff.de vulg.& pupil.& hæc ſint tacta incidenter.

DVBITATIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Preſcriptio, quę poſſit impediri, vel tolli per priuilegium, vel ſtatutum cuius temporis intelligatur tunc ſublata.*
2 *Preſcriptio in realibus intelligitur decem, vel 20.annorum, in perſonalibus triginta ann.*
3 *Statutum, vel priuilegium ſi poteſt operari in preſcriptione longa, de illa ſola intelligitur loqui, non de longiſſima.*
4 *Centenaria preſcriptio nunquam intelligitur excluſa per ſtatutum, vel priuilegium.*
5 *Centum annis vti longiſſimo tempore vitę hominum renouatur omne, quod ſub mundiali machina gubernatur.*
6 *Priuilegio, vel ſtatuto induci non poteſt, quòd nulla preſcriptio currat.*

by Google

7 *Statutum dicens, quòd nulla currat prę ſcriptio intelligitur tantum de prę ſcriptione longi, vel longiſsimi temporis.*

8 *Prę ſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat, obtinet vim priuilegij.*

9 *L. omnes. C. de prę ſcript. 20. annor. declaratur.*

Via reſoluimus ſuperius per placitum, priuilegium, ſeu etiam ſtatutum poſſe impediri, vel tolli præſcriptionẽ; dubitatur modò, quæ in du
1 bio, & cuius temporis intelligatur tunc ſublata præſcriptio.

Excluſa præſcriptione per legem, ſtatutum, vel priuilegium, in dubio, niſi materia ſubiecta aliud ſuadeat, intelligi de præſcriptione decem, vel viginti
2 annorum in realibus, in perſonalibus verò triginta annorum firmat. Bald. in §. præterea circà fin. in tit. de cap. Corra. ſed ſi priuilegium, vel ſtatutum poteſt operari in præſcriptione longa, de illa ſola intelligitur loqui, non de longiſſima, vt minùs corrigat ius commune; & hanc doctrinam ſequuntur communiter Doct. in d. §. præterea, & eam cõmendat in ſequendo. Abb. in c. fin. col. 7. vel 8. verſic. quæro quid ſi ſtatuto de præſcript. & Fely. in Rub. de præſcript. colu. fin. verſ. conſidera ſecundo quicquid dixerit in contrarium. Bartol. in l. cum /atis col. 1. C. de agric. & cenſit. lib. 11. quod dictum Bart. ibi an apoſt. dicit Alexander ſibi nunquam placuiſſe, qa eſt contra prædictam doctrinã ab omnibus communiter approbatam, vt notat Balb. in tract. præſcript. 5. part. prin. verſ. nemo. quæro.

Excluſa verò per placitum priuilegium, vel ſtatutum nunquam intelligi
4 debet centenaria præſcriptio Felyn. in Rub. de præſcript. col. fin. verſ. conſidera ſecundo. Bal. nouell. in tract. dotis in 7. part. col. 5.

Imò ſi ſtatutum diſponat, vt inſtrumentum exequatur, reiecta exceptione præſcriptionis, non intelligitur de centenaria; ita Bart. & Angel. in l. ſiquis decurio la 3. C. de decur. libr. 10. prout etiamſi in noua lege, vel ſtatuto dicatur, Nulla præſcriptione obſtante, vel quòd nulla curiat præſcriptio, non intelligitur excluſa præſcriptio centenaria, quinimò tanto tempore excluditur omnis actio, qa omne, quod ſub mun-
5 diali machina gubernatur, renouatur in centum annis, quod eſt longiſſimũ tempus vitæ hominũ. l. fin. C. de ſacroſ. eccl. Bald. in l. 1. col. 2. circa med. C. de annal. except. Alex. conſil. 60. circa fin. vol. 1. & conſ. 16. colu. 6. & 7. verſ. nec ad hoc obſtat vol. 5. Imò nec poteſt induci priuilegio, vel ſtatuto, quòd nul-
6 la præſcriptio currat, & licèt ſtatutum dicat, quòd nulla currat præſcriptio, non intelligitur de centenaria, vel tanti temporis cuius initij non extet memoria, ſed de præſcriptione longi, vel longiſſimi temporis iuxta communẽ opinionem, & doctrinam ſcribentium in præallegato. §. præterea in tit. de capi. Corra.

Quod poſſit induci ſtatuto, qp nulla currat præſcriptio firmat. Bald. in l. 1. C. ne rei domi. vel templo. & Abb. in c. fi. col. 8. verſ. quæro quid ſi ſtatuto de prę ſcript. dicens, quòd non intelligitur in dubio excluſa præſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat, quia eſt alterius naturæ, & fortioris potentiæ, cum obtineat vim priuilegij. l. hoc
7 iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æſt. nam ſatis eſt, vt dicit Abb. ibi, ſtatutum poſſe operari reſpectu longiſſimæ poſſeſſionis.

Et quia oponentes nituntur de l. omnes. C. de præſcript. 30. ann. vbi dicitur, quòd omnis actio, quæ minori tempore non tollitur, prę ſcribitur ſpatio quadraginta annorum, reſpondetur, qp illal. non procedit, quando prę ſcriptio eſt ſpecialiter prohibita, & in caſibus in quibus eſt ſpecialiter ꝓuiſum, quòd nulla præſcriptio obſtet: quos omnes colligit gloſ. magiſtr. in l. fin. C. de fund. limitro.

limitro.lib.10. quia illi non includuntur ſub generalitate d.l.omnes,vt ſentit illa gloſ. in his tamen caſibus obſtabit præſcriptio centum annorum. ita declarant. Bald.& Ange.in d.l.1. C.ne rei domi.vel templo.& d.l.omnes colu.fin. dicentes, quòd illa l.fallit in duabus.ll. ſeqq.videlicet, in caſu l.præſcriptionē, & l.comperit eo.titu. In præcedentibus verò illam legem, dant regulam, quòd vbicunque inuenies aliquem caſum in quo per legem ſit ſpecialiter prouiſum, quòd nulla currat præſcriptio, ibi non ſufficit curſus 40. annorum vide ergò notata ibi per Bald.

DVBITATIO LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, vel priuilegium ſi impetratur ſuper re litigioſa, an pars impetrans debeat facere citari aduerſarium ſuum,qui eſt preſens in Curia.*

2 *Collatio beneficij litigioſi, quando fit de nouo,& ſi non ſit vocanda pars, tamen ius alteri quaſitum non tollitur.*

3 *Collatio noua beneficij litigioſi in præiudiciū alterius non vocati debet expreſiè apparere.*

4 *Litigans beneficium ſi eſt in curia eſt citandus quando aduerſarius ſuus vult impetrare nouam collationem, vel priuilegium.*

5 *Litteræ ſi impetrentur præiudiciales illi, qui eſt in Curia, eo non citato, non vallent excipiuntur tres caſus vt ibid.*

PLacitum, vel priuilegium, quādo impetrāt ſuper re litigioſa, an pars impetrās debeat facere citari aduerſarium ſuum, qui
1 præſens eſt in Curia.

Negatiuam, quòd ſcilicet in impetratione, quam facit aliquis de beneficio litigioſo non debet regulariter citare aduerſarium ſuum dicit. Abb.in c. cum olim col.6. verſ.2. cauſa de re iud. & iſtud etiam tenet. gl.ibi.& Bald.in l.2. C.de temp.appell. & in l.nam ita diuus col.1. ff.de adopt.Bald.in rubr. de reſcr. col.1. & eſt ratio ſecundum. Bald. quia ſolus princeps legem condit, ita ſolus princeps priuilegia concedit nullo citato.Bald.in l.fin. C.quib.res iudic.non nocet,& in l.fin. C.de fruct.& lit.expen. in verſ.extra opponendum. Innoc.in c. Albericus circa fin.de teſtib. Abb.cōſ. 86. col.pen.vol.1. Fely. latè in d.c.cūm olim in ver. nō oportet regulariter nu. 6. eſt verum, quòd Bartol.in d. l.2. C.de temp. appell.in 1.col.in verſ.2.nota dixit, quòd quando priuilegium impetratur à principe, quod habet lædere partem litigantem, quòd tunc pars debet citari.

Sed licèt non ſit vocanda pars, quādo fit collatio beneficij litigioſi de nouo tamen ius alteri quæſitum non tollitur. Abb.in d.c.cum olim colum.7. in verſ. ego relinquo vbi etiam Felyn. de re iud. nu.7.

Licèt etiam non ſit citanda pars aduerſa, tamen ſi princeps vult concedere priuilegium, vel facere nouam collationem de beneficio litigioſo in pre-
3 iudicium alterius non vocati oportet, quòd hoc appareat expreſsè gl. & Bal.in d.l.nam ita diuus. ff.de adopt.Felyn.d.c. cum olim nu.8.

Addas etiam, quòd ſi litigans beneficium eſt in Curia,eſt citandus, quando aduerſarius ſuus, vult impetrare
4 nouam collationem, vel priuilegium Bartol. dicta. l.nam ita diuus gloſſ. in auth. offeratur. C.de lit.conteſta. & ibi Bar.col.3.& in l. obſeruandum.ff.de iudic. & ibi Ang. & Bal. imò ſi impetrantur litteræ præiudiciales illi, qui eſt in curia, eo non citato, non valent Ang.
5 & Bal.in c. cæterum de reſcr. Fely.in d. c.cum olim nu.9.

Excipiuntur verò ad ſupradicta tres caſus primo, quando conceſſio Papæ declarat ſolum,quæ ſit intentio ſua, qa iſto caſu pars aduerſa non eſt citanda. Innoc.in c.olim de verb.ſigni.Felyn.d. c.cum olim nu.10.de re iud.

Secundus casus est, quando Papa est certus de præiudicio tertij, quia tunc non fit citatio Fely. loco præcit. 30. qñ stylus curiæ aliter seruaret, vt eodem loco per Fely.

DVBITATIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus notoriè si citatur, an debeat comparere ad allegandum suum priuilegium.*
2 *Notorium resultans ex actis non eget probatione.*
3 *Iniquitas sententiæ vbi apparet, sufficit dicere appello propter iniquitatem sententiæ.*
4 *Iudici vt iudici vbi constat aliquid ex actis potest supplere in notorio etiamsi pars non petat intellige, vt ibid.*
5 *Testem proxenetam non potest iudex repellere parte non petente.*
6 *Prosecutio si fiat in materia notoria debet allegari, & proponi.*
7 *Libelli ex ineptitudine sufficit, quòd notoriè appareat de iniustitia.*
8 *Priuilegiatus sufficit, quòd citatus veniat & ostenso priuilegio recedat.*
9 *Præsens in iudicio tenetur proponere notoriũ, vt dicitur de appellante.*
10 *Absens citatus cui competit notoriè declinatoria non tenetur comparere, sed patris, videtur tacitè renuntiare.*
11 *Notorium resultans ex facto hominis debet allegari.*
12 *Iudex potest se fundare in exceptione notoria vel præsumptione oriente ex facto proprio.*
13 *Præsumptio resultans ex facto alieno non debet allegari.*

1 PLacito, vel priuilegio ornatus, seu priuilegiatus notoriè, si citatur, an debeat comparere ad allegandum suum priuilegium.

Hæc est magna in iure materia, quæ habet secum affirmatiuam, & negatiuam, sed ad euitandum contrarietates & alterationes scribentium pro facilio ri intelligentia reduco totum negotiũ ad infrà deducendas declarationes, & primo loco deducto, quòd notorium
2 ex actis resultans non indiget allegatione Rol.à Vall.consi.41.nu.30.& cõs. 70. num. 7. lib. 1. & vbi ex actis apparet iniquitas interlocutoriæ, sufficit dicere, appello propter iniquitatem sententiæ
3 quæ est euidens ex actis, vt per Rot.decis.2.de appell.in nou.& vbi constat ali
4 quid iudici, vt iudici ex actis potest supplere in notorio etiamsi pars non petat Innoc.in c.cum olim de censi.sequitur Alex. in l.1.col.2. C.vt quæ des. aduoc. hoc tamen procedit dummodo sint talia, quæ non exigant formalem petitionem, vel exceptionem, puta in tangentibus actum pium, vel in materia peccati, vel si pars petere non possit de rigore, tamen æquitas ei subuenit, vt in casu Innoc.in d.c.cum olim de iudice fundante se in instrumento impugnato fauore impugnantis, sed si exigant formalem petitionem, vel exceptionem, seruanda est, veluti si constat ex actis, & est iudici notorium, quòd testis fuit proxeneta, vel procurator in materia, in qua deposuit, non potest eum repellere si pars tacuit, quia nescit an velit eum repellere. glo.n.in c.1. de
5 testi. Insuper hoc procedit, quoad hoc vt iudex possit se mouere si vult, sed non tenetur, quòd pars non instat, dicitur autem instare, si ex libello, vel exceptionibus colligitur notorium Abb. in c. si clericus laicum colum. 6. de for. competen.

Secundò loco vbi materia notoria habet concurrere in actu non simpliciter, vt de ea habeatur notitia, sed vt super ea insistatur, & fiat prosecutio, tũc
6 debet allegari, & proponi. glo.in clem. appellanti de appell. sed vbi sufficit, qp materia simpliciter notificetur, non opus est eam proponere, si de ea notoriè constat, imò dicit Innoc. in c. 1. de offi.vica. quòd sufficit, quòd notoriè ap
7 pareat notoria iniustitia ex libelli inaptitu-

Digitized by Google

aptitudine ſequitur Bald.in repet.l.2.ff. de iureiu. Abb. in c. cum inter de conſuet. Bal.in c. præterea poſt med.de off. delega.

Sic conſiderandum eſt in propoſito noſtro dubij, quòd quando exemptus, vel priuilegiatus non eſt notoriè exemptus, vel priuilegiatus, ſufficit, quòd citatus veniat,& oſtenſa exemptione,ſeu
8 oſtenſo priuilegio recedat Innoc. in c. ex parte il 1.de reſti.ſpol.ergò iſta materia requirit ſolam notificationem,ſi autem eſt notoria, non eſt opus propoſitione neque notificatione ita de exemptione dicit Innoc. d. c. ex parte, vnde cum priuilegium propter incertionem in corpore iuris iam fuerit notorium, & ſufficiat talem materiam notificare, & à iure iam ſit notificata,eius notorietas releuat ab onere proponendi & notificandi.

Tertiò loco ſignãdum eſt, quòd qui patris eſt in iudicio tenetur proponere notorium, ſicut contingit in appel-
9 lante de quo loquitur gl.in clem.appellanti de appell. ſed abſens citatus, cui cõpetit notoriè declinatoria, vel alia
10 contra partem, non tenetur comparere, nec aliter proponere ſi non vult.ita Abb. in clem. appellanti de appella.& in c.ſi clericus, col.7. de for. competen. quia talis citatio tanquam temeraria non arctat citatum ad aliquid vt not. Inno.in c.2.de dilat. ſed quando eſt patris,& non proponit, videtur tacitè renuntiare, non ſic abſens, quia non cõparendo,non videtur renuntiare; quãdo inſuper quis arctatur ad comparendum in loco non tuto,grauabitur,quia tunc agitur de corporali læſione, quæ non eſſet retractabilis, & ſic tunc citatio notoriè inualida ad nihilum arctat, & ſic nec etiam ad proponendum notorium exceptio verò declinatoria ſi notoriè competit abſenti, ſi tamẽ hoc non eſt notum iudici, debet citatus cõparere ad allegãdum ſe eſſe talem Bal. in l.cùm fratrem. C.de his quib. vt indi. & ideò oportet, quòd ſit certum etiam apud iudicem, citatum nõ ſubeſſe ibi. Bal.in l.ſiquis. ff.de iudic.quę allegatur per glo. in c.cùm ordinem vbi ſcriben. de reſcrip.

Quarto loco vbi ageretur de notorio reſultante ex facto hominis illud debet allegari etiamſi ſit nororium præ
11 ſumptione iuris glo. in d. clem. appellante de appella.ſed notorium reſultãs aliundè non indiget allegatione Bart. in l.eũ qui ita.§.qui ita col.3.ibi,moueo ibi vnum dubium.ff.de verb.obli.

Quintò loco vbi agamus de notoria
12 exceptione,vel præſumptione oriente ex facto proprio,quamuis debeat allegari, ſi tamen non allegetur, iudex poteſt ſi in ea fundare,ſi eam à ſe percipit glo.mag.in l.Age.C. de tranſact.& in c. 1.in verb.publicè de excep.in 6.Bart.in l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.

Sextò, & vltimò ſi adſit præſumptio reſultans etiam notoriè ex facto proprio, debet allegare,ſecus ſi reſultat ex facto alieno, quia tunc non eſt opus illam allegare ita Bar.in l.cùm quid col.
13 fin.ff.ſi cer.pet.vbi etiam Alex. col.7.& ibi legimus exemplum de eo,qui petit pecuniam quam dicit ſe dediſſe, & nõ dicit ex qua cauſa. Cætera in hac materia abundè vide per Fely. in c. cum ordinem de reſcr.

DVBITATIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, ſeu priuilegium an poſſit trahi extrà limites ſuos.*

2 *Limitata cauſa priuilegij facit priuilegium non poſſe trahi extrà limites ſuos.*

3 *Nauta quando recipit, vt nauta tenetur, ſecùs ſi vt amicus, vel vicinus.*

4 *Præpoſiti artium non cognoſcunt de non pertinentibus ad artem.*

5 *Filius fam. artifex ſi tenetur ex contractu ob Statutum intelligitur ſi contrahit in arte ſua.*

Poteſtas

Digitized by Google

6 *Poteſtas non tenetur de geſtis per ſuos officiales extrà, vel ante officium.*
7 *Officiales non ſyndicantur de his, quæ non geſſerunt in officio.*
8 *Conueniri eſſi quis non poſſit de adulterio, vel obligatione extrà tempus officij commiſſis, tamen de eo, quod factum eſt intra terminos loci, & temporis officij tenetur.*
9 *Dominus non tenetur de delicto familiarium niſi quando delinquunt in materia, qua vtebatur opera eorum.*
10 *Epiſcopus tenetur de exceſſibus commiſſis ab officiali ſuo.*
11 *Poteſtas data domino in cauſis vaſſallorum non egreditur controuerſias feudales.*
12 *Pœna appoſita in inſtrumento pacis offendenti me, intelligitur de offenſa ex inimicitia tũc ſopita, ſecùs ſi emergat noua cauſa iniuriæ.*
13 *Reſtitutio priuilegiata fauore abſentiæ cauſa Reip. non extenditur ad damna incurſa ex alia cauſa, quam propter abſentiam.*

1 PLacitum, vel priuilegiũ an poſſit trahi extrà limites ſuos.

Certiſſimi iuris eſt, quòd limi
2 tata cauſa priuilegij facit priuilegiũ non poſſe trahi extrà limites ſuos l.in agris. ff.de acq.rer.dom. vbi probatur, quòd limitata cauſa limitatũ producit effectum.l.& ita.§.ex hoc dicto.ff. nau.caup.ſtab. vbi nãuta tenetur quando recipit, vt nauta, ſecùs ſi vt amicus,
3 vel vicinus.ideò infertur Bald.in d.§.ex hoc dicto, quòd præpoſiti artium non cognoſcunt de non pertinentibus ad
4 artem puta de quadam ſucceſſione, & dicit idem Bald.in l.fi.C. ad macedo. quòd ſi ſtatutum dicit, quòd filiusfami. mercator poſſit contrahere intelligitur ſolum in factis mercantiæ, & in d.§. ex hoc idem Bald.ait, quòd ſi filiusfam. artifex tenetur ex contractu propter
5 ſtatutum intelligitur ſi contrahit in arte ſua; ſimiliter Bald. in l.2.ff.de conſti. pecu. dicit, quòd ſtatuta mercatorum in materia non concernente mercantias non operantur in alio foro, ſecùs quando concernunt mercantias, & in ſimili dicimus de poteſtate, quòd non teneat de geſtis per ſuos officiales ex-
6 trà, vel ante officium Bar. in l.1.§.familiæ.ff.de publi. Bal.in Rub. C.de exerci. Addas Bald.in l.2.C.vbi de ratione vbi
7 dicit, quòd officiales non ſyndicantur de his, quæ non geſſerũt in officio, nec officij contemplatione, dicit tñ idem Bal.in l.obſeruare. §. proficiſci quæſt.2. ff.de offi.proconſ. quod licèt de adulterio vel obligatione extrà tempus officij commiſſis non poſſint ibi conueni-
8 ri, tamen de eo, quod eſt factum intrà terminos loci, & temporis officij tenentur.

Scribit pariter Bar. in l.neqd in prin. ff.de incen.rui.& naufr. quòd dominus non tenetur de delicto familiariũ, niſi
9 quando delinquunt in materia in qua vtebatur opera eorum, quod notandũ eſt ad limitationem eius, quod dicitur,
10 Epiſcopum teneri de exceſſibus commiſſis ab officiali ſuo vt per Bart. in l.1. C.de exce.& exact.lib.12. Abb.in capit. 2.de reſtitu. ſpolia. & in clem. 2.in fi. de magiſtr.

Similiter ſcribit Abb. in c. cæterum. col.5.de iudi. quòd poteſtas data domi-
11 no in cauſis vaſſallorum non egreditur controuerſias feudales,& Rom.cõſ. 300. ponit, quòd conſules artium non cognoſcunt de cauſa artificium nõ ſpectante ad artem, valeret tamen conſuetudo in contrarium per text. in c. cum contingat de for. compe. & dicit Bald. in l.1. propè princip. ff.de magiſtr.conuen. quòd fideiubens pro fidelitate ſeruanda à Caſtellano alicuius arcis, non tenetur de infidelitate, vel delicto quod committitur extra cuſtodiã arcis, apud priuatos, puta, faciendo robari ã ideò colligas etiam, quòd pœna appoſita in inſtrumnto pacis, offendẽti me, vel meos adhærentes, intelligitur de
12 offenſa ex inimicitia tunc ſopita, ſecùs ſi emergat noua cauſa iniuriæ Bart. in l.aut facta.§.1. ff.de pœn. Rom.conſ.183. Abb.in c.bonæ il 1. col.7. de elect. Bal.

&

& Alex.in l.ſemel ff.ſolu.matr.& in l.ſiquis mihi bona.§.ſed quid.ff.de aq.hær. & in alio caſu loquitur text.in l.antepe. ff.ex quib. cauſ. maior. quod reſtitutio
13 priuilegiata fauore abſentiæ cauſa Reip. non extenditur ad damna incurſa ex alia cauſa, quam propter abſentiam.

Tandem hæc ſint exempla pro declaratione dubitationis promotæ, & regulæ, quòd limitata cauſa limitatum producit effectum, quam etiam tenet Socin.conſ.30.verſ.2.probatur in vol.1.

DVBITATIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato contra quem erat inchoata præſcriptio, an poterit vti ſuo priuilegio.*
2 *Res non priuilegiata perueniens ad priuilegiatos aſſumit priuilegium eorum.*
3 *Priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato gaudet priuilegio ſuo pro tempore futuro.*

PLacitum, vel priuilegio decoratus ſuccedens non priuilegiato contra quem erat inchoata præſcriptio, an poterit vti priuilegio ſuo.

1 Diſtinguit Abb. in cap. de quarta de preſcript. & dicit, quòd priuilegiatus, qui ſuccedit non priuilegiato, aut habet priuilegium, quod extinguit præſcriptionem, aut quod præſcriptionẽ differt, aut quòd illam mutat, primo caſu priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato non vtitur priuilegio ſuo, ſecundo caſu, quando differt, tunc vtitur ſuo priuilegio, tertio caſu priuilegiatus vtitur iure priuati pro tempore præterito, pro futuro vtitur priuilegio ſuo, & iſta opinio Abba. eſt communis, quam tenent omnes in auth. quas actiones. C. de ſacroſ.eccl.

Et quicquid dicat Salycet. in d.auth. quas actiones in 5.col.dum dicit, quòd ſi habens priuilegium per quod tollitur præſcriptio, ſi ſuccedit priuato, eo non vtitur per text.in l.ſi fundum. ff.de fund. dota. ergò minus debet poſſe vti ille, qui habet priuilegium minùs petens Reſpondeas opinionem Abbatis communem præcitatam ſuſtinendo, quòd ius non vult, quòd in totum tollatur ius præſcribentis per iſtam ſucceſſionem, ſed benè quòd differatur, vel mutetur ita Bald. in d.auth. quas actiones. Imò opinio cõmunis ipſius Abb. poteſt probari à ſimili, nam princeps poteſt concedere debitori reſcriptum per quod differtur ſolutio, & debitum, ſed non poteſt concedere reſcriptum per quod in totum tollitur debitũ tex. eſt in l.quoties, & in l.vniuerſa. C.de p̃cib.imp.offer.ideò habens priuilegium per quod in totum tollitur preſcriptio, ſi ſuccedit priuato, non poteſt eo vti, quia in totum tolleretur debitũ.addo etiam Bald.in d.auth. quas actiones. C. de ſacroſ.eccleſ.Bald. ac alios in l.cum filius §.in hac ff.de verb.oblig. vbi dicit, quòd clericus ſuccedens laico non per hoc poterit conueniri corã iudice laico, nec perdit priuilegium fori etiamſi conueniatur ex perſona laici cui ſucceſſit idem tenet gl. in c. clericum'nullus in verb.ſecurè 11. 9.1. & idem tenẽt omnes in c.quia de iudic.Bald. Salic.in l.1. C.ſi pen.appell. mors interue. Alex in l.ſi conſtate.§.1. ff.ſol.matr.

Addo inſuper ad præmiſſa, quòd ſi res non priuilegiata peruenit ad priui-
2 legiatos aſſumit priuilegium eorũ tex. eſt in c.1. de iurepatr.in 6.Abb.in conſ. 9. vol.1.

Teneas ergò pro reſolutione dubij, quòd priuilegiatus in preſcriptione ſuccedens non priuilegiato, ſi priuilegiũ tollit præſcriptionem, non vtitur ſuo priuilegio, ſi verò differt, & tunc vtitur ſuo priuilegio, ſed ſi mutat eam, & tunc contra priuatum currit præſcriptio decem, vel viginti annorum, ſed contra eccleſiam quadraginta annorum. Bart.

in

in d.auth. quas actiones col. fin. verſic. quærit glo.

Priuilegiatus verò ſuccedens non priuilegiato gaudet priuilegio ſuo. Bar. in l. fiſcus. ff. de iur. fiſc. vbi dicit verum pro tempore futuro, non pro præterito, & Bart. in l. cum filius §. in hac ff. de verb. obl. col. 1. verſ. & iſtam gl. Bald. & alij in auth. quas actiones.

DVBITATIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

2 *Reſcriptum ad liter ſi non facit mentionem de primò, ſed ſolum committitur cauſa in eodem ſtatu, an valeat commiſſio.*

3 *Litera ſecunda debent facere mentionem expreſſam de primis.*

PLlacitum, ſeu reſcriptum ſecũdum ad lites ſi non facit mentionẽ expreſſam de primo, ſed ſolum cõmittitur cauſa in eodem ſtatu, an valeat commiſſio.

Quòd cauſa ſi committatur in eo ſtatu, in quo erat coram primò iudice, cõmiſſio huiuſmodi valeat ſtatu non expreſſo, ea, ſcilicet ratione, quia de ſtatu conſtabit ex actis ſcribit. Innoc. in c. ex litteris de off. deleg. alia etiam datur ratio, quia nocet primò impetratori ex quo ſaluus eſt proceſſus aliàs regulariter exprimendæ ſunt litteræ primæ in ſecundi, vt ſecundæ valeant, aliàs non valent gl. & tex. in d. c. ex litteris vbi. Innoc. & Fely.

Imò etiam de proceſſu inchoato coram ordinario eſt facienda mentio in primis litteris glo. in c. prudentia. §. 6. in verb. cauſam, vbi Abb. col. 3. de off. de-
2 leg. litteræ etenim ſecundæ debent facere mentionem expreſſam de primis, & ſpecialem mentionem de omni notabili clauſula quæ in eis eſt poſita vt per tex. in c. 2. de dolo, & cont. Fely. in c. ceterum de reſcr. & licèt moderni dicãt quòd ſi per ſecundas litteras committatur cauſa epiſcopo ordinario non facta mentione de primis, tales litteræ valeant ea ratione, quia non fit iniuria alicui, quando res reuertitur ad ordinariũ tamen modernos reprehendit. Fely. in d. c. ex litteris num. 1. vbi dicit eſſe falciſſimum modernorum fundamentum, quia etiamſi committatur ordinario, debet fieri mentio de primis litteris, quia ita fit iniuria committendo epiſcopo, ſicut aliis, rationem adducit. Fely. ibi, quia committitur epiſcopo vt de legato, & non vt epiſcopo, quia ab eo appellabitur ad Papam, & non ad Archiepiſcopum ergò ſubiungit. Fely. ibi num. 1. hæc verba, gratenſi *il capo li moderni qui.*

DVBITATIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Exemplatum reſcriptum in actis notarij, an faciat plenam fidem.*

2 *Acta vt faciant fidem pars eſt citãda, vel ſufficit, quòd præſens non contradicat.*

3 *Paria ſunt expreſsè conſentire, vel præſens eſſe, & non contradicere.*

4 *Pars ſi eſt præſens in ſententijs, & tacet non videtur conſentire, niſi elapſis decem diebus datis ad appellandum.*

Lacitũ, ſeu reſcriptum exẽplaum in actis notarij, an faciat plenam fidem.
1

Non eſt hæſitandum', quin tale reſcriptum faciat plenam fidem, dummodo ſit exemplatum authoritate iudicis etiamſi originale ſit perditum, abraſum, vel abolitũ, ita reſpondet. Inno. in c. cum in iure de off. deleg. dicens, quòd verè probatur, quando reſcriptum eſt regiſtratum in actis, quia tunc producitur originale, adeò quòd non eſt opus amplius eum producere ita. Bal. in l. noſtram col. 3. C. de teſt. canon. in c. quoniam de proba.

Angel.

Angel. in auth. siquis in aliquo. C. de edend.

Istaque locum habẽt etiamsi posteà reperiatur originale abolitum, vel rasum, vel cassum, ita Bar in l. 1. ff. si tab. testa. extab. Bal. in l. sciatis in fi. C. de testi. & in d. l. nostram. col. 4. & in l. gesta. C. de re iud. Fely. in d. c. cùm in iure, vbi late, de off. deleg. nu. 6.

Præmissaque omnia locum habent, si iudex fecerit exemplari rescriptum in actis sua authoritate. Bar. in l. eos. §. iuper his. C. de appell. Fely. d. c. cum in iure loco præallegato.

Intell ge etiam præmissa dummodo rescriptum sit exemplatum totum de verbo ad verbum in actis, aliter non ita Innoc. in d. c. cum in iure. Bar. in l. chirographis. ff. de admin. tut. & istud habet locum etiam in instrumento, & omni alia scriptura, vt per Fely. d. c. cum in iure num. 9.

Ad hoc verò vt ista acta faciant fidẽ oportet quòd pars sit citata ita Bar. in l.
2 eos. §. super his. C. de appell. Fely. d. c. cũ in iure loco præallegato sufficit tamẽ, quòd pars citata sit præsens, & non cõtradicat, quia paria sunt, expressè con-
3 sentire, vel præsens esse, & non contradicere. l. 1. C. de relat. vbi Bar. sicque notandum est, quòd pars si vult contradicere, faciat scribi in actis parte contradicente, vt est tex. in clem. sæpè de verb. sign. Bal. & Salyc. in l. emãcipatione. C. de fid. instr. Ang. in l. is qui. C. de appell. Bar. in l. ne in arbitris. C. de arbit. hoc tamen fallit in sententijs, vbi locus est appellationi, quia si pars est præsens, & tacet, non videtur consentire, nisi elapsis
4 decem diebus, qui dantur ad appellandum. ita Bar. in d. l. 1. C. de relat. in materia ista latissimè videas scripta per Fely. in præcitato. cap. cum in iure de offic. deleg.

DVBITATIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Placiti seu rescripti forma, an semper sit seruanda.*
2 *Delegata causa impetratoque rescripto, an iurisdictio restringatur ad expressa in rescripto.*
3 *Delegatoria rescripta sunt strictissimi iuris.*
4 *Impetrãs rescriptum super iniuria sibi illata, puta, in fundo, non poterit accusare criminaliter de violentia.*
5 *Expressis maiora non veniunt in rescripto.*

1 PLaciti, seu rescripti forma an sẽper sit seruanda.

Non semper fore seruandã probatur quia per tacitum cõsensum partium recedi etiam potest ab ipsa forma rescripti, quòd tamen intelligendum est, quando forma concernebat fauorem partium, secùs si concernebat fauorem publicum, & hoc modo declaratur. tex. in c. cum dilecta de rescr. & ita determinat. Abb. in c. cũ olim il 1. col. 3. in vers. in eadem glo. ibi de off. delega. vbi tangit etiam. Felyn. nume. 8.

Vbi verò rescriptum esset impetratũ quando causa fuit delegata, an tunc indistinctè iurisdictio restringatur ad ex-
2 pressa in rescripto dicit. Abb. in d. c. cũ olim il 1. col. 2. vers. sed quæro, quòd qñ aliqua exprimuntur in rescripto, quòd ad illa extenditur iurisdictio, & ad accessoria expressis, vt puta, si dixerit in rescripto, se esse spoliatum, poterit agere possessorio, & petere æstimationem dãnorum, quæ sustinuit in illa spoliatione, quia ista sunt accessoria ad interdictum. l. 1. §. qui autem vi deiectus, ff. de vi & vi arm. argu. c. grauis de restitu. spol. Idem etiam dicẽdum erit si fecerit mẽtionem de contractu in rescripto, quia poterit petere interesse. l. 2. & 4. C. de act. empt.

Digitized by Google

Idem dicitur ſiquis dixerit, damnum ſibi fuiſſe illatum in rebus, poterit agere ad æſtimationem damni. Idem de poſſeſſione, & proprietate, idem etiam dicendum, vbi verba ſunt generalia, vt extendantur ad ea quæ poſſunt ſub illis verbis comprehendi, & ideò dicit. Innoc. in d.c. cum olim, quòd ſiquis dixit in reſcripto, quòd potiùs iniuriatur ſibi ſuper tali fundo, poterit iſte impetrator agere de fundo rei vendicatione, item poſſeſſorio, item poterit petere fructus perceptos ante litem conteſt. agendo conditione ſine cauſa, quia omnia iſta poſſunt comprehendi ſub illis verbis generalibus. Abb. d. c. cum olim ſub num. 7.

Reſcripta tandem extẽduntur ad omnia, ad quæ extendi poſſunt ex lato ſignificatu verborum, ſed reſcripta delegatoria ſunt ſtrictiſſimi iuris ſecundum Roma. in conſil. 330. qui eſt ſibi contrarius, nam in conſil. 343. dicit, quòd latè ſunt interpretanda, ſicque concludas illa etiam extendi ad omnia ad quæ poſſunt extendi ex lato ſignificatu verborum, & prædicta ſecundum. Abb. d.c. cum olim nu. 7. ſunt notanda quia communiter hodiè à Curia Romana litteræ de iuſtitia emanãt ſub prædicta forma, quia narratur, quòd talis iniuriatur ſibi ſuper tali re, vel ſub certa quantitate pecuniæ, habes enim per prædicta quid comprehenditur ſub verbis illis generalibus.

Non omittendum etiam eſt, quòd notat. Innoc. in eod. c. cum olim, quòd impetrans reſcriptum ſuper iniuria ſibi illata, puta, in fundo, non poterit accuſare criminaliter de violentia, & ea eſt ratio, quia iſtud eſt maius expreſſo, ſed maiora expreſſis non veniunt. c. ſedes de reſcript. Felyn. d. cap. cum olim nume. 6.

DVBTATIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Placitum ſeu reſcriptum ſi fuerit fundatum ſuper perhorreſcentia, contra illud, an poſsit probari de non perhorreſcentia.*

2 *Iuramento ſtatur dicentis ſe non ſperare iuſtitiam conſequi in partibus, dummodo iurare volens non ſit periurus.*

3 *Periurus amittit omnem facultatem probandi per iuramentum.*

4 *Citatus ad locum non tutum poteſt mittere excuſatorem ad allegandum de loco non tuto & à recuſatione poteſt appellare.*

5 *Guelphus ſi citatur vbi regnant Gebellini nõ tenetur comparere.*

6 *Ciuitas ſi ciuitati eſt iniuria loci ad quẽ quis citatur, non tenetur comparere.*

7 *Exititij terrarum non tenentur comparere in loco vnde ſunt expulſi.*

PLacitum, ſeu reſcriptum ſi fuerit fundatum ſuper perhorreſcentia, puta, quia pars iurauit perhorreſcentiam partis aduerſæ, an contra tale reſcriptum poſſit probari de non perhorreſcentia, & quid de eo qui dicit cum iuramento ſe non ſperare conſequi iuſtitiam in partibus, vel qui mittat excuſatorem ad allegandum de loco non tut.

Contra tale reſcriptum ſuper perhor
1 reſcentia poſſe probari de non perhorreſcentia tenet. Felyn. in c. accedens il 2. ſub num. 13. extra vt lit. non conteſt. ratio eſt, quia ſi impetrator tenetur perhorreſcentiam probare c. ſtatutum. §. cũ verò de reſcr. in 6. ita licebit aduerſario probare contrarium per regulam non debet actori in 6. & opponere non perhorreſcentiam, maximè quia probatio iuramenti eſt leuis, & extraordinaria, & licèt excipiens alleget negatiuam, & dicat contra id, quòd dependet ex animo tamen per inditia, & facta exteriora poteſt probare falſitatem allegatę perhorreſcentiæ, puta, ſi reus probat actorem eſſe

Digitized by Google

esse per omnia in partibus, vel in ciuitate propria potentiorem, tunc enim timor esset vanus,& reijciendus arg.l.nō est verisimile.ff.quòd met.caus.

Benè verùm est,quòd statur iuramẽto dicentis se non sperare iustitiam cōsequi in partibus quia ea quæ consistunt in animo, vel mente alicuius aliter probari non possunt, quando tamẽ
2 ille qui vult iurare, non est periurus p tex.in c.paruuli 22.q.vlt. quia talis amisit omnem facultatem probandi per iuramentum ita notatur in addit. ad Fel.
3 in d.c.accedens il 2.sub num.13.

Citatus verò ad locum non tutum melius facit,& tutius, si mittat excusato
4 rem ad allegandum de loco non tuto, & si non admittitur eius exceptio, seu recusatio, tunc à repulsione potest appellari, & hoc vbi recusanti, & omnibus locus esset suspectus,quia in eo morarentur inimici rei, & an iste citatus possit statim appellare ab assignatione loci non tuti, an verò sit necesse, quòd priùs proponat exceptionem coram iudice,si potest,per se, vel per alium,& si notorium esset locum non esse tutũ non tenebitur quis mittere excusatorẽ vide relata per Fely.d.c. accedentes nu. 12. si etenim citatur Guelphus vbi re-
5 gnant Gebellini non tenetur comparere gl.in c statutum.§. 1.versic. non audiens de rescri. in 6. & si ciuitas ciuitati
6 est inimica loci ad quem quis citatur, non tenetur comparere. Abb. in ca.cũ R. de offic. delegat. & exititij terrarum
7 non tenentur comparere in loco vnde sunt expulsi, nec ambulare per loca eorum à quibus expulsi sunt. In hac eãdem materia vide Felyn. d. c.accedens il 2. vt lit. non contest. vbi copiosè habes quæ seruiunt in proposito.

DVBITATIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Defectus si opponatur contra rescriptum, an impetrans, an opponens defectus probare habeat.*
2 *Rescriptum si impugnatur quia surreptitium, an impetranti, an opponenti incumbat onus probandi.*
3 *Probandi onus, an & quando actori, vel reo incumbat.*
4 *Allegans aliquid pro fundamento suæ intentionis tenetur probare.*
5 *Præsumptiones transferunt onus probandi in aduersarium.*

Efectus si opponatur contra placitum seu rescriptum an impetrans,an opponens defectus probare habeat, & cui ipsorum incubat onus probandi.

Ne huiusmodi dubitationis resolutio in lōgum pro trahatur,breuiter cō-
1 cludo, quod qui fundat se super defectu,tenetur illum probare per text. in l. ei qui.ff.de probat. vbi quilibet tenetur probare illud, quòd est fundamentum suæ intentionis, prout idem censetur, quando dicitur quem esse diuitem, vel pauperem, vel non esse, quia tunc qui se fundat in paupertate,vel diuitijs tenetur illud probare vt per gl.in l.si verò.§. fi.ff.qui satisd. cog. & dato tunc, quod quis in dubio præsumatur idoneus. c. fi.de præsumpt.l. cum quidam. ff. delegat. 2. illud est verum secundum illam gl.in d.§.fi quoad mores,secùs quoad facultates,& illam gl.in d.§.fi.multum cōmendat. Angel. & Paul. de Castr. ibi.& Bal.in l.4.C.quando fisc.vel priu. & idē. Bal.in c.fi.de præsumpt.prout, & siquis dicat beneficium esse tenue, vel reddi-
tus esse diminutos, debet hoc probare per tex.in §. sin autem fortuita in auct. de æqual.dot. Rescriptum verò si impugnatur quia surreptitium,an impetranti,an opponenti incumbat onus probā
2 di vid.Felyn. in c. constitutus num.1.de rescr. Insuper multi deinde sunt casus quibus dubitatur, an onus probandi in
3 cumbat actori, vel reo, sed tene hanc

regulam pro methodo, quòd ille qui se fundat, seu qui allegat aliquid pro fundamento suæ intentionis illud te-
4 netur ipse probare. l. cum te minorem. C. de probat. ideò si refricatur in dubiũ, quòd causa dispensationis sit vera, an habeat probare dicens eam falsam, an dicens eam esse veram, & aliquis dicit se esse in patris potestate, alius dicit eũ emancipatum, quis probabit, & si quis se appellasse, alius dicit, quòd intra decem dies non appellauit, quis probabit & si creditor allegat priorem hypothecam, & emptor allegat priorem, quis probabit?

Teneas etiam hanc methodum his in casibus, vel similibus, quòd præsumptiones transferunt onus probandi in
5 aduersarium iuxta gl. in l. siue possidetis. C. de probat. & teneas pariter, quòd quoties aliquid communiter consuevit esse certo modo, illa communis cõtingentia transfert onus probandi in aduersarium secundum glo. in l. neque natales. C. de probat. certos verò casus, quibus dubitat̃, an actori, vel rei onus probandi incũbat, inuentione satis laborioſa illos, & anthoritates consulẽtiũ ac scribentium refert Fely. in c. ex literis pen. & vult. col. de probat.

DVBITATIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, seu rescriptum tollẽs exceptionem, vel appellationem, an intelligatur tantum de iniusta exceptione, vel appellatione.*
2 *Verbum, licèt, non intelligitur excludere exceptionem, quæ venit natura actus celebrati.*
3 *Pactum pœnale de non expellendo conductorẽ intelligitur, nisi cessauerit à pensione.*
4 *Agens secundum naturam contractus non videtur venire cõtra contractum.*
5 *Testator si grauauit hæredem, ne molestet fideicommissarium, tamen poterit petere detractionem quartæ Trebellianicæ.*
6 *Promittens defendere aliquẽ intelligitur quãdo iniustè opprimetur.*
7 *Prohibitus aliquid molestiæ inferre, poterit molestare de iure.*
8 *Lex vniuersaliter, & negatiuè loquens purè, quia dicat, nullus alius, vel statutum dicat nulla exceptio admittatur, nisi talis, tamen poterit admitti similis.*
9 *Defendere promittens de iure, & de facto promittere sic non potest ob turpitudinem.*
10 *Princeps prohibens, quòd nullo modo aliquis molestetur, intelligitur etiam de molestia iuris.*
11 *Molestari quis dicatur per citationem, vel litis contestationem; & pœna incurritur mouendo controuersiam in iudicio.*
12 *Testator si prohibuit ne vxor sua molestetur intelligitur de molestia facti, sed benè poterit molestari de iure.*
13 *Clausula, compescas contradictores, intelligitur de cõtradicentibus de facto non de iure.*
14 *Papa si mandat reuocari quicquid factum est, debet intelligi de eo, quod factum est illicitè, & iniustè.*
15 *Verba ista, promitto habere ratum absque contradictione aliqua, intelliguntur de iniusta, & contradictor est citandus.*

PLacitum, seu rescriptum tollens exceptionem, vel appellationem, an intelligatur tantum de iniusta exceptione, vel appellatione, & quid dicendũ, quando prohibetur molestia, vel contradictio?

Quòd rescriptũ tollẽs appellationẽ
1 vel exceptionẽ intelligit̃ solũ de iniusta, firmat Bar. in l. 1. §. fi. ff. à qui. appe. nõ lic. per tex. in c. ex parte il 2. de offic. deleg. & l. 1. §. & patui cum gl. in verb. nulla iusta, & ibi Batt. ff. quod vi aut clam. & l. ita nobis pudor vbi gl. & Salic. C. de adulter.

Intellige tamen nisi daretur priuilegium cum clausula non obstante exceptione, vt per Alex. in l. 3. §. siquis pro quo ff. quod quisque iur.

Sed diffusius quoad appellationem notant scriben. in c. pastoralis in princ. de appell.

Scribit

Digitized by Google

Scribit pariter Rom.in conſ.202.col. 2.quòd fideiuſſor promittens ſoluere liberè ſine aliqua exceptione non intelligitur de iuſta, quia verbum liberè non inlligitur excludere exceptionem
2 quæ venit natura actus celebrati.l.quęro.§.interlocatorem. ff.locat. vbi pactũ pœnale de non expellendo condictorem intelligitur, niſi ceſſauerit à penſione, per quem text. dicit Bald. in l.1. C.de vſufr.& in l.cum quid ff.ſi cer. pet. quòd ſi promitto vſufructuario, quod liberè cum permittã vti vſufructu nullam quæſtionem, controuerſiãve moturus intelligitur dũmodo præſtet cautionem, quia venit ex natura contra-
4 ctus, & quod agens ſecundum naturã contractus non videatur venire contra contractum multa ſcribit.Bal.in l.ſi familiæ. C. fam. ercitc. & in l.quoniam in prioribus verſ. vlterius oppono. C. de inoff.teſta.Bald.in l.qui ſe debere. ff. de condit.ob cauſ.

Similiter dicit Imol. in l. paterfamilias propè fin. ff.de hæred.inſtit.quod ſi
6 teſtator grauauit hæredem,ne moleſtet fideicommiſſarium, tamen poterit pe-
5 tere detractionem quartæ Trebellianicæ.

Et in ſimili dicimus, quòd promittẽs defendere aliquem intelligitur quan-
6 do iniuſtè opprimetur, ſecus ſi iuſtè Abb.in c.recepimus de priuil.

Quinimò etiam prohibitus aliquid moleſtiæ inferre, poterit moleſtare de
7 iure ita probat. gl.in c.1. in verb.inferatis de ſtat.mon.

Si reſcriptum pariter, vel ſtatutum dicat, remouemus exceptionem contra inſtrumentum publicum, tamẽ admittitur exceptio, quod inſtrumentum non ſit publicum, & omnis exceptio ſimilis, quia quamuis loquatur lex vniuerſaliter,,& negatiuè purè,quia dicat, nullus alius, vel ſtatutum dicat, nulla exceptio admittatur, niſi talis, tamen
8 poterit admitti ſimilis, & non excluditur ſimilis exceptio, & ita cæteræ ſimiles non excludũtur gl. eſt in l.cognitio. ff.de off.eius gl. in l.1. §.& parui in verb. nulla. ff. quod vi aut clam. ex qua Bart. ibi notat, quod ſi ſtatutum dicat, quod nulla alia exceptio poſſit opponi, poterunt tamen opponi ſimiles.

Cæterum ſiquis promitteret defendere de iure, & de facto non valet promiſſio propter turpitudinem Alex.in l.
9 ſtipulatio iſta in princ. ff.de verb.oblig. & ſi princeps prohibet,quòd nullo modo aliquis moleſtetur intelligitur etiã
10 de moleſtia iuris per tex. in auth. de fideiuſſ.in prin. ibi moleſtum ſit Bart. in l.Lucius.§.tres hæredes. ff.ad Treb.gl.in clem.2. in verb. nullo modo de æta.& qual.quando autem quis dicatur moleſtari, vtrum per citationẽ,vel litiscon-
11 teſtationem dicas vt per Bart.in l.amplius.ff.rem rat.hab. Alex.cõſ. 193. alias 52. vol.2.vbi conſuluit,quod pœna appoſita per teſtatorem hæredi, qui moleſtauerit vxorem in aliquibus bonis incurritur pœna mouendo ei controuerſiam in iudicio inducit gloſam, & Bartol.in l. Lucius. §. tres hæredes. ff.ad Treb. & Paul.de Caſtr. conſ. 190. refert Felyn.in c.cauſam, quæ ſub num.25.de reſcrip.

Si teſtator etiam prohibuit, ne vxor ſua moleſtetur, intẽlligitur de moleſtia facti, ſed benè poterit moleſtari de
12 iure, puta, petendo cautionem de vtẽdo, & fruendo vſufructu arbitrio boni viri gl.in c.pro illorum in verb.contradictores de præben.dicensibi, quòd illa clauſula, compeſcas contradictores, intelligitur de contradicentibus de fa-
13 cto, & non de iure ad idẽ facit in pręallegato propoſito gl. in l.ſi ſeruus.§.ait prætor in verb.non videri,ff.de acquir. poſſ. Bal.in l.1. C.de his quæ pœnæ nomine, & in l.1. C.de vſufr.

Similiter ſi Papa mandat reuocari quicquid immutatum, vel factum eſt; debet intelligi de eo, quod factum eſt
14 illicitè, & iniuſtè non de eo, quod iuſtè.c.audita de reſtit.ſpol. Nicol. Mil.in reperto.

reperto.in litera Papa si mandat.

Idē dicitur de executoribus, qui non habent potestatē contra contradictorem, nisi indebitè contradicat, & qui non vult possessionem dimittere sine causæ cognitione, non dicitur contradicere indebitè, & ista verba, promitto habere ratum absq; aliqua contradictione, intelliguntur de iniusta, & cōtradictor est citandus ita. Barto.in l.fin. col.pen. C.de ædic.Diu.Adr.toll. Bald. in l.fin. col.1. C.qui adm.hæc etiam refert Fely.in d.c. cautam quæ sub nu.19. & 20. de rescr.

DVBITATIO LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio, an & quando possit trahi ad consecutiua.*
2 *Episcopus dispensans cum monacho ad Curatum nō dicitur dispensare cum eo ad beneficium simpliciter declara vt ibi.*
3 *Dispensatus ad duo incompatibilia non intelligitur dispensatus in eadem ecclesia intellige, vt ibid.*
4 *Dispensatio super eo quod est plùs, comprehendit quod est minus.*
5 *Potestas dispensantis vbi consideratur fit extensio ad consecutiua etiam separabilia ob identitatem, vel maioritatem rationis.*
6 *Dispensatio clausa in corpore iuris, vel facta motu proprio, vel ob publicam vtilitatem, quam interpretationem patiatur, & quid in materia marrimoniali. ibid.*
7 *Extensio fit in dispensatione habente verba pregnantia.*

PLacitum, vel dispensatio, an & quando possit trahi ad consecutiua.

1 Pro clariori intelligentia firmo regulam, quòd in dispensationibus nō fit extensio eriā ad casum minorē, & habentem in se maiorem rationem, quam habeat casus concessus. Abb. in c.ad aures de reiect. ratio est, quia dispensatio censetur odiosa. c. 1. in fin. de fil. præsbyt.in 6.

Ideò si Episcopus dispenset cum monacho ad curatum non tamen dicitur dispensare cum eo ad beneficium sim-
2 pliciter, & si quis dispensatur super beneficio, intelligitur de simplici, nisi tamen dispensatio dicat ad quæcunque beneficia. Abb. in c. 2. colu. 3. de cler. pugn.in duel. & dispensatus ad duo incompatibilia non intelligitur dispensa-
3 tus in eadem ecclesia, vt fiat stricta interpretatio.Abb.& alij in c.de multa de præbend.

Intellige nisi casus dispēsatus habeat rationem expressam, quia vbi erit eadem ratio non est extensio Abb.in c.at si clerici.§.de adult.col.5. vbi & aduertè de iudic.

Intellige etiam dummodo agatur de dispensatione non multum odiosa, sed potiùs gratiosa. Abb. in ca. ad aures de resc.vbi ita intelligit tex.in c.p venerabilem post prin. ibi videretur extra qui fil.sint.legit.

Et notandum est, quòd dispensatio super eo, quod est plus, comprehendit
4 quod est minus vnde si concessum erit illegitimo, quòd possit habere episcopatum, est etiam concessum, quod possit præsbyterari, quia sine sacerdotio non posset esse episcopus c.ex literis de excess.prælat. gl.in c.quia in tantum de præben.vbi Abb.post alios adducit gl-in c.siquis in clerico 6.q.1. quæ dicit, q̄ ex quo dispensatur cum aliquo super pluralitate beneficiorum, videtur etiā dispensatum super residentia vbi etiam agitur de consideranda potestate dispensationis, prout consistit in persona
5 eius cui datur potestas dispensandi tūc fit larga interpretatio,& etiam extensio ad consecutiua etiam separabilia propter identitatem, vel maioritatem rationis, gl.fin.in c.hi qui 15. q.vltima veluti si Papa dat potestatem episcopo dispensandi super crimine cum clericis depositis, vt promoueantur ad dignitatem

tatem per consequens videtur dedisse potestatem, vt tales restituat.

Vbi verò agit de dispensatione quæsit clausa in corpore iuris, ita iudicatur de ea, & de priuilegio clauso in corpo-
6 re iuris, vt de iure, dispensatio non inserta nō recipit omnem extensionem, quam recipit lex. glo. in verb. corporali in c. vt circa de elect. in 6. Fely. in c. postulasti sub num. 13. vers. limita quinto de rescr.

Vbi pariter dispensatio fit motu proprio, & propter publicam vtilitatem tunc extenditur ad consecutiua etiam sine quibus dispēsatio imprimeret suū effectum Io. And. post Hostien. in c. cū in cunctis colu. 3. de elect. ideò volunt canonistæ, quòd si dispensatur cū episcopo motu proprio Papæ, & propter publicam vtilitatem, vt non teneatur promoueri intrà tempus de consecrādis episcopis, & ista dispensatio extenditur ad priora beneficia retinenda, sicque infertur, quòd dispensatio non est stricti iuris, quando fundatur super publica vtilitate, & est facta motu proprio.

In materia quoque matrimoniali facta dispēsatio extenditur, quia debet intelligi largè in fauorem matrimonij, nisi ex larga interpretatione sequeretur scandalum. Nicol. Mil. in repertor. in dispensat. vltima. §. 1. vbi inducit tex. in capit. quod dilectio de consangu. & affinit.

Regula insuper p nos præmissa procedit quando in diuersis generibus arguitur in dispensatione de maiori ad
7 minus, secùs si argueretur, in eo genere, scilicet, de beneficio curato ad canonicatum, vel personatum, nam in dispensatione habente verba prægnātia licitè fit talis extensio notat Felyn. in d. cap. postulasti sub num. 13. limitatione 8. de rescr.

DVBITATIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Rescripti interpretatio, an secundum ius commune fieri debeat.*
2 *Narratio non attenditur, sed conclusio in interpretando rescripto.*
3 *Rescriptum recipit vires ex intellectu scribentis.*
4 *Mens rescribentis talis præsumitur qualis debet esse de iure.*
5 *Rescripta ad beneficia interpretamur stricte. Item & ad lites.*
6 *Rescriptum debet accommodari in dubio iuri communi nisi aliter constet de contraria mente principis.*
7 *Rescripta expresse contra ius commune debēt latissimè interpretari.*
8 *Litteræ vbi sunt contra ius potiùs æquiparātur illis, quæ dicuntur de priuilegio, & beneficio, quam de rescriptis.*

PLaciti, vel rescripti interpretatio, an secundum ius commune fieri debeat.

1 Interpretationē rescripti fieri debere secundum ius commune probat tex. in c. licet de præben. glo. in cap. paratus in verb. prodesse 23. q. 1. vbi habemus verba rescripti debere conformari æquitati etiamsi natura verborū hoc non patiatur. c. causam, quæ de rescrip. ideò rescriptum mandans, quem absolui præstita satisfactione, exponitur, vel præstita cautione de satisfaciendo, vt sit conforme iuri communi de quo in c. ex tenore & c. cum desideres de sent. excom. & dicit Bal. in l. 1. versic. fi. ff. de constit. prin. quòd omnia rescripta debent intelligi cum iustitia, & si princeps dat, vel confirmat, semper debet intelligi saluo iure alterius.

Sed declarandum venit, quòd in in-
2 terpretando rescripto non attenditur narratio, sed conclusio Bal. in l. præscriptione ad fi. C. si contra ius Innoc. in c. super

Digitized by Google

6 *Poteſtas non tenetur de geſtis per ſuos officiales extrà, vel ante officium.*
7 *Officiales non ſyndicantur de his, quæ non geſſerunt in officio.*
8 *Conueniri eſſi quis non poſſit de adulterio, vel obligatione extrà tempus officij commiſſis, tamen de eo, quod factum eſt intra terminos loci, & temporis officij tenetur.*
9 *Dominus non tenetur de delicto familiarium niſi quando delinquunt in materia, qua vtebatur opera eorum.*
10 *Epiſcopus tenetur de exceſſibus commiſſis ab officiali ſuo.*
11 *Poteſtas data domino in cauſis vaſſallorum non egreditur controuerſias feudales.*
12 *Pœna appoſita in inſtrumento pacis offendenti me, intelligitur de offenſa ex inimicitia tũc ſopita, ſecùs ſi emergat noua cauſa iniuriæ.*
13 *Reſtitutio priuilegiata fauore abſentiæ cauſa Reip. non extenditur ad damna incurſa ex alia cauſa, quam propter abſentiam.*

1 PLacitum, vel priuilegiũ an poſſit trahi extrà limites ſuos.

Certiſſimi iuris eſt, quòd limi
2 tata cauſa priuilegij facit priuilegiũ non poſſe trahi extrà limites ſuos l. in agris. ff. de acq. rer. dom. vbi probatur, quòd limitata cauſa limitatũ producit effectum. l. & ita. §. ex hoc dicto. ff. nau. caup. ſtab. vbi nauta tenetur quando recipit, vt nauta, ſecùs ſi vt amicus,
3 vel vicinus. ideò infertur Bald. in d. §. ex hoc dicto, quòd præpoſiti artium non cognoſcunt de non pertinentibus ad
4 artem puta de quadam ſucceſſione, & dicit idem Bald. in l. fi. C. ad macedo. quòd ſi ſtatutum dicit, quòd filius fami. mercator poſſit contrahere intelligitur ſolum in factis mercantiæ, & in d. §. ex hoc idem Bald. ait, quòd ſi filius fam. artifex tenetur ex contractu propter
5 ſtatutum intelligitur ſi contrahit in arte ſua; ſimiliter Bald. in l. 2. ff. de conſti. pecu. dicit, quòd ſtatuta mercatorum in materia non concernente mercantias non operantur in alio foro, ſecùs quando concernunt mercantias, & in ſimili dicimus de poteſtate, quòd non teneat̃ de geſtis per ſuos officiales ex-
6 trà, vel ante officium Bar. in l. 1. §. familiæ. ff. de publi. Bal. in Rub. C. de exerci. Addas Bald. in l. 2. C. vbi de ratione vbi
7 dicit, quòd officiales non ſyndicantur de his, quæ non geſſerũt in officio, nec officij contemplatione, dicit tñ idem Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci quæſt. 2. ff. de offi. proconſ. quòd licèt de adulterio vel obligatione extrà tempus officij commiſſis non poſſint ibi conueni-
8 ri, tamen de eo, quod eſt factum intrà terminos loci, & temporis officij tenentur.

Scribit pariter Bar. in l. neqd in prin. ff. de incen. rui. & naufr. quòd dominus non tenetur de delicto familiariũ, niſi
9 quando delinquunt in materia in qua vtebatur opera eorum, quod notandũ eſt ad limitationem eius, quod dicitur,
10 Epiſcopum teneri de exceſſibus commiſſis ab officiali ſuo vt per Bart. in l. 1. C. de exce. & exact. lib. 12. Abb. in capit. 2. de reſtitu. ſpolia. & in clem. 2. in fi. de magiſtr.

Similiter ſcribit Abb. in c. cæterum. col. 5. de iudi. quòd poteſtas data domi-
11 no in cauſis vaſſallorum non egreditur controuerſias feudales, & Rom. cõſ. 300. ponit, quòd conſules artium non cognoſcunt de cauſa artificium nõ ſpectante ad artem, valeret tamen conſue-
tudo in contrarium per text. in c. cum contingat de for. compe. & dicit Bald. in l. 1. propè princip. ff. de magiſtr. conuen. quòd fideiubens pro fidelitate ſeruanda à Caſtellano alicuius arcis, non tenetur de infidelitate, vel delicto quod committitur extra cuſtodiã arcis, apud priuatos, puta, faciendo robari ã ideò colligas etiam, quòd pœna appoſita in inſtrumnto pacis, offendẽti me, vel meos adhærentes, intelligitur de
12 offenſa ex inimicitia tunc ſopita, ſecùs ſi emergat noua cauſa iniuriæ Bart. in l. aut facta. §. 1. ff. de pœn. Rom. conſ. 183. Abb. in c. bonæ il 1. col. 7. de elect. Bal. &

Digitized by Google

& Alex.in l.ſemel ff.ſolu.matr.& in l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid.ff.de aq.hær. & in alio caſu loquitur text.in l.antepe. ff. ex quib. cauſ. maior. quod reſtitutio
13 priuilegiata fauore abſentiæ cauſa Reip. non extenditur ad damna incurſa ex alia cauſa, quam propter abſentiam.

Tandem hæc ſint exempla pro declaratione dubitationis promotæ, & regulæ, quòd limitata cauſa limitatum producit effectum, quam etiam tenet Socin.conſ.30.verſ.2.probatur in vol.1.

DVBITATIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato contra quem erat inchoata præſcriptio, an poterit vti ſuo priuilegio.*
2 *Res non priuilegiata perueniens ad priuilegiatos aſſumit priuilegium eorum.*
3 *Priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato gaudet priuilegio ſuo pro tempore futuro.*

PLacitum, vel priuilegio decoratus ſuccedens non priuilegiato contra quem erat inchoata præſcriptio, an poterit vti priuilegio ſuo.

1 Diſtinguit Abb. in cap. de quarta de preſcript. & dicit, quòd priuilegiatus, qui ſuccedit non priuilegiato, aut habet priuilegium, quod extinguit præſcriptionem, aut quod præſcriptionē differt, aut quòd illam mutat, primo caſu priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato non vtitur priuilegio ſuo, ſecundo caſu, quando differt, tunc vtitur ſuo priuilegio, tertio caſu priuilegiatus vtitur iure priuati pro tempore præterito, pro futuro vtitur priuilegio ſuo, & iſta opinio Abba. eſt communis, quam tenent omnes in auth. quas actiones. C. de ſacroſ.eccl.

Et quicquid dicat Salycet. in d.auth. quas actiones in 5.col.dum dicit, quòd ſi habens priuilegium per quod tollitur præſcriptio, ſi ſuccedit priuato, eo non vtitur per text.in l.ſi fundum. ff.de fund. dota. ergò minus debet poſſe vti ille, qui habet priuilegium minùs petens Reſpondeas opinionem Abbatis communem præcitatam ſuſtinendo, quòd ius non vult, quòd in totum tollatur ius præſcribentis per iſtam ſucceſſionem, ſed benè quòd differatur, vel mutetur ita Bald. in d.auth. quas actiones. Imò opinio cōmunis ipſius Abb. poteſt probari à ſimili, nam princeps poteſt concedere debitori reſcriptum per quod differtur ſolutio, & debitum, ſed non poteſt concedere reſcriptum per quod in totum tollitur debitū tex. eſt in l.quoties, & in l.vniuerſa. C.de p̄cib.imp.offer.ideò habens priuilegium per quod in totum tollitur preſcriptio, ſi ſuccedit priuato, non poteſt eo vti, quia in totum tolleretur debitū.addo etiam Bald.in d.auth. quas actiones. C. de ſacroſ.eccleſ.Bald. ac alios in l.cum filius §.in hac ff.de verb.oblig. vbi dicit, quòd clericus ſuccedens laico non per hoc poterit conueniri corā iudice laico, nec perdit priuilegium fori etiamſi conueniatur ex perſona laici cui ſucceſſit idem tenet gl. in c. clericum'nullus in verb.ſecurè 11. 9.1. & idem tenēt omnes in c.quia de iudic.Bald. Salic.in l.1. C.ſi pen.appell. mors interue. Alex in l.ſi conſtate.§.1. ff.ſol.matr.

Addo inſuper ad præmiſſa, quòd ſi
2 res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatos aſſumit priuilegium corū tex. eſt in c.1. de iurepatr.in 6.Abb.in conſ. 9. vol.1.

Teneas ergò pro reſolutione dubij, quòd priuilegiatus in preſcriptione ſuccedens non priuilegiato, ſi priuilegiū tollit præſcriptionem, non vtitur ſuo priuilegio, ſi verò differt, & tunc vtitur ſuo priuilegio, ſed ſi mutat eam, & tunc contra priuatum currit præſcriptio decem, vel viginti annorum, ſed contra eccleſiam quadraginta annorum. Bart.

in

in d.auth. quas actiones col. fin. verſic. quærit glo.

Priuilegiatus verò ſuccedens non priuilegiato gaudet priuilegio ſuo. Bar. in l. fiſcus. ff. de iur. fiſc. vbi dicit verum pro tempore futuro, non pro præterito, & Bart. in l. cum filius §. in hac ff. de verb. obl. col. 1. verſ. & iſtam gl. Bald. & alij in auth. quas actiones.

DVBITATIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ad lites ſi non facit mentionem de primò, ſed ſolum committitur cauſa in eodem ſtatu, an valeat commiſſio.*

2 *Litera ſecundæ debent facere mentionem expreſſam de primis.*

PLlacitum, ſeu reſcriptum ſecũdum ad lites ſi non facit mentionẽ expreſſam de primo, ſed ſolum cõmittitur cauſa in eodem ſtatu, an valeat commiſſio.

Quòd cauſa ſi committatur in eo ſtatu, in quo erat coram primò iudice, cõmiſſio huiuſmodi valeat ſtatu non expreſſo, ea, ſcilicet ratione, quia de ſtatu conſtabit ex actis ſcribit. Innoc. in c. ex litteris de off. deleg. alia etiam datur ratio, quia nocet primò impetratori ex quo ſaluus eſt proceſſus aliàs regulariter exprimendæ ſunt litteræ primæ in ſecundi, vt ſecundæ valeant, aliàs non valent gl. & tex. in d. c. ex litteris vbi. Innoc. & Fely.

Imò etiam de proceſſu inchoato coram ordinario eſt facienda mentio in primis litteris glo. in c. prudentia. §. 6. in verb. cauſam, vbi Abb. col. 3. de off. deleg. litteræ etenim ſecundæ debent facere mentionem expreſſam de primis, & ſpecialem mentionem de omni notabili clauſula quæ in eis eſt poſita vt per tex. in c. 2. de dolo, & cont. Fely. in c. ceterum de reſcr. & licèt moderni dicãt quòd ſi per ſecundas litteras committatur cauſa epiſcopo ordinario non fa &a mentione de primis, tales litteræ valeant ea ratione, quia non fit iniuria alicui, quando res reuertitur ad ordinariũ tamen modernos reprehendit. Fely. in d. c. ex litteris num. 1. vbi dicit eſſe falciſſimum modernorum fundamentum, quia etiamſi committatur ordinario, debet fieri mentio de primis litteris, quia ita fit iniuria committendo epiſcopo, ſicut alijs, rationem adducit. Fely. ibi, quia committitur epiſcopo vt de legato, & non vt epiſcopo, quia ab eo appellabitur ad Papam, & non ad Archiepiſcopum ergò ſubiungit. Fely. ibi num. 1. hæc verba, gratenſi *il capo li moderni qui.*

DVBITATIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Exemplatum reſcriptum in actis notarij, an faciat plenam fidem.*

2 *Acta vt faciant fidem pars eſt citãda, vel ſufficit, quòd præſens non contradicat.*

3 *Paria ſunt expreſsè conſentire, vel præſens eſſe, & non contradicere.*

4 *Pars ſi eſt præſens in ſententijs, & tacet non videtur conſentire, niſi elapſis decem diebus datis ad appellandum.*

Lacitũ, ſeu reſcriptum exẽplatum in actis notarij, an faciat plenam fidem. 1

Non eſt hæſitandum', quin tale reſcriptum faciat plenam fidem, dummodo ſit exemplatum authoritate iudicis etiamſi originale ſit perditum, abraſum, vel abolitũ, ita reſpondet. Inno. in c. cum in iure de off. deleg. dicens, quòd verè probatur, quando reſcriptum eſt regiſtratum in actis, quia tunc producitur originale, adeò quòd non eſt opus amplius eum producere ita. Bal. in l. noſtram col. 3. C. de teſt. canon. in c. quoniam de proba.

Angel.

Angel. in auth. ſiquis in aliquo. C. de edend.

Iſtaque locum habẽt etiamſi poſteà reperiatur originale abolitum, vel raſum, vel caſſum, ita Bar. in l. 1. ff. ſi tab. teſta. extab. Bal. in l. ſciatis in fi. C. de teſti. & in d. l. noſtram. col. 4. & in l. geſta. C. de re iud. Fely. in d. c. cùm in iure, vbi late, de off. deleg. nu. 6.

Præmiſſaque omnia locum habent, ſi iudex fecerit exemplari reſcriptum in actis ſua authoritate. Bar. in l. eos. §. iuper his. C. de appell. Fely. d. c. cum in iure loco præallegato.

Intell ge etiam præmiſſa dummodo reſcriptum ſit exemplatum totum de verbo ad verbum in actis, aliter non ita Innoc. in d. c. cum in iure. Bar. in l. chirographis. ff. de admin. tut. & iſtud habet locum etiam in inſtrumento, & omni alia ſcriptura, vt per Fely. d. c. cum in iure num. 9.

Ad hoc verò vt iſta acta faciant fidẽ oportet, quòd pars ſit citata ita Bar. in l. 2 eos. §. ſuper his. C. de appell. Fely. d. c. cũ in iure loco præallegato ſufficit tamẽ, quòd pars citata ſit præſens, & non cõtradicat, quia paria ſunt, expreſsè con- 3 ſentire, vel præſens eſſe, & non contradicere. l. 1. C. de relat. vbi Bar. ſicque notandum eſt, quòd pars ſi vult contradicere, faciat ſcribi in actis parte contradicente, vt eſt tex. in clem. ſæpè de verb. ſign. Bal. & Salyc. in l. emãcipatione. C. de fid. inſtr. Ang. in l. is qui. C. de appell. Bar. in l. ne in arbitris. C. de arbit. hoc tamen fallit in ſententijs, vbi locus eſt appellationi, quia ſi pars eſt præſens, & tacet, non videtur conſentire, niſi elapſis 4 decem diebus, qui dantur ad appellandum. ita Bar. in d. l. 1. C. de relat. in materia iſta latiſſimè videas ſcripta per Fely. in præcitato. cap. cum in iure de offic. deleg.

DVBITATIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Placiti ſeu reſcripti forma, an ſemper ſit ſeruanda.*
2 *Delegata cauſa impetratoque reſcripto, an iuriſdictio reſtringatur ad expreſſa in reſcripto.*
3 *Delegatoria reſcripta ſunt ſtrictiſſimi iuris.*
4 *Impetrãs reſcriptum ſuper iniuria ſibi illata, puta, in fundo, non poterit accuſare criminaliter de violentia.*
5 *Expreſſis maiora non veniunt in reſcripto.*

1 PLaciti, ſeu reſcripti forma an sẽper ſit ſeruanda.

Non ſemper fore ſeruandã probatur quia per tacitum cõſenſum partium recedi etiam poteſt ab ipſa forma reſcripti, quòd tamen intelligendum eſt, quando forma concernebat fauorem partium, ſecùs ſi concernebat fauorem publicum, & hoc modo declaratur. tex. in c. cum dilecta de reſcr. & ita determinat. Abb. in c. cũ olim il 1. col. 3. in verſ. in eadem glo. ibi de off. delega. vbi tangit etiam. Felyn. nume. 8.

Vbi verò reſcriptum eſſet impetratũ quando cauſa fuit delegata, an tunc in diſtinctè iuriſdictio reſtringatur ad ex- 2 preſſa in reſcripto dicit. Abb. in d. c. cũ olim il 1. col. 2. verſ. ſed quæro, quòd qñ aliqua exprimuntur in reſcripto, quòd ad illa extenditur iuriſdictio, & ad acceſſoria expreſsis, vt puta, ſi dixerit in reſcripto, ſe eſſe ſpoliatum, poterit agere poſſeſſorio, & petere æſtimationem dãnorum, quæ ſuſtinuit in illa ſpoliatione, quia iſta ſunt acceſſoria ad interdictum. l. 1. §. qui autem vi deiectus, ff. de vi & vi arm. argu. c. grauis de reſtitu. ſpol. Idem etiam dicẽdum erit ſi fecerit mẽtionem de contractu in reſcripto, quia poterit petere intereſſe. l. 2. & 4. C. de act. empt.

Idem dicitur ſiquis dixerit,damnum ſibi fuiſſe illatum in rebus,poterit agere ad æſtimationem damni. Idem de poſſeſſione,& proprietate,idem etiam dicendum,vbi verba ſunt generalia, vt extendantur ad ea quæ poſſunt ſub illis verbis comprehendi, & ideò dicit. Innoc.in d.c.cum olim, quòd ſiquis dixit in reſcripto, quòd potiùs iniuriatur ſibi ſuper tali fundo, poterit iſte impetrator agere de fundo rei vendicatione, item poſſeſſorio, item poterit petere fructus perceptos ante litem conteſt. agendo conditione ſine cauſa, quia omnia iſta poſſunt comprehendi ſub illis verbis generalibus. Abb. d. c. cum olim ſub num. 7.

Reſcripta tandem extẽduntur ad omnia, ad quæ extendi poſſunt ex lato ſignificatu vẽrborum, ſed reſcripta dele
3 gatoria ſunt ſtrictiſſimi iuris ſecundum Roma.in conſi.330. qui eſt ſibi contrarius,nam in conſil.343.dicit, quòd latè ſunt interpretanda,ſicque concludas illa etiam extendi ad omnia ad quæ poſſunt extendi ex lato ſignificatu verborum, & prædicta ſecundum. Abb. d.c. cum olim nu.7.ſunt notanda quia communiter hodiè à Curia Romana litteræ de iuſtitia emanãt ſub prædicta forma,quia narratur, quòd talis iniuriatur ſibi ſuper tali re, vel ſub certa quantitate pecuniæ, habes enim per prædicta quid comprehenditur ſub verbis illis generalibus.

Non omittendum etiam eſt, quòd notat.Innoc.in eod.c.cum olim, quòd impetrans reſcriptum ſuper iniuria ſibi illata,puta,in fundo, non poterit ac-
4 cuſare criminaliter de violentia, & ea eſt ratio, quia iſtud eſt maius expreſſo,
5 ſed maiora expreſſis non veniunt.c. ſedes de reſcript.Felyn. d. cap. cum olim nume.6.

DVBTATIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Placitum ſeu reſcriptum ſi fuerit fundatum ſuper perhorreſcentia, contra illud, an poſſit probari de non perhorreſcentia.*

2 *Iuramento ſtatur dicentis ſe non ſperare iuſtitiam conſequi in partibus, dummodo iurare volens non ſit periurus.*

3 *Periurus amittit omnem facultatem probandi per iuramentum.*

4 *Citatus ad locum non tutum poteſt mittere excuſatorem ad allegandum de loco non tuto & à recuſatione poteſt appellare.*

5 *Guelphus ſi citatur vbi regnant Gebellini nõ tenetur comparere.*

6 *Ciuitas ſi ciuitati eſt iniuria loci ad quẽ quis citatur,non tenetur comparere.*

7 *Exititij terrarum non tenentur comparere in loco vnde ſunt expulſi.*

PLacitum, ſeu reſcriptum ſi fuerit fundatum ſuper perhorreſcentia, puta, quia pars iurauit perhorreſcentiam partis aduerſæ,an contra tale reſcriptum poſſit probari de non perhorreſcentia, & quid de eo qui dicit cum iuramento ſe non ſperare conſequi iuſtitiam in partibus, vel qui mittat excuſatorem ad allegandum de loco non tut.

Contra tale reſcriptum ſuper perhor
1 reſcentia poſſe probari de non perhorreſcentia tenet.Felyn. in c.accedens il 2. ſub num.13.extra vt lit.non conteſt. ratio eſt, quia ſi impetrator tenetur perhorreſcentiam probare c.ſtatutum.§.cũ verò de reſcr.in 6. ita licebit aduerſario probare contrarium per regulam non debet actori in 6.& opponere non perhorreſcentiam,maximè quia probatio iuramenti eſt leuis, & extraordinaria,& licèt excipiens alleget negatiuam,& dicat contra id,quòd dependet ex animo tamen per inditia,& facta exteriora poteſt probare falſitatem allegatę perhorreſcentiæ, puta, ſi reus probat actorem eſſe

Digitized by Google

esse per omnia in partibus, vel in ciuitate propria potentiorem, tunc enim timor esset vanus,& reijciendus arg.l. nõ est verisimile.ff.quòd met.caus.

Benè verùm est,quòd statur iuramẽto dicentis se non sperare iustitiam cõsequi in partibus quia ea quæ consistunt in animo, vel mente alicuius aliter probari non possunt, quando tamẽ
2 ille qui vult iurare, non est periurus p tex.in c.paruuli 22.q.vlt. quia talis amisit omnem facultatem probandi per iuramentum ita notatur in addit. ad Fel.
3 in d.c.accedens il 2.sub num.13.

Citatus verò ad locum non tutum melius facit,& tutius, si mittat excusato
4 rem ad allegandum de loco non tuto, & si non admittitur eius exceptio, seu recusatio, tunc à repulsione potest appellari, & hoc vbi recusanti, & omnibus locus esset suspectus,quia in eo morarentur inimici rei, & an iste citatus possit statim appellare ab assignatione loci non tuti, an verò sit necesse, quòd priùs proponat exceptionem coram iudice,si potest,per se, vel per alium,& si notorium esset locum non esse tutũ non tenebitur quis mittere excusatorẽ vide relata per Fely.d.c. accedentes nu. 12. si etenim citatur Guelphus vbi re-
5 gnant Gebellini non tenetur comparere gl.in c statutum.§. 1.versic. non audiens de reseri. in 6. & si ciuitas ciuitati
6 est inimica loci ad quem quis citatur, non tenetur comparere. Abb. in ca.cũ R. de offic. delegat. & exititij terrarum
7 non tenentur comparere in loco vnde sunt expulsi, nec ambulare per loca eorum à quibus expulsi sunt. In hac eãdem materia vide Felyn. d. c.accedens il 2. vt lit. non contest. vbi copiosè habes quæ seruiunt in proposito.

DVBITATIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Defectus si opponatur contra rescriptum, an impetrans, an opponens defectus probare habeat.*
2 *Rescriptum si impugnatur quia surreptitium, an impetranti, an opponenti incumbat onus probandi.*
3 *Probandi onus, an & quando actori, vel reo incumbat.*
4 *Allegans aliquid pro fundamento suæ intentionis tenetur probare.*
5 *Præsumptiones transferunt onus probandi in aduersarium.*

Defectus si opponatur contra placitum seu rescriptum an impetrans,an opponens defectus probare habeat, & cui ipsorum incubat onus probandi.

Ne huiusmodi dubitationis resolutio in lõgum pro trahatur,breuiter cõ-
1 cludo, quod qui fundat se super defectu,tenetur illum probare per text. in l. ei qui.ff.de probat. vbi quilibet tenetur probare illud, quòd est fundamentum suæ intentionis, prout idem censetur, quando dicitur quem esse diuitem, vel pauperem, vel non esse, quia tunc qui se fundat in paupertate,vel diuitijs tenetur illud probare vt per gl.in l.si verò.§. fi.ff.qui satisd. cog. & dato tunc, quod quis in dubio præsumatur idoneus. c. fi.de præsumpt.l. cum quidam. ff. delegat. 2. istud est verum secundum illam gl.in d.§.fi quoad mores,secùs quoad facultates;& illam gl.in d.§.fi.multum cõmendat. Angel. & Paul. de Castr. ibi.& Bal.in l.4.C.quando fisc.vel priu. & idẽ. Bal.in c.fi.de præsumpt.prout, & siquis dicat beneficium esse tenue, vel reddi-
tus esse diminutos, debet hoc probare per tex.in §. sin autem fortuita in auct. de æqual.dot. Rescriptum verò si impugnatur quia surreptitium,an impetranti,an opponenti incumbat onus probã-
2 di vid.Felyn. in c. constitutus num.1.de reser. Insuper multi deinde sunt casus quibus dubitatur, an onus probandi in-
3 cumbat actori, vel reo, sed tenc hanc

regulam pro methodo, quòd ille qui se fundat, seu qui allegat aliquid pro fundamento suæ intentionis illud te-
4 netur ipse probare. l.cum te minorem. C.de probat.ideò si refricatur in dubiũ, quòd causa dispensationis sit vera, an habeat probare dicens eam falsam, an dicens eam esse veram, & aliquis dicit se esse in patris potestate, alius dicit eũ emancipatum, quis probabit, & si quis se appellasse, alius dicit, quòd intra decem dies non appellauit, quis probabit & si creditor allegat priorem hypothecam, & emptor allegat priorem, quis probabit?

Teneas etiam hanc methodum his in casibus, vel similibus, quòd præsumptiones transferunt onus probandi in
5 aduersarium iuxta gl. in l. siue possidetis. C.de probat.& teneas pariter, quòd quoties aliquid communiter consuetuit esse certo modo, illa communis cõtingentia transfert onus probandi in aduersarium secundum glo.in l.neque natales. C.de probat.certos verò casus, quibus dubitat̃, an actori, vel rei onus probandi incũbat, inuentione satisfacit laboriosa illos, & authoritates consulẽtiũ ac scribentium refert Fely.in c.ex literis pen.& vult.col.de probat.

DVBITATIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, seu reseriptum tollẽs exceptionem, vel appellationem, an intelligatur tantum de iniusta exceptione, vel appellatione.*
2 *Verbum, liberè, non intelligitur excludere exceptionem, quæ venit natura actus celebrati.*
3 *Pactum penale de non expellendo conductorẽ intelligitur, nisi cessauerit à pensione.*
4 *Agens secundum naturam contractus non videtur venire cõtra contractum.*
5 *Testator si grauauit heredem, ne molestet fideicommissarium, tamen poterit petere detractionem quartæ Trebellianicæ.*
6 *Promittens defendere aliquẽ intelligitur quãdo iniustè opprimetur.*
7 *Prohibitus aliquid molestiæ inferre, poterit molestare de iure.*
8 *Lex vniuersaliter, & negatiuè loquens purè, quia dicat, nullus alius, vel statutum dicat nulla exceptio admittatur, nisi talis, tamen poterit admitti similis.*
9 *Defendere promittens de iure, & de facto promittere sic non potest ob turpitudinem.*
10 *Princeps prohibens, quòd nullo modo aliquis molestetur, intelligitur etiam de molestia iuris.*
11 *Molestari quis dicatur per citationem, vel litis contestationem; & pœna incurritur mouendo controuersiam in iudicio.*
12 *Testator si prohibuit ne vxor sua molestetur intelligitur de molestia facti, sed benè poterit molestari de iure.*
13 *Clausula, compescas contradictores, intelligitur de cõtradicentibus de facto non de iure.*
14 *Papa si mandat reuocari quicquid factum est, debet intelligi de eo, quod factum est illicitè, & iniustè.*
15 *Verba ista, promitto habere ratum absque contradictione aliqua, intelliguntur de iniusta, & contradictor est citandus.*

PLacitum, seu reseriptum tollens exceptionem, vel appellationem, an intelligatur tantum de iniusta exceptione, vel appellatione, & quid dicendũ, quando prohibetur molestia, vel contradictio?

Quòd reseriptũ tollẽs appellationẽ
1 vel exceptionẽ intelligit̃ solũ de iniusta, firmat Bar.in l.1.§.fi.ff.à qui.appe.nõ lic.per tex.in c.ex parte il 2. de offic.deleg.& l.1.§.& parũ cum gl.in verb. nulla iusta, & ibi Bart. ff.quod vi aut clam. & l.ita nobis pudor vbi gl.& Salic.C.de adulter.

Intellige tamen nisi daretur priuilegium cum clausula non obstante exceptione, vt per Alex.in l.3.§.siquis pro quo ff.quod quisque iur.

Sed diffusius quoad appellationem notant scriben.in c. pastoralis in princ. de appell.

Scribit

Digitized by Google

Scribit pariter Rom. in conſ. 202. col. 2. quòd fideiuſſor promittens ſoluere liberè ſine aliqua exceptione non intelligitur de iuſta, quia verbum liberè non intligitur excludere exceptionem
2 quæ venit natura actus celebrati. l. quęro. §. interlocatorem. ff. locat. vbi pactũ pœnale de non expellendo conductorem intelligitur, niſi ceſſauerit à penſione, per quem text. dicit Bald. in l. 1. C. de vſufr. & in l. cum quid ff. ſi cer. pet. quòd ſi promitto vſufructuario, quod liberè cum permittã vti vſufructu nullam quæſtionem, controuerſiãve moturus intelligitur dũmodo præſtet cautionem, qũia venit ex natura contra-
4 ctus, & quod agens ſecundum naturã contractus non videatur venire contra contractum multa ſcribit. Bal. in l. ſi familiæ. C. fam. ercit. & in l. quoniam in prioribus verſ. vlterius oppono. C. de inoff. teſta. Bald. in l. qui ſe debere. ff. de condit. ob cauſ.

Similiter dicit Imol. in l. paterfamilias propè fin. ff. de hæred. inſtit. quod ſi teſtator grauauit hæredem, ne moleſtet fideicommiſſarium, tamen poterit pe-
5 tere detractionem quartæ Trebellianicæ.

Et in ſimili dicimus, quòd promittẽs defendere aliquem intelligitur quan-
6 do iniuſtè opprimetur, ſecus ſi iuſtè Abb. in c. recepimus de priuil.

Quinimò etiam prohibitus aliquid moleſtiæ inferre, poterit moleſtare de
7 iure ita probat. gl. in c. 1. in verb. inferatis de ſtat. mon.

Si reſcriptum pariter, vel ſtatutum dicat, remouemus exceptionem contra inſtrumentum publicum, tamẽ admittitur exceptio, quod inſtrumentum non ſit publicum, & omnis exceptio ſimilis, quia quamuis loquatur lex vniuerſaliter, & negatiuè purè, quia dicat, nullus alius, vel ſtatutum dicat, nulla exceptio admittatur, niſi talis, tamen
8 poterit admitti ſimilis, & non excluditur ſimilis exceptio, & ita cæteræ ſimiles non excludũtur gl. eſt in l. cognitio. ff. de off. eius gl. in l. 1. §. & parui in verb. nulla. ff. quod vi aut clam. ex qua Bart. ibi notat, quod ſi ſtatutum dicat, quod nulla alia exceptio poſſit opponi, poterunt tamen opponi ſimiles.

Cæterum ſiquis promitteret defendere de iure, & de facto non valet promiſſio propter turpitudinem Alex. in l.
9 ſtipulatio iſta in princ. ff. de verb. oblig. & ſi princeps prohibet, quòd nullo modo aliquis moleſtetur intelligitur etiã
10 de moleſtia iuris per tex. in auth. de fideiuſſ. in prin. ibi moleſtum ſit Bart. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. gl. in clem. 2. in verb. nullo modo de æta. & qual. quando autem quis dicatur moleſtari, vtrum per citationẽ, vel litiscon-
11 teſtationem dicas vt per Batt. in l. amplius. ff. rem rat. hab. Alex. cõſ. 193. alias 52. vol. 2. vbi conſuluit, quod pœna apposita per teſtatorem hæredi, qui moleſtauerit vxorem in aliquibus bonis incurritur pœna mouendo ei controuerſiam in iudicio inducit gloſam, & Bartol. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. & Paul. de Caſtr. conſ. 190. refert Felyn. in c. cauſam, quæ ſub num. 25. de reſcrip.

Si teſtator etiam prohibuit, ne vxor
12 ſua moleſtetur, intẽlligitur de moleſtia facti, ſed benè poterit moleſtari de iure, puta, petendo cautionem de vtẽdo, & fruendo vſufructu arbitrio boni viri gl. in c. pro illorum in verb. contradictores de præben. dicensibi, quòd illa clauſula, compeſcas contradictores, intelligitur de contradicentibus de fa-
13 cto, & non de iure ad idẽ facit in pręallegato propoſito gl. in l. ſi ſeruus. §. ait prætor in verb. non videri, ff. de acquir. poſſ. Bal. in l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine, & in l. 1. C. de vſufr.

Similiter ſi Papa mandat renocari quicquid immutatum, vel factum eſt; debet intelligi de eo, quod factum eſt
14 illicitè, & iniuſtè non de eo, quod iuſtè. c. audita de reſtit. ſpol. Nicol. Mil. in reperto.

reperto.in litera Papa si mandat.

Idē dicitur de executoribus, qui non habent potestatē contra contradictorem, nisi indebitè contradicat, & qui non vult possessionem dimittere sine causæ cognitione, non dicitur contradicere indebitè, & ista verba, promitto habere ratum absq; aliqua contradictione, intelliguntur de iniusta, & cōtradictor est citandus ita. Barto.in l.fin. col.pen. C.de ædic.Diu.Adr.toll. Bald. in l.fin. col.1. C.qui adm.hæc etiam refert Fely.in d.c. cautam quæ sub nu.19. & 20. de rescr.

DVBITATIO LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio, an & quando possit trahi ad consecutiua.*
2 *Episcopus dispensans cum monacho ad Curatum nō dicitur dispensare cum eo ad beneficium simpliciter declara vt ibi.*
3 *Dispensatus ad duo incompatibilia non intelligitur dispensatus in eadem ecclesia intellige, vt ibid.*
4 *Dispensatio super eo quod est plùs, comprehendit quod est minus.*
5 *Potestas dispensantis vbi consideratur fit extensio ad consecutiua etiam separabilia ob identitatem, vel maioritatem rationis.*
6 *Dispensatio clausa in corpore iuris, vel facta motu proprio, vel ob publicam vtilitatem, quam interpretationem patiatur, & quid in materia matrimoniali. ibid.*
7 *Extensio fit in dispensatione habente verba pregnantia.*

PLacitum, vel dispensatio, an & quando possit trahi ad consecutiua.

1 Pro clariori intelligentia firmo regulam, quòd in dispensationibus nō fit extensio etiā ad casum minorē, & habentem in se maiorem rationem, quam habeat casus concessus. Abb. in c.ad aures de reiect. ratio est, quia dispensatio censetur odiosa. c. 1. in fin. de fil. præsbyt.in 6.

Ideò si Episcopus dispenset cum monacho ad curatum non tamen dicitur dispensare cum eo ad beneficium sim-
2 pliciter, & si quis dispensatur super beneficio, intelligitur de simplici, nisi tamen dispensatio dicat ad quæcunque beneficia. Abb. in c. 2. colu. 3. de cler. pugn.in duel. & dispensatus ad duo incompatibilia non intelligitur dispensa-
3 tus in eadem ecclesia, vt fiat stricta interpretatio. Abb.& alij in c.de multa de præbend.

Intellige nisi casus dispēsatus habeat rationem expressam, quia vbi erit eadem ratio non est extensio Abb.in c.at si clerici.§.de adult.col.5. vbi & aduertè de iudic.

Intellige etiam dummodo agatur de dispensatione non multum odiosa, sed potiùs gratiosa. Abb. in ca. ad aures de resc.vbi ita intelligit tex.in c.p venerabilem post prin. ibi videretur extra qui fil.sint.legit.

Et notandum est, quòd dispensatio super eo, quod est plus, comprehendit
4 quod est minus vnde si concessum erit illegitimo, quòd posset habere episcopatum, est etiam concessum, quod possit præsbyterari, quia sine sacerdotio non posset esse episcopus c.ex literis de excess.prælat. gl.in c.quia in tantum de præben.vbi Abb.post alios adducit gl. in c.liquis in clerico 6.q.1. quæ dicit, q̄p ex quo dispensatur cum aliquo super pluralitate beneficiorum, videtur etiā dispensatum super residentia vbi etiam agitur de consideranda potestate dispensationis, prout consistit in persona
5 eius cui datur potestas dispensandi tūc fit larga interpretatio, & etiam extensio ad consecutiua etiam separabilia propter identitatem, vel maioritatem rationis, gl.fin.in c.hi qui 15. q.vltima veluti si Papa dat potestatem episcopo dispensandi super crimine cum clericis depositis, vt promoueantur ad dignitatem

Digitized by Google

tatem per consequens videtur dedisse potestatem, vt tales restituat.

Vbi verò agit de dispensatione quæsit clausa in corpore iuris, ita iudicatur de ea, & de priuilegio clauso in corpo-
6 re iuris, vt de iure, dispensatio non inserta nō recipit omnem extensionem, quam recipit lex. glo. in verb. corporali in c. vt circa de elect. in 6. Fely. in c. postulasti sub num. 13. vers. limita quinto de rescr.

Vbi pariter dispensatio fit motu proprio, & propter publicam vtilitatem tunc extenditur ad consecutiua etiam sine quibus dispēsatio imprimeret suū effectum Io. And. post Hostien. in c. cū in cunctis colu. 3. de elect. ideò volunt canonistæ, quòd si dispensatur cū episcopo motu proprio Papæ, & propter publicam vtilitatem, vt non teneatur promoueri intrà tempus de consecrādis episcopis, & ista dispensatio extenditur ad priora beneficia retinenda, sicque infertur, quòd dispensatio non est stricti iuris, quando fundatur super publica vtilitate, & est facta motu proprio.

In materia quoque matrimoniali facta dispēsatio extenditur, quia debet intelligi largè in fauorem matrimonij, nisi ex larga interpretatione sequeretur scandalum. Nicol. Mil. in repertor. in dispensat. vltima. §. 1. vbi inducit tex. in capit. quod dilectio de consangu. & affinit.

Regula insuper p nos præmissa procedit quando in diuersis generibus arguitur in dispensatione de maiori ad
7 minus, secùs si argueretur, in eo genere, scilicet, de beneficio curato ad canonicatum, vel personatum, nam in dispensatione habentes verba prægnātia licitè fit talis extensio notat Felyn. in d. cap. postulasti sub num. 13. limitatione 8. de rescr.

DVBITATIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Rescripti interpretatio, an secundum ius commune fieri debeat.*
2 *Narratio non attenditur, sed conclusio in interpretando rescripto.*
3 *Rescriptum recipit vires ex intellectu scribentis.*
4 *Mens rescribentis talis præsumitur qualis debet esse de iure.*
5 *Rescripta ad beneficia interpretamur strictè. Item & ad lites.*
6 *Rescriptum debet accommodari in dubio iuri communi nisi aliter constet de contraria mente principis.*
7 *Rescripta expressè contra ius commune debēt latissimè interpretari.*
8 *Litteræ vbi sunt contra ius potiùs æquiparātur illis, quæ dicuntur de priuilegio, & beneficio, quam de rescriptis.*

PLaciti, vel rescripti interpretatio, an secundum ius commune fieri debeat.

1 Interpretationē rescripti fieri debere secundum ius commune probat tex. in c. licet de præben. glo. in cap. paratus in verb. prodesse 23. q. 1. vbi habemus verba rescripti debere conformari æquitati etiamsi natura verborū hoc non patiatur. c. causam, quæ de rescrip. ideò rescriptum mandans, quem absolui præstita satisfactione, exponitur, vel præstita cautione de satisfaciendo, vt sit conforme iuri communi de quo in c. ex tenore & c. cum desideres de sent. excom. & dicit Bal. in l. 1. versic. fi. ff. de constit. prin. quòd omnia rescripta debent intelligi cum iustitia, & si princeps dat, vel confirmat, semper debet intelligi saluo iure alterius.

Sed declarandum venit, quòd in in-
2 terpretando rescripto non attenditur narratio, sed conclusio Bal. in l. præscriptione ad fi. C. si contra ius Innoc. in c.

super

ſuper litteris de reſcrip. ſicut etiam in libello dicit Bart. in l. Aurelius. §. Sticho. ff. de lib. leg. Abb. in c. 2. de treug. & pac.

Vlterius ſciendum eſt, quòd reſcriptum recipit vires ex intellectu ſcribentis Innoc. in c. cum eccleſiaſticæ de excep. Bal. in l. reſcripta colum. pen. C. ſi contra ius & mens ſcribentis talis fuiſſe præſumitur, qualis eſſe debet de iure. Bal. in l. ex facto in 4. not. per illum tex. ff. de vulg.

Imò etiam reſcripta ad beneficia interpretantur ſtrictè. c. quamuis il 1. de præben. in 6. Socin. conſi. 179. verſ. ſubtilius ſtringo vol. 2.

Et reſcripta ad lites ſunt ſtrictius interpretanda quam reſcripta ad beneficia eccleſiaſtica Abb. in c. 4. de reſcri. & quòd ſtrictius interpretentur eſt rationabile, quia ſunt odioſiora. c. quamuis lib. 1. de præben. in 6.

Vbi verò aperte conſtaret de contraria voluntate Papæ, vel principis reſcriptum non debet accommodari iuri communi, prout accommodari debet in dubio. Nicol. Mil. in repert. in verb. reſcriptum.

Et licèt reſcripta ad lites debeant interpretari ſtrictè, vt reducantur ad ius commune, tamen fallit, vbi ſunt expreſsè contra ius commune, quia tunc debent latiſſimè interpretari quantum patitur proprietas verborum, & mens mandantis ſecùs vbi proprietas verborum hoc non pateretur per tex. in cap. ſignificante &c. Rodulphus de reſcri. ſed vbi litteræ ſunt contra ius potiùs æquiparantur illis, quæ de priuilegio & beneficio dicuntur quam de reſcriptis glo. in c. 1 in verb. noſcatur. de conſtitu. in 6.

DVBITATIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Placita, ſeu reſcripta ad beneficia, an ſemper ſint interpretanda ſtrictè.*

1 PLacita, ſeu reſcripta ad beneficia diximus interpretanda eſſe ſtrictè, quæro an ſemper hoc procedat.

Et certè intellige illam concluſionẽ procedere niſi litteræ ad beneficia ſint fauorabiliores, puta, quando per ipſas reducitur res ad naturã ſuam. vt ſi dant Epiſcopo facultatem conferendi beneficia propriæ diœceſis, quæ erant ſeruata, Fely. alios referens in c. cauſam, quæ ſub nu. 7. de reſcr.

Idem intelligas, & dicas in litteris beneficialibus proprio motu conceſſis Felyn. in c. ad aures verſ. 5. concluſio de reſcrip. idem etiam affirmes in litteris beneficialibus conceſſis alicui in renuntiationem damni, quod habuit occaſione eccleſiæ cui pro ipſo ſcribitur Rom. conſi. 328. vbi habes alia ſignaco gnoſcendi huiuſmodi gratias eſſe quãdoque fauorabiles, & benignè interpretandas.

Et licèt conceſſio facta in beneficialibus ad inſtantiam partis debeat ſtrictè interpretari c. quamuis il primo de præben. in 6. eſt tamen illa latiſſimè interpretanda per text. in c. cautam, quæ de reſcript.

Litteræ verò beneficiales non ſunt ita amarè interpretãdæ, & ſtrictè, ſicut reſcripta ad lites ſecundũ aliquos, imò aliqui ex Canoniſtis voluerunt ſtrictiorem fieri interpretationem in beneficialibus, quàm ad lites, quia ſunt odioſiores d. c. quamuis ſatis ſcriptum ſit remittendo te ad notata in ſuperius dubitatione 23.

DVBITATIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio priuilegij an sẽper fiat ſtrictiſſimè.*
2 *Priuilegium enormiter ledens eccleſiam non valet.*
3 *Priuilegium non debet ita ſtrictè interpretari,*

Digitized by Google

ri, quòd nihil operetur.

4 *Priuilegium, quod ſapit beneficium latiſſimè debet interpretari.*

5 *Verba priuilegiorum papæ ſunt interpretanda ſecundum Canones non ſecundum leges.*

6 *Indultum generaliter non includit caſum contra Remp.*

7 *Immunis tenetur ad collectas compoſitas tempore guerræ.*

8 *Priuilegia latè interpretanda ſecundum qualitatem perſonæ.*

9 *Priuilegiatus, quòd poſſit celebrare tempore interdicti intelligitur, quòd celebrare poſſit etiam in pontificalibus.*

10 *Teſtator legans lectum, non videtur legaſſe culcitram de ſerico.*

11 *Factor domini non poteſt capere ad vecturã equum pro eundo rus, niſi qualitas perſonæ aliud exigat.*

12 *Abbas ſumptuoſiorem cappam debet habere quam monachus.*

Etigimus ſub 23. dubitatione,& alibi,quòd interpreta-
1 tio priuilegij fit ſtrictiſſimè regulariter per text.in c.priuilegia 4. diſt. an quandocunque hoc militet inquirendum.

Et primo deuenio ad priuilegium enormiter lædens eccleſiam,& tunc firmandum eſt illud non valere Abb. in c. pen. de cler. non reſiden. ſed notandum ſuper hoc, quòd vbi priuilegium non priuat legem communem, ſed priuatam, puta, conſuetudinem vel ſtatutum, & reducit legem priuatam ad ius commune,tunc debet latè interpretari per tex. in c. olim de verb.ſigni.

Nec inſuper debet priuilegiũ adeò
3 ſtrictè interpretari, quòd nihil operetur.glo.fi.in c.allegant 26.q.8.vbi verba generalia, quæ ponit princeps in ſuis priuilegiis non debent tenaciter interpretari,& ideò Bal.in l. ſæpè in fin.ff.de offi.præſid. ſequendo gl. primam ibi in fi.vult,quòd ne reſcriptum reddatur inutile,fieri debeat lata interpretatio, ſic etiam dicit Bald.in l.2.4.notab.C.de legi. quòd priuilegium principis non eſt obſcurè neque abſurdè interpretandũ ſed ſanè,& propriè per tex.in l.ex facto ff.de vulga.

Priuilegium quoq; quod ſapit bene-
4 ficium,latiſſimè debet interpretari per tex.in l.beneficium. ff.de conſtitu.prin. vbi dicit Bal.col.2.quòd ſi princeps donat iuriſdictionem alicuius Caſtri, videtur donare omnem iuriſdictionem, & ſi donat Ciuitatem, videtur donare comitatum, & diſtrictum tam in mari, quam in terra.

Et quamuis priuilegium concedens aliquid contra ius commune ſtrictè ſit interpretandum, ſecùs tamen dicendũ eſt in beneficio, puta quando Imperator donat Caſtrum,vel ſimilia,ita Bart. in l.ſi quando in prin. C.de inoff. teſta. vbi Bal.dicit etiam, quòd verba priuilegiorum Papæ ſunt interpretanda ſecũ-
5 dum canones, non ſecundum leges, vlterius ꝑiuilegium generaliter indultum non includit caſum contra Rem-
6 pub. & ſi includeret,non valeret.Bald. in l.iubemus nullam in prin.C.de ſacro ſan. eccle. & hinc eſt, quòd ille cui eſt præſtita à ciuitate immunitas, tenetur
7 ad collectas, quæ imponuntur ratione guerræ.Alex. in l.ſi ex toto in prin.ff.de leg.1. Rom. conſi. 436. vbi probat latè, quòd clauſulæ generales priuilegij in fauorem priuati non derogant iuri publico.

Priuilegia quoq; notabis eſſe latè interpretanda ſecũdum qualitatem per-
8 ſonæ Bal. in l. ex militari per illum tex. ff.de mil.teſta.dicẽs,quòd ſi conceſſum eſt alicui Epiſcopo priuilegium, quòd poſſit celebrare tempore interdicti, in-
9 telligitur, quòd poſſit celebrare etiam in pontificalibus,& facit tex.in l.plenũ §. equitij. ff. de vſu & habit. & quod ibi dicit Bar.& Ang.videlicet,quòd ſi teſtator legat lectum alicui mulieri viduæ,
10 non videtur legaſſe culcitram de ſerico, quia repugnat honeſtati viduali, & facit glo. in l. idemque §. idem Labeo.

Digitized by Google

ff. mand. dicens factorem domini non
11 posse capere ad vecturam equum pro eundo rus, quando conditio suæ personæ non exigit hoc, secùs si exigat; simile dicitur in vestib. fiendis secundum, qualitatem personæ in l. sed & si quid. §. 1. ff. de vsufr. vbi Bald. dicit, quòd Ab-
12 bas sumptuosiorem cappam debet habere quam monachus.

DVBITATIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sequentia an in materia beneficij debeant referri ad præcedentia, & quid in alijs casibus. ibid. latè.*

1 IN materia beneficij principis, an ea, quæ sequuntur debeant referri ad præcedentia, & quid in alijs casibus.

Quia agimus de materia, in qua debet fieri latissima interpretatio, puta, de beneficio principis, tunc enim nunquam ea quæ sequuntur, debent referri ad omnia præcedentia, quando per talem relationem restringeretur dispositio, quæ de sui natura est amplianda, tex. est secundum intellectum Innoc. & doct. in c. dilecti de do.

Hinc dicamus clausulam regulariter ad omnia præcedentia referri, ad cuius materiam faciunt notat. in l. si vnus. §. inquit. ff. ad l. Aqu. & per Socin. cons. 250. vers. 3. ratio est volum. 2. vnde dicit Ang. in §. hinc nobis in fin. in Auth. de hæred. & Falc. q̃ consultor dans vnicã responsionem duabus quæstionibus, videbatur ambabus respõdere, si adaptatur responsio vtrique facit dictum Bar. in l. si stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obli. vbi dicit, quòd si dico promittis mihi, & Titio, & respondeas, promitto, intelligitur de vtroque.

Sed hanc regulam, quòd clausula referatur ad omnia præcedentia, intellige, nisi pœna sit posita in principio in vna parte prohibita, quia in alijs posteà prohibitis non censetur repetita gl. in clemen. 1. in verb. sanctioni de vit. & hone. cler.

Intellige quoque procedere nisi aliqua ratione non posset clausula referri ad omnia, quia tunc refertur ad proxima tantum, vt patet in l. si idem cum eodem. §. fina. ff. de iurisdict. omn. iud. & in l. 1. §. deinde cum sequen. ff. de postul. etsi non potest referri ad proxima tunc ad alia superiora *fm* Alexan. in d. l. si idem, arg. l. qui in adoptionem in fi. ff. de adop. quando enim est dare diuersitatis rationem, quare magis clausula referatur ad vnum quam ad aliud, tunc clausula in fine posita non refertur ad omnia superiora ideò dicit. Bald. in l. in actionibus 3. notab. per illum text. ff. de infa. quòd dictum in vno capitulo, non intelligitur repetitum in alio capitulo, in quo non adest eadem ratio etiamsi omnia capitula vno contextu ponantur.

Procedit etiam regula dummodo clausula in fine posita, esset per se principaliter posita adeò, quòd non constat expressè, quòd sit apposita ad qualificandum vnum capitulum vt est casus in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. secùs si venit accessoriè ad qualificãdum vnũ capitulum, prout est quando conditio adijcitur vni dispositioni, seu capitulo, vt legato, quia non intelligitur repetita seu relata ad præcedentẽ dispositionem tex. est cum gl. in l. filium in prin. ff. quando dies lega. ced. Refertur etiam clausula in fine posita ad omnia, scilicèt principaliter apposita, non autem ad apposita incidenter seu causa demonstrationis. Bar. in l. fin. §. Titia. ff. de liber. legat. Procedit quoque præmissa regula nisi immineret absurdum referendo clausulam ad superiora quia ẽt in fine posita non refertur. Abb. in c. ecclesia lib. vlt. de elect. procedit etiam nisi in vno capitulo aliquid subaudiatur, quia talis subauditio non censetur repe-

Digitized by Go

repetita in alijs capitulis. Bald. in l. 1. in prin. ff. quòd quiſque iur.

De materia tandem huius regulæ collige quæ notat. Iaſ. ampliando, & limitando in l. 1. C. de lib. præter. dot. in l. ſi idem cum eodem. §. final. ff. de iuriſd. omn. iud.

Et ſuper hac concluſione nota, qđ verba vltimo loco in fine poſita quæ aliàs ſolent regulariter referri ad omnia præcedentia referuntur ſolum ad proxima. Bart. & alij in l. talis ſcriptura. ff. deleg. 1. Rolan. à Vall. conſi. 23. num. 37. vol. 4 vbi plures citat, & qualitas appoſita in vno capitulo teſtamenti non dicitur repetita in alio capitulo ſeparato claro, & non dubio continente orationem perfectam, & diuerſas perſonas maximè cum in vnoquoque capitulorum ipſe teſtator ſpecialem fecerit diſpoſitionem, ſecundum regulam generalem, quòd diſpoſitio facta in vno caſu non debet trahi ad alium l. commodiſſimè. ff. de lib & poſth. Rol. à Val. cõſ. 38. nume. 56. lib. 4. vbi exemplificat in qualitate maſculinitatis expreſſa in vno capite quæ non trahitur ad aliud caput, nec ad aliud cenſetur repetita tanto magis, quando ſumus in materia ſtricta quæ non debet extendi. Rolan. conſi. 58. num. 20. vol. 1.

Et quando dicitur, quòd clauſula in fine poſita refertur ad præcedentia, hoc intelligitur ad præcedentia eis correſpondentia. Rip. reſp. 182. num. 1. ſed cũ ſunt ſeparata nec correſpondent, durũ erit nimis ſeparata coniungere, & clauſula refertur ad præcedentia, quando præcedentia diſponunt de eadem perſona, vel re de qua diſpoſuit capitulum cui adijcitur clauſula, ſecùs ſi diſponũt de alijs perſonis, vel rebus. l. Iulius Paulus. ff. de condit. & dem. l. fi. §. ſcio quem. ff. dele. 2. Bar. in l. ſciæ. §. Caio. ff. de fund. inſtr. Rip. in l. hæredes. §. peto num. 6. ff. ad Trebell & refertur ad præcedentia, quando vltima clauſula ad ea conuenit, non autem debet referri ad ea capitula quæ habent propriam, & ſpecialẽ determinationẽ, ſed ad illud, q̃ nõ hẽt vltrà qđ ſeparata capitula ſunt diuerſa, & ſtricta in ſua oratione, ideò refertur ad illud ſolum cui cohæret non ad alia. Caſtr. in l. 1. num. 2. C. de lib præter. & in dubio clauſula refertur ad proximè præcedentia non ad remota. l. fin. vbi. Bar. ff. de reb. dub. & militat, vt prædixi, regula præmiſſa, quando non eſt dare rationem quare magis referatur ad vnum quam ad aliud tantum. Caſt. in d. l. ſi idem cum eodem. §. ſi vna actio ff. de iuriſd. omn. iud. aliàs debet referri ad illud in quo maior eſt ratio. Caſtr. l. fi. ff. de reb. dub. vbi ait, quòd ſi qualitas eſt appoſita in vltimo capitulo non poteſt dici, quòd cenſeatur repetita in præcedentibus.

DVBITATIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Inferiores à principe, an & quando poſſint interpretari verba priuilegij.*
2 *Succeſſor in officio non poteſt interpretari ſententiam prædeceſſoris declara vt ibi.*
3 *Interpretatus ſemèl aliquid non poteſt amplius illud idem interpretari.*
4 *Teſtamentum pluries poteſt interpretari.*
5 *Iudex in caſibus in quibus poteſt reuocare interlocutoriã poteſt pluries illam interpretari.*
6 *Statuta confirmata per principem non poſſũt interpretari ab inferiore.*
7 *Confirmans videtur de nouo facere intellige, vt ibi.*

PLaciti, vel priuilegij verba, an & quando poſſint inferiores
1 à principe interpretari.

Clarum eſt, quòd ſi principalis quæſtio erit de priuilegio, quia petitur rumpi, vel confirmari, in hoc recurritur ad Papam ſi verò incidenter oritur quæſtio de priuilegio, puta, excipiendo, vel replicando, tunc etiam in-

ferior à Papa, vel principe poteſt cognoſcere pronunciando contra priuilegiatum ita.Bald.in l.2.C. de appellat. Idem verò.Bal.in l.cum de nouo.C. de legi. dicit, quòd vbi habetur præſentia priuilegiantis, nũquam inferior poteſt interpretari,fallit, niſi princeps ſit in loco,quia tunc ad principem eſt recurrẽdum,ex quo poteſtas interpretandi cohæret perſonæ, adeò quòd non tranſit in alium.Innoc.in c.fi.de ſucceſſ. ab inteſt.glo.in l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum,in verb.appareat, ff. de rei vend. & in l. inter ſtipulantem in verb. adori.ff.de verb.obl.hincque eſt, quòd procurator ſine ſpeciali mandato,non poteſt interpretari libellum productũ à domino ita.Bald.in d.l.idem Pomponius.Item ſucceſſor in officio non po-
2 teſt interpretari ſententia prædeceſſoris.Bal.in l.2.C.de ſent.ex breui. recit. intelligas tam hoc in interpretatione, quæ ſit ex mera voluntate, putà, ſi iudex condemnauit aliquem in vna manu,& non dixit de ſiniſtra, vel dextera, ſucceſſor,vel hæres,vt alij non poterũt interpretari, ſed vbi agitur de interpretatione ex veriſimilibus coniecturis hanc facere poteſt quilibet ſucceſſor ita.Bar.in l.inter ſtipulantẽ.§. 1.ff.de ver. obl.Qui verò ſemèl eſt interpretatus ali
3 quid non poteſt ampliùs illud idem interpretari.gl.in l.quicquid aſtringendæ ff.de verb.obl.niſi tamen deſtructio rei interpretatæ ſpectaret ad interpretantẽ,puta in teſtamento, quia tunc pluries interpretari poſſet per text. in l.ſi-
4 quis in principio.ff.deleg. 3.ita etiam iudex in caſibus in quibus poteſt reuocare interlocutoriam ſuam poterit illam
5 ſemèl,& pluries interpretari. Imo. in l. quòd iuſſit.ff.de re iud.

Statuta autem confirmata per Papã, vel principem non poſſunt interpreta
6 rĩ ab inferiore, quia dicuntur Papalia, ita Bal.in l.ex facto. ff. de vulg. ratio eſt quia confirmans videtur de nouo facere. l.& quia.ff.de iuriſd. omn. iud.
7

Quòd intelligas in ſtatutis, quæ ſine confirmatione non valuiſſent,quia illa benè dicuntur Papalia ſecundum. Bal. in l.explacito colu. 3.C.de rer.perm.ſecùs ſi omninò valuiſſent ſine confirmatione ſecũdum. Bal.ibid.niſi confirmatio haberet decreti clauſulam,per text. in c.dilecto de præben. quia tunc non poſſunt interpretari generali interpretatione,ſed particulari,& faciunt tradita per Fely.in c. cum omnes de conſt.

DVBITATIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Placitum ſeu reſcriptum non faciens mentionem de ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, an valeat.*
2 *Sententia nulla non tranſit in rem iudicatam nec meretur nomen ſententiæ.*
3 *Reſcriptum committens cauſam finitam per ſententiam non eſt inualidum, quando ſententia non tenuit.*
4 *Libellus,quando eſt ineptus, nulla exceptio, eſt pœnalis,& ſi reus tunc mentiatur negando ſe poſſidere non punitur.*
5 *Reſcriptum vbi ſit nullum,vel elidibile,non eſt opus de eo facere mentionem.*
6 *Attentata poſt appellationem veniunt reuocanda.*
7 *Contumax in non reſpondendo non poteſt haberi pro confeſſo vbi iudicium eſt nullum.*
8 *Suſpitionis allegatio inualidata per ſtatutum non nocet proceſſui iudicis recuſati.*
9 *Litis conteſtatio inualida,non obſtat exceptioni dilatoriæ.*
10 *Impetratio non faciens mentionem de ſententia in cauſa matrimoniali non tranſit in rem iudicatam.*

PLacitum,ſeu reſcriptum non faciens mentionem de ſententia
1 quæ tranſiuit in rem iudicatam an valeat?

Surreptitiam eſſe impetrationem facentem de ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam probat gl. in c.ſuper litteris

teris de reſcr. & eſt tex. in c. expoſita vbi ſcriben. de arbit. niſi adijciatur non obſtante tali ſententia tranſacta in rem iudicatam l. fi. & ibi notatur. C. ſent. reſcin non poſſe. l. cauſas cum ibi not. C. de trã ſact. & priuilegium impetratum poſt tranſitum in rem iudicatam, tacito de illo tranſito non valet d. c. ſuper litteris Imò etiam ſi diceretur, non obſtante ſententia lata, per hoc non dici debet facta mentio tranſitus in rem iudicatam gloſſ. in l. fin. C. ſent. reſc. non poſſ vbi Bald. tangit quæſtionem hanc, imo etiam ſi narraretur de executione, non ſequitur; quòd dixerit de tranſitu in rẽ iudicatam, quando fuiſſet ſententia abſolutoria, quia illa trahit ſecum executionem abſq; aliquo nouo facto iudicis. Bar. in l. miles. §. q iudicari. ff. de re iu.

Vbi verò ſententia eſſet nulla, tunc
2 non oportet de ea mentionem facere, quia ſententia nulla non tranſit in rem iudicatam nec dicitur habere nomen ſententiæ l. 4. §. condemnatum, & l. ſi eum nulla. ff. de re iud. ideò reſcriptum
3 committens cauſam finitam per ſentẽtiam non eſt inualidum, quando ſentẽtia non tenuit etſi de ipſa non ſit facta mentio, & iſta eſt maxima limitatio ad l. fin. C. ſent. reſcin. non poſſ. vbi dicitur reſcriptum contra ſententiam non valere, & dicit. Bald. in l. edita col. pen. C. de edend. quòd quando libellus eſt ineptus, ſeu non ſolemnis nulla exceptio
4 eſt pœnalis, & ſi reus tunc mentiatur negando ſe poſſidere, vel dicendo ſe poſſidere pro alio, cùm poſſideret per ſe, ſiue aliter, calumniet, non punitur, & citat. l. vnic. in verbo. ſolemniter C. de his, qui poten. nom. quòd dicit eſſe notabile ad multa ſtatuta imponentia pœnam excipienti certo modo, & hoc dictum extollit. Alex. in d. l. vn. pro notabili limitatione ad l. fin. ff. de rei vend. cum ſimilibus iuribus imponentibus pœnã neganti, vt non procedant, ſi libellus fuit ineptus, vel non ſolemnis.

Inſuper de reſcripto nullo, vel elidibili non eſt opus facere mentionem gl.
5 in c. ex tenore de reſcript. & in c. cũ noſtris in verb. de facto de conceſſ. præbẽ. & in c. ſuggeſtum in verb. poſterius de iurepatr. vnde dicunt ſcribentes in c. ex parte de reſcrip. quod de appellatione aduerſarij deſerta, nõ ẽ opus facere mẽtionem, ſimiliter dicit Abb. in c. dilectè de except. q de attentatis poſt appellationem per iudicẽ à quo, nõ eſt opus
6 facere mentionem, quia veniunt retractanda, c. non ſolum de appel. in 6. ideò etiam Abb. in c. per veſtras col 3. de donat. int. vir. & vx. dicit, quòd de ſententia nulla, vel de proceſſu nullo non eſt opus facere mentionem, prout, & de compromiſſo nullo non eſt opus facere mentionem, puta ſi fuerit compromiſſum in laicum ſuper decimis contra diſpoſitionem tex. in c. contigit de arbitr. ideò etiam dicit Bart. in l. filius. ff. de interrog. act. quod contumax in nõ reſpondendo non poteſt haberi pro cõ
7 ceſſo, vbi iudicium eſt nullum, & dixit Abb. conſ. 99. quòd literæ facientes, mẽtionem de alia gratia intelliguntur de valida, nõ de nulla, & Ro. in conſ. 220. ſcribit, quòd allegatio ſuſpicionis, quã ſtatutum inualidat, non nocet proceſ-
8 ſui iudicis recuſati, & Paul. de Caſt. in l. ita demum. C. de procur. dicit in ſimili, quòd litis conteſtatio inualida, non ob-
9 ſtat exceptioni dilatoriæ.

In cauſa tamen matrimoniali ſcias valere impetrationem non facientem mentionem de ſententia, quia non trã-
10 ſit in rem iudicatam c. lator de re iudi. Fely. d. c. ſuper literis nu. 16. de reſcr.

DVBITATIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Surreptio reſcripti facta per ſimplicitatem, & abſque dolo, an & quando vitiet id cui dedit cauſam, & quid dicendum in literis gratioſis, & beneficialibus?*

Priuilegia

2 *Priuilegia indiſtinctè vitiantur p ſubreptionem non etiam non doloſam declara vt ibi.*
3 *Vitium formæ non vitiat ſubſtantiam.*
4 *Priuilegia, & literæ beneficiales parificantur in materia ſubreptionis.*
5 *Reſcriptum beneficiale non poteſt reduci ad ea quæ ſi fuiſſent benè expreſſa, vel aliter expreſſa, non retardaſſent literas.*
6 *Demonſtrationem, & taxationem cognoſcendi, qui ſint modi.*
7 *Surreptio doloſa vitiat literas gratioſas in totum.*
8 *Falſitas ſemper præſumitur expreſſa cum dolo in gratioſis.*
9 *Dolus non præſumitur in literis de iuſtitia.*
10 *Surreptio in beneficialibus non præſumitur doloſa in duobus caſibus, & quid in reſcriptis ad lites.*

SVrreptio placiti, vel reſcripti facta per ſimplicitatem & abſq; dolo, an & quando vitiet id cui dedit cauſam, & quid in literis gratioſis, & beneficialibus.

1 Doloſam ſurreptionem vitiare reſcriptum in totum, & eam, quæ proceſſit ex ſimplicitate, vel ignorantia eatenus vitiare, quatenus fuit cauſa conceſſionis probat text. in ca. ſuper literis de reſcr.

Sed ſcias, quòd ſicut in literis ad lites ſurreptio non doloſa, ſed per ſimplicitatem, quæ fuit cauſa vnius rei tantum, vnam ſolam vitiat, & non aliam, cuius non fuit cauſa, vt per Soc. conſ. 273. vol. 2. & conſ. 164. co. lib.

Ita & in literis gratioſis, & ad beneficia in quibus cẽſentur conceſſa ea, quę princeps omninò conceſſiſſet etiamſi fuiſſet expreſſum id quòd eſt tacitũ ita firmat. Abb. in c. poſtulaſti de reſcrip. & eſt tex. in c. dudum verb. conſiderantes de præben. in 6. qui in materia beneficiali vult expreſsè, quòd taciturnitas alicuius qualitatis, qua expreſſa nihilominus princeps literas conceſſiſſet, nõ vitiat literas, ad idem facit text. in cap. ſi pro clericis pauperibus de præbend. in 6. vbi taciturnitas defectus ordinum ſacrorum non vitiat literas ex quo intrà tempora à iure requiſita poteſt promoueri ad ordines quos requirit.

Intellige tamen in literis gratioſis, dummodo qualitates nõ expreſſæ ſint tales ad quarum expreſſionem non tenetur impetrans de iure communi, ſecùs ſi ſunt tales, de quibus impetrans debuit de iure facere mentionem, quia tunc taciturnitas earum vitiat etiamſi alias Papa omninò literas conceſſiſſet ita procedit tex. cum gl. pen. in c. ſi motu proprio de præben. in 6. & regula eſt quòd non tenetur impetrans facere mentionem in literis beneficialibus, niſi de qualitatibus in iure expreſſis.

Surreptio etiam tunc vitiat omnia, quando obtentum per ſurreptionẽ habeat connexitatẽ cum reliquis, & hoc ratione connexitatis, & idem putat Felyn. procedere in literis ad lites in d. c. ſuper literis 2. limitatione.

Priuilegia etiam indiſtinctè vitiãtur,
2 per ſubreptionem non etiam non doloſam ſecùs autem ſi loquamur de literis gratioſis, vel beneficialibus ratio eſt, quia priuilegiũ eſt lex in quo priuilegio concluſio eſt p̃ciſa quoad mentẽ generalem, & ſpecificam concedentis,
* quia precisè intendit priuilegium concedere, ſed in literis contentioſis concluſio mentalis eſt, inquirere, vt iuſtitia miniſtretur, & ſpecialis circa formam,
3 vnde vitium formæ non vitiat ſubſtantiam, ſed cauendum in hoc quia Abb. in d. c. ſuper litteris & in c. ad audientiã de reſcr. vult, quòd tam priuilegia, quã
4 literæ beneficiales parificentur in materia ſubreptionis.

Subreptio vlteriùs non doloſa non nocet in ijs, quæ ſunt expreſſa circà qualitates beneficij cauſa demonſtrationis, ſi apparet, quòd princeps omnino conceſſiſſet præſuppoſita bona ſpecificatione qualitatum, ſed ſecùs eſſet, ſi expreſsè eſſent qualitates cauſa taxationis,

nis,vel limitationis,quia tunc reſcriptũ beneficiale non poteſt reduci ad ea, q̃ ſi fuiſſent benè expreſſa, vel aliter ex-
5 preſſa,non retardaſſent litteras ita Abbas in d.cap. ſuper litteris,& in c. ſignificant de reſcr.modos autẽ cognoſcendi demonſtrationem,& taxationem po-
6 nit Bar.in Linter ſtipulantem.§. ſacram col.3.ff.de verb.obli. Caſtr.& Alex.in l. Stichum, qui meus erit. col.2. ff.de leg. 1.Fely.d.c. ſuper litteris.nu.4.

Surreptio verò doloſa vitiat litteras
7 gratioſas in totum d.c. ſuper litteris no tant omnes,& adde Innoc.in cap.accedens de crim.falſ.vbi dicit, quòd in gratioſis falſitas præſumitur ſemper expreſ-
8 ſa cùm dolo, loquitur tamen quando eſt magna gratia, ſed in litteris de iuſtitia in dubio non præſumitur dolus, vt
9 in d.c.accedens,& quòd in dubio in litteris gratioſis præſumatur dolus ſentit Innoc.in c.dilectus il primo de reſcrip.

Sed non dicendum ob id, ſi ſemper præſumitur doloſa,ergò quę dicta ſunt de ſimplicitate nunquam procedent, quia, vt dixi, præſumitur doloſa in dubio, ſed benè poterit probari,quòd caruit dolo,non enim eſt præſumptio iuris & de iure.

Suntque duo caſus in quibus ſurreptio in beneficialibus non præſumitur doloſa, primus quando falſitas non eſt talis, quæ veriſimiliter debeat inducere principem ad facilius cõcedendum, ſed eſt ſuperflua.quia in dubio nõ præſumitur doloſa: quia demonſtrationes ſuperfluæ nil facientes ad factum,habentur pro ſuperabundantibus.l.teſtamentum.C.de teſta.verſ.caſus eſt,quando falſitas eſt circa id, quod ſi eſſet verum,potiùs debuiſſet principem retrahere,puta dixit ſacriſtam eſſe dignitatẽ, cùm nõ eſſet,nam ſi eſſet dignitas,princeps difficilius conceſſiſſet, & ſi non eſſet, faciliùs conceſſiſſet, ideò talis falſitas non præſumitur doloſa; in reſcriptis etiam ad lites tunc præſumitur dolus, quando ſunt magnæ coniecturæ doli, vt ſi eſt falſitas in narratione facti proprij nõ antiqui, neque intricati, vel ſi ſunt litteræ magni ponderis, & idem de ſimilibus coniecturis, vt concludit Abb.in d.c.ſuper litteris vbi etiã Felyn. notat præmiſſa,de reſcr.

DVBITATIO XCII.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia qua tacentur, quæ debent exprimi in eius impetratione an faciat reſcriptum vitiari.*

2 *Ignorantia,quando excuſet, vel non in reſcriptis.*

1 PLacitum, vel reſcriptum an vitietur ob ignorantiam, qua tacentur, quæ debent exprimi in eius impetratione.

Vbi præiudicatur iuri tertij de quo eſt mentio, ignorantia quamuis probabilis non excuſet,ita Abb.in c.ſuper litteris de reſcr.regulariter verò ſicut excuſat in beneficialibus ſimplicitas interueniens in ſurreptione, ita etiam & tantum ignorantia probabilis abſque ſimplicitate excuſat, quando ea quæ debent exprimi tacentur per ignorantiã Soci. conſi.164.vol.2.& cõſ.169.eo.lib.

Cæterùm etiam excuſat ignorantia, dummodo princeps fuiſſet aliàs conceſſurus illam gratiam,ſi fuiſſet expreſſum id, quòd per ignorantiam tacuit impetrans, licèt fortè non ita de facili. per tex.in c. gratia de reſcrip. in 6.Abb. d.c.ſuper litteris.

Excuſat etiam ignorantia, dummodo ſtante validitate reſcripti poſſit gratia reduci ad terminos iuris cõmunis, quia vt legimus in d.c.gratia non ſeruatur precisè forma reſcripti, ſed reducitur ad ius,vt alterum dimittat,& ſic ſtat ſubſtantia reſcripti, quando dimittit beneficium habitum alibi,ſi autem dimittit beneficium habitum à Papa,nõ corruit reſcriptum ſurreptione, ſed ex renun-

renuntiatione, secùs si non potest reduci ad terminos iuris communis est verum,quòd Abb.d.c. super litteris videtur primò reputare impossibile, q̃ gratia beneficialis reducatur ad ius commune, quia mens principis est non facere gratiam in alio casu,quam expresso;per text. in c. cui de præben. in 6.sed ex verbis, quæ posteà ipse subdit, colligas, quòd aliud est quærere, an gratia possit excedere casum suum, & dicendum,quòd non, per d.cap.cui aliud est quærere, vtrum non mutando casum suum possit reduci ad terminos iuris,& dicendum, quòd sic per text. in c. si eo de rescr.in 6.

Excusat insuper ignorantia,dummodo prædicta reductio ad ius commune fiat ex proportione verborum rescripti, prout fit in d. c. gratia; secus si disproportionarentur verba,quia etiamsi reductio esset ad casum in quo princeps pariter, vel facilius concessisset, non fiet reductio; & per hoc facit, qd dicit Innoc.in d. c.super litteris.

Non tamen ignorantia neque simplicitas excusant, quando surreptio ex ignorantia fuisset circà ea quibus benè specificatis Papa in totum denegasset litteras,per tex.in c. cõstitutus de rescr. & latiùs per Abb.in d.c. super litteris.

In omnibus autem casibus,scias,quibus litteræ gratioſę,& litteræ de iustitia sunt æquiparatæ, quoad terminos d. c. super litteris semper est subintelligenda vna differentia,videlicet, quia litteræ gratioſę maximè beneficiales,quando reputantur surreptitiæ, sunt nullæ ipso iure,sed litteræ de iustitia surreptitiæ debent irritari per sentẽtiam, & ista latè deducuntur per Fely. in c.ad audiẽtiam de rescr.

DVBITATIO XCIII.

SVMMARIVM.

Rescriptum ad lites si fuerit impetratum, an debeat in eo necessariò fieri mentio de litis pendentia.

2 *Rescriptum committens causam Auditori in Curia, est surreptitium non faciens mentionem de litis pendentia in partibus.*

3 *Mentio de lite,quando non sit necessaria in rescripto?*

PLacitum,seu rescriptum ad lites si fuerit Impetratum,an debeat in eo necessariò fieri mẽtio de litis pendentia?

1 Et quòd in rescripto ad lites debeat fieri mentio de pendentia litis sensit gl. in c.super litteris de rescr.& faciunt tradita in c.cæterum vbi Fely.col.1.eo.tit. de rescr.sed illa iura loquuntur quando agitur de reuocanda iurisdictione primorum iudicum, in d. verò c. super litteris agitur de concessione primi rescripti in quo dicitur necessariam esse mentionem pendentiæ litis, pro quo facit glos. in c. prudentia. §. 6. in verb. causam de off.deleg.quam valdè notat Abb.ibi col.3.nam probat,quòd impetrans super causa inchoata coram ordinario,debet facere mentionem de processu ordinarij,& idem probat.glo.in c. vt debitus in verb.dicat de appellat.dicens idem esse si causa iam esset cœpta per solam citationem.

Imò de iure ciuili etiamsi fieret mẽtio pendentiæ, tamen iudex requisitus non denegauerit facere iustitiam, quia tunc sola mentio pendentiæ non sufficeret.Bal.in l.2.in fi.C.vt lit. pend.& §. si verò contigerit in Auth.vt diff.iudi. secùs verò de iure canonico secundum, quòd sufficit mentio pendentiæ.glo.in clem.2.in verb.innouari vt lit. pend.

Committere verò causam alibi pendentem est de reseruatis soli principi, adeò quòd inferior etiam legatus de latere hoc non potest.Abb.in c. 1. de off. leg.Dec.in c.vt nostrum q. 3. de appell. gl.in c.fi.de hæret. in 6.

2 Rescriptum quoque committens causam auditori in curia est surreptitium,

Digitized by Google

tium, si non facit mentionem, quòd lis pendebat in partibus coram domino temporali super spoliatione feudi etiam in vidua, vel alia persona miserabili, quia tales causæ debent apud tales dominos agitari, dummodo non probentur negligentes in reddenda iustitia, imò fortè ipsa commissio ipso iure non valet, nisi fuerit signata de certa scientia Papæ, quia contra ius esset, & procederet de plenitudine potestatis, quod non est verisimile Papam voluisse cõcedere Vicecancellario iuxta tradita per Innoc. in c. innotuit de elec. de quibus scripsit Felyn. in c. cum inter de excep.

Imò etiamsi non dolosè taceatur pẽdentia, vitiaretur rescriptum ita Bal. in in c. fin. per illum text. vt lit. pend. vlteriusq; etiamsi fuerit mentio de pendentia litis, & non exprimeretur, quod est concluſum in causa, non valet commissio etiam Consistorialis, imò non sufficit fieri mentionem implicitè de conclusione neq; etiam explicitè, sed oportet, quòd in concessione commissionis derogetur expressè conclusioni ita ex regula Cancellariæ refert Fely. d. c. super literis de rescr.

Vbi tamen pendentia litis fuerit in-
3 choata eadem die qua fuit facta impetratio, tunc non est necessaria in rescripto mentio de lite; nisi appareat, quòd citatio plena præcesserit impetrationem, & hoc probat excipiens.

Et dicitur lis pendere respectu actoris ẽtsi solũ citatio fuerit decreta, licèt non fuerit executa secundum. Roma. cons. 330. quod enim dicitur in clem. 2. vt lit. pend. non dicit litem pendere, nisi executa citatione procedit respectu rei; nõ autem respectu actoris, qui per decretum citationis ab eo obtentũ facit litem pendere, respectu autem rei requiritur intimatio citationis, vt in d. clem. 2.

DVBITATIO XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Nullitate, vel falsitate rescripti attenta, an iudex possit cognoscere, & pronunciare se esse iudicem.*

2 *Delegatus regulariter cognoscit, an sua sit iurisdictio; declara amplia, & limita in casibus de quibus ibid.*

3 *Iudex quando non cognoscat, an sua sit iurisdictio.*

4 *Iudex sciens de nullitate rescripti non poterit cognoscere, an sua sit iurisdictio.*

Laciti, vel rescripti nullitate attenta, vel falsitate, an
1 iudex possit cognoscere, & pronunciare se esse iudicẽ, & an delegatus possit cognoscere, an sua sit iurisdictio.

Vt exordiamur à delegato regulariter ille cognoscit, an sua sit iurisdictio.
2 l. 2. in prin. ff. siq. in ius voc. non ierit. l. in præscriptione. C. si contra ius; quia non dicitur propria causa iudicis, ex quo commodum, vel incommodum ad eum non pertinet, & sic faciamus conclusionem generalem, quòd quãdo dubitatur de iurisdictione iudicis citantis, quod ipse potest cognoscere, an sit sua iurisdictio, sive ad eum spectet commodum sportularum, sive nõ quod procedit etiam in delegato. c. pastoralis, & c. super literis de rescr. & ita cõmuniter tenetur, vt in addit. ad Fel. d. c. super literis num. 18. sub litera, B.

Quod procedit etiam in arbitro, qa si vertitur dubium super qualitate rerũ expressarum in compromisso, de ista qualitate arbiter potest cognoscere, & pronunciare, an veniat in compromisso. Abb. in d. c. cum dilectus de arb.

Idem dicitur in congregatione generalis concilij in qua minor pars eorum qui debent interesse potest citare maiorem, & data eius contumacia potest minor pronunciare se constituere cõ-

Digitized by Google

cilium generale,& in ſe eſſe iuriſdictionem. ita Felyn. inferens ad multa in d. c.ſuper literis num.19. & non ſolũ procedit, quando iuriſdictio eſt elidibilis per exceptionem, ſed etiam quando opponitur nullam competere. Abb.in c.ex parte de reſcr.

Non poterit tamen iudex cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, quando ei opponitur crimen, aut aliud, quod notat iudicem aliqua infamia, quia tunc in tali cognitione eſt ſuſpectus. Abb. in d.c.ſuper literis.

Prout nec cognoſcit iudex, an ſua ſit iuriſdictio, quãdo opponitur de tali fundamento iuriſdictionis, & proprietatis ipſius, puta, quod ipſe non eſt poteſtas, iudex, vel epiſcopus. Bar.in l. ex ſententia propè finem. ff. de teſtam. tut.Bal.in l.iudices. C.de fid.inſtr.

Item quando agitur non ſolũ de modo exercitio iuriſdictionis, ſed etiã de Proprietate ſubiectionis, quia citatus dicit ſe exemptũ, & iudex negat Abb. in d.c.ſuper literis in quarto caſu.

3 Inſuper non cognoſcit iudex, an ſua ſit iuriſdictio, quando eſt notorium eũ non eſſe iudicem, vel ſaltem ſcit ſe nõ eſſe iudicem, nam tunc nõ poteſt procedere in cauſa,ſecùs ſi partes ſcirent, & iudex ignoraret, quia cognoſcere poteſt ca.ſi duobus vbi Felyn. notat de appell.

Minùs cognoſcere poterit, vbi ſe ingerit iudex tenendo opinionem partis, quæ ſtat pro iuriſdictione. ita Innoc. in c.ex parte de verb. ſign.Abb. in c.cum veniſſent de iudic.

Prout nec poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, quando excipitur, quòd locus contractus, vel delicti non eſt de iuriſdictione citantis, quia ex pronunciatione ſeret commodum pronunciãdi.Abb.in d.c.ſuper literis.

Itẽ vbi vertitur commodum ſportularum,quia tunc non poteſt cognoſcere, glo.in l.de iure in verb.prouinciæ.ff. adiunc.quam Bart. ſequitur, & reputat mirabilem in l.ſiquis ex aliena.ff.de iudic.& in l.2. ff.ſiq.in ius voc.non ierit. ſicut etiam commodum familiaritatis, vel ſanguinis reddit iudicem incompetentem,& quod dicitur de ſportulis dicas verum, dummodo ſportulæ pertineant ad iudicem, ſecùs ſi habent applicari ſedi, vel dignitati, & niſi commodum ſportularum non haberet veriſimiliter corrumpere animum iudicis, quia commodum ſportularum eſſet modicũ.Alex.in l.2. ff.ſiq.iudic.non obtemp.imò ſportulæ ſolę non faciunt iudicem ſuſpectum, quia dantur pro labore officij, & eſt modicum lucrum. §.ne autem labor in Auth.de iudic.Bal. in c.literas col.1.de præſumpt.

Item vbi reſcriptum eſt falſum, qui iudex reputatur per tale reſcriptum, & ſic non poterit pronunciare ſe eſſe iudicem etiamſi non ignoretur, vnde detecta poſtmodum falſitate omnis proceſſus declarabitur nullus:Inno.& omnes in d.c.ſuper literis, quia fabricator falſi reſcripti non potuit dare iuriſdictionem.l.priuatorum. C.de iuriſd.om. iudic.

Vlteriùs quando iudex ſcit de nullitate reſcripti, non poterit cognoſcere, 4 an ſua ſit iuriſdictio. Abb. in d. c. ſuper literis in 5.caſu.

Quando pariter ſuper cauſa notoria caſus accidens eſt dubius,& non notorius,& iudex non habet iuriſdictionem niſi ſuper cauſa notoria, tunc iudex nõ poteſt cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio prout idem dicitur, quãdo pronunciatio incompetentiæ fuit facta partibus abſentibus,ex procuratoribus preſentibus non habentibus ſpeciale mandatũ ad prorogandam iuriſdictionem, vt ſignat Fely. in d.c.ſuper literis ſub.nu.32. & 33.

Item quando iudex non pronunciaret expreſsè ſe competentem, ſed tacitè, puta, per proceſſum ad vlteriora,qa licet aliàs iſta tacita pronunciatio ſufficiat ad requirẽdum exceptiones impeditiuas

peditiuas proceſſus. ca. ex parte il 2. de appell. Bart. in l. à procedente. C. de dilat. tamen in iſto caſu requiritur expreſſa pronunciatio gloſ. in c. diſpendia in verb. proceſſus de reſc. in 6.

Iudex inſuper non cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, ſi obijcit ei, ꝙ ſua ſit iuriſdictio eſt reuocata per ſecundas literas directas alteri delegato, prout idē dicitur quando opponitur iudici, quod delegans non habebat poteſtatem delegandi, quia de hoc nō poteſt cognoſcere delegatus. Bald. in l. 2. C. ſi à non compet. iudic.

DVBITATIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Forma noua expreſſa an reſcripto ſit ſeruanda de neceſſitate.*

2 *Geſta contra formā regulariter ſunt nulla declara regulam lati è, vt ibid. & quando ſufficiat formam adimplere per æquipollens.*

PLacitum, ſeu reſcriptum in quo eſt expreſſa noua forma, an illa forma ſit ſeruanda de neceſſitate.

1 Geſta cōtra formam regulariter ſunt nulla l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. in c. venerabili de offic. deleg. & c. piſanis de reſtit. ſpol.

Imò nedum geſta cōtra formam, ſed etiam præter, vel citrà formam geſta ſunt nulla, quia formæ nil addi, vel detrahi poteſt Bald. in l. 2. C. de ſuis, & leg. Bart. in l. Gallus. §. 1. ff. de lib. & poſthu. quia quod perfectum eſt, non ſuſcipit in ſe ex interuallo magis, & minùs. l. 2. C. de manum. vind.

Militat regula etiam in eo, quod veriſimile eſt eſſe de mente concedentis, ſicut illud, quod eſt pro forma expreſſum. Abb. in c. exhibita de iudic. Bal. in Rub. de iudic. imò procedit etiā in his, quæ ſunt concomitantia expreſſis. Bal. in c. 1. de re. iud. dicens, quòd ſicut non valet ſententia contra ſubſtantiam formæ mandati, ita nec contra qualitatē formæ, ſiue concomitantiæ per d. c. Piſanis de reſtit. ſpol. vbi nedū debuit fieri reſtitutio, ſed plena reſtitutio. etiamſi tranſgreſſio formæ induceret facilioré expeditionem commiſſionis glo. 2. in c. ſolet de ſent. excom. in 6. vbi delegatus non poteſt abſoluere ad cautelam excedendo commiſſionem, licet facilius poſſet ex ea ſequi expeditio cauſæ. Sed nec ſi partes conſentirent tranſgreſſioni formæ datæ in reſcripto, poteſt fieri contra formam. Barto. in l. de his. ff. de tranſact. niſi tamen forma reſcripti eſſet merè in fauorem partium Abb. in c. 2. §. is autem 2. nota. de off. deleg. ſi tamen iſta forma reſpiciēs fauorem partium haberet clauſulam decreti, non poſſet ei renunciare per tex. & glo. in c. dilecto in verb. clauſula de præb.

In caſu etiamſi ſolemnitas, quæ eſt
2 de forma ſequatur actum, geſta tamen contra formam ſunt nulla Bal. in l. vn. colu. 24. ibi extra quæritur. C. qui adm. inferens, quòd conſenſus propinquorū requiſitus à ſtatuto in contractu mulieris non poteſt ſequi, quia cum ſit de forma nihil operatur, niſi interueniat in actu, ſufficit tamen, quòd interueniat, antequā diuertatur ad actus extraneos, quia tunc non ſufficeret ratificatio ſequitur Caſtr. in l. ſi cum dotem. §. eo tempore. ff. ſolut. matrim. Alex. in l. 1. §. fuit quæſitum propè fin. ff. ad Treb.

Idem dicendum etiamſi alius ſubrogatur habenti expedire actum cum forma, quia tacitè cenſetur ſubrogatus ēt quoad illam formam. Bald. in l. ſi puella. C. ſi manc. ita alie. fuer. dicens, quod ſi teſtator dedit formam diſtributioni piorum legatorum, vt fiat cum conſilio prioris prædicatorum, & executor deceſſit, vel fuit negligens, cuius loco ſucceſſit epiſcopus tenetur illum priorem conſulere alias non valebit.

Idem firmandum eſt etiam in ſententia arbitri, quia lata contra formam cō-

promiſſi eſt nulla etiamſi partes eam emologauerint. c.examinata de confir. vt ideò dicit Rom. conſ.141. quòd laudum latum Piſis non ſeruata forma ſtatuti Florentini eſt nullum.

Idem teneas in ſtatutis Bald.in l.2. C. quom. & quando iud.dicēs, quod quādo ſtatutum requirit trinam citationē, non ſufficit vna pro omnibus, quia forma ſtatuti eſt ſeruanda ad vnguem,ex quo recedit à iure cōmuni,& quia prætor iurat ſeruare, quod intelligitur ſecūdum formam ſtatuti. Bald.in l. receptitia.C.de conſtit. pecu.& in l.omnes populi col.pen.ff.de iuſt.& iur.

Et adeò vera eſt regula, vt etiamſi ſolemnitas data pro forma eſſet leuis, tamen ſit ſeruanda.Bald.in l.1.ff.de lib. & poſth.

Imò nec adimpleri poteſt forma per æquipollens.Bal.& alij in d.l.1.ff.de lib. & poſthum.

Quando tamen faciens actum contra formam ſit talis, qui poſſit ei derogare, in dubio videtur derogare.Bald. in l.1.col.2. ibi ſolutio ſi conſilium eſt tale. ff.de legi. quando etiam iudex excedit fines mandati, & exceptio non ſit iniuſta, & illud in quo excedit, ſit vicinum mandato, tunc ſi iudex faciat id quod non multum differt à mandato, non dicitur exceſſiſſe fines mandati. gl. fin.in c.innocens 22.q.4.

Intelligitur etiam regula præmiſſa, dummodo forma reſcripti concernat ordinem facti, ſecùs ſi ordinem iuris ſecundum quem in dubio eſt interpretandum reſcriptum, vt ſentiunt omnes in c. cum dilecta de reſc.

Intelligas etiam regulam procedere dummodo ordo in exercendo actum tradatur ſimùl cum ipſa poteſtate exercendi actum, ſed ſi mandatarius habebat prius poteſtatem ſuper illo actu,deinde committitur ſibi ex certa forma, omiſſio illius formæ non vitiat actum, ſed ſuſtentatur ex priſtina poteſtate ſimpliciter competente. Fel. d.c.cum dilecta ſub num.12.limit.4.

Prout etiam intelligi debet præmiſſa regula, dummodo forma mandati ſit limitata ad certum quid, ſecùs ſi eſt data certa forma, ſed non limitata in indiuiduo,quia tunc ſi allegatur exceſſus formæ, non eſt actus ipſo iure nullus ob probabile dubium, quòd oriri poteſt,an exceſſerit,vel non,ex quo forma non habet certos limites,quoniam executor excedendo formam commiſſionis nihil agit, ei tamen ab eo appellatur,ſi excedit.Abb.in c.quòd ad conſultationem de re iudic.

Non tamen ob regulam præmiſſam præſumitur mens principis tollere exceptiones rationabiles parti competentes,licèt ſimpliciter ſit expreſſa certa forma per quam nil videatur dici de admittendis exceptionibus.Abb. in ex parte il 2. in 1. not. per illum text. de de offic.deleg.

Quando inſuper ob imminens periculum omittitur ſpecifica obſeruantia formæ,ſufficit eam adimplere per æquipollens.Rom.conſ.434.prout, quando per cōfeſſionem partis receditur à forma, cuius ſiquidem menti ſatisfacit manifeſtatio confeſſionis. Dec. in c. dilecto de appell.Bald.in d.c. piſānis de reſtit. ſpol. & in rub.ff.de iuriſd. om.iud.

DVBITATIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Placitum,vel reſcriptum,ni valeat vbi lex economica, vel ciuilis habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta amplia, & declara vt ibid.*

2 *Diſpoſitio habens clauſulam derogatoriam nō expreſſam, ſed tacitam, non impedit ſecundā diſpoſitionem contrariam non facientem mētionem de prima.*

3 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis habet vim clauſulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariam, & habentem clauſulam derogatoriam.*

Clauſula,

4 *Clauſula, ex certa ſcientia, ſufficit ad tollendã legem quæ habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta intellige vt ibi.*

PLacitum, vel reſcriptum, an valeat vbi lex canonica, vel ciuilis habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta.

Concluſio ſit, quòd vbi lex canonica, vel ciuilis habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta, non valet reſcriptum, niſi faciat mentionem de illa lege ſpecialiter, vel ſaltẽ per verba æquipollentia, ita intelligitur tex. in c. nonnulli de reſcr. & in c. eam te de æta. & qua. & in c. fin. de reſcr. in 6. & in l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſc. petan. & in c. pen. de capell. mon. & in c. 1. de exceſſ. prælat. in 6. Alex. in conſil. 103. col. 4. & quòd habet per text. in l. ſi non ſpeciale. C. de teſta. & in l. 1. C. de natur. lib.

Imò non ſolum requiritur mentio iuris communis habentis clauſulam derogatoriam, dicendo, non obſtante tali lege contraria, ſed imò oportet, vt fiat mentio ſpecialis ipſius legis, vel ſaltem per verba æquipollentia, puta, nõ obſtante conſtitutione concilij, quę de duabus dictis, vel de ſimili loquitur, ſecundum. Abb. in d. c. nonnulli, in derogatione autem aliarum cõſtitutionum non requiritur tanta ſpecificatio. Abbas. ibid.

Et nedum in reſcriptis procedit concluſio verum etiam in priuilegijs habentibus clauſulam derogatoriam ad alia priuilegia, quia adhoc vt tollatur per priuilegium contrarium, non ſufficit generalis clauſula, non obſtantibus priuilegijs. Abb. in c. cum inſtantia col. 2. de cenſi. Rom. conſi. 327. & conſi. 406. & conſil. 330. column. pen. vbi declarat.

1 In vltimis pariter voluntatibus, in quibus non valet teſtamentum non faciens mentionem de primo habente clauſulam derogatoriam per tex. in l. ſiquis in principio teſtamenti. ff. deleg. 3. procedit firmata concluſio, & ideò ſi in primo dicetur, quòd ſecundum non valeat, niſi in eo ſit hoc verbum, vel iſte verſiculus, Deus in adiutorium meum deinde in 2. diceretur non obſtante primo teſtamento ſub quacunque verborum forma concepto non ſufficeret. Ale. in l. ſi mihi, & tibi §. in legatis. ff. deleg. 1. vide notat per Clar. in §. teſtamentum q. 99. & ſeq. vbi abũde omnia habes in propoſito, & de communi doctorum ſententia.

Et nondum procedit concluſio in Papa qui facit legem habentem clauſulam derogatoriam, ſed etiam in ſucceſſore, in quo præſumitur, quòd duret eadem intentio, quam habuit prædeceſſor, ex quo lex non illam reuocat. Fely. d. c. nonnulli ſub num. 5. verſicul. amplia ſexto.

Vbi verò princeps diſponat non per viam reſcripti, ſed per viam nouæ conſtitutionis, valebit conſtitutio facta generali mentione alterius conſtitutionis, vt ſi dicatur, non obſtante quacunque conſtitutione in contrarium faciente. Abb. d. c. nonnulli poſt. Bal. in l. humanum col. 3. verſ. ſed dominus. C. de legib. vbi dicit, quòd in legibus condendis ſufficit derogatio generalis legum contrariarum.

Vbi etiam in reſcripto eſſet clauſula non obſtante lege in contrarium facrẽte, etiamſi de ipſa oporteat facere ſpecialem mentionem, iſta verba ſufficiẽt in reſcripto ad derogandum legi contrariæ habenti clauſulam derogatoriã ad reſcripta, licèt non ſit nominata in indiuiduo. Bart. in l. ſiquis in principio teſtamenti. ff. deleg. 3. Abb. in d. c. cum inſtantia de cenſib. Bar. in extrauag. ad reprimendum verſ. non obſt. Alexan. conſi. 103. vol. 4.

Diſpoſitio quoque habens clauſulã 2 derogatoriam non expreſſam ſed tacitam non impedit ſecundam diſpoſitionem contrariam non facientem mentionem de prima ſecundum Bar. in l. ſi.

in

in princip. per ilium text. ff. delegat. ſecundo, vbi voluntas teſtatoris elicicbatur tacitè à contrario ſenſu, & dicit. Bal.in l.humanum col.3.C.de legib. qđ vbi clauſula derogatoria non eſt expreſſa,ſed tacita, tunc tacitè derogatur ei propter factum contrarium,& ſic valet reformatio ſtatuti habentis tacitam clauſulam derogatoriam,non facta de ea mentione.

Vltimò, quando in reſcripto eſt clau
3 ſula de plenitudine poteſtatis, habet illa vim clauſulæ derogatoriæ ad omnẽ legem contrariam,& habentem clauſulam derogatoriam, ita inferunt aliqui ex verbis.Bald.in proem. decretal. verſ. greg.col.4. ibi dicit collectarius, & iſtã opinionem tenendam docet additio ad Felyn.in d.c. nonnulli ſub nu.8.imò idem eſt dicendum,vbi eſt clauſula, ex
4 certa ſcientia, quæ ſufficit ad tollendã legem,quæ habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta, dummodo de certa ſciẽtia principis per verba reſcripti poſſet apparere, quòd preſumitur etiamſi expreſsè non dicatur vide addit. ibi ad Fely.d.num. 8.

DVBITATIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, vel reſcriptum contra legem etiam non habentem clauſulam derogatoriam, an valeat.*

2 *Reſcriptum contra legem etiam non habentẽ clauſulam derogatoriam regulariter non valet, amplia, & declara latè vt ibid.*

1 PLacitum, vel reſcriptum contra legem etiam non habentem clauſulam derogatoriam, an valeat.

Preſupponamus primo loco pro regula, quòd reſcriptum contra legem
2 etiam non habentem clauſulam derogatoriam non valet ita ſcribentes in c. vn.de exceſſ. prælat.in 6. glo. in c. 1. in verb.noſcatur de conſti.in 6.dicens,qđ prima facie præſumitur obtentum per importunitatem, vnde debet expectari ſecunda iuſſio.Barto.in l.1. C.de peti. bo. ſubl. lib. 10. Abb. in c. nonnulli de reſcript.

Imo etiam de priuilegijs clauſis in corpore iuris eſt facienda mentio ſicut de iure communi, nec ſufficeret in reſcriptis dicere,non obſtantibus priui legijs,niſi dicatur etiam iuri communi inſertis vt not.glo. in Auth. qua in prouincia in verb illi vbi Bar. & Bal.C.vbi de crim.agi opor.gloſ.in l. 2.§.omnes in verb compelluntur vbi Bald.& in l.hæres abſens in princ. in verb. excuſatur vbi etiam Bart.ff. de iud.

Et nedum procedit ſi reſcribitur cõtra ius commune, ſed etiam ſi contra ſtatuta inferiorum, quia in dubio non præſumitur princeps velle eis derogare per tex.in c.1.de conſti. in 6.

Vbi tamen dicatur in reſcriptis non obſtante quacunque lege quæ in contrarium loqueretur non procederet regula præſuppoſita.Abb.& Fely.d.c.nõnulli de reſcr.latiùs declarantes.

Quando inſuper princeps ſcribit per uiam priuilegij tunc non eſt neceſſaria clauſula,non obſtante,ſecundum. Hoſtienſ.in ſua ſumma in tit. de reſcriptis, & ideò declara ſecundum.Fely. in d. c. nonnulli ſub num.11.

Vbi etiam reſcriptum cõtra ius emanat motu proprio,valebit, etſi non habeat clauſulam, non obſtante. Bald.in l.omnes verſ.ſaluõ niſi Imperator.C.de quadr. præſcr. ſed de hoc dubitat.Abb. in d.c. nonnulli,ideò vide.

Idem dicendum videtur, quando reſcriptum contra legem emanat ex certa ſcientia principis quia valet, licèt nõ ſit in eo clauſula,nõ obſtãte, quia ſi apparet de certa ſcientia principis non eſt dubitandum de ſurreptione, ſed credendum, quòd voluit derogare iuri cõmuni.gl.in c adhæc de reſcr.l.idem Vlpia.ff.de excuſſtut.Abb.in d. c.nonnulli.

li.Nicol.Mil. in verb. ſcientia certa, & in verb.priuilegium.§. 14. in ſuo repert. latè controuertit. Fely. pro declaratione in d.c.nonnulli ſub num.11.& 12.

Vbi pariter in reſcripto eſt clauſula de plenitudine poteſtatis, per illam apparet,quòd princeps vult diſponere ſu prà ius, & ideò æquipollet clauſulæ ex certa ſcientia,& non obſtante vt ſentit. Abb.in cap. adhæc vero.ex his infertur de reſcr.dum expreſsè innuit potentio rem eſſe clauſulam de plenitudine poteſtatis clauſula ex certa ſcientia. Bald. in l.eos.C.de appell.Rom.ſing.464.Bal. in l.ſi teſtamentum.C. de teſta.

Quando etiam reſcriptum eſt geminatum per ſecundam iuſſionem, tunc talis ſecunda iuſſio habet vim clauſulæ non obſtante.Io.And.in c. porrecta de confir.vtil.vel inut.vbi omnes cano niſtæ ſequitur.Alexan.in l.3.in princ.ff. quòd quiſque iur.

Idem firmandum, quando reſcriptũ emanat in fauorem Reipub. puta etſi ſit contra ius,non requiritur in eo clauſula, non obſtante ſecundum. Abb. in dict. capitul. nonnulli de reſcript. nam quando reſcribitur ad vtilitatem publicam, nulla præcedit clauſula derogatoria. Et quid dicendum in omni reſcripto,docet Fely.d.c.nonnulli nu.15.

Nec tunc etiam neceſſaria erit clauſula non obſtante,quando aliquid cõceditur contra ius non in totum derogando, ſed in aliquo detrahendo, vel differendo, nam in reſcripto habente clauſulam, appellatione remota, non eſt neceſſe, quòd fiat mentio de iure l.quoties.C.de preci.imp. off. Bal.in addit.ad Spec.in tit.de appel. verſ clauſula,appellatione remota.

Valebit etiam reſcriptũ carens clauſula non obſtante, quando princeps reſcribit in his in quibus habet adminiſtrationem liberam, vt Papa in beneficialibus, quo caſu etſi reſcribat contra ius,tamen valet teſcriptum etiam abſq; illa clauſula,nõ obſtante, ſignat & magis declarat Felyn. in d. c.nonnulli ſub nu.18.de reſcr.

DVBITATIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Placiti, legis vel ſtatuti verba vbi non adaptentur ad caſum occurrentem,an teneat, vel ceſſet diſpoſitio reſcripti, legis,vel ſtatuti.*

2 *Statutum loquens de pœna imponenda non habenti pacem ab offenſo non habet locum vbi non eſt offenſus,& vtrum blaſphemans Deũ ſit talis.*

3 *Statuto ſi caueatur, quòd de quolibet contractu ſoluatur tantum per libra non habet locum quando contractus ſit ſuper re inæſtimabili.*

4 *Statutum loquens de vicinis non capientibus malefactorem non procedit vbi non ſunt ad hoc habiles,furioſi,vel ſurdi, vel infantes.*

5 *Statutum ſi diſponat, quòd vbi ſit remanſura cicatrix ſtetur iudicio medicorum,ſi notoriũ eſt,quòd cicatrix eſt remanſura, non oportebit adhibere medicos.*

6 *Reus non tenetur reſpondere poſitionibus impertinentibus ſtante ſtatuto,quòd poſitionibus ſit reſpondendum.*

7 *Verba conſtitutionis etſi conuenirent per omnia caſui occurrenti, ſed eius pœna non conueniret, tunc ceſſabit conſtitutionis diſpoſitio infertur ad alios caſus.ibid.*

1 PLaciti, reſcripti, legis, vel ſtatuti verba vbi non adaptentur ad caſum occurrentem,an teneat, vel ceſſet diſpoſitio reſcripti, legis, vel ſtatuti,ceſſare diſpoſitionem reſcripti, legis,vel ſtatuti, vbi illius verba non adaptantur ad caſum occurrentẽ probat Alex. poſt alios in l. 4. §. prætor col.fi.ff.de dam.infec.Bar.conſi.167.dũ ibi ponit, quòd ſtatutum loquens de pœna imponenda non habẽti pacem
2 ab offenſo, non habet locum vbi non eſt offenſus, à quo pax haberi poſſit, & tractat, vtrum blaſphemans Deum ſit talis,dicit etiam Barto. in d.§.prætor in verb.

verb. toties, quòd si statuto cauetur, ꝙ de quolibet contractu soluatur tãtum pro libra, non habet locum statutum,
3 quando fit contractus super re inæstimabili,idem Bar.in l.si tertius in fi.principis.ff.de aq.pluu.arc. dicit,quòd statutum loquens de vicinis non capientibus malefactorem non procedit vbi
4 non sunt ad hoc habiles,vt quia infantes,furiosi,vel surdi. & dicit Ang. in d.§. prætor.verb.toties,quòd si statutum di-
5 sponit,quòd vbi sit remansura cicatrix statur iudicio medicorum,si notorium est,quòd cicatrix est remansura non oportebit adhibere medicos ad quod vi dẽdus est. Alexan.in l.1.col.5. versi.ex his infertur l.vt quæ desaduoc.

Similiter si statutum disponit, quòd reus teneatur respõdere positionibus, dicas, quòd non tenebitur respondere
6 positionibus impertinentibus,quia nõ conueniunt verba statuti, quæ intelligunt de positionibus validis,refert Feli. d.c.nonnulli sub nu.34.

Imò etiamsi verba constitutionis cõ uenirent per omnia casui occurrenti,
7 sed eius pœna non conuenerit,tunc ꝙ verba non adaptãtur ad casum occurrentem cessabit constitutionis dispositio;gl.sing.in l.mancipia in verb. vocãdum. C.de seru.fugit.de qua glo.Rom. in suis singu. in verb. delictum infert, ꝙ statutum, vel lex puniens vnum delictum & præsupponens aliud,nõ includit illud in quo non verificatur delictũ præsuppositum propter dictã glosam, ex qua ipsè decedit, quòd stante statuto, quòd turbans aliquem in possessione puniatur pœna centum,& ablata restituat, siquis turbat,& nihil abstulit,nõ incurrit pœnam statuti centum, quia verificari non potest per omnia, videlicet,quoad illud caput restitutionis,cõtra tamen istam ampliationem insurgit Felyn.in d.c. nonnulli sub nu.34.de rescr. & ibi considerat duos casus per distinctionem ꝙ, quam videre poteris commodè.

DVBITATIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Placitum principis de rescriptũ habens clausulam, supplentes omnes defectus, an referatur ad solemnitates iuris positiui, an verò ad solemnitates iuris naturalis, vt est citatio, & similia.*

2 *Dispensandi habens potestatem an possit dispẽsare contra ius diuinum.*

3 *Papa potest supplere in dependentibus à libera potestate principis, vt in beneficialibus, vel in supplendo defectum ordinis positiui.*

4 *Sententia si deficiat in iustitia naturali, non potest per Principem confirmari, seu defectus supplere.*

5 *Sententia confirmari à Principe quis petit si iustè, & rationabiliter fuit lata.*

1 PLacitum, vel rescriptum Papæ seu principis, habẽs clausulam, supplentes omnes defectus, an referatur ad solemnitates iuris positiui, an verò ad solemnitates iuris naturalis,vt est citatio, & similia.

Hic intrat vnico contextu quæstio,
2 an dispensandi habens largam potestatem possit dispensare contra ius diuinum; resoluamus vtranque quæstionẽ sub compẽdio,& dicimus, quòd si quis per largam interpretationem facultatis dispensandi vellet disponere in prohibitis à iure diuino,vel naturali,quòd nõ potest, etiamsi verba facultatis sint prægnantia Bal. & Ang. in l. filius à patre.§.fi.ff.de lib. & posth.dicentes,ꝙ habens potestatem à Papa dispensandi cùm quibuscunque in qualicunque statu, non tamen poterit dispẽsare in prohibitis à iure diuino,vel naturali,sed tãtum in prohibitis à iure positiuo, quod dicunt benè notandum, & tradit ibidẽ etiam Alex.& facit decisio Spec.de legat. §.nunc ostendendum versicu.19.& Host.in c.1.de transact.& sequuntur ibi omnes,quòd clausula, supplentes defectum referatur duntaxat ad solemnitates

tes iuris positiui, vt per Alex. in consi. 79. vol. 1. & Socin. consi. 164. vol. 2. non autem suppleat defectus iuris naturalis, sequitur Bal. in Rub extra de consuetu. Abb. in c. inter dilectos col. 3. de fid. instru. imò intelligas etiamsi ageretur de defectu inducto à iure diuino, vel naturali, in quo posset Papa aliquando dispensare ex magna causa, iuxta notata in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. & per Innoc. & alios in c. ad audientiam de homic. dum tractant de homicida, cuius irregularitas communiter dicit, esse de iure diuino, quia cum istis, & similibus inferior habens dictam facultatem plenam, nunquam poterit dispensare.

Hinc inferas, quod Papa potest sententiam etiam iniustam, & sine ordine iudiciario prolatam confirmare, nisi deficiat in naturali iustitia, quo casu Papa nō potest supplere, potest enim supplere in dependentibus à libera potestate principis, vt in beneficialibus, vel in supplendo defectum ordinis positiui, vt notatur. in c. hæc quippè. 3. q. 6. gl. in c. nullus 9. quæst. 2. tex. in c. ad petitionem de accus. sed si sententia deficiat in iustitia naturali, non potest per principem confirmari, seu defectus suppleri, vt est tex. notat. in clem. pastoralis de re iud. non enim sufficit ad vtilitatem sententiæ partem fouere iustitiam, sed requiritur, quòd ad illam perueniatur seruato iuris ordine, alias illa sententia est nulla, vt in l. probatam. C. de sent. & c. diffinitiua verſatem sententia 2. q. 6. & iustè quis petit sententia à Papa, vel principi confirmari, si iustè, & rationabiliter fuit lata, iustè, idest, non contra ius scriptum, rationabiliter, idest, non contra ius litigatoris, vt per text. in c. ea quæ vbi. Abb. sic docet de senten. & re iudic.

DVBITATIO C.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, seu rescriptum contra hominem alicuius loci, an extendatur ad hominē eiusdem nominis alterius loci, diocesis, vel territorij.*

2 *Error circa expressionem loci, vel diocesis Rei non vitiat rescriptum, quando constat de corpore.*

3 *Error tollerabiliter est in alieno nomine, quā in proprio.*

4 *Error in nomine proprio alterius non vitiat dispositionem si constet de corpore.*

5 *Falsa denuntiatio vbi dat causam concessioni, tunc etiamsi constet de corpore dispositio non valet.*

6 *Error circa intrinseca vitiat, etsi constet de corpore.*

7 *Baptizans si intendit baptizare masculum, & ei imponat nomen Petrus, cum sit puella, non videtur baptizata ipsa puella.*

8 *Error in nomine appellatiuo vitiat limita vt ibi remissiuè.*

9 *Error confinium non vitiat dispositionem vbi de veritate constet.*

10 *Vendens alicui, vel concedens tot mensuras terræ expressis confinibus, etsi inter illos confines sit maior mensura, non venit nisi, quòd fuit expressum.*

11 *Vendens, vel concedens alicui totam insulam, in expressione que mensuræ terræ a fit error, tunc cum adiectio mensuræ sit loco demonstrationis falsa demonstratio non nocet quin debeatur.*

12 *Venditio fundi si fiat, & dicatur, quòd decem sunt iugera, etsi sint duodecim emptor tenetur supplere prætium illorum.*

1 PLacitum, seu rescriptum contra hominem alicuius loci, an extendatur ad hominem eiusdem nominis alterius loci, diocesis, vel territorij.

Communiter Doctores concludūt in c. significante de rescr. & Bar. in l. patronus. §. liberis. ff. de leg. 3. quòd vbi cō-

ſtat de corpore error nominis non vitiat reſcriptum, quòd ſi fuerit impetratum contra hominem alicuius loci, diœceſis, vel territorij non extenditur ad hominem eiuſdem nominis alterius loci, diœceſis, vel territorij ideò etiam infertur, quòd falſa demõſtratio non vitiat gratiam Papæ, vbi conſtat, de quo beneficio Papa intellexit. arg. in l. falſa demonſtratio. ff. de condit. & dem. ſimiliter dixit. Bald. in l. pen. ff. de reb. dub. ſe dixiſſe in facto, quòd ſi Dux Ducatus facit inquiſitionem contra Titium poteſtatem Aſſiſij, & in veritate vocatur Sempronius, quòd magis inſpicimus dignitatem, quàm nomen proprium, vt per Bar. in l. qui habebat. ff. de reb. dub. quia nomen proprium non habet mentiri, & ſic magis accipitur demonſtratio, quàm nomen proprium p ea quæ idem dixit. Bar. in l. falſa demonſtratio. ff. de cond. & dem.

Declarandum tamen eſt primo loco, quòd ſi impetraui reſcriptum, puta, ſuper eccleſia contra præsbyterum, ſi erraui in nomine presbyteri, & ſi conſtet de eccleſia, non valet reſcriptum, quòd eſt ſtricti iuris, ita dixit verè ſeruari. Io. And. in addit. ad Specul. de reſcr. præſenta. §. ratione cautæ verſ. quid ſi in dubitatè, quia ne ſtetur in lite procuratur reformatio litteræ.

Vlteriùs etſi error circa expreſſionẽ loci, vel diœceſis rei non vitiet reſcriptum, quando conſtat de corpore, tamẽ ſecùs in errore commiſſo per actorem in expreſſione diœceſis quia tollerabilior eſt error in alieno noĩe q̃ in ꝓprio arg. l. fi. C. de her. inſt. qa licèt error in noĩe ꝓprio alterius nõ vitiet diſpoſitionẽ ſi de corpore conſtat. l. ſiquis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. tñ ſecùs vbi eſſet error proprij nominis ipſius diſponentis, quia vitiabit actum. d. l. fi. vbi nõtant. Bar. Bal. & Ang. C. de hæred. inſt. Error quidem nominis proprij vitiat reſcriptum, & idem eſt in teſtamẽto. Bart. d. l. fi. ac idem eſt error nominis proprij filij teſtatoris, quòd intelligas, niſi filius eſſet natus patre abſente, & nutritus. arg. l. Titius. §. Lucius, & quòd ibi notat. Bald. ff. de libe. & poſth. Alex. in d. l. fi.

Vbi etiã falſa denuntiatio dat cauſã cõcelliorti, tũc etiãſi cõſtet de corpore, diſpoſitio non valet per text. in l. ſi pater, & in l. nec apud. C. de hered. inſt. & in l. eam quam. C. de fideico. vbi expreſsũ, quòd nulla eſt inſtitutio hæredis, quando teſtator eum inſtituit, quia falsò demonſtratum fuerat ei fuiſſe filium, nec aliàs eum inſtituiſſet, & tamen conſtabat certitudinaliter teſtatori de corpore illius hæredis inſtituti, & quòd inſtitutio ſit nulla, ex falſa demonſtratione, quæ dat cauſam inſtitutioni docet. Bar. in d. l. fi. C. de hær. inſt. nec valet donatio vbi donataria non probat ſe eſſe vxorem. l. cum hic ſtatus. §. fin. ff. de donat. int. vir. & vx. & quòd in vltima dicitur voluntate, habet etiam locum in contractu vt per Bald. in l. nec apud C. de hæred. inſt. & idem eſt ſi relinquitur aliquid alicui ſub aliqua qualitate, puta, relinquo centum Titio ſacerdoti, non debet probari ſe eſſe ſacerdotem. Bald. in d. l. eam quam col. 2. C. de fideico. & hoc modo limitatur illud, quòd dicitur, errorem non vitiare, ſi conſtat de corpore, quia iſtud eſt verum, niſi falſa demonſtratio adſit, vel aliqua qualitas quæ inducit ad illud faciendum.

Quando etiam in actu requiritur, qd nedum conſtet de corpore, ſed etiam de intrinſecis qualitatibus corporis, quia, ſcilicèt, ad eas refertur implicitè mens diſponentis, tunc error circa illa intrinſeca vitiat, etſi de corpore cõſtet; ita colligitur ab Hoſtien. in ſumma de baptiſmo. §. quæ ſit colu. 8. verſ. quid ergò ſiquis putet, vbi dicit, quòd ſi baptizans intendit baptizare maſculum, & ei imponet nomen, Petrus, cum ſit puella, non videtur baptizata ipſa puella, quia oportet, quòd intentio baptizãtis fundetur ſuper verò, ſecùs dicendũ erit ſi de hoc non cogitabat, ſed ſimpliciter

citer baptizabat, quia tunc videtur baptizata vt ibi per Host.

Licèt insuper error nominis proprij non vitiet, si constat de corpore, tamē error in nomine appellatiuo vitiat vt habetur in d.l.si quis in fundi vocabulo ff.deleg. 1. hoc tamen dictum patitur
8 quinque limitationes de quibus per Alexand. ibid. quas aliter describendas non duxi.

Illud addo, quòd error confinium non vitiat dispositionem vbi de veritate
9 te constat. Alexan. consil. 8. volu. 4. Vnde si dico concedo tibi totam mensuram terræ expressis confinibus, etsi inter illos confines sit maior mentura non ve
10 niet nisi, quòd fuit expressum, l. si quis testamento in prin. ff. deleg. 1. vel si concedo tibi insulam totam, & in expressione mensuræ terræ error, tunc cū
11 adiectio mensuræ sit loco demonstrationis, dato, quòd dicat de minori quātitate quàm sit ille locus in specie nominatus, illa falsa demonstratio non nocet, & debetur. l. si venditor in princ. ff. de act. empt. gl. in l. pen. §. fi. ff. co. titu. Bald. in rub. C. de contrah. empt. q. 12. Abb. in c. per tuas in fi. de dona. Sal. in l. 2. col. 2. C. de contrah. empt.

Et quando est facta venditio fundi dictumque fuit, quòd decem sunt iugera, etsi sint 12. intelliganturque etiam esse vendita illa duo, tamen si fuit statutum in venditione certum prætium pro quolibet iugere, debet emptor supplere pretium illorum, secùs si simpliciter fuit venditus ager totus pro certo pretio, non impositio pretio iugeribus, quia tunc non tenetur emptor pretium supplere secundum. Castrensin l. si seruum §. 1. ff. de actio. emp. dicentem hæc esse quotidiana.

DVBITATIO CI.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, vel rescriptum, habens istas clausulas procedas purè, vel non obstante iuris solemnitate, aut procedas solemnitate iuris remissa, aut iuris solemnitate non seruata, an quid inferat, vel importet.*

PLacitum, vel rescriptum habens istas clausulas, procedas purè, vel non obstante iuris solemnitate, aut procedas solemnitate
1 iuris remissa, aut iuris solemnitate non seruata, an quid inferat, & importet?

Breuiter terminandum censeo, concludendo, quòd illa verba purè, & simpliciter tollunt solemnitatem iudicialem. Bald in c. 1. §. inuestitura de noua form. fidelit in vsib. feud. in l. fi. in prin. C. de iur. delib. ratio est, quia sic iudicaturus iudicat, tamquam Deus, qui soli veritati innititur, non tamen tollunt illa verba, purè, & simpliciter, solemnitatem substātialem qua omissa processus vitiaretur. Abb. in c. dilecti de iudic. imò illa verba, purè, & simpliciter, idē important; ac si fuisset dictum, sola facti veritate inspecta, ita vt termini possint virtute eorumdem verborum abbreuiari, & iudicium efficitur quodammodo summarium; cautia tamen si committatur, quod terminis nō seruatis, sed sola facti veritate inspecta procedatur, seruandi sunt termini clem. sæpè de verb. sign. & possunt termini substantiales, videlicèt, ad opponendum, articulādū & dicendum cōtra articulos, & ad producendum omnia, & dicendum contra producta secundum stylum, & morem curiæ seruari consueti ad arbitriū iudicis abbreuiari, sed totaliter non omitti, & latiùs vt per Rot. decis. 2. sub tit. de reser. in Nou. & per Fel. in c. 1. col. 18. in versi. & si dicitur sola veritate inspecta de constit.

Illa verò verba, nō obstante iuris solemnitate, arguunt, & censent sublatū solemnitatem iuris ciuilis, non autem iurisdictioni, vel gentium, vnde inferunt Doctores, quod in tali causa duo testes sufficiunt, licèt aliàs requirerentur

tur plures, & poterunt recipi testes etiã infames, quia iste est defectus iuris positiui, non tamen poterunt habentes talem commissionem tollere citationẽ, vt per Abb. in d.c. dilecti filij col.2. in fi. & Bar. in l. filiusfam. ff. de donat.

Vbi verò dictũ fuerit in commissione, procedas solemnitate iuris remissa, talis poterit procedere in ferijs inductis in honorem Dei ita Bal. in l.1. ff. de testam. mil. Bar. & Bal. in d.l. filiusfam. ff. de donat. & tali die possunt famosi latrones suspendi l. prouinciarum. C. de fer. vbi Imperator non tollit ferias, & sic ius diuinũ, sed limitat, quod ex causa facere potest vt per Bart. in l. omnes populi col.5. quæst.2.3. quæstionis prin. ff. de iust. & iur. sed per hæc verba generalia non concludas, quòd Imperator non videtur tollere ferias, nisi aliud appareat de eius mente, ita Fely. d.c. dilecti sub nu.4.

Habens autem commissionem iuris solemnitatem non seruata poterit recipere testes non iuratos, quia hoc iuramentum est de iure positiuo, quia per partes remittit potest, vt per Bart. in l.12 ff. de fer. quæ opinio est verior & communis Bar. in extrauag. ad reprimen. in verb. sine figura.

DVBITATIO CII.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum ad lites vbi arguatur de negligentia, vel inobedientia, an attendatur tempus datæ an præsentationis.*
2 *Data inspicitur in prælationibus gratiarum.*
3 *Surreptio consideratur respectu datæ.*
4 *Datæ tempus attenditur in considerandæ habilitate delegati.*
5 *Vacationis tempus attenditur in considerandæ habilitate impetrantis intellige, vt ibi.*
6 *Tempus præsentationis non autem datæ attenditur vbi ageretur de cognoscenda negligentia non ad implentis mandatum.*
7 *Dies receptionis in expeditione causæ attenditur in rescripto ad lites declara vt ibi.*
8 *Annus etiam datus ad vtendum rescripto ad lites, ne expiret per secundum impetratum ab aduersario, non computatur à tempore datæ, sed possibilitatis præsentandi, litterarum præsentatio quando inspiciatur.*
10 *Tempus datæ non attenditur in qualitate beneficij.*
11 *Data primarum litterarum non attenditur in beneficialibus vbi littera secundæ ad beneficia habent clausulam derogatoriam ad primas.*

1 TEtigimus sub dubitatiõe 25. an principis beneficium vel priuilegium incipiat habere effectum à tempore concessionis, an à tempore illius, cui conceditur.

Nunc quæro vbi rescriptum ad lites arguatur de negligentia, vel inobediẽtia, an attendatur tempus datæ an præsentationis.

Regulariter attẽdi tempus datæ probat tex. in c. eam te de rescri. & in clem. fi. eo. tit. vbi attenduntur beneficia, quę erant tempore datæ nõ hodie facit tex. in c. si super de off. deleg. in 6. vbi quando gratia est perfecta in rescripto, attẽditur tempus datæ, licèt tempore executionis decesserit cõcedens, ad idem facit tex. in c. fin. de resc. vbi non attenduntur actiones post datam, ad idem tex. in c. tibi qui & c. duobus de rescrip.
2 in 6. vbi in prælationibus gratiarum inspicitur data, & in c. si eo tempore eo. tit. in 6. vbi surreptio consideratur re-
3 spectu datæ glo. in c. statutum in verb. canonicis ad fi. eo. tit. vbi in consideran
4 da habilitate delegati attenditur tempus datæ.

Hæc tamen consideratio non attenditur in consideranda habilitate impe
5 trantis, quia attẽditur tempus vacationis c. ei cui de prẽben. in 6. & c. is cui eo. tit. & lib. vbi ille consideratur idoneus tempore collationis, non tempore datæ, dummodo tamen impetratio fuerit

sine

sine surreptione, puta, quia simpliciter petijt primum vacaturum, & nihil expressit, quia poterat habere beneficiū, cuius non erat capax quando impetrauit, si hodie est capax, si tunc expressisset puta, petendo curatum, vel non curatum, non posset habere hodie curatum, si tunc erat inhabilis, ita Felyn. refert in d.c.eam te de rescr. sub nu. 18.

Vbi etiam ageretur de cognoscēda inobedientia, vel negligentia non adimplentis mandatum apostolicum, tūc
6 attenditur tempus præsentationis, non autem datæ, ita text. in c. si capitulo de conces. præben. in 6.

Idem dicitur in rescripto ad lites vbi attenditur dies receptionis in computando tempore præfixo expeditioni
7 causæ c. super eo il secondo de appell. dummodo apponatur tempus cùm numero dierum, vel mensium, secùs si diceretur sit causa expedita tali die, vel ante tale festum, quia tempus currit à die datæ pro hac materia videndus est. Bar. in l. si duas in prin. ff. de excus. tut. in l. falsus col. 8. versi. scias tamē. C. de furt. Bal. in §. die lunæ de pac. Constan. Spec. de rescri. præsent. §. fi. versi. fi. Alex. cōs. 41. vol. 4.

Annus etiam datus ad vtendum rescripto ad lites, ne expiret per secundū impetratum ab aduersario, non computatur à tempore datæ, sed possibilita
8 tis præsentandi c. si autem de rescr. & c. plerumque. eo. tit.

Litterarum quoque præsentatio in-
9 spicitur, quando agitur de attendenda collatione, vel reuocatione iurisdictionis c. audita de rest. spol. gl. pen. in c. sæpè. 24. q. fin.

In attendenda pariter natura, & qualitate beneficij non inspicitur tempus datæ, sed hodiernum secundum Oldra
10 dum allegatum per Fely. in d. c. eam te de rescr. sub num. 22. vbi dein dicit, q hodiè non attenditur tempus præsens, quia tunc quęritur plenum ius in beneficio c. fi. de concess. præben. in 6.

In beneficialibus vbi litteræ secundæ ad beneficia habent clausulam derogatoriam ad primas, tunc non inspi-
11 citur data primarum. c. si capitulo & c. si soli de præbend. in 6. idem dicitur de clausula anteferri. Felyn. d.c.eam te in fi. de rescr.

DVBITATIO CIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, vel rescriptum an possit dici prius, vel posterius ratione vnius horæ etsi habeat datam eiusdem diei cum alio.*
2 *Instrumentum dicitur prius altero ratione horæ.*
3 *Dictio, plùs, nihil releuat in teste.*
4 *Testis deponens per dictionem, & plùs, probat excessum dimidiæ, qui excessus sufficit etiam in vno nummo.*
5 *Actus duo si reperiātur facti eodem die præsumitur in dubio processisse id quod præcedere debuit.*
6 *Litteræ semper præsumunt posteriores, si in litteris fit mentio reuocationis.*
7 *Priuatio semper præsumitur posterior, quam habitus.*
8 *Promissio, & refutatio si eadem die reperitur facta, præsumitur promissionem præcessisse*
9 *Rogationes plures vbi reperiuntur eodem die, nō præsumit prius & posterius, nisi vnū sit priùs descriptū in vno libro declara, vt ibid.*
10 *Emancipationis instrumentum præsumitur præcessisse donationem factam à patre filio, aliàs non valeret.*
11 *Instrumentum priuati præsumitur priùs confectum, fauore priuati, contra fiscum.*
12 *Instrumentum continens obligationem dotis præsumitur præcessisse vbi non constat de prioritate.*
13 *Innestitura plenior præualet vbi duæ reperiantur factæ eodem tempore.*
14 *Testamenta si duo reperiantur eodem die confecta, nec appareat quod prius, vel quod posterius, neutrum valet.*

Datur tunc cautela, quòd hęres adeat ex vtroque, sed hoc limita, vt ibi.

Ple-

PLacitum, vel reſcriptum, an poſſit dici prius, vel poſterius ratione vnius horæ, etſi habeat datã eiuſdem diei cum alio.

Vnum reſcriptum poſſe dici poſterius ratione vnius horæ, licèt habeat datam eiuſdem diei cum alio firmant Io. And. & Abb. in c. paſtoralis de reſcr. in ſimili adducitur. gl. fin. in l. ſi ex pluribus. §. fi. ff. de ſolut. quæ dicit, quòd ratione horæ vnum inſtrumentum dicit priùs altero, & illam glo. extollit Bald. per ſing. in l. Imperator la 1. ff. de ſtatu. hom. & in l. præſcriptione col. 8. C. ſi cõtra ius, & in l. fi. col. 4. C. de edi. diu. Adr. facit text. in l. Titius. §. Lucius in verb. hora diei ſexta, & in verb. cœlo albeſcente, ideſt, in aurora ſecundum glo. ibi. ff. de lib. & poſth. ſed aduertendum, quòd gloſſæ prædictæ præſupponunt, quòd conſtet de hora vtriuſque reſcripti, ergò à contrario ſi cõſtet de hora vnius, & non alterius, non videtur conſtare de prioritate, & eſt ratio: quia ex quo habent datam eiuſdẽ diei potuit aliud reſcriptum eſſe ante & etiam poſt illã horam, Tamen Felv. in d.c. paſtoralis, præmiſſa referens dicit ſe vidiſſe conſultum in contrarium, propter dictum Bal. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. caut. maio. vbi dicit, q̃
3 licèt aliàs dictio, plus nihil releuet in teſte, vt per Bar. in l. Celſus. ff. de vſucap. Tamẽ ſi interdicto vti poſſidetis teſtes ſunt hincinde pares, ſed teſtes vnius partis dicunt de eodem tempore, cum dictione, & plùs, melius probant. facit dictum Salv. in l. 2. col. 11. C. de reſcin. vend. vbi dicit, quòd teſtis deponẽs in materia illius legis per dictionẽ & plus,
4 probat excellus dimidiæ, quia ſufficit excellus etiam in vno nummo. ſequitur. Alex. in l. etſi poſt tres. colum. 4. ff. ſiq. caut.

Vbi verò ad eſſentiam ſubſtantialẽ actus aliquid debet eſſe prius altero, ſi vtrumque reperitur factũ eodem die,
5 præſumitur in dubio proceſſiſſe id qd præcedere debuit, puta ſi apparet, q̃ certa die collega notificauit collegis impedimentum euitabile, & ipſi eadẽ die pronuntiauerunt, præſumitur notificationem præceſſiſſe, ſed vbi de ſubſtantia actus illud non debeat precedere, tunc debet probari præcisè, quòd præceſſerit ita ſentit Rot. decil. 1. de præſumpt. in antiquior propter glo. penul. in cap. venerabilibus de ſent. excommun. in 6.

Inſuper ſi in litteris ſit mentio reuocationis ille ſemper præſumuntur po-
6 ſteriores Bal. in d.c. paſtoralis de reſcri. & in c. 2. de offi. deleg. dicit, quòd vbi in diuerſis ſcripturis concurrit priuatio,
7 & habitus, priuatio ſemper præſumitur poſterior, & dicit idẽ Bal. in prooemio Cod. in §. quibus col. pen. quòd ſi eadẽ die reperitur promiſſio, & refutatio præ
8 ſumitur promiſſionem præceſſiſſe.

Vbi verò vnum prius eſt ſcriptum, q̃ aliud, tunc vbi ſcilicet eodem die reperiuntur plures rogationes, non præſu-
9 mitur priùs, & poſterius, niſi vnum ſit prius deſcriptum in vno libro. Bal. in d. prooem. C. d. §. quibus niſi tamen appareat ex ordine intellectus inſtrumentũ ſecundo loco ſcriptum debuiſſe præcedere, quia præſumitur errore ſecundo ſcriptum. Bald. & Ang. in l. cùm in teſtamento. §. 1. ff. de hære. inſtit. dicentes, q̃ inſtrumentum emancipationis præſu-
10 mitur præceſſiſſe donationem factam à patre filio: quia aliàs non valeret. l. 2. C. de inoffi. donat.

Si fiſcus quoque opponat inſtrumentum contra priuatum, & priuatus oſtẽdat aliud eodem die confectum, & nõ
11 apparet de prioritate, inſtrumentum priuati præſumitur priùs, fauore priuati contra fiſcum. I. non puto in prin. vbi Bar. ff. de iur. fiſci.

Vbi autem non conſtat de prioritate, ſi vnum inſtrumentum continet ob-
12 ligationem dotis præſumitur præceſſiſſe Bar. & alij in l. 1. ff. ſolu. matr.

Inueſtituræ autem duæ ſi reperiantur

tur factæ eodem tempore, prævalet il-
13 la, quæ est plenior Bal. in c. 1. in prin. co
lum. 5. quid sit inuesti.

Si duo quoque testamenta reperiantur eadem die confecta, nec apparet, quod prius, uel quod posterius, neutrū
14 valet. l. 1. §. 1. & ibi Bar. ff. de bo. poss. secundum tab. licèt cautela sit, quod hæres adeat ex vtroque secundum Angel. in l. cum qui. ff. de acq. here. sed hoc fallit, quando in vno sunt scripti extranei, & in alio instituti venientes ab intestato, tunc in dubio præsumimus prouenientibus ab intestato. ita Bart. in d. l. 1. §. 1. ff. de bon. poss. secundum tab. prout fallit quando in altero continet ademptio ad alterum, quia illud prævalet ex coniectura posterioritatis ita Bal. & alij in l. 3. C. de codicill.

DVBITATIO CIIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, vel rescriptum an vitietur, quando est commissa surreptio in vna parte.*
2 *Papa si rescriberet, vt quidam admitteretur ad societatem tertij ordinis in hospitali Florentiæ, & prouideretur sibi de bonis hospitalis tanquam vni ex alijs, si hospitale non habet bona, valet rescriptū, & recipietur seipsum alimentaturus.*
3 *Rescriptum habens plura capitula separata, si committitur vitium in vno, totum corruit.*
4 *Vitium in parte an vitiet totum circa instrumentum, & dicta testium.*
5 *Surreptio in vna parte vitiat rescriptum in alijs, & quando non vitiet. ibi.*
6 *Vitium repugnantis inducit stili violationem.*

1 PLacitum, vel rescriptum, an vitietur quando est commissa surreptio in vna parte.

Teneamus pro axiomate regulari primo loco, quod surreptio in vna parte non vitiat regulariter rescriptum in alijs partibus, per tex. in c. si eo tempore de rescr. in 6. Abb. in c. sedes, & in c. cæterum de rescrip. & in c. ad dissoluendum de despons. impub. & in ca. ex literis in fin. de fid. instr.

Infertur hinc quod si Papa scripsisset vt quidam admitteretur ad societatem
2 tertij ordinis in hospitali de pœnitentia Florētiæ, & prouideretur sibi de bonis hospitalis tanquā vni ex alijs, si hospitale, non habet bona, valet rescriptum, & recipietur seipsum alimentaturus, & faciunt notata per Bartol. in l. filiusfam. §. sequens, quæstio. ff. de falsis. vbi dicit, quòd si Notarius ascriberet nominatim sibi, & alteri, ita quòd instrumentum substantiatur in se, & alio principaliter tunc quantum ad se non valet, sed benè pro alijs, per illum text. quem dicit esse notabilem.

Rescriptum tamen habens plura capitula separata si committitur vitium
3 in vno, totum corruit, & variatur, ita *Bal. in c. audientiā de rescr. Ias. in l. præscriptionem 22. col. C. si contra ius.

Circa verò instrumentum, & dicta testium, an vitium in parte vitiet totū, tractant. Innoc. & alij in c. fraternitatis
4 de hæret. & Alex. in l. si ex falsis. C. de transact.

Vbi autē à negotio, circà quod fuit cōmissa surreptio, dependeant alia ne-
5 gotia, tunc surreptio in vna parte vitiat rescriptum in alijs vt per Abb. in d. c. sedes de rescr.

Surreptio etiam in vna parte non vitiat rescriptum in alijs cum agimus de surreptione, quæ committitur tacendo verum, secùs si est surreptio in exprimē do falsum, quia tunc in pœnam mentientis rescriptum corruet in totū Abb. in d. c. sedes per illum tex. in verb. mendax peccator.

Procedit etiam regula primo loco firmata dummodo surreptio fuerit causa obtinendi solum illud in quo est surreptio sicut dicitur in d. c. si eo tempore de rescrip. in 6. secùs si surreptio fuit causa obtinendi rescriptum super omnibus

nibus quia in totum corruit, per tex. in c. ſuper literis de reſcr.

Vitiat deinde totum reſcriptum, & ſi non fuerit cauſa illius, ſurreptio doloſa in tacendo verum, vel exprimendo falſum vt per Abb. d. c. ſuper literis in prin. de reſcr.

Vbi etiam reſcriptum contineat manifeſtam repugnantiam in vna parte, iſtud vitiū ita inficit totum reſctiptum, ſicut manifeſtus error in Grammatica: nam præſumitur totum reſcriptum falſo Fabricatum propter vitium repugnãriæ, quia inducit violationem ſtyli, ergò etiam ſuſpicionem falſi. c. quam graui de crim. falſ. vnde quando fallitas eſt in vna parte, poſſibile eſt, quòd reſcriptum non ſit falſo fabricatum in alia. Sed vitium in vna parte inducens ſuſpicionem, non dico mendacium, ſed falſæ fabricationis, ita corrumpit totum ſicut manifeſtus error grammaticalis in vna parte totum inficit totum.

DVBITATIO CV.

SVMMARIVM.

1 *Nullum, vel elidibile reſcriptum ſi ſit, an ſit opus de eo facere mentionem.*
Quod de attentatis poſt appellationem de ſententia nulla, vel de proceſſu nullo, vel de cõpromiſſo nullo.
2 *Litere facientes mentionem de alia gratia intelliguntur de valida, non de nulla.*
3 *Contumax in non reſpondendo non poteſt haberi pro confeſſo vbi iudicium eſt nullum.*
4 *Statutum puniens cedentem actionem, nobili, intelligitur deceſſione ritè facta.*
5 *Iuramentum deſeruandis ſtatutis debet intelligi de validis.*
6 *Impetrans ſecundas literas ſi renunciauerit primis, tunc de ipſis debet fieri mentio; & quando etiam fieri debeat in electione.*
7 *Litera prima ad beneficia vbi ſunt elidibiles de ipſis debet fieri mentio.*
8 *Et quid iuris, quando primæ efficiuntur elidibiles poſt impetrationem ſecundarum.*
9 *Reſcriptum primum ſiquis impetraſſet ob malitioſam falſi expreſſionem, non valet ſecundum in eadem materia ab ipſomet impetratum declara vt ibi.*

PLacitum, vel reſcriptũ, ſi ſit nullum, vel elidibile, an ſit opus de eo facere mentionem ſupplendo tactis ſ. ſub dubitatione 90.
1 dico opus non eſſe facere mentionẽ reſcripti, quod eſt nullũ, vel elidi poteſt probat gl. in c. ex tenore de reſcr. & in c. cum noſtris in verb. de facto de cõceſſ. præben. & in c. ſuggeſtum in verb. poſteriùs de iure patr.

Idem dicitur de attentis poſt appellationem per iudicem à quo nõ eſt opus facere mentionẽ, qa veniũt retractanda. c. non ſolum de appell. in 6.

Idem firmatur de ſentẽtia nulla, vel de proceſſu nullo, quia non eſt opus facere mentionem. Abb. in c. per veſtras col. 3. de don. int. vir. & vxor.

Idem de compromiſſo nullo nõ eſt opus facere mentionem, puta, ſi fuerat compromiſſum in laicum ſuper decimis contra diſpoſitionem tex. in c. contingit de arbitr.

Hinc dicimus, quòd literæ facientes mentionem de alia gratia, intelligun-
2 tur de valida, non de nulla, Abb. conſ. 99.

Dicimus pariter, quòd contumax in non reſpondendo non poteſt haberi pro confeſſo, vbi iudicium eſt nullum
3 Bart. in l. filius per illum tex. ff. de interrog. act. idemq; eſt in captura propter tale iudicium nullum facta Rom. conſ. 223. & quando libellus eſt ineptus, ſeu non ſolemnis nulla exceptio eſt pœnalis, & ſi reus tunc mentiatur negando ſe poſſidere, vel dicendo, ſe poſſidere pro alio, cum poſſideret pro ſe, ſiue aliter, calumnietur, non punitur. Bald. in l. edita col. pen. C. de eden.

Statutũ quoq; puniẽs cedẽtẽ actionẽ nobili, intelligitur de cellione ritè facta Bal. in l. non dubi ũ col. 2. C. de legi

Et

Et litis conteſtatio inualida non interrumpit præſcriptionem gloſ. in c. vt debitus de appell. & citatio inualida nihil operatur glo. in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſat. ideò etiam propter ſententiam nullam iudex non facit litem ſuam gl. notab. in l. fi. ff. de var. & extraord. cogn. & ibi Bart. niſi executus fuiſſet ſecundum Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci quæſt. 21. ff. de off proconſ.

Iuramentum quoq; de ſeruandis ſtatutis debet intelligi de validis Fely. d. c. ex tenore nu. 7. de reſcr.

Quando autem nullitas primarum literarum cauſaretur ex eo, quia impetrans ſecundas renunciauerat ipſis pri-
6 mis, tunc de ipſis debet fieri mentio. Abb. in c. ad audientiam il 2. de reſcr. & ibi cum videas diligenter, quia videtur in c. ex tenore de reſcr. tenore oppoſitum.

Fieri debet etiam mentio, vbi electio facta non eſſet nulla, ſed annullanda, niſi tamen vltrà nullitatem concurreret qualitas habens veriſimiliter difficultare impetrationem, puta, quia ipſe impetrans fuiſſet electus per potentiam laicalem, quia dato, quod talis electio ſit nulla, tamen ſi non exprimitur, non valet gratia. Abb. in c. cum iã dudum col. 1. de præbend. Fely n. in c. poſtulaſti ad fin. de reſcr.

Quando etiam primæ literæ ad beneficia ſunt elidibiles, de ipſis debet fieri mentio, maximè quando ſunt pro-
7 priæ ſecundo impetrantis Fely. d. c. ex tenore limit. 3. de reſcr.

Quando etiam primę efficiuntur elidibiles poſt impetrationē ſecundarum cùm ſecundæ erunt ſurreptitiæ à prin-
8 cipio tacendo de primis tunc validis, non reconualeſcunt propter ſuperuenientem defectum primarum, & hoc procedit tam in literis ad lites, quam ad beneficia. Abb. in d. c. ex tenore vbi etiã declarat, quòd ſi primæ ſint elidibiles per exceptionem tertio competētem, tunc eſt opus facere mentionem; & nota. quòd exceptio tertiò competēs nō poteſt à me allegari, facienda quoque eſt mentio, quando agitur de poſſeſſione alterius nullum tamen habente in ſe colorem ca. cum noſtris de conceſſ. prębē. in omni enim impetratione debet fieri mentio de alterius poſſeſſione per tex. cum gl. in c. 2. de decim. in 6. & in c. dudum de reſcr.

Quōties etiam quis impetraſſet primum reſcriptum propter malicioſam falſi expreſſionem non valet ſecūdum
9 in eadem materia ab ipſomet impetratum non faciens mētionem de primo, & ipſe allegans talem obreptionem nō auditur propter turpitudinem ſuam, ſecùs ſi eſſet obreptio, vel ſurreptio carens dolo, quia ceſſat dicta ratio ita Felyn. in d. c. ex tenore ſub nu. 8.

DVBITATIO CVI.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum per clericum contra laicum, an comprehendat alios, quam nominatos, & quid ſi fuerit impetratum contra clericos, & quoſdam alios, an comprehendat laicos.*

PLacitum, ſeu reſcriptum impetratum per clericum contra laicum, an comprehendat alios,
1 quam nominatos, & quid ſi fuerit impetratum contra clericos, & quoſdam alios, an comprehendat laicos.

Non comprehendi, niſi nominatos, eo quia non ſunt expreſſi alij, vel quia non nominati ſunt maiores, quam perſonæ expreſſæ patet, & notatur in c. paſtoralis, & c. ſedes de reſcr. vbi Fely. notat, & facit clem. non poteſt de procur. per reſcriptum etenim impetratum cōtra laicos nominatim expreſſos, ſi deinde laici prædicti denominent in dominum aliquem religioſum, in vim talis reſcripti non poteſt procedi contra ipſum religioſum, præſertim ipſo excipiente, vt notatur per Caſſad. deciſ. 38.

ſuper regul.& plenè Sarnen.in prooem. regul.quæſt.4. dum dicit, quòd ſub tali clauſula non cõprehendunt perſonæ maiores,aduerſario pſonaliter noïato, & docet, q̃ apponat cla,omnesq; alios quacunq; dignitate, & excellentia p̃ditos, vel cuiuſcunque gradus,ſtatus preeminẽtiæ,vel dignitatis exiſtant,vt habetur per Fely.in c.eam te de reſcr.

Virtuteque huius clauſulæ,omnesq; alios,perſonæ poſſunt citari, vt latè examinant Doct.in c.cum in multis de reſcr.in 6. & Sarnen.loco precitato num. 22.& ſeq.quæ tamẽ opinio Sarnenſem, quòd non poſſint citari, niſi quatuor perſonæ conſtituatur per Rot.deciſ.8.de reſcr.in Nou.

Si vero impetratum fuerit reſcriptũ contra clericos, & quoſdam alios,tunc veniunt perſonę maiores expreſſis,nec reſtringi debet reſcriptum ad tres, vel quatuor virtute dictę clauſulæ, & quoſdam alios,quia ſi plures,veniant ad cauſam, iudex habebit iuriſdictionẽ quoad omnes, ſed nota hæc latè per Rot.d. deciſ.8. ſub num.7. vbi etiam habes, q̃ iſta clauſula, & quoſdam alios capitur, & extenditur tripliciter; & mentionem de dicta clauſula habet Fely. in c.ſedes ſub nu.5. ſub 1.declaratione, ibi, adde etiam pro illa declaratione, de reſcrip. imò, & ibid.in 4.declaratione vnde colligere poteris, quod genus ſi ſimpliciter, exprimitur ſine aliqua ſpecie veniũt omnia, quæ comprehẽdi poſſunt ſub illo genere;& quod clauſulæ generali ſi adijciatur aliqua dictio ampliatiua de ſui natura veniunt maiora expreſſis, & quod clauſula generalis vni non eſt in definitè prolata poſt ſpeciem,ſed cum ſigno vniuerſali veniunt maiora expreſſis, quòd dictio alius de ſuo proprio ſignificatu comprehendit ſimilia, niſi materia aliud ſuadeat, vt per Fely. ibid.nu.6. cum addit.ad eum.

DVBITATIO CVII.

SVMMARIVM.

1 *Primo impetrãti reſcriptum, an poſſit obijci, & imputari dolus, vel negligentia.*
2 *Dolus debet probari ex coniecturis, quia non præſumitur declara vt ibid.*
3 *Negligentia impetrãtis reſcriptum probatur per lapſum anni.*
4 *Negligentia manifeſta, & lata culpa dicitur omiſſio illius, quod fieri debet & poteſt.*
5 *Negligentia non poteſt eſſe vbi quis non eſt in mora.*
6 *Negligentia præſumitur vbi quis non facit actum tempore debito limita vt ibid.*
7 *Reſcripta ſecundum ius ciu. ſunt perpetua, de iure verò canonico impetrans debet vti illo intrà annum.*
8 *Annus quando incipiat currere impetranti ad dignoſcendum eius negligentiam, & quæ requirantur.*
9 *Reſcriptum ad lites, quando perdatur data negligentia impetrantis.*
10 *Priuilegium, an tollatur tempore, vel pactum contrarium.*

PRimo impetranti reſcriptum, an poſſit obijci,& imputari dolus, vel negligentia, & an perpetuo durent, vel quanto tempore tollãtur reſcripta, & quid de priuilegio principis, vel alio beneficio.

Quod primo impetranti reſcriptum
1 poſſit imputari dolus, vel negligentia probatur in c.plerunq; & in c.ſi autem de reſcr.

Et quia dolus non præſumitur de-
2 bet probari ex coniecturis per text. in l.quoties. §. qui dolo. ff. de probation. niſi agamus de omittente, id quod ſcit ſe debere facere.l.ſi procuratorem, §. dolo, & l. dolus. ff. mandat. ſecùs ſi ignoraret.l.quod in alterius.ff. de reg. iur. & præſumitur dolus in faciente actum ſimpliciter prohibitum,cap. 1.de

præ-

præſumpt.& præſumitur dolus,quando actus eſt aliquando permiſſus, aliquando prohibitus, & ſic clandeſtinè, quia præſumitur dolus ſi eſt in caſu prohibito,ſecùs ſi fiat palàm.l.fin. ff.de rit.nupt. l.non intelligitur. §. ſiquis palam. ff. de iur.fiſc. præſumitur etiam dolus in cõmentarienſe, quia debet probare dolo ſe carere, quando carcerati aufugerũt. l. ad commentarienſem. C. de cuſtod. reo.vnde colligimus dolum probari ex coniecturis per tex. in c. 2. de renuntia in 6. & ſic præſumptiuè dolus poteſt probari per coniecturas,& indicia, quę non ſunt probationes directæ, ſed inflexæ inferentes modum. gloſ.eſt in c. fi.de renunt.in 6.Bart. in l. dolus. C. de reſcind.vend.& in l.fi.C. de p. obat.

Negligentia verò impetrantis reſcri
3 ptum probatur prolapſum anni, vt per Fely.in c. ſi autem num. 3. de reſcr. negligentiaque, eſt omiſſio illius, quòd fieri debet, & poteſt, quo caſu dicitur
4 manifeſta negligentia,& lata culpa.l. ſi fideiuſſor in prin.ff.mand. Alex.in l.tutor qui.§.pen.ff.de admin.tut. ſed negligentia non poteſt eſſe vbi quis non eſt in mora.c.fi.de elect. c. quia diuerſitatẽ de conceſſ. præben.& præſumitur negligentia vbi quis non facit actum tem
6 pore debito.Fely. in c. paſtoralis de excepţ. niſi probetur legitimum impedimentum,quòd fuerit cauſa immediata quare non egit;, & hoc probando diligentiam tempore impedimenti. Abb. in c.plerumque de reſcr. Felyn. in c. ex tranſmiſſa de præſcript.& dicit. Bald. in c.1. §. iudices colu. 3. de pace iura.firm. quòd iudex negligens facit litem ſuam, ſed non dicitur negligere ſi pars non petit.

Reſcripta verò ſecundum ius ciuile ſunt perpetua,vt per tex.in l.falſo. C.de
7 diuer. reſcr. de iure verò canonico impetrans debet reſcripto vti intrà annũ aliàs conſtituitur in negligentia c. plerunque,& c.ſi autem de reſcr.vbi Abb. & Fely.qui annus vt ſciatur, quando in
8 cipiat currere impetratori ad dignoſcẽdum eius negligentiam, duo requiruntur primum, quòd non potuerit habere copiam iudicis.ſecundum, quòd nõ fuerit in dolo, vel negligentia, vnde non ſufficiet allegare impedimentum, niſi probetur, quòd tempore impedimenti valebat agere,& nõ potuit.Abb. d.c.plerumque.

Reſcriptum propterea ad lites perdi-
9 tur data negligentia impetrantis, quæ negligentia non cõſideratur, niſi alius ſecundò impetret,aliàs autem non data impetratione ſecundi reſcripti, primum eſt perpetuum,ideſt, durat tanto tempore quanto durat actio ſuper qua impetratur vt per text.ſing. in d. l.falſo. C.de diu.reſc.& ſic limitabis.tex. in d.c. ſi autem per tex.in d.l.falsò, & ſic illum per iſtum vt declarat. Abb. in d.c.ſi autem num.3. de reſc.

Si verò loquamur de priuilegio, an
10 tollatur tempore, dicas quòd ſic per tex.in l.quoties. C. de præci.Imp. off. & ſi quæratur quanto tempore tollatur, aut quæritur, ſi tollatur propter non vſum, aut propter actum contrarium, primò caſu aut conceditur aliquod ius vt actio, & tunc tantum durat, quantũ durat illa actio,& perditur per tempus, quo perditur actio arg.l.2.C. de conſtit. pecu.iuncta l.omnem. C. de præſcr. 30. ann.aut conceditur facultas,puta, nundinarum, & tollitur 10. annis. l. 1.ff.de nundin. Si verò quæras qualiter tollatur per actum contrarium, tunc aut habet effectum momentaneum, aut ſucceſſiuum,primò caſu priuilegium vnico caſu emiſſo in contrarium perdetur l.2.C.de iure dot.impe.ſi verò habet effectum ſucceſſiuum, tunc per vnicum actum perditur.l. voluntariè. C. de excuſ.tut. canon. in c.cum acceſſiſſent de conſtit.

Et quòd dicitur de priuilegio, idem habet locum in beneficio,quia beneficium eſt genus comprehendens priuilegium,& reſcriptum comprehendit

beneficium ſtrictè ſumptum priuilegiũ eſt lex ſcripta contra ius commune l.1. ff. de conſti.prin. reſcri ptum eſt ad obſeruantiam iuris communis vt l. falsò. C.de diu. reſcri. beneficium autem,vel tangit ius concedẽtis, & tunc latiſſimè interpretatur,aut tangit ius alterius, & tunc non. Priuilegium verò non interpretatur latè, quia contra ius commune, & idem dicitur in diſpentatione; reſcriptum verò ſtrictè interpretatur. ca. cauſam,quæ vbi Canoniſt.de reſcr.hęc per Bar. in l. beneficium num.3. & 6.ff. de conſtit. prin.

DVBITATIO CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Temporalia ad agendum, an ſint perpetua ad excipiendum declara latè. vt ibi.*

PLacitum, ſeu reſcriptum impetrans, an quia in tempore non egit, & illo intra annũ non fuit vſus, vt de iure canonico requiruntur poſſit tamen perpetuò excipere de illo.

Hic intrat declaratio, an temporalia ad agendum,perpetua ſint ad excipiendum,qua declaratione facta ſimul reſoluta erit dubitatio propoſita.Eleuemus
1 ergo regulam, quod tẽporalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum. probatur in l.purè.§. fi.ff.de doli excep. ratio eſt,quia in poteſtate rei nõ eſt exigere contra actionem non productam, ſecùs dicendum eſt eſſe in poteſtate actoris,vt perſcribentes in c.ſi autem de reſcr.

Intelligas regulam,dummodo actio nunquam fuerit ab actore intentata, nam ſi actor intentauit actionẽ,& reus nõ allegauit exceptionem, expirat ius excipiendi, ſicut ius agendi. glo.pen.in c.cùm acceſſiſſent de conſtitu.& idem eſt generaliter,vbicunque poſſet imputari negligentia excipienti vt in capit. plerunque de reſcript.

Vbi etiam tempus ipſius exceptionis eſſet limitatum,vt ex Imol.refert Felyn.d.c.ſi autem de reſcr. ſub nu. 5. lim. 2. Idemque dicitur quãdo ageretur de replicatione,quia cùm replicatio ſit cõnexa actioni, illa finitur cùm tempore actionis per tex.cum glo.in l.quęſitum §.in dolo. ff. de pecul. quia in poteſtate actoris eſt,replicare quando vult,agẽdo, & ſicut fuit negligens in agẽdo,poſſet eſſe negligens in replicando, & replicatio doli eſt temporalis ſicut actio doli ita Caſtr.in d.§. in dolo. & per glo. in l.nam poſteà.§.ſi minor in verb.tempus. ff. de iureiu. & replicatio menſuratur vice actionis.l.1.in fi.ff. quando act. de pe.eſt ann.

Procedit autem regula præmiſſa dũmodo opponatur ante litem conteſtatam,quia licèt ſit perpetua, non tamen eſt perpetua poſt litem conteſtatã Archid.in c. ſiquis Epiſcopo.§.exceptio 3. quæſt. 6.

Intelligas etiam regulã, dummodo exceptiones ſint natæ, & inceperint cõpetere, quia regulariter ſunt perpetuæ d.l.purè.§.fi.ff.de dol.excep.ſed antequã naſcantur,poteſt impediri earum natiuitas per lapſum certi temporis.ita declarat Caſtren. in d.l. nam & poſteà.§.ſi minor.ff.de iureiu.

Quando verò ius excipiendi competeret ex quo competere ius agendi, tũc non procederet regula præmiſſa, quia ſublato iure agendi tollitur ius excipiẽdi.Abb. in c. ſi autem de reſcr. per text. in l.Papinianus.§.ſi filius. ff.de inoffi.teſtam. vbi ſi filius exhæredatus poſſidebat, & ſi hæres ſcriptus ager pro hæreditate filius contradicendo excipiet de inofficioſo teſtamẽto, inducendo quærelam intra illud tempus, intra quod ageret,vnde ſi eſt lapſum tempus agendi,ſcilicet, quinquennium, iuxta tex.in l.contra maiores.C.de inoffi.teſtam.eſt finitum ius excipiendi & eſt tex.notab. ſecundum Bal. ibi, quòd poſſeſſor poſ-

ſet

set intentare querelam per modum exceptionis.

Procedet ergò regula in exceptionibus, quæ non possunt opponi nisi excipiendo, vt exceptio pacti, & iurisiurandi, secùs in his, quæ possunt proponi ẽt agendo, vt exemplificat Castr. in d. §. si minor in fi. in officio iudicis à quo petitur restitutio, nã potest proponi principaliter agendo, & excipiẽdo per modũ contradictionis, si ergò per lapsum temporis excluditur à proponẽdo per modum agendi, ita per viam excipiendi; idem dicendum in exceptione nõ numeratæ pecuniæ, quæ vtroque modo potest opponi auth. hãc querelam. C. de non num. pecu. idem in exceptione compensationis secundum Castr. loco præcitato.

DVBITATIO CIX.

SVMMARIVM.

1 *Reprobans rescriptum an possit se fundare super rescripto reprobato dicendo, quòd impetrans est confessus in ipso narrata.*

2 *Narrata in rescripto impugnans non potest se fundare ex eo aduersus aduersarium.*

3 *Confessio orta ex libello, cui aduersarius contradixit, non nocet libellanti, & quare.*

4 *Probatione impugnata potest quis se ex ea fudare, quando non obtinuit.*

PLacitum, seu rescriptum reprobatum, an probet contenta in eo, & sic an rescriptum reprobans possit se fundare super ipso rescripto reprobato, dicendo, quòd Impetrans est cõfessus in ipso narrata.

Ex rescripto etiam reprobato posse
1 reprobantem fundare dicendo impetrantem confessum narrata, & quod in rescripto videatur confiteri, etiamsi rescriptum reprobetur tãquam tacita veritate impetratum firmat Abb. in capi. examinata sub num. 4. & ibid. Fely. nu. 3. de iudic.

Nec obstat regula ex eo de reg. iur. in 6. quia aliud est dicere rescriptum non solemne, vel obstare, quia posterius, aliud est dicere, narrata esse falsa, nam primo casu impugnatur continens, & sic ipsum rescriptum secundo verò casu contentum, & sic non ipsum rescriptum, sed contenta in ipso, & facit, qđ scribit Abb. in c. cum venerabilis col. 9. versic. expediam hanc materiam de except. vbi dicit, quòd reprobato instrumento, quia non solemne, nihilominus stat confessio adhuc oriens ex productione, & illa potero vti contra producentem, secùs si instrumentum esset reprobatum, quia non authenticum, puta, falsum.

Exinde resultat, quòd impugnans
2 narrata in rescripto non posset posteà se aduersus aduersarium ex eo fundare, vt per Bald. in l. cũ precum. C. de lib. cauf. vbi dicit, quòd confessio orta ex libello, cui aduersarius contradixit, non
3 nocet libellanti, ratio est, quia in confessione dicitur, quasi contrahi, & talis quasi contractus non cadit inter desinentes, & faciunt notata per Bal. in l. si magnum propè fin. C. qui accus. & in l. 3. col. 18. C. de confes. vbi dicit, quòd ex libello negato nemo se fundat. Hæc tamen de libello vidẽtur procedere, vbi quis impugnasset narrata in libello, secùs vbi impugnasset, quod inepta actio foret intentata, vel quia non esset solẽnis, puta, quia in eo deficeret solemnitas, quæ ex forma alicuius dispositionis requireretur, vel nõ esset ex illo soluta gabella stante statuto, q̃ ex omni libello soluatur certũ quid pro gabella, & aduertendum est, quia impugnans libellum, vel rescriptum, vt falsum si succumberet, quia pronuntiaretur non esse falsum, tunc posset se fundare contra aduersarium super illo, licèt prius impugnasset, ita per tex. sing. in c. cum venissent in verbo. obtulit de eo qui mitt. in possess. Inno. in c. mulieri de iureiu. Abb. in c. gratum de off. deleg. vbi

ex

ex probatione impugnata poteſt quis ſe fundare, quando non obtinuit.

DVBITATIO CX.

SVMMARIVM.

1 *Placito, vel reſcripto Papæ, an ſufficiat, quòd ſit expreſſa prima littera impetrantis, & quid de libello, & de eccleſia.*
2 *Nomen, & cognomen, an in libello debeat exprimi.*
3 *Libellus quid ſit.*
4 *Libellus quæ continere debeat.*
5 *Libellus vnde dicatur.*

1 PLacito, vel reſcripto Papæ, an ſufficiat, quòd ſit expreſſa prima littera impetrantis, & quid de libello, & de eccleſia.

Breuiter expedienda reſolutio, quòd licèt de iure ſufficiat in litteris Papæ exprimere primam litteram nominis proprij per tex. in C. G. perpetuus, de fid. inſtr. & C. P. & G. de off. deleg. & c. cum inter, R. de elect. & c. cum inter, P. de renunciat. & c. cum C. de foro compet. in 6. Hodie tamen de conſuetudine curiæ apponitur nomen extensè. arg. l. 2. C. de vet. iur. enucl. vbi nomina prudentum non ſcribuntur ſignis, ſed extensè, & habetur per Archid. in c. in ſumma 25. q. 2. vbi dicit, quòd propria nomina impetrantium extensè debent ſcribi, ſecùs de nominibus eorum, contra quos impetratur idem dicit. Spec. de reſcrip. præſent. §. igitur verſ. & quoniã ex forma.

Quando verò nominantur eccleſiæ, an exprimi debeat nomen Sancti concludas, quòd non, quando contingit mentionem haberi de eccleſia Cathedrali, ſecùs ſi de inferiori, vbi eſſet locus ſolemnis habens eccleſias matrices, & facit gl. in c. quamuis in verb. extendi de præben. in 6.

An autem in libello debeat exprimi
2 nomen, & cognomen, vid. glo. & Doc. in c. 1. de libell. oblat. Spec. eo. tit. §. quid ſit libellus in prin. Bart. & alios in l. 1. ff. de lib. & poſth. & in l. demonſtratio. ff.
3 de condit. & demon. & certè libellus, eſt, quædam ſcriptura in qua continetur res quæ petitur, & cauſa petendi, ac nomen actoris & rei. Abb. in rub. de libe. oblat. vbi refert. Hoſtien. dicere, quòd
4 quamuis libellus multa debeat continere de conſuetudine approbata, tamẽ ſufficit, quòd appareat, quis petit, à quo quid, & quare, & coram quo vt in c. querelam de elect. & arg. l. ſi procurator. ff. de procurat. & inde verſus poſiti, quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo, rectè compoſitus quiſque libellus habet. Et quidem libellus etiam debet dari in ſcriptis. Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & c. offeratur 3. q. 3. & quando libellus requiritur non ſufficit ire ad bãchum iuris, & facere, quòd Notarius ſcribat illud, quòd petere intendit vt p Bar. in l. in ſacris. C. de proxi. ſacro. ſcri. lib. 12. & notat. Angel. in l. à ſententia. §. fi. ff. de appell. vbi vult, quòd ex quo appellatio debet poni in ſcriptis non ſufficit ire ad banchum iuris, & dicere, qđ ſcribat qualiter appellat.

Hinc libellus dicitur à libra, ideſt, iu-
5 ſtitia, nam ille qui iudicat, ſtateram geſtat in manibus. c. omnis 45. diſt. & alibi dicitur. Non afferamus ſtateras doloſas c. non afferamus. 24. q. 1.

DVBITATIO CXI.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, volumus, quòd omnia habeantur, p expreſſis ſi apponatur in reſcripto, vel priuilegio, an veniant quæ varò, vel quæ communiter ſolent accidere.*
2 *Conſueta tacitè veniunt in ſimplici rogatione notarij.*
3 *Surreptionis euitandæ cauſa vbi de iure, vel de ſtylo Curiæ aliquid ſolet, & debet exprimi, non ſufficiet, quòd ſoleat exprimi vt valeat diſpoſitio.*

4 Soli-

Digitized by Google

4 *Solitus concedere aliquid per viam mercę, & gratuitę facultatis non obligatur perseuerare.*

5 *Hospitatus siquis fuerit amicum suum in domo, non ob id tenetur in futurum hospitari declara vt ibi.*

6 *Clausula solita de stylo Curię debet intelligi si casu non fuerit expressa.*

7 *Contractus videntur geri secundum consuetudinem loci, licèt non exprimatur.*

8 *Solitum apponi in contractu habetur pro apposito etiamsi non fuerit scriptum.*

9 *Notarius simpliciter rogatus intelligitur rogatus cum clausulis consuetis.*

10 *Notarius in instrumento dotis debet apponere obligationem hypothecariam etiamsi sibi non fuerit dictum.*

Notarius potest apponere consuetas renuntiationes. ibid.

11 *Contractus omnis, & dispositio quęlibet recipit interpretationem à consuetudine.*

12 *Mandans videtur expresse mandare quę sunt de consuetudine.*

13 *Vendendi bona fiscalia habens potestatē potest dare fideiussorem euictionis, & apponere omnia pacta pœnalia secundum morem regionis.*

14 *Promissio de renouanda emphyteusi intelligitur secundum, quòd est consuetum.*

15 *Præceptum Ducis de cogendis debitoribus fisci pro arbitrio exactoris intelligitur de coactione inducta à consuetudine.*

16 *Conductio facta de domo, vel operarijs intelligitur secundum consuetum.*

17 *Colonus tenetur soluere, quòd est consuetum vltrà pensionem solui etsi non fuerit dictum.*

18 *Citatus non expressa hora, intelligitur propria quam iudex solet sedere.*

19 *Testatoris verba recipiunt restrictionem à stylo patrię.*

20 *Emphyteusis concessa intelligitur in tertiam generationem, si sic se habet consuetudo loci.*

PLacito, rescripto, vel priuilegio principis in quo adsit clausula, volumus quod omnia habean-
1 tur pro expressis, an veniant, quæ raro, vel q̄ cotter solēt accidere?

Vbi in aliqua dispositione, vel priuilegio princeps apponit clausulam, qđ omnia habeantur pro expressis vigore istorum verborum non veniunt nisi quæ communiter solent exprimi, & nō quæ de raro solent accidere, & sic intel ligitur rescriptum, vel priuilegium de de consuetis communiter, & vt plurimum, secùs si rarò solitū sit aliquid fieri, & probatur in l. seio. §. medico. ff. de annu. lega. & ibi notat. Bar. ita limitans, quòd dici consueuit, procuratorem posse consueta, & allegat in simili text. in l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrah. emptio.

Hinc inferamus, declarando, quòd
2 in simplici rogatione notarij tacitè veniunt consueta, vnde in contractu quo transfertur dominium potest addi clausula præcarij, quia per eum efficacius peruenitur ad mentem cōtrahentium, sed hoc intelligitur de consuetis generalibus secùs in substantialibus, illa enim à principio sic insunt contractibus, quòd sine illis actus vitiatur. l. testamentum. C. de testam. & c. tuæ, & c. tua in fin. de sponsa. consequenter hinc se-
3 quitur, quòd vbi de iure, vel de stylo curiæ aliquid solet, & debet exprimi ad euitandam subreptionem, & est substātiale, non sufficiet, quòd soleat exprimi ad hoc vt valeat dispositio Bal. in l. etiā col. 1. C. de execut. rei iud. & in repe. l. 1. C. de sacrosancc.

Infertur etiam, quòd licèt in generali concessione veniant accidentalia, vel solemnia consueta exprimi, tamen non semper ex multiplici actuum frequentatione inducitur consuetudo, & ideò si aliquis per viam meræ, & gratuitæ facultatis aliquid sit solitus concede
4 re, per hoc non obligatur perseuerare, ac si firmata esset consuetudo, hoc declarat Abb. in c. quoad translationem col. 2. de offi. leg. per id quod notat Innoc. in c. cum ecclesia sutrina de cauſ. poſſ. & propr. vbi dicit, quòd si miles alicui hospitaretur amicum suum in domo,

mo, per hoc non eſt inducta conſuetu
5 do, vt teneatur eum in futurum hoſpi-
tari, cum fuerit profectus ad illam ciui-
tatem. concordat Bar. in l. cùm de in rē
verſo. ff. de vſur. Archid. in c. ſeruitium.
18. q. 2. niſi id factum fuiſſet tanto tem-
pore cuius initii non eſſet memoria.
Bart. d. l. cum de in rem verſo. Ang. in l.
ſi certis annis. C. de pact. Ioan. And. in
c. peruenit de cenſib. & de materia vi-
de Bal. in l. ſiquis ſub conditione. ff. de
condit. inſti. Abb. in c. ex parte Aſtenſis
de conceſſ. præben. Rom. conſi. 376.

Sed ſemper in corde fixum teneas, q
6 clauſula ſolita de ſtylo curiæ debet ſub
intelligi ſi caſu non fuerit expreſſa, ſic
dicimus in contractibus, vt videantur
geri ſecundum conſuetudinem loci, li
7 cèt hoc non exprimatur in contractu
l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædil.
edict. Bart. in l. nemo eſt, qui neſciat. ff.
de duob. reis. refert Abb. in cap. cum M.
Ferrar. de conſtit. ficque illud, quod ſo
let apponi in contractu, habetur pro
8 appoſito etiamſi non fuit ſcriptum. Fe-
lyn. in c. ex litteris de fid. inſtru. & ideò
Notarius ſimpliciter rogatus intelligi-
9 tur rogatus cùm clauſulis cōſuetis Ca-
ſtren. in l. 2. ff. de iuriſdi. om. iud. Alex.
in l. ſi finita in prin. ff. de damn. infect.
ideò dixit Bal. in l. 1. ff. ſolu. matri. quòd
10 Notarius in inſtrumento dotis debet
apponere obligationem hypothecariā
etiamſi ſibi non fuerit dictum, ex quo
ſolet apponi, & poteſt apponere renū-
tiationes conſuetas, quod tamen decla
ra, vt per Bald. in rub. C. de his, quæ in
frau. credit. omnis etenim diſpoſitio ſi-
ue legalis, ſiue vltimarum voluntatū,
ſiue contractuum recipit interpretatio
nem à conſuetudine. Abb. in c. certifi-
cari in prin. de ſepul. Socin. conſi. 111.
vol. 1. hincque eſt, quòd ſi conſtituo te
procuratorem videor expreſsè manda
re, quòd faciaſea, quæ ſunt de conſue-
12 tudine. l. ſi pignore. §. fi. ff. de pign. actio.
Bar. in l. ſi procurator. in prin. ff. de iure
fiſc. & in l. fi. in prin. ff. de his, q̄ in fraud.
cred. & in l. benè à Zenone. C. de quadr.
præſcr. Bal. in rub. C. de exercit. act. Ro-
ma. conſi. 114.

Hinc videmus, quòd habens poteſta
tem vendendi bona fiſcalia, poteſt da-
re fideiuſſorem euictionis, & apponere
omnia pacta pœnalia ſecundum mo
13 rem regionis, vt dicit Ang. in l. 2. ff. de
iuriſdi. om. iud. per tex. in d. l. benè à Ze-
none. C. de quadr. præſcr.

Hinc etiam eſt, quòd promiſſio præ-
lati ſimplex de renouanda emphyteuſi
intelligitur ſecundum, quòd eſt cōſue-
14 tum, ſecundū Ang. in §. emphyteuſim
in auth. de non alien. & præceptum Du
cis de cogēdis debitoribus fiſci pro ar-
15 bitrio exactoris intelligitur de coactio
ne inducta à conſuetudine ſecundum
Bal. in l. 1. C. ſi ob publ. penſita. & condu
ctio ſimpliciter facta de domo intelli-
gitur, quòd penſione conſueta ſecun-
dum Saly. in l. exceptio. C. locat. & con
ducens operarios tenetur eis miniſtra-
re victum & ferramenta ſi eſt conſuetū
ſecundum Bald. in l. liberti col. 5. C. de
oper. lib. & habentes vendere gabellas
alicuius ciuitatis, ſi faciunt pacta con-
tra illud quod eſt conſuetum, non tene
tur ſecundum Barto. in l. 1. C. de paſcuis
pub. vel priu. lib. 12. & colonus tenetur
ſoluere illud, quod eſt conſuetum vl-
tra penſionem ſolui, licèt non fuerit di
17 ctum ſecundum Bar. in l. domini præ-
diorum. C. de agric. & cenſi. lib. 12. & ci-
tatus ſimpliciter non expreſſa hora in-
telligitur propria, qua iudex ſolet ſe-
dere. Innoc. & Abb. in c. conſuluit. de
offi. delega.

Hinc quoque eſt, quòd verba teſtato-
ris ſimplicia ſemper recipiūt reſtrictio-
nem à ſtylo patriæ conſuetudinario,
19 vel ſtatutario. Bar. & Ang. in l. hæredes
§. cum ita. ff. ad Trebell. Alex. conſi. 14.
vol. 4. Soc in conſi. 42. vol. 1. & hinc etiā
eſt, quòd ſi prælatus conceſſit ſimplici-
ter rem in emphyteuſim, cenſetur con-
ceſſiſſe in tertiam generationem, ſi ſic
ſe habet conſuetudo loci, ſecundum.

Bal.

Bal. in add. ad Specul. in titu. de locat. & hæc exempla sufficiãt pro vberiori declaratione dubitatorum.

DVBITATIO CXII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, seu rescriptum, an habeat vim legis inter partes.*
2 *Interpretatio facta per rescriptum facit ius generale quoad omnes declara vt ibid.*
3 *Rescriptum, qualiter intelligatur habere vim legis inter partes, & qualiter prosit alteri. limita seu declara vt ibid.*

1 PLacitum, vel rescriptum, an habeat vim legis inter partes.

Rescriptum vim habere cõstitutionis, seu legis inter partes & non inter alios firmatur in rub. extra de rescr. vbi omnes Canonistæ.

Interpretatio verò facta per rescriptum ad postulationem vnius concessum super iuris, vel principis decreti, seu etiã Apostolicæ regulæ intellectu,
2 facit ius generale quoad omnes p text. in l. fin. C. de legib. & per notat. in ca. in causis de re iudic. hęc tamen procedũt in rescripto principis, sed in rescripto inferioris etiam habentis potestatem legis condendæ non inducitur ex eo, siue rescribat, siue iudicet, aut epistolam transmittat. Ang. & Alex. in l. 1. ff. de ferijs.

Quod rescriptum habeat vim legis inter partes, intelligas si sit conforme
3 iuri communi, quo casu potest allegari ad differentiarum decisionem Doct. in l. 1. C. quom. & quando iud. & in l. 11. C. de legib. Rot. decis. 2. de dolo, & cõt. in antiquior. vbi dicitur, quòd rescriptũ cõcessum vni parti, vt eius aduersarius possit compelli personaliter comparere contra regulam l. fin. C. de procur. & c. 1. de iud. in 6. operatur idẽ in ipso impetrante, & ideo dicit Bald. in cap. 1. de rescrip. quod rescriptum remouens appellationem, intelligitur etiam remouere appellationem ipsius impetrantis, & dicit gl. in clem. sæpè in vers. voluerit de verb. sign. quòd si actor obtinuit per rescriptum, vt causa de sui natura plenaria agitetur summariè, erit idem si eodẽ iudicio ipse reconueniatur, & sequitur. Abb. in c. fin. col. 2. de mu. pet. & in proposito dicit Bald. in l. fin. col. 2. C. de fruct. & lit. expen. quòd si ex rescripto principis obtinuit Vassallus, vt à feudo non caderet propter non seruata fœdera feudi, eodem modo dominus non amittet dominium directum, si eadem non seruauerit, quòd alias amitteret. c. 1. §. ex eadẽ de leg. Conrad. Felyn. c. dilecti col. 2. de maior. & obed. Bar. in l. in sacris la 3. in fi. C. de proxi. sacror. scri. lib. 12. q̃ dicit, quòd rescriptum cõcessum vni parti in solutione sportularum prodest etiam alteri præmissa tamen declaranda sunt, nisi concessio esset facta motu proprio superioris, vt per gl. in d. clem. sæpè, & Abb. in d. c. fin. de mutu. pet. per tex. in l. 3. in princ. ff. quod quisque iur. & ibi plenè per scribentes.

Procedunt etiam prędicta, nisi odiũ, aut fauor specialiter in vna parte tantum aliud inducat secundum. Bal. in c. 1. de rescr. in fine.

DVBITATIO CXIII.

SVMMARIVM.

1 *Impetrator rescripti, an possit inuito aduersario renunciare rescripto firmatur ampliatur, & restringitur regula ibid.*

PLaciti, seu rescripti impetrator, an possit inuito aduersario, renunciare rescripto.

Communior conclusio est, quòd possit renunciare, vt per omnes scribentes in c. conquerente de restitu. spol. Bal. in l. petendæ col. 2. C. de temp. in integ. restit. Ang. in l. obseruandum ff. de iudic. Abb. in c. ex literis in princ.

gitized by Google

de fid.instrum.Bald.in l.1.C.vt lit.pend.

Et in tantum vera est huiusmodi cõmunior conclusio,vt procedat etiam si motu proprio fuit causa commissa ad vtilitatem priuatam. Abb.in c. ex conquestione de restit.spol.nu.11.quia vbi cõtinetur fauor duorum, vel plurium, quilibet potest renunciare,quatenus tãgit fauorem suum, & non quatenus tãgit alium.arg c.si diligenti de foro cõp. & l. id quod nostrum. ff.de reg. iur.& c. ad apostolicam de regul.

Hicque intrat quæstio, an reus contra quem literæ sunt impetratæ possit illis vti, & agere contra actorem eo inuito,& nolente agere,cuius quæstionis resolutio dabitur in sequenti dubitatione.

Sed conclusionem super proposita dubitatione declara procedere,nisi rescriptum afferat alicui ius vltrà instantiam ita Bal. in l.postquam liti in fin. C. de pact.

Vindicabit etiam locum præmissa principalis conclusio, dummodo satisfaciat reo de expensis, & nisi eam rescriptum fuisset præsentatum iudici, & nisi iam emanasset citatio, vt latè per Abb.in d. ca.ex conquestione de restit. spol.& per Fely.in rub.de rescr. sub.nu. 3.imo procedet etiam regula præmissa, nisi rescriptum esset ad bonum publicum, quia ei non renunciat impetrator etiam ante rescripti presentationem, vt per Abb.loco præcit.

Hos tamen quinque casus sic ad regulam declaratos restringendos censet Fely. d.rub.de rescr.nisi falsus procurator impetrasset rescriptum, & commissio infundat nouum habitum, & exercitium iurisdictionis nam tali rescripto indistinctè renunciari potest, secùs si tale rescriptum infunderet solum exercitium iurisdictionis habenti eam habitu, vt in commissione, quæ fit Auditori Apostolico,ratio in Auditore est qa cõmissiones, quæ fiunt in auditoribus potiùs sunt distributiones nullam iurisdictionem dantes, & huiusmodi commissiones sunt strictissimè interpretandæ,quia Auditores habent ordinariam in cognoscendo,sed in pronunciando habent delegatam, vt not.gl.1 in clem. auditore de rescr. & ita intelligas glos. tertiam in fin.in c.solet de sent. excom. in 6. & impetrationes commissionum, quæ fiunt talibus valent etiam obtentę ab excommunicato refert Fely. d. rub. de rescr.sub nu.3.

DVBITATIO CXIV.

SVMMARIVM.

1 *Litera rescripti si fuerint impetratæ contra reum, an reus poterit illis vti, & agere contra actorem eo inuito, & nolente agere.*
2 *Inuitus an agere, vel accusare compellatur.*
3 *Forus rei originalis est sequendus.*
4 *Debitor ope exceptionis potest implorare officium iudicis etiamsi non praueniatur, ne ab aduersario inquietetur.*
5 *Reus non valet inuito actore literis per actorem impetratis vti, intellige vt ibid.*

PLaciti, seu rescripti literæ si fuerint impetratę contra reum,an reus poterit illis vti,& agere cõtra actorem, eo inuito, & nolẽte agere,sicque simultanee discutitur quæstio, an inuitus, quis cogatur agere contra l.vn.C.vt nemo inuitus agere, vel accus.coga.

Si propterea quæratur, an reus con- 1
tra quem literæ sunt impetratæ possit illis vti, & agere contra actorẽ, eo inuitor, & nolente agere, distinguendum est, Aut literæ emanarunt ad instantiã alicuius pro priuata vtilitate, & potest impetrans eis non vti vsq; ad actum citationis, vt per Alex. cons.33. libr.1. & Rom. cons.343.nec tũc valet reus actore inuito,illis vti, quia aduersarij vsque ad actũ citationis non interest.l.de ætate.§. fin.ff.de interrog.act. facit tex.in c. cum cessante de appel.& nemo inuitus

agere

agere compellitur. C.vt nemo inui.pet tot.& sic posset oblato libello antequã conueniat, desistere satisfaciendo aduersario de expensis, & interesse, vt in auth.qui semel C.quom. & qnãdo iud. fortiùs poterit ante citationem, cùm nec de literis suis, laboribus, & expensis impetratis debeat cogi facere beneficium c.præcarie 10. q.2.

Et licet dici posset iudicem recepisse iurisdictionẽ ex quo recepit literas, tamen illas nõ exercet ante citationem, quæ est fundamentum, & principium exercitij.c gratum de off. deleg. ad quã procedere non potest ad instantiã rei inuito actore, cuius fauore literæ fuerunt concessæ arg. l.quod fauore. C.de legib.& reg.quod ob gratiam de regul. iur.in 6.

Aut secũdo loco distinctioni in hærendo, literæ emanarunt pro bono publico, licèt aliquo instante, & principaliter impetrante, vt si mandat fieri inquisitio de ecclesijs, vel personis, vt in c.qualiter il 1.& 2.de accusat & tunc potest iudex procedere, ex quo literis recepisset non solum impetrante desistente prosequi negotium, sed ipso inuito, & renunciante, & quantuncunque contradicente arg.c. quoniam §.is autẽ de off.deleg.& c.1.& 2.de collut.deleg.

Hæc distinctio vti communiter recepta placet. Abbb.in c.ex conquestione, sub nu.10.de restitut.spol. imò declarat primum membrum distinctionis procedere etiamsi Papa motu proprio causa commisisset, debet enim intelligi si actor vult agere, cùm nemo debeat cõpelli ad agendum, & videntur emanare in fauorem actoris, qui semper tendit ad consequendum, non autem in fauorem rei cuius proprium est fugere. ca.1. 3. q.4. ideò non debet redundare in dispendium ipsius actoris faciũt notat. per Abb.in c.audita dẽ restit. spol.

Secundum membrum præmissæ distinctionis putat. Abb.in d.ca. ex conquestione, procedere etiam ante præsentationem literarum, vt sic possit cogi, qui impetrauit in fauorem publicũ ad exhibendum, cùm amplius illi fauori renunciare non possit arg. c. diligenti de foro compet.& l. sicut. C.de act.& oblig.

Quod attinet ad regulam, quæ se habet, vt nemo inuitus agere, vel accusare compellatur. d.l.vn.& tot.titul. C.vt nem.inuit. ag. declara illam procedere nisi creditor iam mouisset litẽ, vel diffamaret debitorem, communem tenet indistinctè Castrens. in l. si contendat vbi glos.2.& per illum tex. ff.de fideiuss. Alex.in l.si finita.§.eleganter.ff.de dam. infect. 2

Verumque est, quòd non potest cõpelli agere inuitus, sed ob exceptionẽ, quam habeo, possum agere contra te inuitum iudicis officio implorato, vt declaret me tibi non teneri, ita text. in l.si pater.C.qui bo. ced. poss.vbi nundũ inquietabatur, nec vexabatur, & posito, quod probatio non periret, nec me diffamares, neque litem inchoantes, non dicor temerè moueri, volendo prouidere futuris inquietationibus, sicut possessor iustus à nullo inquietatus potest petere pronunciari se esse possessorem l. 3. §.missum, & ibi Bartol.ff. de Carbon. ædict. & post transitum in rem iudicatam, potest victor petere, vt sententia confirmetur, & declaretur valida, & appellatione deserta potest appellatus petere pronuntiari super dessertione, quia nõ facit reus, quòd actor ipsum conueniat, nec istud petit, sed ei silentium imponit quinimo potest petere eum cogi ad faciendum instrumẽtum quitationis vt per Alex. in d. l.si finita.§.eleganter.ff.de dam. infec.

Imò intentans hæc remedia potest vti foro proprio in quo conuenire eũ habeat actor, quod licèt iste sponte veniat, tamen venit. vt reus, sed voluntarius, ideò forus rei originalis sequendus est hæc per Fely. in c. si autem de reicr. sub num. 6. 3

Addendoque est, quòd debitor ope exceptionis potest implorare officium iudicis etiamsi non præueniatur, ne ab
4 aduersario inquietetur ita. Bald. in l. 1. §. 1. colu. 2. versit̃ aduerte. ff. quòd vi aut clàm. Bar. in l. si societatem. §. arbitratorum column. 3. versquæro quo iure. ff. pro socio.

Et quòd dixi suprà in 1. membro præmissæ distinctionis, quòd reus nõ valet inuito actore litteris p actorẽ impetra-
5 tis, vti intelligas procedere regulariter vt per Bal. in l. postquam lisi col. fi. C. de pact. in l. 1. C. vt lit. penden. & per Ias. in l. 3. in prin. col. 3. ff. quòd quisque iur. vbi limitat hoc non procedere, quando quis impetrauit rescriptum, in quo continetur ius nouum, vel iniquum, quia si eo noluit vti, tamen est quæsitũ ius aduersario, vt possit vti retorquutione cõtra impetrantem, & subdit hanc limitationem esse notandam, quia cum honore posset practicari, vt in exemplo tradito ibi per eundem Ias.

DVBITATIO CXV.

SVMMARIVM.

1 *Placitum seu rescriptum reportatum contra ius, an sit suspectũ.*
2 *Rescripta debent esse conformia iuri communi.*
3 *Rescriptum contra dispositionem iuris communis dicitur priuilegium propriè, & strictè.*
4 *Rescriptum, quando dicatur procedere ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.*
5 *Surreptio vitiat etiamsi per ignorantiam, & simplicitatem fuisset commissa.*
6 *Impetrans rescriptum per surreptionem à Papa, non est falsarius nec excommunicatus ipso iure.*

1 PLacitum seu rescriptum reportatum contra ius, an sit suspectũ? Quia ex definitione rescripti quæ l. falso. C. de diu. rescr. videtur desumi secundum. Bal. ibi, ad ius rescribuntur, colligitur, quòd rescripta
2 debent esse conformia iuri communi idcò necessarium concludendum est, quod rescriptum contra ius sit suspectũ vt per gl. in c. 1. in verb. noscatur de cõstit in 6. dicentem, quod rescriptum cõtra ius est suspectum, & si constat de mente scribentis mutat naturam, & potiùs dicitur priuilegiũ, vt dicit. Io. And. in c. olim de verb. sign. quòd priuilegiũ est propriè contra ius, vnde dici solet, frustra præcibus imploratur, quòd de communi iure permittitur. l. 1. C. de thesau. lib. 10. & in summa 25. q. 2. vnde rescripta dicuntur modici præiudicij. Bal. in l. 1. C. de diuer. rescr. & recipiunt, interpretationem à iure communi c. causam de reser. & vbi princeps vocat priuilegium, & sigillatur sigillo priuilegiorum, non est necessaria alia clausula, quia satis apparet ipso facto, quòd nunc vult infringere legem, ideò non requiritur clausula, non obstante. Bald. in l. item Iapilli colu. 3. vers. ego dico. ff. de rer. diuis.

Et, quòd rescriptum contra dispositionem iuris communis, dicatur priui-
3 legium propriè, & strictè voluit glos. in c. 1. de constit in 6. Bal. & Abb. in rub. extra de reser. Bal. in l. 1. C. de diuer. rescr. rex. & Bald. in l. 1. ff. de const. prin. & tũc dicitur rescriptum concessum contra
4 dispositionem iuris communis, quando princeps processit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, omisso omni ordine iuris, non habita aliqua causæ cognitione, veritate, & inquisitione, non citatis his de quorum præiudicio agebatur, neque eorum defensionibus auditis; vt respondet Soc. consi. 164. nu. 1. vol. 2.

Exindeque infertur, quòd dictum rescriptum seu proprio, & stricto vocabulo dicendum priuilegium tanquam subreptitium erit, & nullum, nam sicut rescripta ad beneficia propter subreptionem ipso facto vitiantur vt in c. postulasti de reser. cum ibi nota pariter vitiantur ipso iure priuilegia, & benefi-

cia

cia principum vt de communi testatur & sequitur. Abb. in c. ad audientiam de rescr. quoniam surreptio vitiat etiamsi
5 per ignorantiam, & simplicitatem fuisset commissa, satis enim est, quòd princeps non fuisset verisimiliter concessurus, si præcessisset subreptio, vt in c. constitutus de rescr. vbi hoc tenet. Abb. & in c. super litteris eo. ti. nã illa inducunt subreptionem per quam vitiantur gratia, & beneficia, quæ si non fuissent narrata, vel quæ tacita si fuissent expressa, princeps talem gratiam nõ fecisset, seu non ita taliter concessisset prout probat tex. & ibi notant. Doct. in c. super litteris de rescr. & in d. c. constitutus eo. ti. omnis enim puritas in tali impetratione adesse debet, & omne vitium abesse c. siquis neque prima quæst. 1. & in c. ad audientiam & in c. seq. de rescr. & in c. dudum il 2. de elect.

Notandum tamen est in hac mate-
6 ria, quòd impetrans rescriptum per subreptionem à Papa, nõ est falsarius, nec excõmunicatus ipso iure Fely. in Rub. de rescrip. nu. 13.

DVBITATIO CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Placito, vel literis Papę, vel principis si apponatur clausula, tales volumus anteferri, an operetur, quòd præferantur prioribus habentibus illam rem.*

2 *Clausula anteferri si sit apposita in literis secũdi, tunc ille qui sunt primi in data præcedũt. declara. vt ibid.*

3 *Negligens vbi sit primus, præfert secundus intelligi, vt ibid.*

1 PLacito, vel literis Papæ, vel principis si apposita fuerit clausulæ, tale si volumus anteferri, an operetur, quòd præferãtur prioribus habentibus illam rem.

Clausulam anteferri, alioqui volue-re, non esse præiudicialem illis, quibus est ius quæsitum.

Tamen curia Rom. seruat, quòd impetrantes rescriptum, vel literas cum hac clausula, anteferri, præferunt prioribus quibus ius est quæsitum ad rem, non in re, refert Fely. in c. causam, quæ num. 26. de rescr.

Rota verò Romana decis. 17. de præben. in nou. vult, quòd dicta clausula si non est alteri ius quæsitum, nihil operetur, circa ius quæsitum per solam acceptationem expectantis, quia alia vice obtinebit ex eadem gratia, secùs in iure quæsito ex electione, vel presentatione, quia in totum & perpetuo esset exclusus, quod non presumitur de mente Papæ.

Idem vult Aegid. Bellamc. conclus. 167. dicens, quòd per dicta verba non conseruatur ius ad rem, dummodo sit quæsitum ex acceptatione, quia ita obtinuit obseruatio Palatij Apostolici, secùs de iure ad rem alio modo quæsito, puta, electione, aut patroni præsentatione, quia illud non tollitur, sed præseruator.

Ad idem notatur tex. in c. quam sit. §. 1. de elect. in 6. vbi per illum text. notant scribentes, quòd impetratio non faciens mentionem de electione alterius non valet, cum Papa non intẽdat tollere ius alterius c. quamuis de rescr. in sexto.

Et pro prædicta differẽtia, videlicet, an sit expectanti, quæsitum ius solum acceptatione, & tunc collatio Papæ, & sequens tollat illud ius, an verò sit facta expectanti collatio, & nùm collatio vel reseruatio Papæ non tollat ius, etsi fiant eadem die, qua fuit facta collatio, scribit. Felyn. in cap. capitulum versic. & de duabus collationibus factis eodẽ die de rescr.

2 His præmissis erigamus regulam, q vbi secundus habet in litteris clausulã, anteferri, quia dicatur, non obstante, q pro aliis scripserimus quibus volumus se anteferri, tunc illi, qui sunt primi in

data

Addendoque est, quòd debitor ope exceptionis potest implorare officium iudicis etiamsi non præueniatur, ne ab
4 aduersario inquietetur ita. Bald. in l. 1. §. 1. colu. 2. versit̃ aduerte. ff. quòd vi aut clàm. Bar. in l. si societatem. §. arbitratorum column. 3. vers. quæro quo iure. ff. pro socio.

Et quòd dixi suprà in 1. membro præmissæ distinctionis, quòd reus nõ valet inuito actore litteris p actorẽ impetra-
5 tis, vti intelligas procedere regulariter vt per Bal. in l. postquam liti col. fi. C. de pact. in l. 1. C. vt lit. pender. & per Las. in l. 3. in prin. col. 3. ff. quòd quisque iur. vbi limitat hoc non procedere, quando quis impetrauit rescriptum, in quo continetur ius nouum, vel iniquum, quia si eo noluit vti, tamen est quæsitũ ius aduersario, vt possit vti retorquuntione cõtra impetrantem, & subdit hanc limitationem esse notandam, quia cum honore posset practicari, vt in exemplo tradito ibi per eundem Las.

DVBITATIO CXV.

SVMMARIVM.

1 *Placitum seu rescriptum reportatum contra ius, an sit suspectũ.*
2 *Rescripta debent esse conformia iuri communi.*
3 *Rescriptum contra dispositionem iuris communis dicitur priuilegium propriè, & strictè.*
4 *Rescriptum, quando dicatur procedere ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.*
5 *Surreptio vitiat etiamsi per ignorantiam, & simplicitatem fuisset commissa.*
6 *Impetrans rescriptum per surreptionem à Papa, non est falsarius nec excommunicatus ipso iure.*

1 PLacitum seu rescriptum reportatum contra ius, an sit suspectũ?

Quia ex definitione rescripti quæ l. falso. C. de diu. rescr. videtur desumi secundum. Bal. ibi, ad ius rescribuntur, colligitur, quòd rescripta
2 debent esse conformia iuri communi ideò necessarium concludendum est, quod rescriptum contra ius sit suspectũ vt per gl. in c. 1. in verb. noscatur de cõstit in 6. dicentem, quod rescriptum cõtra ius est suspectum, & si constat de mente scribentis mutat naturam, & potiùs dicitur priuilegiũ, vt dicit. Io. And. in c. olim de verb. sign. quòd priuilegiũ est propriè contra ius, vnde dici solet, frustra precibus imploratur, quòd de communi iure permittitur. l. 1. C. de thesau. lib. 10. & in summa 25. q. 2. vnde rescripta dicuntur modici præiudicij. Bal. in l. 1. C. de diuer. rescr. & recipiunt interpretationem à iure communi c. causam de rescr. & vbi princeps vocat priuilegium, & sigillatur sigillo priuilegiorum, non est necessaria alia clausula, quia satis apparet ipso facto, quòd tunc vult infringere legem, ideò non requiritur clausula, non obstante. Bald. in l. item lapilli colu. 3. vers. ego dico. ff. de rer. diuis.

Et, quòd rescriptum contra dispositionem iuris communis, dicatur priui-
3 legium propriè, & strictè voluit glos. in c. 1. de const in 6. Bal. & Abb. in rub. extra de rescr. Bal. in l. 1. C. de diuer. rescr. rex. & Bald. in l. 1. ff. de const. prin. & tũc dicitur rescriptum concessum contra
4 dispositionem iuris communis, quando princeps processit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis. omisso omni ordine iuris, non habita aliqua causæ cognitione, veritate, & inquisitione, non citatis his de quorum præiudicio agebatur, neque eorum defensionibus auditis, vt respondet Soc. consil. 164. nu. 1. vol. 2.

Exindeque infertur, quòd dictum rescriptum seu proprio, & stricto vocabulo dicendum priuilegium tanquàm subreptitium erit, & nullum, nam sicut rescripta ad beneficia propter subreptionem ipso facto vitiantur vt in c. postulasti de rescr. cum ibi nota pariter vitiantur ipso iure priuilegia, & beneficia

cia principum vt de communi teſtatur & ſequitur. Abb. in c. ad audientiam de reſcr. quoniam ſurreptio vitiat etiamſi
5 per ignorantiam, & ſimplicitatem fuiſſet commiſſa, ſatis enim eſt, quòd princeps non fuiſſet veriſimiliter conceſſurus, ſi præceſſiſſet ſubreptio, vt in c. conſtitutus de reſcr. vbi hoc tenet. Abb. & in c. ſuper litteris eo. ti. nã illa inducunt ſubreptionem per quam vitiantur gratia, & beneficia, quæ ſi non fuiſſent narrata, vel quæ tacita ſi fuiſſent expreſſa, princeps talem gratiam nõ feciſſet, ſeu non ita taliter conceſſiſſet prout probat tex. & ibi notant. Doct. in c. ſuper litteris de reſcr. & in d. c. conſtitutus eo. ti. omnis enim puritas in tali impetratione adeſſe debet, & omne vitium abeſſe c. ſiquis neque prima quæſt. 1. & in c. ad audientiam & in c. ſeq. de reſcr. & in c. dudum il 2. de elect.

Notandum tamen eſt in hac mate-
6 ria, quòd impetrans reſcriptum per ſubreptionem à Papa, nõ eſt falſarius, nec excõmunicatus ipſo iure Fely. in Rub. de reſcrip. nu. 11.

DVBITATIO CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Placito, vel literis Papæ, vel principis ſi apponatur clauſula, tales volumus anteferri, an operetur, quòd præferantur prioribus habentibus illam rem.*

2 *Clauſula anteferri ſi ſit appoſita in literis ſecũdi, tunc ille qui ſunt primi in data præcedũt. declara. vt ibid.*

3 *Negligens vbi ſit primus, præfert ſecundum intellige, vt ibid.*

1 PLacito, vel literis Papæ, vel principis ſi appoſita fuerit clauſula, tale ſi volumus anteferri, an operetur, quòd præferãtur prioribus habentibus illam rem.

Clauſulam anteferri, alioqui volue-re, non eſſe præiudicialem illis, quibus eſt ius quæſitum.

Tamen curia Rom. ſeruat, quòd impetrantes reſcriptum, vel literas cum hac clauſula, anteferri, præferunt prioribus quibus ius eſt quæſitum ad rem, non in re, refert Fely. in c. cauſam, quæ num. 26. de reſcr.

Rota verò Romana deciſ. 17. de præben. in nou. vult, quòd dicta clauſula ſi non eſt alteri ius quæſitum, nihil operetur, circa ius quæſitum per ſolam acceptationem expectantis, quia alia vice obtinebit ex eadem gratia, ſecùs in iure quæſito ex electione, vel preſentatione, quia in totum & perpetuo eſſet excluſus, quod non preſumitur de mente Papæ.

Idem vult Aegid. Bellamc. concluſ. 167. dicens, quòd per dicta verba non conſeruatur ius ad rem, dummodo ſit quæſitum ex acceptatione, quia ita obtinuit obſeruatio Palatij Apoſtolici, ſecùs de iure ad rem alio modo quæſito, puta, electione, aut patroni præſentatione, quia illud non tollitur, ſed præſeruator.

Ad idem notatur tex. in c. quam ſit. §. 1. de elect. in 6. vbi per illum text. notant ſcribentes, quòd impetratio non faciens mentionem de electione alterius non valet, cum Papa non intẽdat tollere ius alterius c. quamuis de reſcr. in ſexto.

Et pro prædicta differẽtia, videlicet, an ſit expectanti, quæſitum ius ſolum acceptatione, & tunc collatio Papæ, & ſequens tollat illud ius, an verò ſit facta expectanti collatio, & tùm collatio vel reſeruatio Papæ non tollat ius, ẽtſi fiant eadem die, qua fuit facta collatio, ſcribit. Felyn. in cap. capitulum verſic. & de duabus collationibus factis eodẽ die de reſcr.

2 His præmiſſis erigamus regulam, q̃ vbi ſecundus habet in litteris clauſulã, anteferri, quia dicatur, non obſtante, q̃ pro alijs ſcripſerimus quibus volumus ſe anteferri, tunc illi, qui ſunt primi in data

Digitized by Google

data præcedunt, quia literæ priores in data regulariter prævalent per text. in c.capitulum de reſcr. c. ſi duobus cum gl.in verſ.non apparet de reſcr. in 6. & c.tibi qui de reſcr.eo.lib.in 6.

Et adeò vera eſt iſta regula, vt militet etiamſi ſecundus impetrans priùs præſentet,& priùs recipiatur in Canonicũ, quàm primus, quia nihilominus prima vacans debetur primo impetranti d. c. tibi qui & c.cum qui de præben.in 6.

Vbi tamen deprehenditur primus in negligentia, præfertur ſecundus, vt per glo.in d.c.capitulum,& per text. in d.c. tibi qui in fi. & licèt ponantur certi modi conuincendi negligentiam in propoſito tamen in modo deprehendendi negligentiam, eſt arbitrarium iudici, qui debet arbitrari vtrũ fuerit negligens in non præſentando, vel non petendo, ſuntque quatuor caſus quibus deprehenditur negligentia primi impetratoris de quib. latè per Fely. d.c. capitulum ſub nu. 5.

Sed præcedet hoc de negligentia dictum niſi primus impetrans habuiſſet Canonicatum à Papa, vel fuiſſet receptus in canonicum authoritate Papæ, quia tunc non conuincitur negligentia ſua in aſſecutione præbendæ per actum circà collationem Fel.loco prę-citato in d.c.capitulum ſecunda limitatione vbi latè differit.

Vbi ſecundus vero in data habet ius ſuum à Papa, & anteriores habent ab inferiore, iſte ſecundus præcedet illos per tex. in cap. hi qui de præben.in 6.& per glo. in reg. qui prior in fi. de regu. iur. in 6.

Vlterius vbi ſecundus in literis habet clauſulam, anteferri quæ habetur in c. pen. de præben. in 6. quia dicitur, quod non obſtante, quòd pro alijs ſcripſerimus, quibus volumus te anteferri, tunc illi, qui ſunt primi in data nõ præcedunt, vt patet ex iuribus ipſorum verborum etiamſi illi primi eſſent recepti ad primarias pręces Imperatoris. Fely. in d.c.capitulum ſub tertia fallentia vbi etiam nu.6. & ſeq. notat quinque concluſiones alibi non ordinatas de clauſula, anteferri.

DVBITATIO CXVII.

SVMMARIVM.

1 *Primus impugnans reſcriptum, an poterit ſe ſuper eo fundare.*

2 *Fructum, quis non debet conſequi ex eo, quod eſt nixus impugnare declaratur regula ibi latè.*

1 PLacitum, vel reſcriptum impetrans, ſi primus impugnet illud an poterit ſe ſuper eo fundare.

Ex eo non debere fructuum conſequi, qui nixus eſt impugnare pro
2 bat reg.ex eo, de reg. iur.in 6. vbi Dyn. & c.cum olim de cenſib.

Pendẽte tñ impugnatione, quis põt ſe fundare ex eo quod impugnat qa cũ dubius ſit litis euentus.l.quod debetur. ff.de pecu. ſi non poſſet ſe ex materia impugnationis fundare, poſſet ſequi, quòd ſi ſuccumberet in impugnatione, grauaretur etiã pro ſecundo. Abb. Felyn. & omnes ſequuntur in c.capitulum de reſcr.

Licèt etiam ex facto, quod quis impũgnat, non poſſit ſe iuuare contra eũdem, tamen contra alium tertium benè poteſt ſe fundare, quia poteſt quis in diuerſis inſtantijs, vel diuerſis vijs etiam contrarijs, & iſta impugnatio non præiudicat, niſi inter illos inter quos emanat, quæ habet vim confeſſionis Fely. d.cap.capitulum 2.limitatione vbi latè declarat.

Procedet etiã regula, niſi impugnatio contineret in ſe manifeſtum iuris errorem, quia tunc poteſt, quis ſe fundare in eo, quod impugnauit ſecundũ Bart.in l.poſt legatum. ff.de his quib. vt indig. veluti ſi quis confiteatur appellatione ornamentorum veſtem contineri

ri contra text. in l. ornamentorum vbi notat. Bart. ff. de aur. & arg. leg.

Militat etiam nisi impugnãs desistat ab impugnatione ante sententiam, qa tunc non prohibetur se fundare ex impugnatione per text. in l. alia. C. de his quib. vt indig. vbi delictum persistentię purgatur per desistentiam, & non dicitur perfectum, nisi per perseuerantiam, & ideò infert ibi Bart. quòd qui dicit instrumentum falsum potest pœnitere, & dicere ipsum verum, & agere ex ipso.

Procedet pariter præmissa regula, nisi iudex ex officio vellet se fundare super probatione impugnata etiam in fauorem impugnantis, quia sic potest secundum Innoc. in c. cum olim de cõsib. vers. vnde dico. vbi scribit, quòd si instrumentum, quod quis impugnat, continet, quòd det mihi centu sub cõditione, non adiudicabit mihi illa centum purè, sed sub conditione, quia nõ debentur ante conditionem existentẽ, & hoc dictum extollit ibi. Abb. colu. 3. tanquam singulare, & Bart. in l. post legatum col. pen. vers. ad vnum tamen. ff. de his quib. vt indig.

Vlteriùs impugnãs si succubuerit in impugnatione, potest se fundare in eo pro quo est lata sententia licèt id priùs impugnauerit secundum Bart. d. l. post legatum col. 4. vers. certè vltimum dictum argu. l. Aurelius. §. fin. ff. de legat. 1. Hanc declarationem vtilissimis plurimorum testimonijs alibi non accumulatis confirmat Felyn. in d. c. capitulum nu. 13. de rescr.

Vbi etiam quis negasset factum credens ipsum non fuisse factum, vt quia non impugnauit testamentum, sed negauit simpliciter testamentum fuisse factum, tunc iste non prohibetur posteà se fundare in testamento probato. Bar. d. l. post legatum colum. fin. vers. quæro quid si impugnauit per text. in l. siquis inficiatus. ff. de posit. nec dicitur iste impugnasse iudicium defuncti, sed simpliciter dixit testamentum non esse factũ; ideò possum me fundare in positione tua quam negaui, si eam posteà probasti, vt per Bart. ibid. loco præcit.

Siquis etiam impugnauerit actũ, coactum quoad aliquem iuris effectum nõ quoad substantiã facti, nec quoad omnes iuris effectus, poterit se iuuare etiã quoad alium effectum iuris, quando causa inualidatiua primitus allegata non concludit ad actũ, de quo posteà quæritur per text. in c. ex parte decani de rescr. & ibi omnes Canonistæ.

DVBITATIO CXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Collationes de eodem beneficio vbi duæ reperiantur vna die factæ, an & quæ collatio præualeat.*

2 *Præmium si sit propositum primo ingredienti Castrum, & duo simul ingrediantur, quis debeat habere præmium.*

3 *Duo si perueniant pariter ad brauium, quid iuris.*

4 *Duo si nati sint eodem tempore, an vterque masculus, & fœmina admittatur ad Regnũ, tanquam primogenitus.*

5 *Masculus præsumitur citius natus.*

6 *Masculi ambo si nati sint pariter, & non apparet, quis sit priùs natus, an ambo regnabunt.*

7 *Animal si aggreßum fuerit aliud, congreßus præsumitur inchoatus a robustiori.*

8 *Pacem si duo frangant, animosior præsumitur pacem fregisse.*

9 *Mater, & filia si simul moriantur, quæ earum præsumatur primò mortua; memoratur ibi quæstio, quæ contigit anno iubilei in ponte sancti Angeli tempore Nicolai Papæ V. Romæ.*

10 *Pater præsumitur prædeceßisse filio, & an & quando præsumatur. ibid.*

11 *Concursuũ data paritate in beneficialibus, an forte possit dirimi quæstio.*

Paci-

PLacito, seu literis Papæ si appareat esse factas, duas collationes de eodē bñficio, vna die, an & quæ collatio prævaleat; quid de collatione facta eadem die per Episcopum, & eius Vicarium, & quid dicendum si prẹmium sit propositum primò ingredienti Castrum, & duo simul ingrediantur, quis debeat habere præmiū, & quid de duobus ad brauium pariter perueniẽtibus; & de duobus pariter frangentibus pacem, & de duobus natis eodem tempore quis eorū dicatur primogenitus.

Quod attinet ad primum caput de
1 collationibus factis eodem die per Papam de eodem beneficio, idem dicendum, quod resoluitur de duabus electionibus eadem die factis, quia neutra valet, stante conflictu, & contrarietate probationum. Bald. in l. 1. col. pen. vers. quæro quid si duo. C. quando prouoc. non est necess. vbi dicit idem de duobus sententijs contrarijs eodē die latis, quia neutra valet, imò dicit etiã. Bald. in l. 1. colum. 14. vers. scias etiam. C. de furt. quòd si producuntur duo mãdata diuersa eodem die facta, neutrum valet, nisi in vnum contineatur minùs, quia in facultate, & bailia ambo concordent.

Sic in proposito, quando constat de duabus collationibus contrarijs, vel sententijs contrarijs eodem die datis, vel latis neutra valet. Si verò constet de prioritate, vel posterioritate datæ prima præfertur, prout, & præfertur ille, qui possidet, quando agimus de collatione facta eodem tempore à diuersis Felyn. in c. capitulum sub num. 5. vers. limita hanc fallentiam primò ibi, adde; & sub nu. 15. & ibi. vbi resoluit re-
3 ferendo, quòd si Episcopus, & suus Vicarius conferunt eodem die, præfertur collatio episcopi, & si cætera sunt paria in duabus collationibus illa præfertur, quæ priùs fuit acceptata.

2 Quoad ingredientes primò Cast. si, si sit propositum vnum præmium, & duo pariter ingressi sint; Alex. in l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 1. tenet indistinctè quòd neuter admittatur ad præmium, siue præconium refert Fely. in d. c. capitulum sub nu. 17. & 18. vbi ait de communi sententia, refert idem dicendum de duobus ad brauium pariter perue-
3 nientibus, quòd neutri debeatur; & resoluit, quòd quãdo debeat iteratò curri, omnes debent currere, quia ex quo nemo aliorum vicit, nemo aliorum victus est.

Quando verò agimus de duobus na-
4 tis eodem tempore, veritas videtur, ꝙ vterque admittatur ad regnum tanquã primogenitus per tex. in l. 2. §. hæreditas ff. de suis & legi. vbi primus dicitur quẽ nemo antecedit, quia si diceremus neminem admitti, resultaret iniquitas ita Alex. in d. l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 1. ad fi. cui additur gl. in l. Arethusa. ff. de stat. hom. quæ dicit, quòd in dubio masculus præsumitur citiùs natus per text. in l. si fuerit in fi. ff. de reb. dub. vbi in dubio præsumit, quòd masculus sit priùs natus, imò per illum tex. dixit Bal. in §. nos itaque in proœm. ff orum, quòd si
6 ambo masculi nati sunt pariter, & non apparet quis sit priùs natus, fortè præsumitur, quòd formosior, & robustior celeriùs exiuerit de carcere materno, & si ambo essent extracti exciso vtero materno, ambo regnabunt, in simili dicimus, quòd si nõ apparet, quòd animal
7 aggressum fuerit aliud, si vnum est robustius altero, præsumitur ab ipso fuisse inchoatum congressum. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadr. paup. fecis. dic. & sic dicendum in simili de frangentibus pacem, ꝙ animosior, vel robustior præsumitur pacem fregisse, sed de hoc habẽ per Barto. in l. cum pater. §. libertus. ff. de leg. 2. Abb. in c. 2. col. 1. de treug. & pac. & faciunt notata ad propositum quæstionis, quæ fuit in facto tempore Nicolai Papæ V. Romæ vbi multi ob ingentem concursum suffocati fuerunt an-

no

no iubilei in ponte Sancti Angeli, vbi de matre, & filia simul mortuis contigit
9 postea dubitatio, quæ earum præsumeretur primò mortua, ad finem transmittendæ hæreditatis vide Fely.d.c.capitulum nu.20. de rescr. vbi se refert ad notata per Castr.in consi.101.nu.1.par. 2. vbi tenet, q̃ vna ruina, vel vno naufragio si mortui sint pater & filius, pater
10 præsumitur prædecessisse filio suo, q̃a sic est ordo naturæ, & votum parentũ l.nam etsi parentibus. ff. de inoff. testa. l.scripto.ff.vn.lib. & an & quando præsumatur pater præmori filio respondet Bal.consi.145.vol.v.& 174.vol.4.vbi tenet, quòd cessante fama, vel coniectura filius non censetur mortuus antè patrem, vel matrem.

Sed an sorte data perplexitate concursuum præcipuè in beneficialibus, licitè possit dirimi quæstio,& quid dicẽ dum de controuersia inter duos con-
11 tendentes de papatu, an sortes tunc sint licitæ data paritate probationum, recurras ad Felyn.in d.c.capitulum sub nu.21.de rescrip.

DVBITATIO CXIX.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, si & in quantum posita in rescripto an & cuius sit effectus, & quid importet.*
2 *Decretum non valet cum conditione de futuro.*
3 *Satisdationis admissio valet cum clausula, si & in quantum.*
4 *Sententia si contineat dictam clausulam si & in quantum, vel si in ea fuerit dictum, absolvo te si iuraueris an talis sententia valeat, & quando non.*
5 *Iudex potest corrigere sententiam antequam illa sit absoluta.*
6 *Sententia non videtur incerta, quando refertur ad certam.*
7 *Appellatio admissa dicitur etiamsi adiecta sit clausula, si & in quantum.*
8 *Clausula, si & in quantum, nil operatur, quando quis offendit in facto, & si operetur, quoad iuris mysterium.*
9 *Vasallus si irrequisito domino alienat Castrum cum clausula saluo iure domini & si & in quantum poterit puniri de amissione Castri, quando Castrum difficiliter esset recuperabile.*
10 *Confirmatio facta cum clausula si & in quantum non mutat materiam confirmati & præbet causam præscribendi.*
11 *Verba ista, si & in quantum possum, intelliguntur de iure.*
12 *Acceptatio beneficij si sic placuerit Regi non valet.*
13 *Collatio facta ab executore, si tibi debetur, non valet.*
14 *Denuntiatio facta si Domino Duci meo placuerit, valet.*
15 *Petitio valet non publicatis testibus si peto mihi deferri iuramentum in quantum expediat.*
16 *Dispensatio valet si dicatur dispenso si beneficium canonicè tibi conferatur.*
17 *Collatio valet si conferatur beneficium, si vacat.*
18 *Prorogatio valet vbi dicatur, consentio in vos tanquam in iudicem nisi satisfecero.*
19 *Absolutio valet, si dixero, absolvo te à iuramento, si probaueris te læsum.*

PLacito, vel rescripto si continea tur clausula, si & in quantum, an & cuius sit effectus, & quid importet.

1 De virtute prædictæ clausulæ, si & in quantum de iure possum, scribit Bar.in l.etsi conditionalis.ff.de author.tut.vbi quærit vtrum valeat decretum iudicis dicentis, si & in quantum, & Bal.ac Moder.in l.1.col.fin.C. qui admi. tenent, q̃ valet, & quòd non valeat decretum cũ
2 conditione, est verum de futuro, secùs si de præsenti per tex.in l. à Diuo pio.§. in vẽditione.ff. de re iud.vbi, dicit, q̃ si non sunt mobilia, capiantur immobilia, & hæc conditio est de præsenti, & non suspendit, ergò eodem modo in casu decreti. Bart.in l. cum procurator. ff.de ope.no.nunc. valet insuper admis-
3 sio satisdationis cum dicta clausula, vt

Digitized by Google

eſt caſus in l.prætor ait.ff.de dam.infec.

In ſententia verò ſi appoſita fuerit dicta clauſula, vel ſi fuerit dictum, abſoluo te ſi iuraueris, allegatur reſoluens.

4 Barto.in l.iudex poſtquam.ff.de re iudi. vbi dicit, quòd ſi iudex dicit ſi ex tali delicto tantam pœnam mereris, condemno te in ea, ſi autem plùs vel minùs prout ſtatuta volũt, quòd talis ſententia valet, quia habet conditionẽ de præſenti,& dicit,quòd hoc nõ eſt fiendum ſine cauſa, quia ex hoc demonſtratur ignorantia aſſeſſoris; niſi priùs in ſententia poneret iudex verbum,cõdemnamus, & deinde ſequeretur iſta clauſula, quia tunc non valet talis ſententia,& cum hoc concordat Bald.in l. etſi ſeuerior.C.de infa.& in l.quid ergò §.pœna grauior. ff.eo.tit. & in l.ſiquis filio.§.fi.ff.de iniuſt. teſta. contrarium tamen eſt veriùs, quia poteſt illa reſeruatio ſequi cõdemnationem,& ita tenet. Ang.in d.l.iudex & Bal. in l. certa.C.qñ prouoc.non eſt neceſſ.ratio eſt,quia an

5 tequam ſententia ſit abſoluta,iudex poteſt eam corrigere glõ.eſt in c.prædicator 16.q.1.quæ dicit, quòd valet illa ſententia, condemno, imo, abſoluo; nec debet videri incerta, quia ſufficit, quòd

6 ſic eſt certa per relationem ad certum. l.in ſumma. ff.de re iudi. l. ait prætor.ff. eo.tit.faciunt notata per Rom. in conſ. 401.vbi ſubdit, quòd ſi appellatio inter

7 ponitur ex cauſa rationabili,iudex admittendo eam, ſi, & in quantum, dicitur ei detuliſſe & eam admiſiſſe, mouetur,quia non dicitur iſta conditio facere ſuſpenſionem aliquam,ſed habet in ſe latentem veritatẽ:quia cum rationabilis admittit eã,etſi dicat,ſi & in quantum, quia rationabilem tenetur admittere, ergò ſi eſt rationabilis videtur admiſſa ſub illa clauſula, ſi & in quãtum, ſecùs ſi eſt irrationabilis Dec.in c. ſæpè de appell.Bal.in l.edita.col.31. verſi. itẽ dubitatur.C.de eden.vbi dicit,quòd cẽſetur iudicem detuliſſe ſicut erat de iure,licèt dixerit,ſi & in quantum.

Nil tamen operatur dicta clauſula,

8 quando quis offendit in facto,& ſi operetur quoad iuris myſterium ita Bal. in c.1.§.hoc quoque in verb.ſingularia de ſucceſ.feu.datur exemplum,ſi vaſſallus irrequiſito domino alienat Caſtrũ diffi-

9 ciliter recuperabile cum clauſula, ſaluo iure domini, & ſi & in quantum de iure poſſum, nã poterit puniri in amiſſione Caſtri, quia quoad factũ iſta cluſula nil operatur,& hoc dicit Fely. in c. quæ in eccleſiarum in fi.col.30. de conſtitutio.

Notandum etiam eſt, quòd confirmatio facta cum iſta clauſula non mu-

10 tat materiam confirmati tamen præbet cauſam preſcribendi Ang.in l.poſt mortem.ff.de adop. & iſta verba admitto ſi & in quantum poſſum, intelligun-

11 tur ſcilicet, de iure ita declarat Bal.in l. 1.col.1.C.quom.& quando iud.

12 In propoſito dictæ clauſulæ conferet annotare, quòd accepto beneficio ſi placuerit Regi,non valet acceptatio quia debet eſſe pura, notant ſcrib. per illum tex.in c.2.de elect.in 6.

Item ſi executor dicat confero tibi ſi

13 tibi debetur, non valet collatio, quia debet eſſe pura, notant in c. dudum in fi.de præben.in 6.

14 Item ſi fuerit dictum,renuncio beneficio ſi Domino Duci meo placuerit, valet renuntiatio Rot.in tit.de renunt. deciſ.6.in antiquior.

Item ſi peto mihi deferri iuramentũ

15 inquantum expediat, valet petitio, & eſt vtilis practica, non publicatis teſtibus ita Bald.in cap.2.col.3.de probat.

Si dicatur pariter diſpenſo tecũ, ſi be-

16 neficium canonicè tibi conferatur, valet diſpenſatio,notant in d.c. dudum il 2.de elect.

17 Si dicatur quoque confero tibi beneficium ſi vacat, valet collatio, ſi vacat, Bal.in l.penul.in fin C.de ſent.quæ ſine cert quant. gl.in c.2.de elect.in 6. Abb. & moder.in c.ſignificaſti de elect.

Etiam vbi dicatur, conſentio in vos

tan-

tánquam in iudicem, ſi non ſatisfece-
18 ro, valet iſta prorogatio. Abb. in c. ſigni ficaſti de foro compet. in 3. notabili.
19 Quando etiam diceretur, abſoluo te à iuramento, ſi probaueris te læſum, valet abſolutio. Bald. in cap. 1. colum. 3. de iureiu.

DVBITATIO CXX.

SVMMARIVM.

1 *Placito, vel reſcripto, vel alia diſpoſitione, vbi dirigantur verba ad iudicem importantia liberam facultatem, an tunc iudex teneatur, ad obſeruantiam iuris.*
2 *Verba, committimus iudicio tuo, important arbitrium boni viri.*
Item ſi dicatur, diſcretioni tuæ. ibid.
3 *Arbitrium boni viri qualiter intelligatur.*
4 *Verba illa, prout tibi viſum fuerit, ſunt voluntatis non arbitrij. declara vt ibid.*
5 *Commiſſarius non eſt ſubiectus regulis iuris ſi dcatur, committimus voluntati tuæ.*
6 *Commiſſarius poteſt ſequi quod voluerit, nec poterit appellari ſi dicatur committimus cõ ſcientiæ tuæ. intelligi vt ibi.*
7 *Verba illa ſuper quibus conſcientiam tuã oneramus quid importent.*

PLacito, vel reſcripto, ſeu etiam alia diſpoſitione vbi dirigãtur ad iudicem verba importantia liberam voluntatem, vel facultatem, an tunc teneatur iudex ad obſeruantiam iuris, & quid ſi dicatur, committimus iudicio tuo, vel diſcretioni tuæ, vel voluntati tuæ, vel conſcientiæ tuæ.

1 Reſoluitur primum dubium hac lege, quòd ſcilicet quãdo in aliqua diſpoſitione dirigũtur ad iudicem verba importantia liberam voluntatem, vel facultatem, tunc nõ tenetur iudex ad obſeruãtiam iuris exemplum eſt. in clem. diſpendioſam in verb. poteſt de iudic. iuncta l. quicquid. ff. de iud. notant Canoniſtæ in c. 1. de conſti. dicentes, quòd in his, quæ committuntur facultati iudicis, poteſt iudex vti ſuo ſenſu & quòd dicta verba liberam facultatem nõ importent arbitrium boni viri notat Bart. in l. alim. col. 2. C. de alim. lega. & facit, quod de verbo, liberè dicitur in c. 1. de reſcrip.

Vbi verò dictum fuerit, cõmittimus
2 tuo iudicio, tunc importat arbitriũ boni viri glo. in c. trita in verb. iudicauerit 35. q. vlt. Bald. in l. voluntatis 2. colum. C. de fideicom. & in l. vendentis col. 2. C. de contrahen. emp.

Quando dicatur committimus diſcretioni tuæ, tunc hæc verba important arbitrium boni viri gl. 2. in c. cum virum de regula. Abb. in c. cum autem de iurepatr. & quando dicimus de arbi
3 trio boni viri, debet intelligi nõ de voluntate libera ſecundum ordinem iudiciarium, cũ iudex dicatur bonus vir. l. continuus. ff. de verb. oblig. Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. & ſi dicatur prout tibi viſum fuerit, hęc verba ſunt voluntatis non arbitrij, ita Bald. in titu. de pace Conſtan. in verb. in animam noſtram vbi allegat. l. creditor. §. Lucius ff. mand.

Imò aliqui dixerunt, ꝙ à ſententia
4 lata virtute talis commiſſionis non poteſt appellari. Innoc. in c. ſi. de ferijs. Bal. in l. ceſſante in prin. C. quom. & quando iud. quòd tamen dictum reprehendunt ſcriben. in c. 1. de conſtit. quia dicta verba; viſum fuerit, important arbitrium boni viri. l. fideicommiſſa. §. quãquam. ff. deleg. 3. gl. in c. 2. in verb. viſum fuerit de arbitr. in 6. & in c. ſuper his in verb. arbitrium de accuſ.

Si verò dicatur committimus voluntati tuæ, tunc commiſſarius non eſt ſub
5 iectus regulis iuris Bal. in l. ſi cum ea. C. de dot. promiſſ. Abb. in c. Abbate col. 6. de verb. ſign. & in c. 1. de his quæ fi. à ma io. par. cap. Bart. in l. cum antea col. 2. C. de arbit. & in l. centeſimus §. fi. verſi. quę eſt virtus. ff. de verb. obl. Bal. in l. voluntas col. 2. C. de fideico. & in l. ſi poſt tres

Digitized by Google

col.11.ff.fiq.caut.& in l.cum quidam. ff. delegat.2. Barto.& alij in l.ff.de prætor. ſtipulat.

Vbi autem dicatur committimus cõ
6 ſcientiæ tuæ, tunc commiſſarius poteſt ſequi,quòd voluerit,nec poterit appellari.gl.in c.ſtatutũ.§. aſſeſſorem in verb. relinquatur de reſcr. in 6. quòd videtur intelligi quoad hoc vt iudex teneatur defferre appellationi, tamen benè poteſt appellari quoad finem, vt negotiũ deuoluatur ad ſuperiorem, vt ipſe poſſit deliberare, an id quòd geſtum fuit, poſſit reuocari arg.c.paſtoralis.§.præterea de off.deleg.allegantis gl.in clem. 1.in verb.oneramus de iurepat. de quibus gloſis meminit etiã.Bal.in l.1. colu. 2.verſ.pone,quòd ſtatutum dicit. C. de reb. cred. & concordatipſas gloſas diſcrepantes.Bal.in l.2.circa. fi. C.de ſent. exper.rec. Abb. in d. clem. 1. & de hoc verbo conſcientiæ videndus eſt. Caſtr. in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de op. nou. nunc.Bal.in repet.l.2. ff. de iureiu. & in c.ſacerdos.de oſt. ordin.

Sed quid ſi dicatur, ſuper quibus tuã
7 conſcientiam oneramus, qui importẽt hæc verba refert.Soc.conſi. 60.verſ.circa quintam dubitationem cum verſic. ſeq.vol. 1.

DVBITATIO CXXI.

SVMMARIVM.

1 *Platito, ſeu reſcripto ſi dicatur videas quid iuris, vel procedas de facto, vel procedas de iure, & de facto, vel pronunties ſecundum ſenſum tuum, vel ſecundum mentem, tuam, vel ſecundum prudentiam tuam, quid importent.*

1 PLacito, ſeu reſcripto ſi dicatur videas quid iuris, vel procedas de facto, vel procedas de iure, & de facto, vel pronunties ſecundum ſenſum tuum, vel ſecundum mentem tuam, vel ſecundum prudentiam, quid importent hæc verba.

Commiſſarius cui fuerit reſcriptum, vt videat quid iuris', poterit decidere omne dubium quod elici poteſt ex pũcto. Ang. in l. ſi fundum ſub conditione.§.Stichus.ff.deleg.1.& in l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.pet.vbi per iſta verba reſponderi poteſt nedum cauſæ principali,ſed etiam appenditijs,& conſultor electus cum illis verbis poteſt inueſtigare omnia antecedentia, & ſequẽtia, & annexa puncto per text. in dict.l.eius qui.

Si verò dicatur, procedas de facto, iſtud verbũ importat, quòd poſſit procedi de facto ſine cauſæ cognitione, & probatione per text. cum gloſſ. mag. in prin.in l.ictus fuſtium.ff. de infam.& importat, quòd poteſt procedere etiamſi iuris rigor repugnet per tex.cum glo.in l.verum.§.ex facto in verb. reducere. ff. de mino. & ſic tunc valet ſententia licèt ordo iuris ſeruatus non fuerit. Bald. in c. conſanguinei de re iud. Bartol. in conſil. 82.

Et ſi dicatur procedas de iure, & de facto poteſt procedere ad inſtar arbitratoris aliàs deputati.Bal.in l. ſolam in fi. C.de teſtib.Abb.in c.cum tempore col. 4.verſan autem de arb.vbi dicit, quòd iſte modus loquendi non eſt ita approbatus, prout ille ſimpliciter, & de plano quia poteſt admitti probatio etiam non legitima,& ideò infert, quòd prælatus compromittens in cauſa eccleſiæ poſt lapſum in allegationibus non poſſet apponere illam clauſulam in compromiſſo,& ſubdit Bal.in d.l.ſolam, qđ poterit credere teſti reddenti nullam, vel malam cauſam dicti ſui, poteſt tamen recipere die feriata, & omiſſo iuris ordine.

Si dicatur pronunties ſecundum ſenſum tuum intelligitur de propria volũtate, niſi dicta verba iungantur cũ verbis denotantibus iuris obſeruantiam. Fely.in c.1. de conſt.

Vbi

Vbi dicatur pronunties, ſecundum mentem tuam, intelligi debet prout eſt regulata à iure, ac ſi diceretur ſecũdum iudicium tuum. Bal. in l. voluntas. de fideicom. & in l. fi. C. de pęn. iud. qui mal. iud. ſi dicatur ſecundum libitum tuum tunc importat liberam voluntatem. Bar. in l. alio col. 2. ff. de alim. leg.

Si dicatur ſecundum prudẽtiam tuã, tunc importat arbitrium boni viri. Abbas. in c. 1. col. 4. de ſeq. poſſ. & fruct. niſi per alia verba adiuncta importet de prudentia mala prout docetur in c. ne innitaris de conſt.

vbi dicit, quòd iſta verba, de iuſtitia, & veritate, & iure pronunties, important obſeruantiam iuris communis, & municipalis.

Sed illa verba, ſola facti veritate inſpecta, plùs important, quam quòd cognoſcatur ſummariè, & ſine figura iudicij. Rom. conſil. 20. ante fi. & de iſta clauſula multa ponunt domini de Rot. deciſ. 33. incip. quando committitur in nouis, & latiſſimè. Abb. in c. dilecti de iud. vbi tenet, quòd nulla ſolemnitas iuris poſitiui videtur remota, ſed ſimpliciter cauillatio, & ſuperflua ſubtilitas.

Et ſi addatur reiecta iuris ſubtilitate, tunc reus conuentus non poteſt opponere exceptionem certi ordinis. Bal. in l. ſi mancipium. §. ſi cõmuni. ff. de euict. quod poteſt eſſe verum, quando ordo eſt de cauſa ad cauſam in eadem perſona, ſed quando eſſet de perſona ad perſonam, ſicut in fideiuſſore, & principali eſſet maius dubium, quia priuilegiũ cõceſſum fideiuſſori per Auth. præſentẽ. C. de fideiuſſ. eſt fundatum in equitate, & propterea non videtur poſſe tolli per ea quæ not. in l. fin. §. ſed, & ſiquis in prin. C. communia delega.

Quoties verò dicatur, committimus arbitrio tuo, hæc verba important arbitrium boni viri, niſi dirigantur ei qui aliàs haberet iudicare, vt bonus vir, qa tunc intelliguntur de libero arbitrio vt verba aliquid operẽtur, & ita poteſt intelligi. Innoc. in c. fi. de fer. & videndus eſt Bal. in l. milites colu. 4. verſ. 2. ponamus, & verſ. ſeq. C. de teſta. mil. vbi ponit de prioribus habentibus plenum, liberum, & generale arbitrium, & Bald. in l. præsbyteri la 1. colu. 5. verſic. quero pone, quòd poteſtas. C. de epiſc. & cler. vbi dicit, quòd ſi poteſtas hẽt arbitrium procedendi ſine aliqua ſolẽnitate non poteſt procedere ad ſentẽtiam, niſi ſibi conſtet de facto, & ideò non credit dictis teſtium non iuratorum.

Iſta pariter clauſula arbitrio tuo, importat ſummariam, cognitionem in procedendo,

DVBITATIO CXXII.

SVMMARIVM.

1 *Placito ſeu reſcripto ſi legatur facias iuſtitiã, vel procedas ſola facti veritate inſpecta, vel committimus arbitrio tuo, an & quid exinde inferatur.*

1 PLacito, ſeu reſcripto ſi legatur facias iuſtitiam, vel procedas ſola facti veritate inſpecta, vel committimus arbitrio tuo an & quid exinde inferatur.

Illa verba, iuſtitiam facias, includunt poteſtatem decidendi, & duo importãt, videlicèt, vt ſeruetur ordo iudiciarius, & pronuntietur de iure. gl. in §. ex hæredatos in Auth. de hære. & falc. & ſi fit cõmiſſio de veritate, & iuſtitia, intelligit de veritate cui ius patrocinatur, & ideò nõ poterit cõdẽnare ex nudo pacto ſecũdum. Bal. in l. nemo in fi. C. de ſent. & quòd non poſſit omittere iuris tramitẽ tenet. Bal. in c. cum veniſſent de teſt. poteſt tamen inducere partes ad concordiam. Auth. ſiquis verò. C. de iud. c. cauſam quæ in verb. concordia, vel ſententia de teſ. in c. querelam de ſimo. Bal. in l. pen. ff. de iuſt. & iu. & illa verba, quòd iuſtum eſt decernas, reſtringuntur ad petita. Bal. in l. iuſtitiam. ff. de iuſt. & iur.

cedendo, non in decidēdo ſecundum gloſſ. in clem. ſæpè in verſ. defenſiones de verb. ſig. & Bar. in l. ſi in lege in prin. ff. locat. dicens, quod ad hoc vt arbitriū ſit plenum, dicatur in procedendo, & condemnando, & quòd importet rectum arbitrium probatur in l. hac lege in verb. arbitrio iunct. l. fin. in fin. C. de pact. conuer. & Bal. in l. cum antea col. 4. C. de arbi. vbi dicit, quòd ratione libe ri arbitrij non poteſt iuri alterius derogari maximè, quando læſio eſt vltrà dimidiam, & Abb. in c. 1. col. 3. de ſequ. poſſ. & fruc. dicit, quòd verbum, arbitrium, intelligitur de iuriſdictione, niſi ex circumſtantijs, & alijs verbis quæ ſequuntur appareat, quòd ſonet liberam voluntatem.

DVBITATIO CXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Placito, vel reſcripto ſi dicatur procedas præuia ratione, vel ſecundum cor tuum, vel ſecūdum conſcientiam tuam, vel ſecundum beneplacitum tuum, vel ſecundum imperium tuū vel ſecundum, quòd tibi videtur, vel leuato velo, vel ſecundum ſpiritum tuū, an & quid inferatur ex dictis clauſulis.*

1 PLacito, vel reſcripto ſi dicatur procedas præuia ratione, vel ſecundum cor tuum, vel ſecundum conſcientiam, vel ſecundum beneplacitum tuum, uel ſecundum imperium tuum, uel ſecundum, quod tibi uidetur, uel leuato uelo, uel ſecundum ſpiritum tuum, an & quid inferatur ex dictis clauſulis.

Quoad primam clauſulam, procedas præuia ratione, tenendum eſt, qđ illa ſonat in monitionem, non in conditionem. ſcrib. in c. ex inſinuatione de reſcr.

Vbi uerò dicatur ſecundum cor tuū, hæc clauſula importat liberam uoluntatem, c. in ſummo opere 11. q. 3. ibi nō ex corde veſtro, ſed ex p̄cepto diuino.

Si dicatur ſecundum conſciētiā, tunc non requiritur citatio. Bald. in l. 2. colu. 2. C. quando prouoc. non eſt nec. & ſufficit in tali commiſſione taliter qualiter inquirere, quia ad nullum ordinem arctat. Bald. in l. fin. C. de teſtib.

Si dicatur ſecundum beneplacitum tuum, hęc clauſula importat arbitrium boni viri. Abb. in c. verum col. 2. de for. compet. Bald. in l fin. §. 1. C. communia de legat.

Illa verò clauſula, ſecundum imperium tuum, importat, quòd poterit vti iuris rigore. C. de gradibus 35. q. 8.

Et ſi dicatur, vt videris expediri, vel ſecundum, quod tibi videtur, importat hęc clauſula arbitrium boni viri regulatum ratione, & Barto. in extrauag. ad reprimen. in verb. videbitur vbi latè Georg. Natt. in repet. clem. ſæpè. § non ſic tamen in verb. vt viderit expediri, & verbum prout ſibi videbitur de verb. ſignif.

Et ſic dicatur leuato velo, idem importat, quod ſummariè idem ſi dicatur manu regia pro prima clauſula videndus eſt. Bart. in l. ne quid ad fin. ff. de incen. riu. & naufr. pro ſecunda clauſula. Bal. in l. 2. in prin. ff. de iuſt. & iur.

Si dicatur ſecundum ſpiritum tuum, hęc clauſula nō importat liberam, ſed regulatam ratione voluntatem: vt probatur in c. ſicut in Sacramentis de conſecr. diſt. 4. ibi percipiat, quæ ſunt ſpiritu, ne vt animalia, viuant faciunt notata per Bald. in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excuſ. tut. & c. licet de regul.

DVBITATIO CXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Placito, vel reſcripto ſi legatur clauſula ſuperiùs declarata, vel ſimiles, an ſemper iuxta declaratas, & breuiter reſoluta procedant clauſulę huiuſmodi.*

2 *Verba importantia liberam voluntatem non ope-*

Digitized by Google

operantur ſecundum effectum ſuum quoad tertium.

3 *Vir bonus, quis dicatur, & qualiter debeat procedere.*

4 *Epiſcopus Diœceſanus dicitur etiam vir bonus.*

5 *Vir bonus dicitur executor teſtamenti in arbitrando, quæ ſint pauperes Virgines maritandæ.*

PLacito, vel reſcripto ſi legantur clauſulę ſuperiùs declaratę, vel ſimiles, an ſemper iuxta declarata, & breuiter reſoluta procedant clauſulæ huiuſmodi.

1 Notãdum ideò erit, quòd verba importantia liberam voluntatẽ non operantur ſecundum effectum ſuum quoad tertium, ſed ſolam inter eos de quibus diſpoſitio loquitur: quo autem ad tertium ſeruabitur ius commune. c. ſuper eo de offic. deleg. & cap. paſtoralis de priu.

Quandocunq; inſuper clauſula ponatur in commiſſione ſub quacunque forma verborum, nunquam prætextu talis commiſſionis poterit iudex auferre exceptionem acquiſitam parti, quãtuncunque ſit de rigore iuris inducta, quia per huiuſmodi clauſulas iudex habet poteſtatem circà proceſſum, & circà ea, quæ facit ipſe non circà ius quæſitum parti ante proceſſum, ita ſolemniter voluit. Bal. in extrauag. ad reprim. ſuper verb. videbitur iuxta fin.

Inſuper per dictas clauſulas nunquã tollitur quin actus factus via regia, & omiſſo iuris ordine debeat parti notificari, ſi enim non notificatur, videtur proceſſum dolosè. Hoc probat gl. not. in l. 2. C. de decur. lib. 10. per quam Bal. in l. eos. §. apoſtolos. col. 2. C. de appell. refert ſi conſuluiſſe, quod arbitrio quibus data erat poteſtas prorogandi cõpromiſſum abſentibus partibus nõ poſſunt efficaciter dici prorogaſſe, niſi ſaltem poſtquam facta eſt notificatio partibus; quod notat idem. Bald. in l. 1. col. fin. C. de ſent. experi. recit. Specul. in tit. de arbitr. §. excipitur verſ. ſed pone.

Habens inſuper procedere, vt vir bonus debet procedere, vt faceret in propria cauſa, vt alteri non faciat, quod nollet ſibi fieri per tex. in l. 1. ff. de ſolu. quam facit ſingularem. Bald. in l. 1. C. de his, quæ pœn. nom.

3 Quis autem dicatur vir bonus, reſpõdeas, quòd iudex, vt eſt text. in l. ſed ſi vnius §. prætor, & ibi Bart. ff. de iureiur. & in l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. & l. vir bonus ff. iudic. ſolu. & glo. not. in c. potuit in verb. celeri ad fin. de locat.

Itẽ bonus vir dicitur epiſcopus Diœceſanus in in caſu clem. primę de ſepul. Item Architectus in ſua arte. Ange. in l. qui luminibus. ff. de fer. Alex. conſ. 174. vol. 2. vbi etiam dicit ad eum tanquam in arte peritum, vt bonum virũ eſſe recurrendum, quando eſt lis de facultate tollendi inuito vicino. l. planè. ff. fam. erciſc. Bart. poſt glol. in l. ſocietatem. §. arbitrorum colu. 3. in verſ. quęrit. gl. quis eſt iſte vir bonus. ff. pro ſoc.

4 Item bonus vir dicitur epiſcopus Diœceſanus

Item bonus vir dicitur executor teſtamenti in arbitrando, quæ ſint pau-

5 peres virgines, quando factum eſt reſtrictum dotium pro virginibus pauperibus maritãdis, quod executore malè arbitrante recurritur ad iudicem Bald. in auth. præterea. C. vn. vir. & vxor.

DVBITATIO CXXV.

SVMMARIVM.

1 *Placito, vel reſcripto vbi facta legatur commiſſio in caſu non deciſo à canonibus, nec à legibus, an ſit imitanda tunc Doctorum ſententia; & tunc quæ dicatur cõmunis, & præferenda.*

2 *Doctores vbi diſcrepant imitanda eſt opinio regularis.*

3 *Iudicant contra communem, facit litem ſuã.*

4 *Communis opinio, quę dicatur.*

5 *Opinio paucorum doctorum, vel vnius vbi fundamenta-*

by Google

fundaretur ſubtiliori, & meliori ratione prę ponitur communi opinioni.

6 *Gloſſę authoritas prę ualet communi opinioni quantum ad veritatem.*

7 *Doctoris vnius, vel minoris partis opinio admittitur contra communem pro matrimonio.*

8 *Archidiaconi ſuper ſeſto opinio prę ualet aliis.*

9 *Opinio fauens poteſtati clauium, prę ualet etiam opinionibus non fauentibus.*

10 *Commentatori cuilibet etiam magno non tenemur ſtare, niſi probet opinionem ſuam per authenticam ſcripturam.*

11 *Iudex diuidens per medium materiam diuiſibile laudatur, quando opiniones ſunt hinc inde probabiles.*

12 *Lex habens duos intellectus non poteſt allegari vti deciſiua lex.*

13 *Gloſſa, vel alius referens plures opiniones prę ſumitur in dubio approbare vltimam.*

14 *Iudex imitans opinionem ſui magiſtri excuſabitur in ſyndicatu.*

15 *Sententia contra communem opinionem non eſt ipſo iure nulla ſicut lata contra legem.*

PLacito, vel reſcripto vbi facta legatur cōmiſſio in caſu non deciſo à canonibus, nec à legibus, an ſit imitanda, tunc Doctorum ſententia, & tunc quæ dicatur communis, & præferenda. 1

Concludēdum arbitror, quòd quādo caſus occurrens nō eſt deciſus à canonibus, nec à legibus, tunc eſt imitāda Doctorum ſententia per text. in c.1. de decim. ibi, non lege, ſed arbitris magiſtrorum. Abb. in c. ſunt nonnulli in verb. tantorum patrum 16.q.1.& c.2.de præsbyt. non baptiz. ibi dom. patrum ſententiam teneas, & in l.ſi idem cum eodem ff.de iuriſd.omn.iud.

Et ideò vbi Doctores diſcrepant imitanda eſt opinio regularis ſecundum 2 omnes ſcrib. in c.1. de conſtit. pro quibus eſt text. in c.nouimus de verb. ſign. ibi opinio à pluribus approbata, &.l. 1.ff.de off.quæſto. ibi crebrior apud veteres opinio, & per gl. in c.fin. de pœn. diſt.1.& ideò iudicans contra communem facit litem ſuam, nec excuſatur 3 in ſyndicatu, vt per Bart.& Ang. in l.fi. C.de pœn. iud.qui mal iudic.

Abb.in c. prudentiam in prin.de off. deleg.

Et illa dicitur communis opinio, quā plures grauioreſque accipiunt.c.in canonicis 19.diſt. 4

Vbi tamen opinio paucorum doctorum, vel vnius, fundaretur ſubtiliori, & meliori ratione, illa præponitur cōmuni opinioni. Abb.in cap.capellanus de fir. l. 2. ibi non ex multitudine. C.de vet.iu.emul. Abb.in c.de libellis 20.diſt. Bald.in c.ne innitaris de conſtit. Abb. in c cum ſint de decim. 5

Vbi etiam contra communem opinionem ſit auctoritas gloſæ, illa quantum ad veritatem prætualet. Bal. in l.hereditas. C. depoſ.& in l. præcibus. C.de impub.& al.ſubſt. 6

Statur etiam cōtra communem vbi opinio ſinguli vnius Doctoris, vel minoris partis eſſet ꝓ matrimonio. Abb. in c.1. de re iudic.& in cap. ſi vir de cogn.ſpir. 7

Opinio etiam Archidiac. ſuper ſeſto prætualet alijs ſecundum Rot.deciſ.348. in antiq. 8

Prætualet etiam omnibus non fauentibus, opinio fauens poteſtati clauium ſecundum Hoſtien.in c.rurſus, qui cler. vel nou. 9

Notandum tamen in hac materia, quòd cuicunq; licèt magno commentatori non teneamur ſtare, niſi probet opinionem ſuam per authēticam ſcripturam ita dicit Archid.in cap.nolite. 11.q.3. per illum tex. quem inducit cōtra ſcholares dicentes, hæc opinio eſt communis. 10

Quandocunque etiam ſunt opiniones hincinde probabiles, laudatur iudex, qui diuidit per medium materiā diuiſibilem Petr. de Anchar. conſ.206. vbi probat eleganter. 11

Lex

Digitized by Google

Lex autem habens duos intellectus non poteſt allegari, eius deciſionẽ eſſe
12 tanquam legem ſecundum. Bal.in l.in ambiguo.ff.de reb.dub.ſentit glo. fin.in princ.in c.1.de conſtit.in 6.

Et notãdũ,quòd vbi gloſſa, vel alius refert plures opiniones, præſumitur in dubio approbare vltimam. ſecundum
13 gl.in l.qui filium. ff.ad Treb. Rom. cõſ. 83. Bal.in c.1. an apud iud.vel do.& facit tex.in c.capellanus in verſ.poſterior ſententia deferri de fer.

Iudex autem qui imitabitur opinionem magiſtri ſui excuſabitur in ſyndi-
14 catu Socin. conſ.44. verſ.pro qua allegat ibi, nam dicebat vol.1.

Ideo colligas ſententiam contra cõmunem opinionem non eſſe ipſo iure
15 nullam, ſicut latam contra legem ſecundum Ang.in l.qui Romæ §.duo fratres.ff.de verb. oblig.

DVBITATIO CXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Placito, vel reſcripto ſi dictum fuerit arbitro, eique commiſſum, vt iudicet, tanquam arbiter, an iudicare poterit ſenſu ſuo.*
2 *Arbiter iuris debet arbitrari, & pronunciari ſecundum iura, & ab eo appellatur.*
3 *Arbiter non poterit ſuo ſenſu iudicare, vbi expreſſum fuiſſet in compromiſſo, quòd iudicaret de iure.*
4 *Arbiter non poteſt iudicare ſuo ſenſu, quando in ſententiam exprimeret iuris errorem.*

PLacito, vel reſcripto ſi dictũ fuerit arbitro, eiq; commiſſum, vt iudicet tanquam arbiter,an iudicare poterit sẽſu ſuo.

Et poſſe ſuo ſenſu iudicare ſentit gl.
1 fin.in c.1.de conſtit. quæ allegat text.in l.qualem.ff.de arbitr.

Vbi tamen eſſet arbiter iuris deberet pronunciare ſecundum iura, ex quo poteſt appellari ab eius ſententia, vt
2 per Bart.in l.fin.C.de iud.Bald.in l.quid ergò §. ex compromiſſo. ff.de infam. & in l.imperator.ff.de tranſact.& in l.ſi dictum.§.commiſero.ff.de euict. cum cõcord. & notat Bald. plura in hac declaratione in c. ex literis de conſtit.& in l. ſi irruptione.ff.fin.regun.

Vbi pariter expreſsè dictum fuiſſet
3 in compromiſſo, quòd iudicaret de iure, tũc arbiter non poterit ſuo ſenſu iudicare ſecundum.Bart.in l.diem proferre.§.ſtare.ff.de arbit.& notant ſcribentes in c.cum dilecta de reſcript.

Quando etiam in ſententia exprimeret errorem iuris, tunc non poteſt arbiter iudicare ſuo ſenſu, per id quod
4 habetur in l. apud Celſum. §.item quæritur.ff.de dol.except.glo.in l.diem profere.§. ſtari in verb.iniquam. ff.de arbi. & in l.3.in verb.commiſſe.ff.eo.tit.

DVBITATIO CXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Statuta iurata non tolluntur regulariter per generalem derogationem ſtatutorum.*
2 *Diſpoſitio tollens pacta non tollit pacta confirmata.*
3 *Statuta iurata tolluntur per generalem derogationem, quando actus iuratus concernit ſolum reuerentiam Papæ.*
4 *Iurans non alienare inconſulto Papa,& impetrans licentiam non facta mentione de iuramento, valet impetratio.*
5 *Reuocatio ſtatutorum per viam legis tollit ẽt iurata ſtatuta. declara vt ibi.*
6 *Derogatio generalis ſtatutorum extenditur ẽt ad iurata,quã lo Papa prouidet de beneficio vacante apud ſedem Apoſtolicam,vel de reſeruato.*
7 *Intentio derogantis ſufficit qualitercunque ſciatur. declaratur ibi regula præmiſſa.*

PLacito, vel reſcripto vbi inſeratur clauſula generalis derogatoria, videlicet nõ obſtantibus quibuſcunque in cõtrarium faci-

Digitized by Google

cientibus an illa tollat ſtatuta iurata,& hniuſmodi puta, tranſactionem etiam iurata m.

1 Firmanda pro intelligentia venit generalis regula, ſtatuta iurata non tolli per generalem derogationem ſtatutorum. hanc regulam probat tex.in c.cõſtitutus de reſcr. & gl.in c.cum non deceat de elect.in 6.& glo. in clem.dudũ in verb.pacta de ſepul.dicens, quòd di-
2 ſpoſitio tollens pacta non tollit pacta confirmata Roma.ſingu.8 quia non eſt veriſimile,quòd ſuperior tollens ſtatuta cogitet de ſtatutis iuratis ,quia taciturnitas iuramenti reddit impetrationem nullam glo. in d.cap.cum non deceat.

Imò etiamſi ſtatutum non eſſet iuratum à Collegio, ſed ſolum ab impetrãte tunc militat regula præmiſſa, vt per Rot.decif.1. de iureiu. in nou.niſi tamẽ ex cauſa rationabili, & ſuperueniente impetraſſet, quia in quolibet iuramento intelligitur, ſi res in eodem ſtatu permanſerit c. quemadmodum de iureiu. c.2.de renunt. niſi etiam in caſu quãdo ipſe impetrans non iurauit ſeruare cõuenta in ſtatuto, ſed ſtatuta in genere, quia cum cauſa, & ſine cauſa poteſt impetrare contra eum,quia non eſt veriſimile,quòd voluerit ſe in tantum arctare, quòd nunquam contra illa ſtatuta impetraret vt ex ſcriben.in d. c. conſtitutus de reſcr.

3 Quoties verò actus iuratus concernet ſolum reuerentiam Papæ adhibendam in illo actu,tunc ſtatuta iurata tollunt̃ per generalem derogationem, qa adhibita reuerentia ſatisfit iuramento etiam tacito.Ioan.And.in c.vt ſuper,in verb.concedimus de reb. eccl. nõ alie. vbi dicit, quòd ſi prælatus iurauit non
4 alienare inconſulto Romano Pontifice,& impetrauit à Papa licentiam non facta mentione de iuramento valet impetratio, quia non venit contra iuramẽtum ſequitur. Bal.in c.1.col.9. ſuper verb.antiquitus, qui feud.dare non poſ.

Quando inſuper reuocarentur ſtatu
5 ta per viam legis,tunc tolluntur etiam iurata, vt per ſcrib. in d.c. cum non deceat,quia iuramentum non extenditur ad iſtum caſum argu.c.venerabilem in fi.de elect. niſi iuramentum fuiſſet præſtitum de ſeruandis contentis in ſtatutis, quia tunc etiã in lege contraria nõ ſufficit fieri mentionem de ſtatuto niſi & de iuramento, vt notant Canon. in d.c.conſtitutus de reſcr.

In prouiſionibus, & collationibus deinde generalis derogatio ſtatutorum
6 extenditur etiam ad iurata,quando Papa ,puideat de beneficio vacante apud ſedem Apoſtolicam, vel de reſeruato. Rot.de reſcr.deciſ.12.in antiq.

Et quando vltrà clauſulam non obſtantibus ſtatutis adſit etiam clauſula,
7 motu proprio talis clauſula viuificat formam litterarum, & perſonam impetrantem, & quia tunc non videtur haberi reſpectus ad impetrantem, vel ad ipſius ambitionem, ſed ad ſcribentem qui non arctatur legibus, ideò ſufficit qualitercunque ſciatur eius intentio, quæ ſatis patet quando motu proprio ſcribit per clauſulam generalem non obſtantibus Fely. d.c.conſtitutus. nu.6.

Vbi latiùs declarat, vbi etiã dat aliã declatationem, vt habeant locum prædicta cum præmiſſa regula,quando nõ poteſt prouideri impetranti quin frangatur conſuetudo, vel ſtatutum eccleſiæ, ſecùs ſi poteſt prouideri abſque eo quòd frangatur conſuetudo eccleſiç,& conſiderat duo Fely.ibid.

DVBITATIO CXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Papa authoritas an intelligatur excepta vbi fuerit iuratum in obligatione.*
2 *Authoritas principis præſertim Papæ regulariter eſt excepta in iuramento.*
3 *Superior an poſsit dare ſententiam inferiori veniendi contra proprium iuramentum.*

Inferior

igitized by Google

4 *Inferior non potest iurare in præiudicium superioritatis sui principis.*
5 *Papa non intelligitur vti authoritate excepta, nisi exprimat.*
6 *Supplicatio debet habere mentionem de iuramento imò, & de non petenda relaxatione ab eo, si sic iuratum fuerit.*
7 *Authoritas Papæ non intelligitur excepta nisi quatenus materia esset talis super qua ipse Papa posset dispensare.*
8 *Deum magis, quam iudicē timere debemus.*
9 *Duobus contendentibus de papatu, vel iudicatura, nullius authoritas esset excepta.*

1 PLacito, vel rescripto Papę si cōcedatur dispēsatio aliqua à voto, vel obligatione, an authoritas Papæ intelligatur excepta vbi fuerit iuratum?

2 Authoritatem Pontificiam regulariter esse exceptam in iuramento firmāt scrib. in c. veniētes de iureiu. vbi etiam habetur, quòd iuramentum non obligat subditum iurantem in præiudiciū iuris, seu authoritatis cuiuslibet superioris vnde superior potest dare sententiam inferiori veniēdi contra propriū
3 iuramentum, & an hoc sit indistinctè verum, adeas Castren. in l. fin. ff. qui satisd. cogan.

4 Et nedum in auctoritate Papæ sed ēt alterius superioris in præiudicium suæ superioritatis non potest inferior iurare, vt per Canon. in cap. constitutus de rescrip.

5 Nec in dubio Papa intelligitur vti authoritate excepta, nisi exprimat. Abbas in d.c. constitutus.

6 Et sic non solum debet fieri mentio de iuramento in supplicatione, sed etiā oportet dicere se iurasse de non petenda relaxatione à iuramento, vbi sic iuratum fuerit, aliàs impetratio esset surreptitia Rom. consi. 126.

7 Intellige autem, quòd authoritas Papæ censetur excepta in iuramento in his, quæ spectant ad Papam, secùs si est præstitum super re propria ipsius iurantis, quia tunc non intelligitur excepta, nisi quatenus materia esset talis super qua ipse Papa posset dispensare. Abb. in c. quanto col. 4. ibi, quis autem poterit de iureiur.

8 Contrauenies aūt iuramento non excusatur, nisi superior cuius authoritas est excepta, præcipiat aliquid iniustum, quia magis timere debemus Deū, quàm iudicem c. qui resistit 11 q. 3.

9 Quotiescunque verò essemus incerti, quis esset verus Papa, vel iudex, duobus contendentibus de papatu, vel iudicatura, tunc nullius authoritas esset excepta scrib. in d.c. constitutus.

DVBITATIO CXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ sub pœna indignationis nostræ, vel indignationem Petri, & Pauli noueris te incursurum quid operentur.*
2 *Clausula sub pœna amissionis gratiæ importat etiam priuationem omnis potestatis.*
3 *Prælatus, qui amisit gratiam Papæ potest euitari a subditis suis tribus in casibus.*
4 *Incurrens in indignationem à Papa commina tam potest priuari beneficio.*
5 *Papa si dicat, maledictionem nostram incurrat, non tamen per hoc excommunicat, sicut nec benedictio absoluit.*
6 *Papa si dicat, aliàs te noueris excommunicatum, non tamen hæc verba continent sententiam excommunicationis.*
7 *Papa si dicat, præcipimus sub interminatione maledictionis, ponit tunc non obedientē in peccato mortali.*

1 PApæ, vel principis litteris vel rescripto si contineatur clausula, sic facias sub pœna amissionis gratiæ, vel vt Papa solet reddere, sub pœna indignationis nostræ, vel indignationem Petri, & Pauli noueris te in cursurum, an & quid operentur dictæ clausulæ.

Et certè Prælatus, & quilibet, & alius

Digitized by Google

amittens gratiam Papæ meritò euitandus eſt à ſubditis ſuis, & ſic illa clauſula ſub pœna amiſſionis gratiæ, importat
2 etiam priuationem omnis poteſtatis iuris. ita notatur per ſcriben. in c. quod ſedes de offi. ord. Abb. & Fely. in c. veniẽs de præſcript.
3 Vbi referunt tres caſus, quando prælatus, qui amiſit gratiã Papæ, poteſt euitari à ſubditis ſuis; primus eſt, quando prælatus eſt hæreticus, ſecundus quando eſt excommunicatus. Tertius, quando Epiſcopus non vult conferre ſacramenta niſi ſimoniacè, & ideò in his caſibus poſſunt ſubditi recedere ab obedientia ſuorum prælatorum, quia ſunt ſine gratia ſedis Apoſtolicæ.

Si dicatur ſub pœna indignationis noſtræ, vt in tex. clem. exiui de verbo. ſigni. vel ſi dicatur ſub pœna indignationis Petri, & Pauli, vt in bullis ſæpiùs videtur, dicas, quòd Bart. in tracta. qui ſint rebelles in verb. indignationẽ noſtram, dicit ſe nõ reperiſſe, quid importent huiuſmodi verba, ſed Bal. in c. 1. §.
4 porrò quæ facit prim. cauſ. benef. amitten. dicit, quòd incurrens in tali indignatione poterit priuari beneficio, ita etiam refert Felyn. in c. veniens num. 1. de præſcrip.
5 Si Papa verò dicat, maledictionem noſtram incurrat, non tamen per hoc excommunicat, ſicut nec benedictio abſoluit clem. vlt. de ſent. excom.
6 Etſi dicat alias te noueris excommunicatum, non tamen hæc verba continent ſententiam excommunicationis ita Bal. in addit. ad Spec. in tit. de citat. col. 2. in fi. verſi. clauſula alioquin & vbi dixerit Papa, præcipimus.
7 Sub interminatione maledictionis dicunt Canon. in c. 1. in prin. de ſepult. in 6. quòd punit non obedientc in peccato mortali.

DVBITATIO CXXX.

SVMMARIVM.

1 *Executor datus cum clauſula, a moto quolibet illicito detentore, an ſit nonus, vel mixtus, & poſſit aſſumere partes iudicis.*
2 *Clauſula, vocatis vocandis, cuius ſit effectus.*
3 *Executoribus nudum miniſterium imponitur.*
4 *Clauſula, vocatis vocandis, facit executorem mixtum.*

1 PRincipis reſcripto, vel litteris ſi executor detur cum clauſula, amoto quolibet illicito detentore, an talis executor datus ſit mixtus, an verò merus, & vtrum poſſit aſſumere partes iudicis, & quid ſi addatur clauſula, vocatis vocandis.

Multa hoc in articulo ſcribit. Abb. in c. de cætero de ſent. & re iud. colum. 7. verſic. quæro circà, & tandem dicit, ſi fuit facta commiſſio cum iſta clauſula, amoto, & nulla ſententia ſit ſecuta anteà, tunc talis eſt mixtus executor, & ſic erit iudex, & quia habet videre, & cognoſcere ſi poſſeſſor ſit illicitus, ſecùs ſi ante commiſſionem ei factam præceſſit ſententia ſuper executione fienda contra illum poſſeſſorem, quia iſto caſu talis erit merus executor, idẽ tenet. Specul. in titu. de ſent. excom. §. 2. verſic. quid ſi.

Si verò inſeratur in eiſdem litteris
2 clauſula, vocatis vocandis, tunc illa clauſula facit executorem mixtum, vnde tenetur commiſſarius ſeu executor iudicialiter citare, & procedere, & hæc clauſula eſt tanti vigoris, quòd etiamſi adijciat executori, qui aliàs eſſet merus, facit, quòd tenetur aſſumere partes iudicis ita ſingulariter probatur in c. exhibita iunct. ibid. gl. 3. cum ibi notatis de iudic. imò etiamſi dicatur, quòd reſcriptum non fuiſſet impetratum, ſi fuiſſet certum quid expreſſum, tamen ex quo habet iudicialiter procedi, & iſtud poteſt opponi in proceſſu, non opponi-

tur

Digitized by Google

tur de ſurreptione, quia non eſt priuilegium, ſed reſcriptum iuxta notat. in c.1.in fin.de litis conteſt.in 6.& ideò dicit.Rot.deciſ. 30. de reſcr.in nou. quòd licèt text.in c.ſtatutum in prin.de reſcr. in 6. non habeat locum in meris execu
3 toribus quibus nudum miniſterium im ponitur vt per Rot.de reſc. deciſ. 39. in nou.tamen fallit vbi eſt clauſula, voca tis vocandis, quòd facit executorem
4 mixtum per text. in dict. c. exhibita de iudic.

DVBITATIO CXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Executor mixtus, an habeat cognitionem exceptionum.*
2 *Exceptionibus tacitè dicitur renuntiatum ob tranſitum in rem iudicatam.*
3 *Exceptiones peremptoriæ quæ poſſint opponi poſt ſententiam.*
4 *Executor mixtus poteſt exceptiones admittere,& ſuper eis iudicare.*
5 *Deciſio non dicitur vetita executori mixto ſi ſit maior iudicante.*

1 PRincipis, vel ſuperioris litteris ſi deputetur executor mixtus, an ille habeat cognitionem exceptionum.

Pro cognitione erigimus regulam, quòd executor mixtus, ideſt, datus non cognitio nec, diſcuſſo priùs negotio executionis, fortè à ſtatuto in auxilium iuriſdictionis habet cognitionem exceptionum, non deciſionem. ca. etſi non cognitio cum gl.25.q.2.Abb.in c.de cętero de ſent. & re iud. & ita poterit ſe informare etiam non vt iudex de exceptione defectus poteſtatis illius qui iudicauit.

In concernentibus tamē merita cauſæ, vel iuſtitiam ſententiæ non habet locum regula præmiſſa, quia ob tranſitum in rem iudicatam tacitè eſt renun-
2 tiatum exceptionibus c. cum inter de re iud. Bart. in l. à Diuo pio. ff. de re iud. niſi ſit executio criminalis. Abb. in d. c. de cętero de re iud.

In exceptionibus tamen peremptorijs ſi ſunt de illis quæ poſſunt opponi poſt ſententiam, non procedet declara
3 tio,& quæ ſint illæ exceptiones, docet tex.in c.exceptiones de excep. ideò vbi de iſtis apparuerit eas obſtare, remittet ad primum iudicem, l. pen. in fin. ff. de confeſſ.aliàs exequetur. l. 1. C. de falſ. Alex.d.l. à Diuo pio in prin. aducrtendum etiam pro declaratione præmiſſa ad regulam quæ tangit.Fely. d.c.de cætero num.3.

Vbi verò executor mixtus eſſet deputatus ad plures cauſas vniuerſaliter
4 exequendas, talis poteſt exceptiones admittere,& ſuper eis iudicare. gl. in c. paſtor.§.quia verò de off. deleg.ſed malè ſecundum. Bald. in d. l. à Diuo pio in princ.

Vbi etiam executor ſit maior iudicā
5 te, tunc deciſio non dicitur vetita executori mixto. c.cum ab eccleſiarum. de off.ord.

DVBITATIO CXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Executor ad lites merus, an audiat exceptiones.*
2 *Nullitas notoria prænalet ſententiæ etiam latæ ſuper executione.*
3 *Merus executor non tenetur parere ſuperiori viſa notoria nullitate ſententiæ.*
4 *Iudex aditus ſuper executione ſententiæ debet remittere exceptionem nullitatis ad eũ qui ſententiam tulit.*
5 *Excommunicationis exceptionem admittet merus executor.*
6 *Sententiam iniuſtam in cauſa criminali vidēs executor poterit ſuperſedere.*
7 *Exceptiones poterit audire merus executor, & ex cauſa de nouo orta reuocare commiſſionem executionis.*

Falſi

Digitized by Google

8 *Falsi rescripti exceptio debet admitti ab executore mero.*

1 PRincipis rescripto si deputetur executor ad lites merus, an audiat exceptiones.

Firmetur regula negatiua, quòd executor merus ad lites, ideſt, datus poſt liquidatam materiam executionis, vt nuntius datus ad poſſeſſionē tradendam, nullam admittit exceptionem. l. ſicut proponis, & in l. executorē. C. de execu. rei iud.

Vbi tamen allegatur nullitas notoria tunc ceſſat regula, quia præualet sētentiæ etiam latæ ſuper executione. gl.
2 ſing. in c. etſi non cognitio 25. q. 2. & executor merus non tenetur parere ſuperiori: viſâ notoria nullitate ſententiæ,
3 conſuluit autem. Rom. conſil. 51. quod aliàs iudex aditus ſuper executione sētentiæ debeat remittere exceptionem
4 nullitatis ad eum qui ſententiā tulit, tamē ſi nullitas percipitur notoriè ex tenore ſententiæ, poteſt ea ſpreta, & non remiſſa, denegare executionem, & ibi. Rom. multa citat, & allegat.

Exceptionem etiam excommunicationis admittet executor merus. gloſſ.
5 fi. in c. pia de except. in 6.

In cauſa quoque criminali videns executor ſententiam iniuſtam, poterit
6 ſuperſedere, quia periculum non eſt reparabile. gloſſ. in c. non inferenda 23. q. 3. Fely. in c. ſi quando de off. deleg.

Quoties etiam executor induceret ad ſuperſedendum ex cauſa de nouo orta, quæ ſi iudicanti innoteſceret, re-
7 uocaret commiſſionem executionis, tunc poterit merus executor abſtinere, & audire exceptiones. l. ſi hominem. ff. mand. Abb. in d. c. de cætero de re iud.

Vlteriùs exceptio falſi reſcripti debet admitti ab executore mero, vt per
8 Abb. in d. c. de cætero qui latè ſcribit in hac materia.

DVBITATIO CXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Merus executor factus placito ſeu principis reſcripto, an poſsit exequi cum violentia.*
2 *Falſitatis cognitionem, an habeat merus executor.*

PRincipis, vel ſuperioris mandato, vel reſcripto factus merus executor, an poſſit exequi cum violentia, & an habeat cognitionem falſitatis?

Quòd executor merus Papę, vel prin
1 cipis non poſſit exequi cum violentia firmat. Inno. in c. cum olim. il 2. in verb. perpotarium de priu. Alex. in l. à Diuo pio in princ. col. 12. ff. de re iud. imò dicit. Inno. d. c. cum olim, quòd etiam delegatus non poteſt defendere ſuam iuriſdictionem vi armata, & per eius dictum ſubdit. Ang. in l. qui reſtituere pro pè fi. ff. de rei vend. quod executio manu militari congruit ſoli ordinario habenti merum imperium, nō autem delegato principis, & ita dicit ſe practicaſſe in perſona vnius epiſcopi, & quòd delegatus, non moueat arma pro executione, notat. Innoc. & alij in c. ſignificaſti de off. deleg.

Quoad alterum quæſtionis caput ſcriben. in c. ſuper eo de crim. falſ. tenēt
2 quòd etiā merus executor poteſt hoc cognoſcere, & quòd executor merus admittit exceptionem nullitatis reſcripti ſubiungit, & refert tamen. Fely. in c. de cætero de re iud. num. 11. quòd vbi conſtat ſibi de poteſtate mandantis ſaltem prima facie, & litteræ apparent ſine vitio extrinſeco, debet exequi non obſtante exceptione falſitatis.

DVBITATIO CXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ executio, an poſsit principis reſcripto*

Digitized

pto committi parti vincenti.

2 *Victor non debet authoritate propria capere possessionem, aliàs caderet à iure suo nec excusat iudicis decretum innalidum declara. vt ibid.*

1 PRincipis rescripto, an possit executio sententiæ committi parti vincenti.

Committi posse parti vincẽti executionem, dummodo inueniat resistentem, probat. Bar. in l. creditores 4. q. princ. vers. vos scitis. C. de pigno. vbi etiam dicit, quòd illa sola executio potest committi parti vincenti, quæ non habet secum annexam cõtrouersiam. Bald. in auth. etiam omninò. C. ne vxor pro marito dicent, quòd parti committi potest captura debitoris non cum vi. Si tamen capiat ipsum cum vulnere, non relaxabitur, donec satisfaciat per tex. in l. nõ verisimile. ff. quòd met. caus. sed ille punietur de vuinere secundum eum, nisi debitor gladio se defenderit, ne caperetur, quòd victori possit dari potestas expellendi nolentem recedere de beneficio, vel possessione, & ipse victor erit minister iudicis: ita elicitur ex Innoc. in c. cum nostris de concess. præben. vnde etsi non liceat priuata autoritate vim inferre, tamen licebit autoritate publica. l. 2. in fin. ff. quòd met. caus.

Sed inter cætera notandum est, qđ
2 victor non debet propria authoritate capere possessionem, aliàs caderet à iure suo. l. meminerint. C. vnde vi. c. eum qui de preben. in 6. c. placuit 16. q. 6. nec excusat decretum iudicis inualidum. Bar. in l. iustè. ff. de acqu. poss. cum concord. datis à Fely. in c. cum causa de off. deleg. post. Alex. in d. l. iustè, & procedunt hæc etiam in beneficialibus per dicta iura, & per Inno. in c. cum nostris de concess. præben. in gl. in verb. credimus tamen, vbi dicit, quòd non sufficit sententiam esse latam super priuatione alicuius à beneficio, quoad hoc vt liceat victori illud occupare, & si occupauerit, perdat ius, quòd in eo habebat quòd procedit etiamsi ab alio victor non prohibeatur possessionem capere, dummodo authoritate propria capiat, nisi consentiret aduersarius ita. Innoc. in d. c. cum nostris, & sequitur. Abb. in c. accepta col. fi. de resti. spol. & in c. verum col. 10. de foro comp. Inno. in c. in præsentia in gl. nota. quòd licèt vnus in fi. ibi, in præbendis, de probat. vt meminit. Bald. in l. fin. col. 2. C. de edict. Diu. Adr. tollen.

DVBITATIO CXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Reputatus principis rescripto merus executor an possit punire, seu procedere contra impedientem eius officium.*

2 *Papa quando est præsens, an credi debeat eius legato.*

3 *Relegans dat iurisdictionem contra illos, qui se de facto non autem de iure opponunt, vbi inseratur clausula, contradictores compescat.*

4 *Iurisdictione commissa videtur translata potestas coercendi.*

5 *Subdelegatus à legato Papæ iurisdictionem habente poterit coercere impedientem.*

6 *Officiali iniuste exequenti etiam per tertium poterit resisti.*

PRincipis rescripto deputatus merus executor, an possit punire, seu procedere contra impediẽtem eius officium, & an executor datus ex curia in partibus, vt publicet aliquem excõmunicatum, habeat iurisdictionem, an nudum ministeriũ.

Quòd merus executor, & sic deputatus ad nudum ministerium recipiat
1 iurisdictionem, & potestatem coercendi saltem circa executionis actum probat. sing. gl. in c. ex literis in verb. subdelegatus de off. deleg. & glos. in ca. super quæstionum in verb. quem executorẽ eod. tit.

De

De ſubtilitate tamẽ iuris, quando delegati commiſerunt vices ſuas alicui in actu denunciationis, poterit commiſſarius exercere iuriſdictionem, alias non, cum fuiſſet deputatus ad nudum miniſterium, ſcilicet, vt denunciaret tales canonicos non eſſe excommunicatos, ad hoc eſt bonus text. in c. fin. de off. deleg. vbi clariùs ita tenent Io. And. & Hoſt. ſuper gloſ. penult. concludentes, quòd niſi apponantur aliqua verba, per quæ detur iuriſdictio, puta, contradictores compeſcendo, vel vices noſtras comittimus in tali actu, non poteſt deputatus ad nudum miniſterium exercere iuriſdictionem; etiam contra impedientes.

De equitate verò eſt diſtinguendum vtrum delegans ſit præſens, vel abſens, primò caſu dicitur non poſſe ſic exercere, ſed recurritur ad delegantem, in ſecundo caſu poterit ſic exercere.

Sic ergò ex prædictis colligimus cõmiſſarium poſſe exercere iuriſdictionẽ contra impedientem eius officium.

Et quod dictum fuit diſtinguendo vtrum delegans ſit præſẽs, vel abſens, habetur in ſimili in c. quod ſuper his
2 de fid. inſtr. vbi quæritur, an quãdo Papa eſt præſens, credi debent eius legato.

Vbi verò inſeratur in reſcripto, contradictores compeſcas, tunc teneas, q̃ delegans dat iuriſdictionem contra illos, qui ſe de facto non autem de iure opponunt. Rom. conſ. 482. & quòd vbi mandatur executio ſententiæ videtur etiam acceſſoriè dari iuriſdictio, quòd intelligas, vt ſuprà diximus, & commiſ-
3 ſa iuriſdictione videtur translata poteſtas coercendi, & ſubdelegatus à dele-
4 gato iuriſdictionem habẽte poterit coercere impedientem per text. vbi Abb. Felyn. & alij in c. ex literis de off. deleg.
5 vbi habes etiam, quòd officiali iniuſtè exequenti poterit reſiſti, etiam per tertium.

DVBITATIO CXXXVI.

SVMMARIVM:

1 *Inferior à Papa, vel Principe nùm poſſit inquirere, an princeps iniuſtè, vel iuſtè proceſſerit.*
2 *Merus executor quis dicatur.*
3 *Supplicatio porrecta principi debet facere mẽtionem expreſſiſſimam de omni clauſula, quæ poſſet mouere principem ad reſcribendum.*

PRincipe, vel Papa ipſo procedente, an inferior poterit inquirere nùm iuſtè, vel iniuſtè proceſſerit, & quis dicatur merus executor.

Inferiorem à Papa, vel principe nõ poſſe inquirere, an Papa, vel Princeps
1 iuſtè, vel iniuſtè proceſſerit, ſed duntaxat poſſe quærere, an prouiſus ab eo deliquerit, & illũ punire: probatur per Felyn. & alios in c. de cætero de ſent. & re iud.

Ponas ergò, quòd Papa contulerit præbendam per Simoniam commiſsã cum familiari Papæ, an Diœceſanus poterit cognoſcere de crimine Symoniæ, & puniat impetrantẽ ſcribere præcipuè Innoc. & Bald. in d. c. de cætero dicunt, quòd ſic, & multiplex allegatur ratio, primo, quia reatus omnẽ honorẽ excludit. l. vn. C. vbi ſenat. vel clar. ſecundò, quia à delicto non liberatur l. 2. § nemo. ff. de cap. dim. & notatur in l. nemo poteſt ff. de legat. 1. tertiò quia noxa caput ſequitur. l. ſeruus. ff. de infa. quartò quia non ideò exemptus eſt à iuriſdictione, quòd ſit promotus ad beneficium, quia maleficium, & beneficium nihil habent commune. l. Papinianus exuli. ff. de mino. quintò quia non debet ſibi prodeſſe ſubreptio, vt l. 2. C. ſi ſeruus aut liber ad decur. aſpi. lib. 10. & plenè notatur per Docto. in l. Barbarius. ff. de off. prætor.

Merus autem executor dicitur ille,
2 qui ex arbitrio ſuo nihil facit, nec facere

Digitized by Google

cere poteſt, ſed alius per ipſum facit, tãquam per nuntium, & miniſtrum, vnde ipſe faciens nullam habet auctoritatẽ, ſed ad faciendum iniunctam neceſſitatem. l. ſicut proponis. C. de execut. rei iudic. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. obli. & l. pater. C. de manum. teſta. Bald. in d. c. de cætero de re iud. in fin.

Aduertendum inter alia, quòd ſupplicantes, vt plurimum non exprimẽdo exprimenda errant, & hallucinantur. ſcire etenim debent ex eorum latere,
3 quòd ſupplicatio porrecta principi debet facere mentionem non ſolum expreſſam, ſed expreſſiſſimam de omni clauſula, quæ poſſet mouere principem ad reſcribendum, vt ſignat. Abb. in c. ex literis nu. 3. de off. deleg.

DVBITATIO CXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, quòd ſi non omnes poteritis intereſſe, an includat etiam voluntatem, ita vt ſi tertius noluerit intereſſe, intelligatur adimpleta, vel purificata conditio.*

2 *Ordinarius, an poſſit compellere delegatum ad exequendum.*

Delegatus delinquens; an poſſit puniri per ordinarium loci.

PRincipis reſcripto ſi apponatur clauſula, quòd ſi non omnes poteritis intereſſe, an ſub iſta clauſula includatur etiam vo-
1 luntas, ita vt ſi tertius noluerit intereſſe, intelligatur adimpleta, vel purificata conditio.

Vbi in cõmiſſione apponitur, quòd ſi omnes intereſſe nequiuerint, duo nihilominus exequantur, ſi aliquis illorũ cũ poſſit, noluerit intereſſe, alij nihilominùs procedere poſſunt, vt per text. vbi Abb. & Fely. in c. prudentiam. §. adijcimus de off. deleg. ratio dubitandi eſt quia nolens intereſſe cum poſſit, non dicitur non poſſe, vt in c. ſcitcitatus in fin. de reſcript. quæ tamen ratio dubitatiua ſoluitur de facili, quia quoad cõſocios ſatis eſt purificata conditio, incluſa propterea dicitur voluntas in illa clauſula, ſi non omnes poteritis intereſſe, quia, ſcilicet, ſi tertius noluerit intereſſe, purificata, & per conſequens adimpleta dicitur conditio, ita vt coniudices poterunt exercere iniunctam, & purificatam iuriſdictionem, ſed ille tertius, qui non vult, cũ poſſit, eſt grauiſſimè arguendus, vt ſatis declarant Canoniſtæ in d. §. adijcimus.

Verum aduertendum eſt, quòd ille tertius, qui non vult, cum poſſit intereſſe, non poteſt argui, nec puniri a cõiudice, quia par in parem non habet imperium. Sed nũquid poſſit puniri ab ordinario, tunc eſt diſtinguendum, aut quæritur nunquid ordinarius poſſit cõpellere delegatum ad exequendum, &
2 dicendum eſt, quòd non, quia non ſpectat ad eius officium, ſed Papæ aut quæritur nunquid poſſit eum punire ratione peccati, quia contempſit exequi mãdatum ſuperioris, & dici poteſt, quòd ſic, quia hoc caſu non punit eũ, vt delegatum, ſed vt perſeuerantem in crimine, & ceſſat maioritas de qua in glo. ſa d. §. adijcimus ex quo noluit acceptare delegationẽ, & ſic diſtinguit. Abb. d. §. adijcimus.

Si deinde quæras, an iudex delegatus delinquens poſſit puniri per ordi-
5 narium loci, concluſio erit, quòd aut delegatus deliquit in nõ procedendo, & tunc quia ſolum excellit contra Papam, ſeu principem, in non parendo mandatis ipſius non poteſt per alium inferiorem puniri, aut deliquit peruerſè agendo, & tũc poteſt puniri per ordinarium loci, quia non conuenitur, delegatus, ſed vt criminoſus idẽ Abb. in c. fin. num. 17. de reſcr. faciunt notata per Specul. in tit. de inquiſitione. §. 1. verſ. ſed pone. Bald. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor.

Digitized by Google

DVBITATIO CXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, non obſtantibus ſtatutis talis eccleſiæ, vel Communitatis, an tollat ſtatuta illius communitatis, vel eccleſiæ condita per Papam, ſeu Principem.*

2 *Lex noua vbi conditur contraria legi priori, cenſetur illi derogatum etiamſi non dicatur, ſecùs eſt in ſtatutis contrarijs.*

3 *Priuilegium primum, quando non præſumatur reuocatum.*

4 *Conſtitutioni priori non cenſetur derogatum, niſi expreſsè appareat.*

PRincipis, ſeu etiam Papæ placito ſi inſeratur clauſula non obſtantibus ſtatutis talis cõitatis, vel eccleſiæ, an iſta clauſula tollat ſtatuta illius eccleſiæ, vel com-
1 munitatis condita per Papam, ſeu principem.

Veriorem negatiuam firmat Felyn. in c. nonnulli ſub nu. 10. ibi nota 2. de reſcr. quòd ſcilicet, clauſula non obſtãtibus ſtatutis talis eccleſiæ, non tollit ſtatuta illius eccleſiæ condita per Papã quia difficiliùs tollit Papa conſtitutiones prædeceſſoris, quam ſtatuta inferiorum vt per Rom. plenè in conſ. 327.

Et vbi diceretur, imò faciliùs tollitur ius Papæ, quam ſtatutum inferioris, qa vbi conditur lex noua contraria legi priori cenſetur illi derogatum, etiamſi non dicatur, & tamen ſecùs eſt in ſta-
2 tutis contrarijs, vt per tex. in c. 1. de conſtit. in 6.

Tamen reſpondetur, quòd non præſumitur ſcire ſtatuta, & ex iſta præſumpta ignorantia inducitur etiã præſumptio, quòd in dubio non velit ea tollere, non autem hoc præſumitur, quia ſint fortiora, ſed cum præſumatur ſcire legem præſumetur eam tollere faciendo legem contrariam Fely. d. c. nõnulli ſub num. 10.

Inter alias verò rationes deciſiuas dubitationis primariæ noſtræ, illa poteſt adduci, quòd quando dubitatur, an priuilegio, vel reſcripto ex ſtatuto Papæ, vel Principis alicui eccleſiæ, vel cõmunitati ſit derogatum, conſequens eſt, vt iudicare debeamus ſibi ipſi derogatum non exiſtere: eſt enim Theorica quòd ſemper præſumitur priuilegium
3 primum non reuocatum, quando de eius reuocatione ob aliam poſteriorẽ conceſſionem oritur dubitatio, vt deducit Rom. d. conſ. 327. in prima ratione, nec ita de facili præſumitur reuocatum primum priuilegium conceſſum à prædeceſſore, quia vt dicit tex. in cap. quod verò 25. q. 2.

Iniuriam mihi facio cum prædeceſſorum meorum ſtatuta perturbo. Non eſt enim dubium difficiliorem ſe reddi Papam, vel principem ad iniuriandum ſibi ipſi, quod contingit, cum ſine cauſa derogat conſtitutioni, vel conceſſioni ſui prædeceſſoris, præcipuè, quando agitur de diſpenſando contra conſtitutionem, ſtatutum, vel conceſſionem alicuius particularis eccleſiæ, vel communitatis, vel collegij, quod, vel quam dubium non eſt non poſſe ligari. c. venientes de iureiur. & clem. ne Romani de elect. imò in perſona Papæ loquentis temporibus (dicit tex. in c. quæcunquæ 25. q. 2.) noſtris addi potiùs Summi Pontificis reuerentiæ cupimus, qđ contingit, cum eorum ſtatuta, vt conuenit, cuſtodimus, quam ea quæ olim ſunt ſtatuta, immutare, & maximè priuilegia, quæ honeſtum eſt principem non immutare, niſi alicuius nouæ rationis æquitate conſiderata, præterquã quòd dubium non eſt faciliùs principem moueri ad diſpenſandum contra conſtitutionem minùs rigoroſam atq; ſeueram, difficiliùs verò ad diſpenſandum contra rigoroſam nimis. c. vt conſtitueretur 50. diſt. & c. ordinationes 9. q. 1. certumque inſùper priori conſtitutioni non derogatum cenſeri, niſi ap-
4 parent expreſsè, quod Papa, vel princeps

Digitized by Google

ceps ex certa ſcientia voluerit derogare, & tunc dicitur expreſsè derogare, vel facere ex certa ſcientia, cum vel ipſe hoc exprimit in reſcripto, vt per glo. & text. in ca. ſtatutum in verb. literarum de reſcri. in 6. & probat tex. in l. idē Vlpianus in fin. ff. de excuſ. tut. vel eum apponit in ſuo reſcripto verba priuilegij cui vult derogare, vel quòd vult confirmare, vt in c. penu. de confirm. vt. vel inut. vel quando confirmando, vel derogando dicit ſi id feciſſe cum cauſæ cognitione. c. 1. vbi glo. in verb. de quæſtione de reſcr. vel quando Papæ, vel Principi narratus eſt tenor ipſius conceſſionis prioris, quam vult confirmare, aut cui vult derogare, idemq; in literis apoſtolicis relatum notat glo. in c. paſtoralis. §. præterea ſuper verb. ex certa ſcientia de off. deleg. vel quando ipſius principis ſciētia per teſtes, vel aliàs legitimè probatur, vt plenè notatur p Bald. in l. impetrata. C. ſent. reſcin. non poſſe, & in l. quidam conſulebant. ff. de re iudic.

DVBITATIO CXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula generalis, non obſtantibus priuilegijs, vel in contrarium facientibus quibuſcũque, an tollat priuilegia inducta miſerationis cauſa.*
2 *Teſtamenti obſeruantia non debet tolli per temeritatem reſcripti.*
3 *Clauſula, non obſtante, appoſita per principem derogat teſtamento.*
4 *Principis factum, etſi reprehendi non poſſit, iniuſtè tamen agit in ſemetipſum.*
5 *Clauſula, non obſtante, non tollit determinationem legis antiquæ declara. vt ibi.*
6 *Antiqua lex non limitabit nec diſtinguet legem nouam, intellige. vt ibi.*
7 *Clauſula generalis non ſufficit, vbi plura ſunt obſtantia.*
8 *Obſtaculum remouens inducit effectum.*
9 *Princeps vbi derogat ſtatutis laicorum, ſufficit apponere clauſulam generalem, etſi non apponat tenorem ſtatutorum.*
10 *Iudex rectè dicit, fateor priuilegium valere, & te excuſatum eſſe à pœna impetrandi, ſed non poſſum reſcriptum admittere ob legis prohibitionem.*

PRincipum placitis quotidie cernimus apponi clauſulam iſtam generalem, non obſtantibus priuilegijs, vel in contrarium facientibus quibuſcunque, an iſta clauſula tollat priuilegia inducta miſerationis cauſa, vbi non expreſſa de illis ſit facta mentio, & quid in alijs caſibus infrà deducendis.

Dictam clauſulam non tollere priui
1 legia cõceſſa fauore piæ cauſæ, vel indulta miſerationis cauſa, niſi de ipſis fiat expreſſa mentio, notat text. in c. ſi propter in verb. intentionis noſtræ de reſcr. in 6. & l. libertis. §. poſthum. ff. de alim. & cib. leg. vbi derogatio beneficiorum ab aliquo collatorum nõ intel ligitur derogare beneficijs, quæ ob cauſam alimentorum relicta ſunt Martin. Laud. in tract. de priuilegio. §. 39. & licèt expreſsè prohibeatur, quod reſcriptum principis cõceſſum ſuper tali negotio ex certa ſcientia regulariter nõ valeat, tamen ſi princeps reſcribit, & in reſcripto dicat non obſtante tali lege valet reſcriptum ſecundum Bart. in l. omnes C. de aqueduct. lib. 11.

Item obſeruantia teſtamẽti non debet tolli per temeritatem reſcripti ſecũ-
2 dum. Bald. in l. teſtamentum in fin. C. de teſt. licèt clauſula, non obſtante, appoſita per principem deroget teſtamẽ-
3 to, & quamuis eius factum reprehendi non poſſit. l. 2. C. de crim. falſ. tamen
4 iniuſtè agit in ſemetipſum ſecundum. Bar. ibid. loco præcitato.

Eadem pariter clauſula, non obſtante, non tollit determinationem legis
5 antiquæ ſecundum gl. ſecundã in auth. de hære. quæ ab inteſt. in princ. & Bart. in l. ſciendum in princ. ff. qui ſatisd. cog.

vbi dicit, quòd per dictam clausulam non impeditur determinatio, quæ aliàs debet fieri per statutum antiquum, nisi in lege noua dictum esset non obstante aliqua lege, quæ in contrarium generaliter, vel specialiter loqueretur secundum Bart. in extrauag. ad reprim. versi. non obstan. ad fin. & sic non habebit tunc locum tex. in l. nam & posteriores ff. de legi. quia lex antiqua non limi-
6 tabit, nec distinguet legem nouam secundum Bald. quem extollit Abb. in cap. vt debitus col. 10. versicu. 2. moueor de appella. vel nisi appareret de mente legis nouę, quòd velit corrigere, antiquam etiam per verba generalia: quia corriget eam quamuis specialiter loquentem glo. fi. in c. contra Christianos de hæret. in 6. Alex. in auth. ex testam. colum. 3. C. de colla. Bal. in l. cum C. de furt.

7 Rursus aduertendum, quòd vbi sunt plura obstantia nō sufficit clausula generalis, sed de singulis defectibus debet fieri mentio secundum Bald. in l. 1. col. 9. C. de furt.

8 Quia qui remouet obstaculum, inducit effectum, facit quod notatur in l. si quando in prin. C. de inoffic. testa. cum concord.

9 Vlteriùs vbi princeps derogat statutis laicorum, sufficit apponere generalem clausulam, licèt non opponat tenorem statutorum secundum Bald. in auth. omnes peregrini ante fin. C. communia de succeff. & in auth. nauigia in primo notab. C. de furt.

Insuper vbi lex prohibet impetrare sub pœna, & prohibet iudicem, ne admittat impetrationem, ad hoc vt prosit rescriptum obtentum in contrarium, non sufficit, quòd in eo sit clausula nō obstante tali lege, quæ prohibet impetrari, sed oportet, quòd dispenset, vt iudex possit admittere, aliàs iudex rectè diceret, fateor priuilegium valere, & te excusatum esse à pœna impetrādi, sed
10 nō possum rescriptum admittere propter prohibitionem legis, ita dixit Bal. in l. neminem. C. de Canone frumen. vrbis Romæ lib. 11. sed quia circà hanc declarationē multa fortè dici possent, ideò me remitto ad notat per Felyn. in c. nonnulli sub nu. 22. ibi, sed potest forte. de rescrip.

DVBITATIO CXL.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, non obstantibus, apposita in gratijs, an deroget alicui statuto singulari, nisi de eo fiat mentio.*
2 *Derogatum iuri communi non intelligitur per clausulam, non obstantibus statutis.*
3 *Clausula, non obstantibus in contrarium facientibus tollit transactionem etiam penalem.*
4 *Generalitas sufficit ad tollendum quicquid obstat, nec sufficit ad inducendum nouam obligationem, quòd quis teneatur de casibus fortuitis.*
5 *Clausula tollens obstacula impedientia effectum non includit obstacula inducentia dilationem.*
6 *Priuilegijs clausis in corpore iuris non derogat clausula, non obstantibus priuilegijs.*
7 *Clausula non obstantibus quando non erit necessaria.*
8 *Inferior à principe non potest apponere clausulam, non obstante iure communi.*
9 *Gratia non augetur per clausulam, non obstante.*
10 *Derogatoria clausula specialis debet habere post se generalem.*
11 *Factum damnatum vbi princeps approbat, requiritur clausula, non obstante, & quid si factum non est damnatum.*

1 PRincipis placito, seu in gratijs apposita clausula, non obstantibus, an deroget alicui statuto singulari nisi de eo fiat mētio; & quid de similibus casibus.

Licèt per clausulam, non obstantibus, consuetam poni hodie in gratijs, derogetur statutis generalibus omnia bene-

Digitized by Google

beneficia ecclesiastica respicientibus, tamen non derogatur per eam alicui statuto singulari, nisi de illo expressa fiat mentio. Rot. de præben. decis. 1. in nouis dicens ita fuisse sententiatum, & limitat Rota ibi, vt poteris videre.

2 Item per clausula non obstantibus statutis non intelligitur derogatum iuri communi secundum Rotam d. deci. 1. Nicol. de Mil. in repert. in verb. clausula. §. 1.

3 Insuper notandum est, quòd clausula non obstantibus in contrarium facientibus tollit transactionem etiam pœnalem per text. in c. cum aliquibus iunct. glo. in verb. firmitate ibi puta vinculo pœnæ de rescr. in 6.

4 Et ista generalitas sufficit ad tollendum quicquid obstat, non autem sufficit ad inducendum nouam obligationem, puta, quòd quis teneatur de casibus fortuitis, & ita loquitur tex. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. siq. caut.

5 Vlteriùs sciendum est, quòd clausula tollens obstacula impedientia effectum. non includit obstacula inducentia dilationem secundum scribemin c. si propter tua debita col. 6. de rescript. in 6. propter glo. ibi, in verb. impediri quàm dicunt esse notabilem per rescriptis, & priuilegijs in quibus ponitur clausula non obstantibus.

6 Clausula pariter non obstãtibus priuilegijs, non derogat priuilegijs clausis in corpore iuris Bar. in l. 2 §. legatus. ff. de iud. vbi dicit, quòd talis clausula intelligitur de priuilegio speciali non clauso in corpore iuris idẽ tenet Castr. in l. 1. ff. de legib. Bar. in extrauag. ad reprimen. in versi. non obstantibus & perscribẽ. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor.

7 Nec erit necessaria clausula, non obstantibus, quando per id quod disponitur, reditur ad ius commune Bald. in l. si qua per calumniam in fi. C. de epis. & cler. secundum lecturam aliquorum considerat tamen Fely. an hoc dictum possit esse verum in d. cap. nonnulli sub nu. 26. ibi ꝓsidera, sub 13. conclusione.

8 Nullus etiam inferior à principe potest apponere clausulam, non obstante iure communi. Bal. in l. rescripta col. 3. versi. clausula non obstante. C. de prec. Impe. offe. & l. cunctos populos. col. 14. versi. 3. probatur. C. de sum. trin.

9 Et licèt per clausulam nõ obstante, non augeat gratia clem. 1. de præbend. tamen declaratur intentio circà concessum, ita formaliter dicit Bald. in l. eã quam col. 13. versi. sed pone. C. de fideicommis.

10 Clausula quoque derogatoria specialis debet habere post se generalem, puta, non obstante tali lege, vel quacũque alia secundum Bal. in l. vn. §. fi. ad fi. C. de lati. lib. toll. per illum tex. in verb. taceat lex Iulia.

11 Vbi pariter Princeps approbat factũ damnatum requiritur clausula, nõ obstante. Idem dicendum si factum non est damnatum, sed est ei data forma, vt requiratur hæc clausula, ita dicit Bal. in extrauag. de pac. Constan. in verb. libellarie versi. illud etiam.

DVBITATIO CXLI.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à principe an videatur deputatus in loco suæ dignitatis, vel vbi moratur.*

2 *Canonicus legens in studio potest ibi de causa cognoscere delegata, si fit mentio moræ.*

3 *Episcopo si fiat commissio extrà suum Episcopatum moranti, non dicto de morâ, non potest ille ibi cognoscere. declara vt ibid.*

4 *Rescriptum, quo committitur causa moranti senis, & reus distat ab illo loco vltrà dietã vtrum valeat.*

1 PRincipis placito, vel Papæ litteris si delegata sit causa, an delegatus vidẽtur deputatus in loco suæ dignitatis, vel vbi moratur?

Dele-

Digitized by Google

Delegatum Principis,vel etiam Papæ,& deputatum in loco ſuæ dignitatis,in aliqua cauſa,cenſere deputatum in loco dignitatis,vel cauſa ei commiſſum in loco moræ, vbi ſic dicatur in reſcripto,probat tex.in c.fi.de rer.permu. Vnde ſi dicatur in reſcripto, Epiſcopo Senenſi videtur committi ſenis , in loco dignitatis niſi diceretur in reſcripto Piſis moranti, quia tunc videtur committi in loco moræ. Abb.in c.fin.circà prin.de iudic.& in cap.olim de except.
2 ſicque Canonicus legens in ſtudio poteſt ibi de cauſa delegata cognoſcere, ſi fit mentio moræ, etſi Canonicatum habeat alibi, indeque notandum, q̃ ſi
3 fit commiſſio Eꝑo extrà ſuum Eꝑatum moranti, non dicto de mora,non pōt ibi cognoſcere, vnde infert Abb. in d. c. fi.de re.permut.ad Epiſcopum Groſſetanum ſenis morantē, quod non pōt ibi cognoſcere niſi de loco moræ fiat mentio in reſcripto.

Declaraque hoc procedere, niſi de conſenſu partium procederet ſenis, & non traheret reum vltrà dietam ita Felyn.in c. nonnulli ſub nu.1. de reſcript. ibi,limita dupliciter,vbi declarat ſecūdo niſi conſtaret Papam ſcire, quòd is cui ſcribit,alibi moratur,& refert,inferendo ad Epiſcopum Feſulanum morantem continuò Florentiæ ex priuilegio, vtrum per aliquas coniecturas cōſtet Papæ, quòd trahit morā Florentiæ.

Sed vt per Fely.ibi d.dubium eſt ſi cā
4 committitur moranti ſenis, & reus diſtat ab illo loco vltrà dietam,vtrum valeat reſcriptum, & tandem conſiderat Felyn.quòd ſi reſcriptum diceret,volumus , quòd poſſis trahere reum vltrà duas dietas,nemo negabit, quin reſcriptum valeat, ergò & iſta verba vidētur ſufficere , videlicet , committimus tibi ſenis moranti, cauſam Bononienſium, qui notoria eſt locorum diſtantia, maximè cum certa ſcientia poſſit conſtare ex circunſtantijs in reſcripto expreſſis.c.cum inter vbi Felyn.probat de except. & illud dicitur expreſsè nominatim,de quo appareteſſe cogitatum per circunſtantias certiſſimus, vt notat̃ per Fely.& alios in c. translato de conſtitu. Si propterea Papa ſcienter cauſam cōmittit in loco diſtanti vltrà dietam , videtur velle , quòd partes accedant ad locum iudicum,ſicut quando committit cognoſcendam cauſam monacho nominando eum monachum videtur diſpenſare refert Fely. d.c.nonnulli ſub nu. 1.in finalib.verbis.

DVBITATIO CXLII.

SVMMARIVM.

1 *Deputatus à principe an poßit citare partem vltrà vnam dietam.*
2 *Hodie dieta antiquæ redactæ ſunt ad vnam.*
3 *Dieta vna non attenditur à loco rei vſque ad ſolitum locum quando index poteſt ſe appropinquare non exeundo locum commiſſionis.*
4 *Litteræ ſi impetrantur ab vna parte vltrà dietam non poſſunt approbari ab alia parte.*
5 *Conueniri poteſt quis in loco vbi res eſt ſita.*
6 *Papa eſt ordinarius in quolibet loco.*
7 *Deputatus non ſpecialiter ad cauſam, ſed ad totum vnum territorium,vel prouinciam, poteſt trahere vltrà vnam dietam .*
8 *Conſtitutio de dietis non habet locum, quando cauſa delegatur in curia Rom. declara vt ibid.*
9 *Conſtitutio de dietis non attenditur in executoribus gratiarum.*
10 *Inquiſitor datus per litteras Apoſtolicas poteſt trahere vltrà duas dietas,& quando.*

1 PRincipis , vel Papæ reſcripto,ſi committatur cauſa alicui , an ille deputatus poſſit citare partem vltrà vnam dietam, & notantur aliquis caſus.

2 Prætupponendo, quòd exceptio de duabus dietis non habeat locum, & q̃ hodie ſint redactæ iſtæ dietæ ad vnicā dietam per tex.in c.ſtatutum.§.cum verò de reſcrip. in 6. eſt ſciendum, quòd quan-

quando iudex poteſt ſe appropinqua-
re non exeundo locum commiſſionis
3 tunc non attenditur, quòd à loco rei
vſque ad ſolitum locum iudicis ſit vnà
dieta, vt per Abb. in cap. nonnulli, de
reſcript.

Quando etiam ſcribitur alicui dele-
4 gato exprimendo locum moræ, tunc
colligitur. Papa non curaſſe de diſtan-
tia loci, & hodie ſi impetrantur literæ
ab vna parte vltrà dietam, non poſſunt
literæ approbari ab alia parte per cap.
ſtatutum in fi. de reſcr. in 6.

Quando verò quis conuenitur in
loco, vbi ſita eſt res, de qua litigatur iu-
ra tunc dicunt indiſtinctè quem poſſe
5 conueniri, vbi res eſt ſita. l. fin. C. vbi in
rem act. c. fi. de for. compet. ſicut etiam
ratione contractus C. dilecti eo. tit.

Prout, & quando quis promiſit ſol-
uere vbicunque reperiretur ſecundum
Innoc. in cap. dilecti de for. compe. vbi
Abb. refert, col. 3. quia ſicut iſte poteſt
conueniri coram quocunque ordina-
tio, ita coram delegato Papæ, cum Pa
6 pa ſit ordinarius in quolibet loco cap.
cum ita per mundum 9. quæſt. 3. & ſic
nulla iniuria fit conuento cum con-
trahendo tacitè ſe obligauerit.

Vbi autem delegatus non eſt depu-
tatus ſpecialiter ad cauſam, ſed ad to-
tum vnum territorium, vel prouinciã,
7 poteſt trahere vltrà vnam dietã ſcrib.
in cap. vt officium. §. fi. de hered. in 6.

Quando cauſa delegatur in Curia
Rom. de ſtylo Curiæ non habet vbi lo
8 cum conſtitutio de dietis, niſi aliquis
eſſe priuilegiatus, quòd non poſſet tra-
hi vltrà duas dietas, non facta mentio-
ne de priuilegio, Felyn. d. cap. nonnul-
li num. 33.

Minùs attenditur cõſtitutio de die-
9 tis in executoribus partiarum attento,
quòd coram talibus non eſt propriè iu
dicium in figura, licèt aliquãdo ſit per
cognitionem ſummariam, niſi in re-
ſcripto eſſet clauſula, vocatis vocãdis.
Bald. & alij in d. cap. nonnulli, in verb.
ad iudicium. Inquiſitor etiam datus p
10 literas Apoſtolicas poteſt trahere vl-
trà duas dietas, vbi committitur Inq-
ſitio non ad inſtantiam partis, quia ſi
ad inſtantiam partis, dicitur delegatus
cap. ſtatuimus de off. deleg. in 6. ſcribẽ.
d. cap. nonnulli de reſcript.

DVBITATIO CXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à principe, an poſſit inuocare bra-
chium ſeculare per executionem ſuæ ſen-
tentiæ.*

2 *Epiſcopus, an poſſit tenere familiam arma-
tam, refertur ibi auctoritas, & annotatum
per Marium Antoninum Macerat. variar.
reſolut. lib. 3. reſolut. 14. vbi firmat Epiſco-
pum ſic poſſe tam ex vniuerſali conſuetudi-
ne, quàm de iure communi.*

3 *Delegatus non poteſt exequi ſententiam in ha
bitu militari, & non infert violentiam, niſi
ſibi ſpecialiter committatur.*

4 *Delegatus inferioris à principe non poteſt exe
qui ſententiam ſuam, nec mittere in poſſeſ-
ſionem.*

5 *Rector vniuerſitatis non poteſt exequi ſenten-
tiam ſuam.*

*Rector ſcholarium non poteſt facere capi ſcho
lares, niſi ſtatuto, vel conſuetudine aliter
cauetur. ibid.*

PRincipis, ſeu Papæ decreto, vel
reſcripto delegatus, an poſſit
1 inuocare brachium ſeculare, p
executione ſuę ſententiæ, & an
Epiſcopus poſſit tenere familiares ar-
matos, & an delegatus poſſit p ſe exe-
qui ſententiã in habitu militari, & quid
dicẽdum in delegato inferioris à Prin-
cipe, & in Rectore vniuerſitatis.

Breuiter reſoluendo quæcunq; pro-
poſita capita, quoad primum Curia ſer
uat, quòd delegati non inuocant bra-
chium ſeculare, niſi in delegatione ex-
primatur, & quando executio eſt faciẽ-
da in poſſeſſione laicorum tunc requi-

ritur

ritur auxilium secularis per viam simplicis requisitionis, si verò est facienda de rebus ecclesiasticis, tunc inuocatur ordinarius ecclesiasticus, qui si nō possit, tunc inuocetur secularis. Bal. in addit. ad Specu. in lib. 2. de delegat. versic. delegatus an possit Alex. in l. 2. ff. de iurisd. om. iud.

Quoad secundum caput de Episcopo, Abb. & Fely. in c. significasti. de offi. deleg. tenent, quòd Episcopus non possit tenere familiam armatā, nisi habeat
2 iurisdictionem temporalem facit text. in c. inter hæc 34. q. 10. & cap. si filius de test. quicquid in contrarium videātur facere notata per Bal. in l. nam salutem 5. fin. ff. de offi. præfect. vigil. & Oldr. cōs. 89. quòd Episcopus possit tenere familiam armatam ex consuetudine; refert Marius Antonin. resol. 14. num. 1. quòd
3 attinet ad delegatum concludas & cōmuniter cum Doctoribus teneas illum non posse exequi sententiam in habitu militari, imò merus executor papæ nō potest mouere arma, pro executione, sed si resistit ei, debet reuertere, & executor principis non infert violentiam, nisi sibi specialiter committatur. Inno. in c. cum olim il 2. de priu. Fely. d. cap. significasti de offi. deleg.

4 Delegatus verò inferioris à principe non potest exequi sententiam suā, nec mittere in possessionem, potest tamen exequi comminando sub pœna, & de iure Canonico potest exequi sententiam eo modo, quo delegatus principis potest, quia cessat ratio meri, & mixti imperij: scriben. d. c. significasti vbi tangunt, & resoluunt præcipuè Fely. ibid. quæstionem, quòd rector vniuersitatis non potest exequi sententiā
5 suam, imò Rector scholarium non potest facere capi scholares nisi statuto, vel consuetudine aliter caueatur.

DVBITATIO CXXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ, an possit dare possessionem in rebus laycorum.*

2 *Episcopus, potest pro crimine retinere laicum in pœnam in perpetuos carceres.*

1 PLacito Papæ delegatus, an possit dare possessionem in rebus laicorum.

Nullam huiusmodi delegatus dare potest possessionem in rebus laicorum, sed mandat vt exequantur à iudice laico, nisi tamen ille locus esset subiectus Papæ temporaliter, quia tūc potest mittere in possessionem laicorum. Bal. in Margar. in verb. delegatus. Innoc. in c. significasti de off. deleg. neque em̄ Episcopus debet exercere iurisdictionem temporalem contra laicum sibi non subiectum. Inno. in c. pro humani de homi. in 6. & hæc in omnibus præmissis resolutis est communis opinio, moderni tamen de rigore loquentes bene dicunt, quòd Episcopus potest punire laicum non sibi subiectū pro crimine spectante ad ecclesiam, ergò eodem modo poterit in bonis laycalibus exequi sententiam super rebus, quibus potest ferre sentētiam: hinc tradunt scribentes in c. cum Episcopus de off. ord. in 6. quòd Episcopus pro crimi-
2 ne potest retinere laicum in pœnam in perpetuos carceres.

Communis ergò opinio est, quòd delegatus Papæ non possit exequi in bonis laycorum vt per Bald. loco præcita to, & Alex. in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & Fely. in d. c. significasti sub nume. 4. quæ communis opinio vt ibi tradit. Fely. p-cedit de vrbanitate, opinio verò modernorum procedit de rigore iuris, & tandem cōcludit, quòd iudex ecclesiasticus modestè facit non exequēdo sententiam

ed by Googl

tentiam in bonis laycorum, si verò exequitur, tenebit executio.

DVBITATIO CXLV.

SVMMARIVM.

1 *Placito Papæ, vel principis delegatus, an habeat priuilegium à lege vt vices suas alteri possit subdelegare.*
2 *Delegatus principis potest subdelegare, & qualiter hoc procedat. ibi.*
3 *Verba, conscientiam tuam oneramus, prohibẽt subdelegationem.*
Idẽ si dicatur per teipsum cognoscas, vel talis cognoscat, & non alius, vel quando dicitur, auctoritate nostra cognoscas, ibid.
4 *Verba, iubemus vel præcipimus, necessitatem important, vt non possit subdelegari.*
Idem importat verbum, possit, & debeat, ibid.
5 *Papa vbi delegaret officium suæ iurisdictionis, non potest tunc delegatus subdelegare.*
6 *Subdelegatio est prohibita, quando Papa delegasset ea quæ sunt sibi reseruata in signum supremæ dignitatis quæ signa sint ibid.*

1 PRincipis seu etiam Papæ rescripto, vel placito delegatus, an habeat priuilegium à lege vt vices suas alteri subdelegare possit.

2 Regula sit, quòd delegatus Papæ, vel principis potest subdelegare l. à iudice. C. de iud. c. pastoralis de offi. deleg. vbi Abb. in 1. notab. & cum eo transit. Fely. in prin. ratio est quia in causa delegata ipse delegatus censetur maior quocũque ordinario. l. 2. §. pen. ff. de damn. infect. c. sanè il 2. de off. deleg. c. pastoralis de off. ord. si ergò ordinarius potest delegare, multò fortiùs delegatus Papæ, vel principis.

Et procedit regula siue princeps ex officio suo, vel motu proprio, siue etiã de consensu partium dederit delegatum, vtroque casu potest eius delegatus subdelegare. c. fi. in prin. de off. delega. vbi Abb. in 2. notab. præcipuè, quando subdelegat ex iusta causa vt in c. si pro debilitate de off. deleg. imò etiamsi nulla iusta causa existat potest subdelegare, vt per gl. in c. pastoralis in verb. exoneratis de offic. delegat. etiam partibus inuitis.

Et non solum procedit regula, quãdo vnus solus est datus delegatus, sed etiamsi habeat collegam, qui velit per se procedere, hoc enim non obstante poterit procedere ad subdelegationẽ c. quamuis, vbi omnes, de off. deleg.

Sed aduerte, quòd procedit in ipso delegato Papæ, vel principis secùs in subdelegato delegati, quin ille non potest vltrà subdelegare c. super quæstionum. §. si verò de off. deleg. & ibi omnes.

Procedit insuper, quando delegatus vult delegare totam causam, quòd tũc potest, secùs si solam audientiam, vel processum reseruata sibi sententia quia hoc de iure ciuili non potest. Auth. ad hoc. C. de iudic. de iure autem canonico potest totam causam, & mediam, & etiam reseruare sententiam solum d. c. super quæstionum, & c. si delegatus de off. deleg. in 6.

Vlteriùs procedit regula in delegato à summo principe, Papa, vel imperatore, vel alio non recognoscente superiorem de facto, vel de iure, secùs in delegatis episcoporum, comitum, Baronum, Marchionum & huiusmodi, nam isti non possunt subdelegare, quia eorum leges, vel constitutiones cẽsentur ius prætorium, & non ciuile vt per Bar. in l. sciendum. ff. de verb. obl.

Sed adhoc vt deleg. à principe possit subdelegare, ad hoc, scilicèt, vt habeat locum regula, tex. c. pastoralis de off. deleg. necesse est vt delegatio fiat à tali principe, cuius constitutio censeatur ius ciuile, & non prætorium ita singulariter dicit Bar. in l. 4. ff de damn. infec. & sequitur. Alex. in l. 1. colum. 5. ff. de offic. eius.

Vẽdicabit etiam locum regula quo ad illas causas, quæ aliàs de sui natura

sunt delegabiles, secùs si non sunt delegabiles, put regulariter sũt causæ meri, vel mixti imperij quæ non possunt delegari de iure ciuili vt scribunt. Doct. in l.à iudice. C. de iudic.

Aduertendum quoque est, quòd nõ esset electa industria personæ delegati, tunc non poterit delegatus subdelegare, & tunc dicitur electa industria personæ, quando apparet ex verbis delegation s, vel ex qualitate personæ, vel facti, c. fi. de off. deleg. & ibi glo. & Doctores declarant, quando dicatur electa industria personæ, quia tunc non potest fieri subdelegatio etiam partibus consentientibus, & inter cætera verba inferentiam electam esse industriam perso-
3 næ, illa verba, conscientiam tuam oneramus communiter prohibent subdelegationem. Abb. in d.c. fi. de off. deleg. nec potest alteri subdelegare, quando esset dictum alicui in rescripto, per teipsum cognoscas. Abb. d.c. fi. de off. deleg. prout, & quando verba Papæ, vel principis dicerent talis cognoscat, & non aliàs. Alex. in l. 1. ff. de off. eius.

Prout etiam, quando princeps diceret, nostra auctoritate cognoscas. Bald. in c. fi. de dol. & cont. Idem dicendum, quando in rescripto diceretur, tu tu vel per te te cognoscas. Bal. d.c. fi.

Regula insuper procedit, quãdo delegatio fit per verbum, mandamus, si autem fieret per verbum iubemus, vel
4 precipimus, que verba necessitatem important, tunc non posset subdelegare. gl. in l. sæpè. ff. de off. præs. Bart. & alij, in clem. sæpè de verb. sig.

Illa duo etiam verba, possit, & debeat important necessitatem, vt non possit subdelegare. capitul. primo vt eccl. bene l. prætor in prin. ff. de eden. Bald. in c. eam te vers. circa hoc de resc.

Quando etiam Papa delegasset officium suæ iurisdictionis, nõ potest hu-
5 iusmodi delegatus subdelegare. c. fi. de off. dele. vbi Bal. col. 1. Bar. in l. imperiũ 8. oppositione. ff. de iurisd. omn. iud.

Prout, & tunc prohibita est subdele-
6 gatio, quando Papa delegasset ea quæ sunt sibi reseruata in signum supremæ dignitatis, quæ signa enumerat. Bald. in l. 1. C. de iur. aur. anul. & in l. rescripto. C. de præc. imp. off.

DVBITATIO CXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam diffinitiuam ferens tamen nullam, an functus dicatur officio suo.*
2 *Ordinarius potest reuocare, corrigere, vel declarare sententiam nullam etsi diffinitiuam dummodo talis declaratio sit congrua.*
3 *Iudex potest corrigere suam diffinitiuam incõtinenti.*
4 *Ordinarius potest sentẽtiam retractare, quãdo contra diffinitiuam essent receptæ probationes.*
5 *Ordinarius, vel delegatus potest iterum cognoscere de causa, quando tulit sententiam super instantia, vt quia absoluit partes ab obseruatione iudicij.*
6 *Iudex retractare potest sententiam, quando pars implorat officium iudicis nobile, adhoc vt petat restitutionem in integrum.*
7 *Princeps potest retractare sententiam suam diffinitiuam.*
8 *Iudex ordinarius qualiter possit reuocare sententiam suam diffinitiuam nullam.*

PRincipis, vel Papæ rescripto delegatus, ferens sententiam diffinitiuam nullam tamẽ, an functus dicatur officio suo, & an possit amplius de negotio principali cognoscere, & quid dicendum de ordinario iudice?

Veritas est, quòd delegatus Papæ, vel principis, si tulit sententiam diffinitiuã
1 nullam tamen, functus est officio suo, nec potest de negotio principali amplius cognoscere. Bar. in l. iudex. ff. de re iud. Abb. & alij in c. in litteris de offic. delegat.

Nihilominùs idem delegatus poterit

rit dictam ſententiam exequi ſaluus etenim eſt reſpectus executionis vt ibid. per Docto. omnes in d. l. iudex poſtea quam. ff. de re iud. & in l. ſi proponis. C. quom. & quando iud. & in c. in litteris de oft. deleg. & ſignat. Fely. in c. qualiter & quando il 1. num. 38. de accuſat.

Secùs autem dicendũ eſt in ordinario, qui põt reuocare ſeu corrigere, vel 2 declarare, ſententiam ſuam diffinitiuã nullam, etſi hoc poſſit etiam regulariter loquendo delegatus, quia quilibet iudex ſiue ordinarius, ſiue delegatus non poteſt ſententiam ſuam diffinitiuam reuocare, reſpectu tamen declarationis, ſeu interpretationis quilibet iudex poteſt declarare, vel interpretari ſuam ſententiam diffinitiuam poſtquã eſt lata. Abb. d.c. qualiter, & quando de accuſ. Bar. in l. ab executore. ff. de dam. infect. quod tamen intelligendum eſt ſano modo, dummodo talis declaratio, vel interpretatio ſit congrua, ſecùs ſi non adaptaretur ad vim, & ſubſtantiam verborum. Bald. d.l. ab executore vbi omnes, & in l. hac lege. C. de ſent. exper. reit. etſi iſta declaratio, ſeu interpretatio nõ poteſt fieri à ſucceſſore in magiſtratu, oportet, quòd ille iudex, qui tulit ſententiam, ſit ille, qui declaret, aut interpretetur. Bald. d.l. hac lege. col. pen. Felyn. d.c. qualiter, & quando num. 27. poterit tamen iudex ſententiam ſuam diffinitiuam corrigere incõ- 3 tinenti Fely. d.c. qualiter, & quando nu. 30. imò, & iudex poterit ſuam diffinitiuam reuocare, quando ille, pro quo eſt lata ſententia diffinitiua fatetur, ꝙ ſit iniuſta in totum, vel in parte, Innoc. in c. quia pleriq; de immun. eccl. Abb. in c. is qui de ſponſal. Barto. in auth. ſed iam neceſſe. C. de don. ant. nupt.

Quando etiam contra ſententiam diffinitiuam, quæ tranſiuit in rem iudi- 4 catam eſſent probationes receptæ parte non opponente, idem iudex ordinarius poterit ſententiam retractare, Innoc. in c. cum dilecta de reſcr. & in c. cũ Bertholdus de re iud.

Tunc etiam index ſiue ordinarius ſi- ſiue delegatus poterit iterum cognoſcere de cauſà, quando tulit ſententiã ſuper inſtantia, vt quia abſoluit partes 5 ab obſeruatione iudicij. Abb. in c. examinata col. vlt. de iudic.

Poterit etiam ipſemet iudex retractare ſententiam, quando pars implo- 6 rat officium iudicis nobile, ad hoc vt petat reſtitutionem in integrum Felyn. d.c. qualiter & quando nu. 35.

Princeps verò poterit retractare ſententiam ſuam diffinitiuam Abb. & alij 7 d.c. qualiter & quando de accuſ. & Fely. ibid. num. 36.

Quomodo autem intelligatur, quòd iudex ordinarius poteſt reuocare ſen- 8 tentiam ſuam diffinitiuam nullam declarat Fely. d.c. qualiter & quando verſ. 8. fallit num. 37.

DVBITATIO CXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à principe, an poſſit ſubdelegare cũ poteſtate ſubdelegandi.*

1 PRincipis placito delegatus, an poſſit ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegandi.

Si conſideramus tradita per gloſ. in c. ſuper quæſtionum. §. porro de off. deleg. illa tenet negatiuã, quod delegatus non poteſt ſubdelegare cũ poteſtate ſubdelegandi ſed Abb. in c. cum Bertholdus col. 9 de re iud. tenet illam gl. eandem limitando hoc modo, quod ſi delegatus non in totum ſubdelegauit, ſed ſibi reſeruauit aliquid de iuriſdictione poterit dare ſubdelegato licentiam ſubdeleg. ndi, & cum his terminis reſidet ibi Abb.

Felyn. in d.c. ſuper quęſtionum. §. porrò in prin. num. 12. videtur tenere contrarium, ſeu contra opinionem. Abb in d.c. cũ Bertholdus, & ratio eſt, quia

procederetur in infinitum in iſtis ſubdelegationibus ideò tenet Felyn. in d.§. porrò. num. 12. quòd nulli ſubdelegato poteſt dari poteſtas ſubdelegandi, ne contingat ſubdelegatos tranſire in infinitum.

Quòd verò delegatus principis non poſſit dare delegato poteſtatem ſubdelegandi, vltra gl. ſic probantem in d.c. cum Bertholdus, idem tenet Archid. in c.quauis de off.deleg.in 6.Io.And.in c.is enim eod.tit. in 6.& ſequitur. Alex. in l.à iudice. C.de iud. per rationem ſuperiùs tactam, quia nullus delegatus poteſt dare illam facultatem ſubdelegandi, alias res tranſiret in infinitum contra tex.in l.fideicomm.§.ſiquis.ff.de leg.3.Iaſ.verò in d.l.à iudice, colu.7. C. de iudic.tenet contrarium, & ſic contra communem, moueturq; viua ratione, cui dicit ſe magis credere, quã auctoritate Doctorum, nam maior eſt poteſtas delegati principis in ſubdelegando, quam ſit ordinarij in delegando, l.1.C. qui pro ſua iuriſd. quia delegatus principis poteſt delegare omnem cauſam etiam meri, & mixti imperij quod non poteſt delegatus ordinarij, ſi ergò ordinarius poteſt dare iſtam poteſtatẽ delegato, quãtò magis delegatus principis poteſt dare ſuo delegato; & ſubdit ibid.Iaſ.quòd non obſtat dicere, quòd res poſſet ire in in infinitum, nam intelligit. Iaſ.quòd poteſt delegatus principis dare iſtam facultatem ſubdelegato ſuo, ſed non tranſit vltrà, patet, quia ſubdelegatus à delegato principis non poteſt vltrà poſteà ſubdelegare, vt in d. c. cum Bertholdus, de re iud.& in d. c.ſuper quæſtionum. §.ſi verò de off.deleg. & in c.cũ cauſa de appell.& in hoc iuſſi ſunt Doctores ibi dormire, & ſic dicit Iaſ.d.l. à iudice ſe non videre, quę ratio diuerſa poſſit dari, quare ordinarius poſſit dare iſtam poteſtatẽ ſuo delegato, & non delegatus principis ſuo ſubdelegato, clariùs probat ſic, aut res poteſt in infinitum tranſire ex parte vnius, ita tranſibit in infinitum res in delegatione, & ſubdelegatione ordinarij, ſicut in delegatis, & ſubdelegatis principis, aut non poteſt vltrà tranſire, quod verius, & tunc nihil obſtat, quare non poſſit dari iſta facultas vtrique, & iſtam concluſionem dicit.Iaſ.d.l.à iudice ſe tenere pro vera, & marmorea concluſione cõtra communem, à qua tamen non recedas in iudicando.

DVBITATIO CXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à principe, an poſſit ſubdelegare ea quæ ſunt meri & mixti Imperij.*
2 *Ius Canonicum ſeruabitur in terris eccleſiæ ius ciuile in terris imperij.*
3 *Delegabile, an ſit quicquid eſt cognoſcibile.*

PRincipis placito, vel reſcripto delegatus, an poſſit ſubdelegare ea quæ ſunt meri, & mixti imperij? 1

De iure ciuili regula eſt, quòd non poſſunt delegari cauſæ meri, & mixti imperij, vt per Alex.& alios in l.1.ff.de off.eius cui mand.eſt iuriſd. vbi limitãt regulam multipliciter.

Et procedit hæc regula in his, quæ ſunt reſeruata principi etiam de iure canonico, nam in illis non fit delegatio, vel ſubdelegatio propter grauitatem, & excellentiã, negotij, propter, q̃ videtur electa induſtria perſonæ. Abb. & c.quod ſi diem, vbi Felyn. num.2. de off.delegat.Bal.in l. geſta col.2. C.de re iudic.& in Rub.extra de off.deleg.& in c.fin.eo.tit.vbi infert, quòd Comites Palatini habentes à principe poteſtatem legitimãdi non poſſunt de iure Canonico ſubdelegare, idem ſentit. Innoc. loquens de poteſtatem habente creãdi tabelliones in ca. cum p. circa fin.de fid.inſtr.& ibi Bal. & in l.3. poſtmod.ca. quando prouo.non eſt neceſ.vbi dicit, quod ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdi-

ctionis

ctionis non delegantur propter gl. in l. ab ea parte. ff. de probat. optimè facit tex in c. fin. §. fin. deleg. vbi nudus articulus non iurisdictionalis non potest subdelegari.

Et quod dicta regula iuris ciuilis indubitanter procedat in his quę sunt de reseruatis principi etiam de iure Canonico, idem tenet Bart. in l. nequaquam §. vbi decretum. ff. de off. procon. & leg. & quod in reseruatis Papæ de iure Canonico etiamsi vni delegantur, subdelegari non possint tenent moderniores in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.

In terris ergò ecclesiæ seruabit̃ ius
2 Canonicum, in terris vero imperij ius ciuile, iuxta gl. in c. 2. de reg. in 6. de iure etenim Canonico quicquid est cognoscibile, est delegabile, sed de iure
3 Canonico ista non delegantur in tribus casibus, primus est, quando delegantur à principe c. illud 23. q. 4. glo. & Felyn. in d. c. quod sedem de off. deleg. Secundus casus est, quando venit imponenda pœna sanguinis, ita loquitur tex. ita in c. fin. ne cler: vel mon. in 6. neque mirum, quia illam pœnam non imponit ecclesia, meritò cadit delegatio, & idem etiã est de iure Ciuili Tertius casus est, vbi Episcopus committit Vicario suo c. pen. de off. Vica. in 6. nã aliqua possunt committi Vicario, quæ alijs committi non possunt c. constitutus de concess. præbend. c. statutum de præbend. in 6.

Nota tamen q̃ cõmunis opinio prima seruabitur in practica, vt per Felin. d. c. quod sedem sub nu. 2. de off. deleg.

DVBITATIO CXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à principe, an possit mulctare.*
2 *Delegatus inferioris a principe, an possit mulctare.*
3 *Actus vbi potest expediri in absentia partis potest etiam expediri in præsentia vnius partis.*

1 PRincipis placito delegatus, an possit mulctare, & quid dicendum de delegato inferioris à principe?

Concludunt omnes, quòd possit delegatus principis mulctare glo. mag. in c. peruenit 11. q. 1. dicit, quod delegatus habet correctionẽ, & potest interdicere & mulctare, idem tenet Specu. in tit. de leg. §. sequitur col. 1. vers. itẽ ad eius officium, idem tenet Bal. & alij, præcipuè sic concludit Felyn. in c. de causis sub nu. 9. de off. deleg. Bar. verò in l. 1. ff. siq. iusdic. non obtemp. tenet, quòd delegatus non possit mulctare, nisi ista potestas sit ei concessa per delegãtem per tex. in l. 2. §. fi. ff. de iud. glo. in l. si qua pęna, & ibi Bar. ff. de verb. signi. & glo. in l. eos. C. de mod. malct.

Veritas tamen est ista, quòd delegatus principis potest mulctare, & ita loquitur. glo. in c. pastoralis de offi. deleg. imò iudex delegatus potest contra cõtumacem, vel inobedientem, bannum imponere Bar. in l. illicitas. §. fi. ff. de off. præsid. quia bannum mulctæ æquiparatur glo. in l. 1. §. ex hoc. ff. de ventr. inspic. & in l. 3. §. ergo. ff. de suipect. tuto.

2 Delegatus verò inferioris à principe licèt regulariter non possit mulctare, poterit tamen mulctare, vbi iurisdictionem aliàs non potest exercere, poterit etiam mulctare delegatus ad vniuersitatem causarum etiamsi sit delegatus inferioris, quia equiparatur ordinario, poterit etiam mulctare ille cui potestas mulctandi specialiter esset commissa, vel vbi quis vellet mulctare suos officiales, puta, nuntium, vel alios, sic refert Fely. in d. c. de causis sub nu. 9. de offi. deleg.

Sed quod indistinctè possit mulctare delegatus inferioris probat tex. in c. ex litteris de off. deleg. Bar. in l. Imperium. ff. de iurisdi. omn. iudi. ponit sex gradus

meri

meri imperij,& in ſexto gradu ponit impoſitionem mulctę,ſed intelligas verũ, quòd poteſt delegatus mulctare, vbi contumacia impedit proceſſum, vel damnificat aduerſarium, aliàs nunquã poteſt mulctare,ita Bald.in l.1.§.1.ff.ſiq. iuſdic. non obtemp. vel quando iudex videret, quod non compareret in contemptum ſui, quia tunc mulctare poterit.l.ſi prætor.ff.de iudic. gl. ſic declarat in c.cupientes.§. quòd ſi in verb. opponente de elect. in 6. vbi dicit, quòd vbi
3 poteſt expediri actus in abſentia partis, poteſt etiam expediri in præſentia vnius partis & illam allegat Abb. in c. ſi.in prin. de dolo & contu.

DVBITATIO CL.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus ab inferiore à principe,an poſſit exequi ſententiam de iure ciuili.*
2 *Citandi poteſtas per edicta datur tàntum delegato à Principe.*
3 *Mandata iuriſdictione non veniunt, ea quæ ſunt meri & mixti imperij.*
4 *Delegabilia non ſunt de iure ciu. ea quæ ſunt mixti imperij, ſecùs autem de iure Canon.*

1 PRincipis inferiore delegãte, an ab eodem inferiore à Principe delegatus poſſit exequi ſententiam de iure ciuili.

Septem rationes adducunt ob quas delegatus inferioris à principe poteſt exequi ſententiam de iure ciuili.

Primò, videtur quia mandato principali videntur mandata acceſſoria cap. paſtoralis.§ quia verò de off.deleg.ergò commiſſa cognitione cõmiſſa eſt executio, quia contrariorum eadem eſt diſciplina,ſed Fely.in c.ſi quis contra confutat illas ſeptem rationes nil probare de iure ciuili; ſub nu.4.de foro compe. & concludit cum Abb. tenente & firmante,quod delegatus inferioris à principe poteſt propriam ſententiam actualiter exequi, quanquã ſententiæ executio ſpecificè ei non fuerit commiſſa, & ſecùs ſibi videri de iure ciuili ibidem Abb. ſub num.39. elicit conclusionem ſub co.nu.39. probatur etenim de iure ciuili delegatum inferioris non poſſe ob contumaciam partis decernere poſſeſſionem ex primo decreto, auth. & qui iurat vbi glo.C.de bon. autho.iudi. poſſid. cuius tamen contrarium eſt de iure Canonico,vt innuitur in cap.cùm veniſſent de eo,qui mitt. in poſſ.

2 De iure etiá Ciuili delegato à Principe datur tantum poteſtas citandi per edicta,ab inferioribus verò denegatur, vt in auth.& qui ſemel.C.quom.& quãdo iud. ergò multo fortius delegato ab inferiore à principe interdicitur executio.

De iure quoq; ciuili ſimpliciter mã-
3 data iuriſdictione non veniunt ea,quæ ſunt meri, & mixti Imperij, quia talia etiam expreſsè non ſunt delegabilia. gl.fin.in l.fin.ff.de off.eius ſecùs de iure Canonico; de iure etiam Ciuili ea quę ſunt mixti imperij non ſunt delegabi-
4 lia, ſecùs autem de iure Canonico, & de communi teſtatur. Abb.in d.c.ſiquis contra ſub nũ.29.de foro comp.

DVBITATIO CLI.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus inferioris à Principe, an poſſit vnũ articulum iuriſdictionalem ſubdelegare.*
2 *Delegatus inferioris à Principe non ſubdelegat.*
3 *Articulus iuriſdictionalis non poteſt ſubdelegari per delegatum inferioris à Principe.*

1 PRincipis inferior ſi delegauerit, an taliter delegatus poſſit vnũ articulum iuriſdictionalẽ ſubdelegari.

Negatiuam opinionem tenuit Abb. in c. cum cauſam in penult. not.de appellat.& in cap.Bertholdus col. 7. de re iud.

Digitized by Google

iud. Salic. in l. à iudice col. vlt. C. de iud.

Affirmatiuã verò ſnĩam tenet Barto. in l. & quia in verſ. item dicit gloſſ. ff. de iuriſdict. omn. iud. & pro hac opinione facit tex. in d. c. cum Bertholdus vbi legatus de latere cõmiſit cauſam in partibus vni delegato, qui delegatus ſubdelegauit examinationem teſtium, eccè ergò, ꝙ delegatus inferioris à Principe ſubdelegat. imò & Abb. in d. c. cum Bertholdus colum. 7. dicit quòd delegatus legati à latere habet hanc pręrogatiuam, quia ſubdelegat.

Communis tãdem opinio eſt, quòd
2 delegatus inferioris à Principe nõ ſubdelegat. ſed fallit primo in delegato legati à latere: fallit ſecundo in delegato inferioris, qui habuit poteſtatem ſubdeleganti, hæc per Felyn. in cap. ſuper quæſtionum colum. 3. in verſic. capio gloſſam verbo quicunque ſub num. 4. de off. deleg. vbi diffusè ponit hãc quæſtionem.

Dubium tamen nõ eſt in iure, quòd articulus iuriſdictionalis nõ poteſt ſubdelegari per delegatũ inferioris à Principe. Abb. in d. c. cum Bertholdus col.
3 6. verſ. quarto ſoluit. Innoc. de re iudic. vbi formaliter dicit, quòd articulum iuriſdictionalem non poteſt iudex inferior à Principe delegare, ſed articulum non iuriſdictionalem, quòd ſic, vt qđ receptio teſtium eſt articulus iuriſdictionalis, cùm teſtes non ſunt approbati, ſeu interrogatoria non ſunt facta, nam tunc iudex deputatur ſuper receptione teſtium. vt eſt text. iuncta glo. in clem. vn. de off. deleg. ſecùs vbi omnia fuiſſent examinata, ita quòd commiſſarius habet nudam facti receptionem tunc .n. eſt articulus ſine iuriſdictione.

DVBITATIO CLII.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus inferioris à principe, quando non ſubdelegat, & quando ſic.*

2 *Delegatus legati æquiparatur delegato principis.*

3 *Epiſcopi delegatus vbi adſit, ſi ab eo appellatur, an poſſit ab ipſo delegato ad Vicarium Epiſcopi appellari.*

SVccesſiuè quærendũ, an delegatus inferioris à principe poſſit ſubdelegare, & clariùs reſoluendum.

Firma ſit regula negatiua, quòd delegatus inferioris à principe non ſubdelegat, eſt tex. in c. ſuper quæſtionum §. ſi verò de off. deleg. & in c. cum causã de appell. & l. à iudice. C. de iudic. ſcribentes in d. §. ſi verò.

Sed non procedit in delegato proconſulis, gl. in d. l. à iudice. C. de iudic. vbi notat Bart.

Non etiam procedit delegato legati à latere, quia ille poteſt ſubdelegare. Bald. in d. l. à iudice. C. de iud. Abb. in c. cum Bertholdus colum. 9. de re iudic. Angel. in l. cum prætor. §. 1. ff. de iudic. Felyn. in capit. cum cauſam 8. quæſt. de appell. tamen Ioan. Andr. & alij in c. 2. de off. leg. in 6. & Rom. in l. & quia ff. de iuriſd. omn. iudic. tenent, quòd delegatus legati non ſubdelegat, de qua quæſtione ſunt videnda, quæ notat Felyn. in d. cap. ſuper quæſtionum. §. ſi verò in verſ. eſt verum.

Delegatus etiam ad vniuerſitatem cauſarum, qui poteſt ſubdelegare gloſ. in d. c. cum cauſam in verb. delegatus in fin. de appell. Bart. in l. more. ff. de iuriſdict. omn. iud. Felyn. in d. §. ſi verò in prædicto verſ. vbi ponit aliquas limitationes ad hanc fallentiam.

Delegatus etiam inferioris à principe, puta ordinarius datus cum poteſtate ſubdelegandi poterit ſubdelegare, puta, quia dixit ordinarius, committimus cauſam iſtam, vt per te, vel alium expedias Abb. in c. cũ Bertholdus col. 7. de re iud. Bart. & alij in l. & quia ff. de iuriſd. omn. iud. Bald. & Salyic. in d. l. ad Iudice. C. de iud. Fely. in d. §. ſi verò vbi

plenè

plenè examinat iſtum articulum,& refert opiniones omnium Doctorum ,p & contrà.

Delegatus etiam inferioris à principe poteſt ſubdelegare vnum articulũ non iuriſdictionalem ita. Abb. in d. c. cum Bertholdus verſ. 4. voluit ſub nu. 19.de re iud. Fely.in d.§.ſi verò verſ.fallit quinto.

Vbi etiam conſuetudo eſſet , quòd delegatus ,inferioris à principe poſſet ſubdelegare , tũc ſubdelegatio valeret Fely.d.§.ſi verò.

Delegatus autem inferioris à princi pe poteſt ſubdelegare,quando fuit datus delegatus cum poteſtate ſubdelegãdi vt ſuprà tetigimus in præcedent.q.

Delegatus verò legati ſcias , quòd
2 æquiparatur delegato principis. Fel. in c.ſi quis contra col. fi. verſ. ſed caue de foro comp. & ſic delegatus legati , & ſi regulariter non ſublegat,vt per Fely. in c.ſi pro debilitate num.1. de off. deleg. tamen delegatus legati Cardinalis poteſt ſubdelegare , & ſic committere vices ſuas alteri ita.Bal.in l.à iudice.C. de iudic. Abb. in c .cum Bertholdus. colu. 8.in verſ.quintam lecturam de re iud.

Epiſcopi verò delegatus vbi adſit,ſi
3 ab ipſo delegato appellatur , an poſſit appellari ad vicarium ipſius epiſcopi vide.Felyn. in c. ſiquis contra nume.8.de for. comp.

DVBITATIO CLIII.

SVMMARIVM.

1 *Placito ſeu reſcripto ſuperioris delegatus ſi pcedit ante præſentationem reſcripti, an proceſſus ſit nullus.*

2 *Iuriſdictio pendet à productione reſcripti nec attenditur hoc caſu ſcientia, vel ignorantia.*

3 *Litterarum præſentatio eſt neceſſaria quoad acquirendum exercitium iuriſdictionis.*

4 *Collatio executoris ante receptas litteras eſt nulla.*

5 *Delegatus incipit habere iuriſdictionem non in habitu tempore dati reſcripti , ſed in actu die præſentationis.*

PRincipis , vel ſuperioris reſcripto datus delegatus, ſi procedit
1 ante præſentationem reſcripti , an proceſſus ſit nullus.

Et quòd proceſſus ſit nullus ſi delegatus procedit ante præſentationem litterarum, vel reſcripti, ratio poteſt aſſignari, quia iuriſdictio pẽdet à productione reſcripti , & non attenditur hoc
2 in caſu ſcientia, vel ignorantia.c.ſuper eo de appell.Bar.& Bal. in l.multum. C. de cond.& dem.

Quantum propterea ad tranſlationẽ iuriſdictionis in iudicem non requirit præſentatio litterarum , ſeu ſcientia iudicis,vel executoris , quia ex ſola volũtate principis transfunditur habitus iuriſdictionis in ipſum etiã inuitum : ſed quoad acquirendum exercitium iuriſ-
3 dictionis neceſſaria eſt litterarum præſentatio,& ideò iudex, vel executor ante ipſam nihil poteſt. Abb.in c.1.de off. ord.in 6.& pro tanto dicunt ſcribentes in c. eam te in fi.,de reſcr.quòd collatio executoris ante receptas litteras,eſt nul-
4 la , quia ſi non habet exercitium poteſtatis ante præſentationem , ergò non valet actus,etſi habeat in habitu. Rom. conſi.353.verſ.quoad tertium .

Delegatus ergò erit notandum,incipit habere iuriſdictionem non in habi-
5 tu tempore dati reſcripti,ſed in actu die præſentationis Doct.præcipuè.Ang. in l.cum furioſus.ff. de iud. imò ſubdit ibi. Ange.quòd delegatus,ante præſentatũ reſcriptum non poteſt procedere , qđ verum eſt; parte opponente de reſcripto non præſentato, aliàs ualet proceſſus ita.Bal. in l. necquicquam. §. ubi decretum. ff.de off.procon.& legat. & in l. faltus col.9.C.de furt.Innoc. in c. uenerabili de cenſib. & in c. prudentiam de off.deleg.

DV-

Digitized by Google

DVBITATIO CLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Placito ſuperioris delegatus ſi vult vti iuriſdictione ſua circa aliqua, quæ non pertinent ad ipſum delegatum de iure communi, ſed in re ſpeciali, an ei credatur ante oſtenſionem litterarum vel mandati.*

2 *Legitimare, vel reſtituere famæ, vel huiuſmodi exequi non præſumitur; quis poſſe ex iuriſdictione niſi probetur.*

3 *Commiſſio legationis facta præſumitur etiam Cardinali in forma generali, etiamſi non appareat.*

4 *Cardinales rarò vel nunquam exeunt curiam ſine legatione.*

5 *Nuntio, qui conſueuit ſæpiſſimè mitti ſine litteris excuſatur credens.*

6 *Cardinali creditur de legatione, ſeu ambaſiata, etſi non oſtendat formam commiſſionis. Idē dicitur de perſona graui & Illuſtri.*

7 *Legatis venientibus ad Curiam Romanam nō creditur ſine litteris, & vbi legatio eſt alteri præiudicialis.*

1 PRincipis decreto, vel ſuperioris reſcripto delegatus ſi vult vti iuriſdictione ſua circà aliqua, q̄ non pertinent ad ipſum delegatum de iure communi, ſed iure ſpeciali, an ei credatur, ante oſtenſionem litteram, vel mandati.

Non eſſe ei credēdum niſi oſtendat mandatum, puta, ſi vult legitimare, vel reſtituere famæ firmat Abb. in c. cum in iure col. fi. verſi. item oportet de offi. deleg. Bald. in l. ſi qua per calumniam. col. fi. C. de epiſc. & cler. Abb. in c. quod ad translationem de offi. deleg. & in c. ad eminentiam de ſent. excomm.

2 In ſpectantibus namque ad delegatum, vel alicui ordinarium, non iure communi, ſed ſpeciali, non præſumitur iuriſdictio, niſi probetur, puta, legitimare, reſtituere famæ Felyn. d. cap. cum in iure numero 11. de offic. deleg. vbi dat cautelam, vt is cum quo delegatus gerit actum ex ſpeciali poteſtate habeat copiam mādati inſinuatam ita docet Specul. in titu. delegat. §. ſupereſt col. 5. verſi. quòd ſi legati, & communiter legati ponunt totam litteram commiſſionis, quādo vtuntur iure ſpeciali.

Et hæc procedunt, niſi legatus exercuiſſet pluries illa ſpecialia ita Bal. in l. exemplo in fi. C. de proba. non ratione communis erroris, ſed ratione præſumptæ veritatis, & ſubdit ibi Bal. allegādo Io. An. in c. cum ex litteris de reſtitu. in integ. quòd legatus datus in partibus Franciæ legatione ordinaria, & etiam cum legatione tranſmarina, quę eſt ſpecialis, non perdit hanc ſpecialem legationem mortuo Papa, re integra, ſi iam cœpit vti legatione ordinaria, quia perpetratio in principali operatur in acceſſorio, & facit in propoſito tex. in c. ſi ſuper gratia de offi. deleg. in 6.

Ideo commiſſio legationis facta prę-
3 ſumitur etiam Cardinali in forma generali etiamſi non appareat, ad quam materiam videndus eſt, Iaſ. in repet. l. admonendi, col. 154. ff. de iureiu. cum multis concord. ibi per eum ſignatis, & Alex. in l. 1. ff. de off. præfect. prętor. Bal. in l. iuriſiurandi col. 2. C. de teſtib. ratio eſt propter excellentiam perſonæ c. nobiliſſimus 97. diſt.

4 Cardinales autem rarò, vel nunquā exeunt curiā ſine legatione, ideò eius legatio præſumitur in forma generali, & facit dictum Bar. in l. eum qui. §. fin. ff. commod. vbi dicit, quòd excuſatur qui credidit nuntio tuo, quam conſueuiſti ſæpiſſimè mittere ſine litteris.

Et non ſolùm creditur de legatione,
6 ſed etiam de ambaſiata ipſi Cardinali commiſſa, etſi non oſtendant formam commiſſionis. glo. in c. ad Apoſtolicæ in verſ. proponimus de re iud. in 6.

Imò ei credendū etiamſi non ſit Cardinalis, ſed alia perſona grauiſſima, & Illuſtris Abb. in c. quòd ſuper his col. 3. de fid. inſtr. vbi excipit duos caſus. Primus eſt in legatis venientibus ad curiā

Digitized by Google

Romanam, quia de ſtylo Curiæ non creditur ſine litteris, alter caſus eſt vbi legatio eſt alteri præiudicialis, & idem voluit Bart. in l.palatinos. C.de collat. fundo.fiſcal.lib.11.

DVBITATIO CLV.

SVMMARIVM.

1 *Superioris delegatus, an & quando poſſit recedere à forma reſcripti.*
2 *Exceptio iuſta admittitur, vbi aliquid fiat ceſſante omni mora, vel excuſatione.*
3 *Formam adimpleri ſufficit per æquipollẽs vbi imminet aliquod periculum.*
4 *Confeſſionis manifeſtatio ſatisfacit menti reſcribentis.*
5 *Proceſſus aliàs nullus ob defectum formæ mandati, efficitur validus virtute ſolius confeſſionis.*
6 *Confeſſio vbi eſt, ibi non eſt neceſſaria diſceptatio fori.*
7 *Ordo omiſſus, & præpoſteratio vitiat partis confeſſionem.*
8 *Confeſſio Piſanorum, an valuerit.*

1 PRincipis, vel ſuperioris delegatus, an & quando poſſit recedere à forma reſcripti.

Quòd delegatus poſſit recedere à forma reſcripti, vt audiat rationabilẽ partis exceptionẽ firmat Abb. in c. ex parte il ſecundo notab. Primò per illum tex.de off.deleg.quia licèt ſit ſimpliciter expreſſa certa forma perq̃ nihil videatur dici de admittendis exceptionibus, tamen non præſumitur mens Papæ, vel principis tollere velle exceptiones rationabiles parti competẽtes, facit ad hæc gl. in c. lator in verb. excuſatione ſecunda q.7.volens, quòd
2 ſi dicitur, vt aliquid fiat ceſſante omni mora, vel excuſatione, tamen admittitur exceptio iuſta, & ſentit glo.in c.placuit.21.q.2.videtur tamen, quòd ſi conſtaret factum eſſe notum Papę, ſeu principi, & mandaret nullam exceptionem admitti, quòd debeat obedire, vt refert Fely.in d.c.ex parte.

3 Quãdo inſuper aliquod immineret periculum omitti poſſet obſeruantia formæ, & tunc ſufficit eam adimplere per æquipollens, Rom.conſi.433. & per Fely.d.c.ex parte de off.deleg.vbi confirmat multipliciter per ſimilia.

Vbi pariter accederet confeſſio partis, tunc poteſt recedere iudex commiſſarius, vel delẽgatus à forma reſcripti,
4 cuius menti ſatisfaciat manifeſtatio cõfeſſionis Dec.in c.dilecto de appel.vbi tenet, quod proceſſus, quia aliàs eſſet totaliter nullus propter defectum formæ mandati, efficitur validus virtute
5 ſolius confeſſionis, per tex. in c. Piſanis de reſtit.ſpol.Bal.de hac materia tangit in l.etſi ſeuerior col. fin. C. de infam.& Ang.in tract. malefi.ver.confitentur totum.Bal.in Rub. de iuriſdi.om. iud.col. fi.vbi idem tenet, quòd tex. in d.c. Piſanis de reſti. ſpol. quia vbi eſt confeſſio,
6 ibi non eſt neceſſaria diſceptatio fori, quod iudicium vocamus, idem firmat Abb.in d.c.Piſanis col.2. & aſſignat rationem, quia confeſſio non exigit ad ſui validitatem, talem inſtantiam iudicij, vt per Innoc. in c. qualiter il ſecundo de accuſ.Barto.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod.reo.

Huic tamen declarationi obſtat Bal. & Saly. in l.vt debitum in fi. C. de hære. act.dum dicunt, quòd ordo omiſſus, &
7 præpoſteratio vitiat partis confeſſionẽ & allegant notat. per glo. in l. maritus. ff. de quæſtio. & in l. non tantum. ff.de appell.vnde propter hoc aliqui limitãt Innoc. in d.c. qualiter.niſi iudicium eſſet nullum ratione præpoſterationis. Reſpondentque ad d. c. Piſanis, quòd valuit cõfeſſio Piſanorum quoad hoc
8 vt Epiſcopus haberet poſſeſſionem, affictum, & penſionem illorum Caſtrorum, non tamen per illam confeſſionẽ fuit validatus proceſſus iudicum delegatorum, qui erat nullus ratione præpoſterationis, imò Papa pronuntiat ibi pro-

Digitized by Google

processum nullum. Sed hanc responsionem multi non capiunt, quia confessio non potuit ibi sustentare totum processum, cum ipsa non concerneret nisi vnum articulum, vnde hactenus operatur, quatenus respicit partē processus, & est ratio ista, quare reliquus processus inualidatur, sed non requiritur quin quantum ad dictum articulū confessio non valeat, & operetur effectum suum, quoad pensionem, & affectum.

Tutiùs tamen ambulādo sequamur dicta Bal. in Rub. de iurisdi. om. iud. iuxta primo allegata, vt hortatur Fely. in c. cum dilecta sub nume. 14. ibi, & ideò tutius.

DVBITATIO CLVI.

SVMMARIVM.

1 *Superioris rescripto delegatus cui facta est commissio, vt procedat cum consilio talis, an teneatur sequi consilium iniustum.*
2 *Executor habens exequi causam cum consilio si illud omittit, actus est nullus.*
3 *Sententia lata non requisito consilio eius, qui consuli debebat, est nulla.*
4 *Consilium alterius vbi requiratur, actus est nullus si non requiritur.*
5 *Vbi est prius, & posterius, ibi est ordo.*
6 *Commissio facta delegato cum hoc, quòd procedat cum consilio talis, valet.*
7 *Consilium iniustum, an teneatur sequi, is cui facta est commissio, quòd procedat cum consilio talis.*

1 PRincipis, vel superioris rescripto delegatus, cui facta est cōmissio, vt procedat cum consilio talis, an teneatur sequi consilium iniustum, sciēdum in primis est, quòd executor habēs exequi causam cum consilio, si illud omittit, actus est nullus, tanquam non sit seruata forma mandati per tex. in c. dilecta de rescrip. idem tenet glo. in c. non est de consuet. in 6. dicens sententiam latam non requisito consilio eius, qui consuli debebat, esse nullam, & quòd à tali sententia non sit opus appellare notat Bart. in l. 1. §. si plures col. 7. versic. 4. quæro. ff. de exercit. Abb. in c. ad Apostolicam in fi. de regul. dicens generaliter, quòd vbi requiritur consilium alterius, nisi requi
4 ratur, actus est nullus Bal. in l. 1. colum. 3. vers. ex dicto ergo. C. ne liceat in vna in vna eademque causa, vbi assignat rationē, quòd vbi est prius, & posteriùs,
5 ibi est ordo, sed consilium est priusquā consiliatum, ergo datus, est ordo. l. prolatam. C. de sent. videantur notata per Fely. in c. ex parte sub nu. 1. de constit.
6 Commissio ergo facta delegato cū hoc, quòd procedat cum cōsilio talis, & prout talis consuluerit, omnes tenent, quòd valet, vt per Felyn. d. cap. ex parte.
7 Vtrum autem is cui facta est talis cō missio teneatur sequi consilium iniustum & quòd non teneatur, docet Bart. & Ang. in l. si conuenerit. ff. de re iudi. Bal. in l. manifestissimè. C. de furt. nisi tamen iudex arctaret ad illud sequendū ita Bar. d. l. si conuenerit, & si non arctatur, cautela est, quòd faciat, quòd partes dicant, quòd contentantur, quòd iudicet de consensu ipsarum secundū illud consilium, & replicat Bal. in Rub. C. de exercit. act. col. 2. & sic nō tenetur sequi cōsilium iniustum, & excusatur, si non est euidenter iniustum, sequitur idem Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de off. procons. & leg. & in l. mancipia. C. de seru. fugit.

Imò non sequendo consilium iniustum sententia erit nulla, quia contra formam commissionis refert Fely. in c. si pro debilitate num. 7. de off. delega.

DVBITATIO CLVII.

SVMMARIVM.

1 *Statuta, vel superioris rescripto vtrum eligi*

Digitized by Google

posſit iudex cum hac forma, vt teneatur sequi consilium sapientis.

2 *Sententia cum his verbis, pronuntiamus prout in tali consilio continetur, si in consilio dicatur, talis videtur mihi absoluendus, non valet, & quòd valeat nu. 4.*

3 *Sententia omnis debet contineri, aut condemnationem aut absolutionem.*

5 *Sententia non tenet, vbi essent duo consilia contraria.*

6 *Consilium vbi nondum est in actis productũ tunc non tenet sententia.*

7 *Sententia, quæ non potest certificari ex actis dicitur incerta.*

8 *Consilium productũ vbi adhuc esset clausum non valet sententia.*

Episcopus si vidit sententiam latam per vicarium, & dicit, quòd confirmat unam sententiam videtur per hoc aliàs reprobare, dummodo aliàs omnes viderit, & legerit.

PRincipis iussu, vel superioris rescripto, vel statuto vtrum eligi posſit iudex cum hac forma, vt teneatur, & debeat sequi consilium sapientis, & an tunc teneat sententia prolata, prout in tali consilio continetur, eligẽs iudicem potest ei dare istã formam, vt sequatur consiliũ sapiẽtis, imò ẽt statutum sic volens, tenet & valet, Alex. in l. maiorem. ff. de pact. & in l. filiusfam. §. si plures. ff. de exercit. Castr. in l. & suũ. §. hodie. ff. de pact. Alex. cõs. 51. vol. 4. in proposito, quæstionis nostræ signat Felyn. in c. si pro debilitate sub num. 7. de off. deleg.

Si verò statutum dicat, quòd iudex teneatur dare quamlibet sententiam cum consilio sapientis, & aliud statutũ dicat, quòd debeat in quibusdam causis procedere summariè, an censeatur repetitum, quòd debeat dare sententiã cum consilio sapientis, notat & determinat Socin. cons. 95. volu. 1. valebit ẽt statutum, quòd a sententia iudicis nõ appelletur, si est factum ab illis, qui debet iurisdictionẽ iudici, aliàs non Bart. in l. penult. ff. de aqu. pluu. arcen. & in l. fin. C. de sent. & interloc. omn. iud. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

Si vero quæratur nunquid valeat ista sententia, pronuntiamus prout in tali consilio continetur, & in consilio dicebatur, talis videtur mihi absoluendus, tunc non valet secundum Bart. in l. 1. C. si adu. liber. talis sententia, quia omnis sententia liberè debet contenere aut tõdemnationem aut absolutionem, sequitur. Abb. in c. illa præpositorũ de accusat. sed quòd valeat talis sententia tenet. Bald. in l. testamento ff. de hæred. instit. & in d. l. 1. C. si adu. lib. & in f. cum iudex circa fi. C. de sent. confirmatur hæc opinio, quia verba sententiæ impropriantur, vt saluetur intentio indicantis gl. in l. & puto §. 1. in verb. communicari. ff. fam. ercisc.

Vbi etiam deducta essent duo consilia contraria, tunc sententia non tenet. Bart. in l. duo iudices. ff. de re iudic. Bal. in c. fin. de iud. & subdit Castren. in d. l. duo, quòd vbi sunt producta duo contraria, potest iudex eligere vnum.

Vbi etiam consilium nondum est in actis productum, tunc non tenet sententia, Abb. in c. illa, de accusat. quia sententia, quæ non potest certificari ex actis dicitur esse incerta gl. in l. quid tamen §. Pomponius. ff. de arbit.

Prout nec valet sententia vbi consilium productũ adhuc esset clausum Bald. in l. 1. C. de sent. ex peric. recit. cõfirmatur per dictum. Bald. in l. tribunus §. cum quis. ff. de testa mil. vbi dicit Pone Episcopus vidit sententiam latã per Vicarium, & dicit, quòd confirmat vnã sententiam, an videatur per hoc alias reprobare, & dicit, quòd sic, dummodo omnes alias viderit, & legerit.

DVBITATIO CLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à principe, an possit dispensare in appositione pœnæ, & quid dicendum de ordinario iudice.*

Prin-

Digitized by Google

PRrincipis placito delegatus, an possit dispensare in appositione pœnæ,& quid dicendum de ordinario iudice.

Pro tuto ponunt doctores, quòd delegatus etiam principis non potest dispensare in appositione pœnæ, imò ꝙ
1 debet semper appponere pœnam à iure statutum glo. pen.quam dicit ibi singulariter notandam. Abb. in c.de causis de off.deleg.

In ordinario iudice contrarium est dicendum, sed hoc non est verum in ordinario, nam tex.in c.at si clerici allegatus in gl. penult. in d.c.de causis loquitur in Episcopo, & in casibus sibi à iure permissis, vnde in casibus non cõcessis à iure ordinario, non potest dispensare, sed citrà dispensationẽ potest ordinarius ex causa diminuere, vt per Rom.cons.439.vel augere pœnam à iure staturam etiamsi sit præfixa statuto municipali vt in l.quid ergò §.pœna grauior. ff.de his qui not.infam.& ibi Bart. gl.in c.euphemium §.notandum 2. q.3. vnde dicit. Hottien.in d.c.de causis, ꝙ iudex.efficitur infamis, si sine causa apponit mitiorem, vel grauiorem pœnã, quam sit in iure statuta; & allegat.text. in l.seruos.C.de vi pub.vel priu.& idem per omnia dicit in delegato. Abb.verò in d. c. de caulis credit, quòd per viam dispensationis nõ possit diminuere pœnam, sed exequendo ius quo cauetur, quòd ex causa possit aggrauari, & diminui pœna vt in d.§.pœna grauior, & in l. & si seuerior.C.de his qui not.infam. & in l.aut facta in fin. ff.de pœn.quòd poterit aggrauare, & diminuere, nam sicut poterat ipse delegans, ita,& delegatus, ex quo gratiam non facit, sed ius exequitur,& cũ hac opinione pertransit Abb.in d. c.de caulis sub num.16. de off.deleg.

DVBITATIO CLIX.

SVMMARIVM.

1 *Placito principis delegatus, an possit punire testes falsum coram se deponentes, & quid iuris in delegato inferioris à principe.*

1 PRincipis placito delegatus, an possit punire testes falsum corã se deponentes, & quid in delegato inferioris à principe.

In primis in hac materia notandum est,quòd commisso vno censentur omnia commissa, sine quibus commissio exerceri non potest alleg.tex.in c.præterea de off.deleg. Bal.in l.1. C.si rector prouin.vbi dicit, quòd si est data potestas prioribus, super iustitia ministranda, quòd eligere possunt potestatem,& Bart.in l.ambitiosa.ff.de decr.ab ord.facien.vbi quærit, si sunt deputati officiales super abundantia, vtrũ possint antecedentia, & etiam sequentia ad hoc, & ibi dicit, quòd sic, quòd omnia possunt,per ea per quæ deuenitur ad ipsam abundantiam, quia illud dicitur principale in vna commissione, per quod deuenitur ad finem commissionis ipsius, & idem argumentat docedo. Abb. in c.cũ oportat de accusat.Fel. d.c.præterea sub nu.4.

Principis ergò placito delegatus poterit coram se testes falsum deponẽtes punire per tex.in l.nullum. C.de testib. & poterit eligere locum vnum, & Tabellionem.Innoc.in c.dilectis de pœn. vbi dicit, quòd potest punire officiales delinquentes in officio iurisdictionis, alias habet remittere ad ordinarium;& quod delegatus principis possit punire testem deponentem falsum, & delegatus inferioris non possit, nisi propter illam falsitatem impediretur processus, cum hac distinctione videtur transire. Felyn.in d. ca. præterea num.3.de offic. deleg.

Quod autem omnis delegatus possit punire

Digitized by Google

punire teſtem coram ſe falſum deponentem, probatur, quia ratione incidentiæ iudex efficitur de incompetenti competens, vt de hoc eſt tex. in c. cauſam ſecundo reſponſo de reſtitu. in int. & in l. cum proponas. C. de reb. cred. & ponit. Bart. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. vbi allegat text. in l. 4. ff. de fin. regun. vnde licèt delegatus non ſit ordinarius, ſi tamen teſtis deponit falſum coram eo ratione iſtius falſitatis incidentis debet poſſe punire, ſed ad hoc reſpondet Felyn. d. c. præterea quod de incidentibus eſt verum reſpectu partis, non autem reſpectu tertij;

DVBITATIO CLX.

SVMMARIVM.

1 *Placito ſuperioris delegatus ad vnam cauſam, qui tulit ſententiam nullam, quia proceſſit contra formam mandati, an poſſit eã reuocare & cognoſcere iterum de cauſa principali.*

2 *Delegatus ad vnam cauſam tantum ferent ſententiam contra formam mandati delegatorij, non dicitur functus officio ſuo.*

3 *Eligendi ius habens ſi fecit ſemel electionem nullam, poteſt iterum eligere.*

4 *Nuntius, qui nulliter citauit, poteſt iterum citare virtute validæ commiſſionis.*

5 *Delegatus principis habet ſe inſtar ordinarij, & eſt maior ordinario in cauſa ſibi cõmiſſa.*

6 *Delegatus principis poterit reuocari ſententiã ſuam nullam ſicut ordinarius.*

7 *Delegatus principis poteſt exequi ſententiam ſuam.*

8 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſi nulliter pronunciauerit, æquiparatur ordinario.*

9 *Vicarius Foraneus Epiſcopi habet delegatam non ordinariam iuriſdictionem.*

1 Principis, vel ſuperioris placito delegatus ad vnã cauſam, qui tulit ſententiam nullam, eo quia proceſſit contra formam mandati, an poſſit eam reuocare, & cognoſcere iterum de cauſa principali.

Communis opinio eſt, quod idem ſeruetur in delegato, quòd in arbitro, quia ſtatutum in arbitro videtur ſeruari debere in delegato arg. l. 1. & l. nõ diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbit. & c. cum olim Abbas de off. deleg. æquiparantur enim arbiter, & delegatus. l. à diuo Pio in prin. ff. de re iudi. & in vtroq; videtur eſſe eadem ratio. Delegatus ergò ad vnam cauſam tantum, qui tulit 2 ſententiam contra formam mandati delegatorij, non dicitur functus officio ſuo, ideò poterit eam reuocare, & iterum cognoſcere de cauſa principali, ſicut dicimus in arbitro. l. quid tamen in prin. ff. de arbit. Felyn. in c. qualiter il 1. num. 43. de accuſat.

In ſimili dicunt Doct. in l. ſerui electione in princ. ff. de leg. 1. vbi dicunt, quòd ſi ille cui competebat ius eligendi fecit ſemel electionem nullam, po- 3 teſt iterum eligere, & Nuntius, qui nulliter citauit, poteſt iterum virtute commiſſionis validè citare per tex. in l. qui 4 per ſalutem. ff. de iureiur.

Delegatus ergò principis habet ſe 5 inſtar ordinarij. l. à iudice. C. de iudic. imò in cauſa ſibi commiſſa maior eſt ipſo ordinario. c. ſanè de off. deleg. ſed ipſe ordinarius ſententiam nullam poteſt regulariter reuocare, & iterum 6 pronuntiare ſecundum gloſ. in l. iudex poſteà quam. ff. de re iud.

Quod qualiter intelligatur vide. Bar. in l. ſi expreſſim. ff. de appell. & in l. ſi vt proponis. C. quom. & quando iud. ergò fortiùs poterit ipſe delegatus principis, & faciunt notat per glo. & Bart. ac alios in l. à Diuo pio in prin. ff. de re iud. vbi dicunt Doctores, quòd delegatus principis poteſt exequi ſententiam ſuã de iure ciuili, licet ſecùs in delegato in- 7 ferioris à principe.

Idem dicitur de delegato ad vniuerſitatem cauſarum, qui ſi nulliter pro- 8 nunciauerit, æquiparatur ordinario. Bal. in l. ſi vt proponis. C. quom. & quã-

do

doiud. glo.in c.cum causam de appell. quæ dicit, quod delegatus ad vniuersitatem causarum videtur quasi ordinarius, & ibi Abb.limitat iura dicẽtia delegatum inferioris à principe non posse subdelegare, non enim hoc procedit in delegato ad vniuersitatem causarum, & ponit exemplum in officiali Foraneo Episcopi, qui constituitur in certa parte diœcesis, nam ille habet de
9 legatam non ordinariam vt not. in gl. clem.2.in verbo. foranco de rescr. & in c. Romana in verb. generaliter de appell.in 6.

DVBITATIO CLXI.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus, quando citat partes vt principis delegatus, an teneatur in citatione facere inseri copiam rescripti.*

2 *Delegatus non tantum tenetur ostendere rescriptum parti citatæ, sed debet cogitur ei dare copiam.*

1 PRincipis, vel superioris placito delegatus, quando citat partes vt delegatus, an teneatur in citatione facere inseri copiam rescripti.

Reperio, quòd Innoc. in c.præterea de dilat.tenet,quòd sic,& plus dicit, qđ citatus non tenetur comparere nisi in citatione inseratur tota copia rescripti idem tenent aliquot scrib.in c.super litteris de rescr. sed Fely. in c. cum in iure col. 2.vers.fortiùs dicit.Innoc.de off.deleg. firmat, quòd veritas est in contrariuin, quod non tenetur ponere copiã rescripti,& delegationis,quia sufficit citare,dicendo se delegatum,& ibi dicit. Fely.quòd contra.Innoc.tenet.Hostiẽs. Io.And.& Bartol.in Auth.qui semèl.C. quomo. & quando iud. & dicit etiam idem teneri per Specul. in titul. de citat. §. 2. videtur item tenere, & subdit, quòd Io.And.ibi in addit.sua idem sentit. Felyn. ibi malè,& corruptè allegat. Specul.& Io.And.& Bar in locis præallegatis quia inuenio, quòd Io.Andr.in d.c.præterea de dilat. in vers. hic habes expressum, quòd iudex Apostolicus debet mittere tenorẽ rescripti in citatione.Specul.verò in tit.de citat.§.2.versic. item rescriptum tenet, quòd rescriptũ debet inseri in citatione sed posteà dicit vinc. tenere contrarium; sed quòd iudex delegatus in citatione debeat mittere copiam rescripti,tenuit expressius.Bar.in l.2.ff.siq.in ius voc. non ierit col.2.vers.sed iuxta hoc quero vbi dicit quòd iudex delegatus,quãdo citat reũ, debet in litteris ponere copiam sui rescripti,& cum Bar. ibi omnes trãseunt, & ita seruatur in practica,& hęc est cõmunis opinio, & nisi iudex delegatus faciat in sua citatione inseri copiam rescripti, citatus non tenetur comparere quia talis citatio non arctat citatum, vt est text. in d. c.præterea de dilat.& in d. Auth.qui semèl, & in c. prudentiam de off.deleg.gl.in c.si episcopus, & ibi. Archid.3.q.2.Bal. in Auth.offeratur. C. de lit.non contest.Ratio est,quia non præsumitur pro iurisdictione delegata cũ sit odiosa,vt inquit gl. in d.c.cum in iure de off.deleg.& ibi. Doct.

Istam tamen, communem opinionẽ intellige, quando citatus esset in eodẽ loco,vbi iudex,vel modicum distaret, quia quamuis in citatione non inseratur tenor rescripti, sed ipse iudex citat simpliciter asserendo se delegatum, tenetur citatus comparere, aliàs potest mulctari cum oriatur dubium iurisdictionis,& non sit modicum præiudiciũ ei comparere ex quo est in eodem loco & ita limitat. Abb.in dict. c. præterea 2. col. vers.2.casu de dilat.

2 Delegatus imò non tantum tenetur ostendere rescriptum parti citatæ, sed etiam cogitur ei dare copiam gl.in c. porro de priuil.Felyn. in c.cum in iure 2.col.vers.amplia istam decretalem nu. 6.de off.deleg.

DVBI-

DVBITATIO CLXII.

SVMMARIVM.

1 *Principis placito delegatus solus datus ad vnam causam, an possit vices suas pluribus subdelegatis subdelegare.*
2 *Delegatus potest delegare pluribus.*
3 *Delegatus datus in certo loco de consensu partium non potest subdelegare extrà locum.*

1 PRincipis, vel superioris placito delegatus solus datus ad vnam causam, an possit vices suas pluribus subdelegatis subdelegare?

2 Delegatum posse pluribus delegare probatur in c.pastoralis de off.deleg.& subdelegare pluribus, & illi plures habebunt eandem iurisdictionem, quam habet ille solus, & vbi illi plures erunt discordes, recurretur ad delegantem p determinatione, & ipse determinabit, & procedet.c.fi.de sent.&re iud. Felyn. & modern. in c.cum te, consulente de off.deleg.

Vbi verò expressæ essent personæ, tunc delegatus non potest subdelegare causam sibi commissam alijs personis, quam expressis c.statutum.§ in nullo de reser. in 6. etiam cum consensu partium non potest subdelegare extrà locum, vel alijs personis, quam expressis. Felyn.in c.olim sub num.3. de except.

3 Pront etiam firmatur in iure, quòd delegatus datus in certo loco, puta, Venetijs etiam de consensu partium non potest subdelegare extrà locum, & extrà ciuitatem Venetiarum. Io. And. in d.c.statutum.§.in nullo de rescr.in 6. Fel. d c.olim num. 3. quia consensus partis non validat actum iam inualidum defectu formæ non seruatæ,& sic consensus partium tunc nihil operatur.d.c. §.nullo in vers. quomodolibet.

DVBITATIO CLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Placito principis delegatus non habens illas qualitates à iure requisitas, cui princeps cõmisit causam ex certa scientia, an possit subdelegare vni non habenti ipsas qualitates à iure requisitas.*
2 *Commissio facta alicui inhabili, est quid personale,& non potest ad aliud transire.*
3 *Subrogatus debet sapere naturam subrogati, & qualiter.*
4 *Qualitas quæ est in me non potest transire in alium primodialiter sed accidentaliter.*

PRincipis, vel superioris placito delegatus non habens illas qualitates à iure requisitas, cui Papa, vel princeps commisit causam ex certa scientia, an possit subdelegare vni non habenti ipsas qualitates à iure requisitas.

1 Prima facie videretur dicendum, qđ possit committere non habenti illas qualitates, quia subrogatum debet sapere naturam illius cuius loco subrogatur.c.ecclesiç vt lit.pend.clem.1.de supp.neglig.prælat.Bal.in l.si puellam.C.si mancip.ita alien.fue. sicque cum subrogatum debeat sapere naturã subrogantis, sufficit quòd subdelegatus subrogatus habeat qualitatem delegati subrogantis, etsi non habeat qualitates à iure requisitas, cum suus subrogans etiam illas non haberet.

In contrarium, est veritas, quia commissio facta alicui inhabili, est quid per
2 sonale, nam est certa dispensatio facta personæ illius, sed iura personalia non possunt in aliam personam transferri regul.priuilegium de regu. iur. in 6.& l. quia tale.ff.sol.mat. ergo si est personalis non potest ad aliud transire. Alio etiam fundamento probatur hæc veritas per tex.in c.super quæstionum.§.porrò,& §. si verò de off.del.vbi Papa commisit causam duobus cum clausula, appel-

Digitized by Goog

pellatione remota, dicitur ibi, quòd illi non poterunt ſubdelegare cum clauſula illa, appellatione remota, ratio eſt, qa qualitas appoſita reſpectu illorum nõ tranſit in illum, de quo Papa, non cogitauit, & fortiùs dicit ibi text. quòd duo delegati non poſſunt vni ex alteris cõmittere vices ſuas, vt cognoſcat ſolus appellatione remota, & eadem ratio, eſt quæ ſuprà, ergò in caſu dubij noſtri non datur poteſtas traſmittendi iſtam ſpecialitatem in alium.

Tollitur vero argumentum prima facie allatum, quia ſubrogatus debet ſapere naturam ſubrogati, ſcilicèt, naturã primordialem, ſecùs ſi accidentalem, quia non tranſit in ſubrogatum. Sed qualitas quę eſt in me non poteſt tranſire in alium primordialiter, ſed accidẽtaliter ſic ergo ita reſpondet. Fely. in c. ſi pro debilitate col. 2. de off. deleg.

DVBITATIO CLXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Delegato ſuperioris dicenti ſe impeditum, vtrũ dictõ eius ſtari debeat, & quid de dicente ſe debilem.*
2 *Impeditum ſe dicens debet fidem facere de impedimento.*
3 *Impedimentum probatur per iuramentum vbi aliter probari nõ poteſt niſi ſit periurus.*
4 *Debilitas grauis cauſat impotentiam ad laborem.*
5 *Iudicandi onus non poteſt diuidere iudex, niſi graviter ſit oneratus.*
6 *Debilis antea infirmus inſtè ſe excuſat.*
7 *Mulier quæ peperit poſt 40. dies non poteſt torqueri.*
8 *Delegationis officium fatigat corpus, ideò dicitur eſſe labor.*

PRincipis, vel ſuperioris placito delegatus qui dicit ſe impeditum, vtrum debeat ſtari dicto ſuo, vel cogi poſſit ad idem faciendum de impedimento.

1 Et quid de eo qui dicit ſe eſſe debilẽ quæ tunc debilitatis excuſet, vt poſſit vices ſuas alteri ſubdelegare.

Delegatus qui dicit ſe impeditum debet facere fidem de impedimento, vt
2 per Fely. in c. ſi pro debilitate. num. 5. de off. deleg. & ſic non ſtatur dicto eius.

Alij verò vt Specul. in tit. de appell. §. nunc breuiter verſic. quid ergò, videntur
3 dicere, quòd impedimentum probatur per iuramentum quæ opinio habetur pro vera, vbi aliter non poteſt probari ita. Bal. & Ang. in l. 2. §. quòd diximus. ff. ſiq. caut. & eſt de mente. Bar. in l. ex argentarijs. §. ſi. ff. de eden. Caſtr. in d. §. quod diximus optimè declarat doctrinam. Bar. & aliorum in d. §. diximus quæ doctrina eſt bona, quando ille qui iurat non eſt periurus per tex. in c. paruuli 22. q. vltima quia talis amiſit omnem facultatem probandi per iuramẽtum ita. Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. ſaluatur tamen dictum Speculat. quando agitur de modico præiudicio ita. Caſtr. in d. §. quòd diximus, & Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verb. ſummariè.

Delegatus verò poteſt ſe excuſare propter debilitatem, & vices ſuas alteri ſubdelegare, ſed iſta debilitas debet eſſe grauis quæ cauſet impotentiam ad
4 laborem argumento text. in l. longius. ff. de iud. vbi tex. dicit, quòd onus iudicandi iudex diuidere non poteſt niſi
5 graue ſit oneratus, & tex. in c. querelam de iureiu. & in l. quæſitum. ff. de re iud. & gl. in c. communis filius. 33. diſt.

Si verò aliquis eſt debilis, quia fuit ante infirmus, tunc poteſt ſe excuſare.
6 c. ſiquis teſtium de teſti. vbi æquiparantur debiles, vel in infirmitate conſtituti, & per tex. in l. 2. §. ſiquis in iudicio. ff. ſiq. caut. in verb. quaſi valetudine impedita, & per illum tex. dicit. Bar. in l. prægnantes. ff. de pœn. quòd etiam illa quæ
7 peperit poſt 40. dies nõ poſſit torqueri.

Et ſi dicatur, quòd corporis debilitas excuſat à muneribus quæ corpore exercentur,

Digitized by Google

centur, sed vbi est necessaria sola prudentia, non excusat debilitas, & quòd esse delegatum est exercere memoriã, & prudentiam, & non corpus ergò nõ excusabitur delegatus argu. c. 1. de renunc. & text. in l.2.§.corporalis debilitas.ff de vac.mun.

Respondetur, quòd imò fatigat corpus officium delegationis, quia habet studere, & voluere libros, & assistere partibus,præterea posset occurrere, qp deberet exire locum, ideò dicitur esse labor Felyn.in d.cap. si pro debilitate, colum.3.de offic.deleg. sub nu.4.

DVBITATIO CLXV.

SVMMARIVM.

1 *Delegato asserenti se subdelegare ob causam necessariam an sit standum.*
2 *Surrogantis assertioni standum, & creditur litteris officialis.*
3 *Proœmij statuentium creditur.*
4 *Delegati assertioni non creditur in iudicialib.*
5 *Excusanti, & si credatur, tamen admittitur probatio in contrarium.*
6 *Principis assertioni est standum.*

PRincipis, vel superioris placito delegatus, qui dicit se subdelegare ob causam necessariam, 1 an stabitur assertioni suæ?

Standum esse assertioni delegati dicentis se subdelegare ob causam necessariam. putà absentiæ firmat Bald. in l. Imperium.ff.de iurisd.omn.iud.glos.in cap. pastoralis in verb. exonerare. vbi Abb.& Felyn.de off.deleg.

Aliqui impugnant, & tenent contraria opinionem ob regulam, quæ se habet, quòd quando quis non potest facere liberè aliquẽ actum, nisi in certo casu speciali,nõ statur eius assertioni.l.si forte vbi Bar.ff.de castr.pecu.Bar. in l.per diuersas. C.mand. & in authen. si quis in aliquo in fin.C.de eden. Bald. in auth.hocius porrectum.C.de sacrosc. eccl.& in l.cum aliquis. C. de iur.delib. & in l.iubemus.C.ad Treb.sed illi regulæ potest responderi, illam procedere in personis priuatis, secùs autem in iudice,de quo lex multum confidit,vt inquit Bal.in Rubr.de off.deleg.col. pen.

Probatio tamen admitteretur in cõtrarium videlicet, quòd non sit causa necessaria.in l.Diuus.C.de custod.reor. l.1.cum gloss. C. de fid.instr.& ita tenẽt omnes, vt in addit. ad Felyn.in d.c.pastoralis sub num.4.litera B.de off.deleg.

Ratio autem quare statur assertioni 2 subrogantis aliũ rationẽ absentiæ, vel impedimenti, est quia creditur litteris officialis. l.Diuus.ff.de offic. præsid.cõcordat Bald.in l.Imperium. col. 3. ff.de iurisd.omn.iud.idem Bald. in c.de causis colum.5.de off.deleg.& facit dictum Bart.in l.ambitiosa.colu. penult.versic. vilis,& examinatis. ff.de decr. ab ordin. fac.vbi statuentes fecerunt statuta, & 3 apposuerunt proœmia, vtrum credat illis proœmijs & ibi dicit Bart.quòd sic, quod illa est vna assertio extraiudicialis; In iudicialibus verò nõ creditur assertioni delegati per tex.in c.cum in iure de offic.deleg. & licèt in omnem ca- 4 sum credatur excusanti, admittitur tamen probatio in contrariũ, tenuit Bar. in dict.l.ambitiosa. & fallit in Papa, seu 5 Principe: cuius assertioni est standum clem.1.de probat. 6

DVBITATIO CLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Placito superioris delegatus subdelegans causam, an possit esse testis coram subdelegato, et si antequam incipiat cognoscere, causam totam committat, an teneat commissio.*

PRincipis, vel superioris placito delegatus subdelegans causã, an possit esse testis coràm subdelegato, & si antequã incipiat cognoscere totam causam committat, 1

an

Digitized by Google

an teneat commissio.

Hoc in articulo Felynus approbãdo dicta Abb. in c. dilecto de testib. dicit distinguendum esse, vt per eum.

Distinguit ergò Abb. in d. c. dilecto sic, aut ante subdelegationem iudex præcessit ad aliquam sententiam, itaut ex hoc præsumatur affectus ad causam, & non poterit esse testis ratione suspicionis, quia non debet in eadem causa esse iudex, & testis, vt in c. statuendum 2. quæst. 6. & facit quod notat glos. in l. ob carmen. §. 1. ff. de testib. aut commisit in principio causę, & tunc si erat delegatus, & commisit in totum nõ prohibeatur tunc testificari, quia cùm non fungatur subdelegatus iure subdelegãtis, cum ille desierit esse iudex non põt amplius reassumere causam, nec ad eũ appellari. c. super quæstionum. §. porrò de off. deleg. & c. si delegatus eo. tit. in 6. nec potest dici, quòd habeat affectionẽ ad causam, cũ in ipsius principio subdelegauerit, & sic cessat ratio d. c. statuendum; & sic cessat omnis suspicio.

Aut subdelegauit non in totum, vel erat ordinarius, qui potest subdelegatũ renouere quandoque per text. in l. iudicium soluitur. ff. de iudic. & tunc non testificabitur, saltem de iuris rigore, cùm remanserit iudex, & potest causã reassumere ad libitum, & ad cum sit appellãdum d. c. super quæstionum: vnde semper iudicaret in partem pro qua tulit testimonium, sed de æquitate, quę poterit seruari, admittendus erit ad testificandum, quia expressè non reperit iste repulsus, & edictum de testibus est prohibitorium in l. 1. ff. de testib. nam iura repellunt a dicem actualiter, vel eum qui fuit, nevratur in causa duplici officio incompatibili, sed iste nõ fuit actualiter, nec est iudex, nam separatũ est illius tribunal a tribunali subdelegati, quòd patet ex eo, quia ad eum appellatur à subdelegato, quòd fieri non posset, si idem esset tribunal c. 2. de consuet. in 6. nec in eadem aula erit iudex & testis, quia non ipse, sed subdelegatus iudicabit, nec poterit amplius reassumere causam ad effectum iudicandi, quia officium testificãdi reddidit eum incapacem, & appellabitur ad eum, nõ vt ipse cognoscat ea diffiniat, sed vt causam alteri deleget, sicut obseruatur in illo, qui existens suspectus causam delegauit, nam appellatur ad eum, vt alteri deleget, ne per hoc suspectus iudicetur, vt abundè scribit Fely. in c. siquis contra clericum de foro compet.

Teneas ergò distinctionem præmissam, quam sic commendat, & cui nihil addendum, testatur Felyn. in d. c. dilecto; quo disponitur, quod delegatus necessarius in testem remouetur à iudicando, & alius subrogatur;

Sicque concludas, quod si delegatus fecit aliquem actum per quem præsumitur, quòd sit affectus ad causam, & tunc non potest esse testis coram subdelegato, aut subdelegauit in totum à principio, & nullum actum fecit, & tũc poterit esse testis.

Si autem à principio non subdelegauit in totum, si reseruauit, puta, sententiam, & tunc non poterit esse testis.

DVBITATIO CLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Principis placito delegatus, an possit dare authoritatem exemplationi instrumenti ad hoc vt fidem faciat in causa sibi commissa.*

2 *Notarius, qui fecit primum instrumentum, quando aliud exemplat, tunc pars non est citanda.*

3 *Exemplatio, quando fit in curia Rom. pro innocandis priuilegijs, vel indultis non est citanda pars. Idẽ quando fit authoritate principis exemplatio. ibid.*

4 *Exemplatio debet fieri saluo iure absentium.*

5 *Pars præsens, & sciens non est citanda.*

6 *Delegatus ad causam non præstat authoritatem exemplationi.*

7 *Exemplatio instrumenti sumpta ab originali cum*

licum auctoritate ordinarij facit plenã fidẽ.

8 *Exemplum sumptum ab originali facit fidẽ, quando partes consentirent, quòd Notarius publicet absque iudicis auctoritate.*

9 *Exemplum sumptum, seu scriptum manu Notarij, qui scripsit authenticum probat etiam sine iudicis auctoritate.*

PRincipis, vel superioris placito delegatus iudex, an possit dare auctoritatẽ exẽplationi instrumenti, ad hoc vt fidem faciat
1 in causa sibi commissa.

Instrumenti exemplatio debet fieri cum auctoritate iudicis, sed iudex debet huic exemplationi facere partem citari de interesse cuius agitur, aliter dictæ exemplationi non debet præstare auctoritatem, imo non valeret, si præstaret. Innoc. in c. fin. de fid. Instrum. Bart. in auth. siquis in aliquo col. 2. vers. quæro vtrum. C. de fid. instr.

Sed hoc non est semper verum, nam quando ipsemet notarius, qui fecit primum instrumentum, aliud exemplat, tunc pars non est citanda. Bart. in d. au-
2 thent. siquis in aliquo col. 2. vers. puto etiam. C. de eden. Felyn. in c. fin. num. 7. de fid. instr.

Quando ẽt exẽplatio fit in Curia Romana pro intuocandis priuilegijs, vel indultis, tunc nõ est citanda pars. Abb.
3 in c. ex parte il 1. de priuileg. Felyn. in d. c. fin. nu. 8. de fid. instr.

Vlteriùs quando exemplatio instrumenti fit de mandato Papæ, vel Principis, & auctoritate ordinarij, non requiritur, quod pars citatur, Fely. in d. c. fin. nu. 9.

Quando etiã exemplatio instrumẽti fit, sed expectare partem, est periculum, isto casu ob periculum pars non est citanda, & debet exemplatio fieri saluo iure absentium. Abb. in d. c. fin. &
4 ibi Fely. nu. 10.

Nec etiam est citanda pars, quæ sit præsens, & sciens, quod fit exemplatio.
5 Barto. in simili in l. 1. ff. de in ius vocan. Fely. d. c. fin. num. 11.

In proposito verò quæstionis nostræ Delegatus ad causam non præstat authoritatem huic exemplationi, etiamsi
6 instrumentum faciat ad causam illam, sed oportet, vt specialiter ad hoc deputetur, sed ex aliorũ doctrina Fely. in c. fin. num. 2. de fid. instr. dicit, quod istud communiter nõ seruatur, & quod imò delegati faciunt scribi delegationem, & mandant adhiberi perpetuam fidem vt per glos. & Doct. in c. cum in iure de off. deleg.

Sed illud valet propter authoritatẽ iudiciariam, & quia acta faciunt fidem d. c. cum in iure vbi gl. & c. quoniam de probat. & c. causam de testib. & per Innoc. in c. fin. de probat.

Et notandum in hac materia, quòd exemplatio instrumenti sumpta ab ori-
7 ginali, cum auctoritate ordinarij facit plenam fidem per text. in d. c. fin. de fid. instr.

Exemplumq; sumptum ab originali
8 faceret fidem, quando partes consentirent, quòd Notarius publicet absq; iudicis authoritate. Bart. in auth. siquis in aliquo col. 2. vers. quãdoq; exemplatio. C. de eden. Abb. in c. Albericus columpen. in vers. aduerte, de testib.

Probaret etiam sine auctoritate iudicis exemplum sumptum, seu scriptum
9 manu illius Notarij, qui scripsit authẽticum. Bartol. in d. auth. siquis in aliquo col. 2. in vers. puto etiam, & ibi Bald. & Salyc. C. de eden.

DVBITATIO CLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Placito principis delegatus, qui absoluerit partes ab obseruatione iuris, an poterit iterũ de causa principali cognoscere.*

2 *Delegatus si tulit sententiam nullam per errorem facti, an possit eam reuocare.*

Principis

PRincipis, vel ſuperioris placito delegatus, qui abſoluerit partes ab obſeruatione iudicij, an poterit iterum de cauſa principali cognoſcere, & an ſi tulit ſententiã nullam per errorem facti poterit eam reuocare?

Quoad primùm dubium, quando iu
1 dex ordinarius, vel delegatus tulit ſententiam ſuper inſtantia, vt quia abſoluit partes ab obſeruatione iudicij, tũc poterit iterum cognoſcere de cauſa, Abb. in c. examinata col. fi. de iudic. Felyn. in c. qualiter il 1. de accuſ. ſuo 54. & quãdo delegatus poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ vid. Rip. in l. qd iuſſit. ff. de iud.

Vtrum poterit ipſemet retractare ſententiam, quando pars implorat officium iudicis nobile, ad hoc, vt petat reſtitutionem in integrum Fely. in c. qualiter nu. 35. ſolus enim princeps poteſt retractare ſuam diffinitiuam Abb. & Felyn. d. c. qualiter, & ordinarius iudex poteſt duntaxat reuocare ſententiam diffinitiuam, quæ ſit nulla, & quomodo hoc intelligatur ſuprà tetigimus, & habes apud Fely. d. c. qualiter nu. 37. & idem ordinarius poteſt incontinenti ſuam diffinitiuam corrigere, & ſemel interpretari, non autem reuocare ſententiam diffinitiuam, quæ tranſiit in rẽ iudicatam, quia ius iam eſt quæſitum inter partes. Abb. d. c. qualiter, & ſolus princeps hoc poterit, vt ibi per Abb.

Bene delegatus ſi tulit ſententiam
2 nullam per errorem facti, poteſt eam reuocare. Abb. d. c. qualiter. & Caſtr. in l. quærebatur. ff. de re iudic. Fely. d. cap. qualiter nu. 44. Aliquot tamen tenent contrarium, & præcipuè Abbas ſibi cõtrarius in c. 1. de re iud. vbi dicit, quòd ſi delegatus errauit ſiue in iure, ſiue in facto, dummodo ſeruauerit formam mãdati, ſi tulit ſententiam diffinitiuam, nõ poteſt ſe amplius intromittere, quia functus eſt officio ſuo, idem tenet Bar. in l. ſi vt proponis. C. quom. & quando iud. videas Fely. in d. c. qualiter nu. 45.

DVBITATIO CLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Principis placito delegatus, an poſſit eſſe arbiter, & arbitrator.*

2 *Delegatus factus arbiter ſi ledit partem, poterit peti reductia etiam, quòd aliàs ab eo nõ poſſit appellare.*

1 PRincipis, vel ſuperioris placito delegatus, an poſſit eſſe arbiter, & arbitrator.

Affirmatiuam probat text. in c. niſi de præben. quòd ſcilicet delegatus poteſt eſſe arbiter, & arbitrator, & ille poterit ſimul, & ſemel in eadem cauſa procedere & pronũtiare, vt delegatus, & vt arbitrator etiam, quòd à principe non elegerit, quam viam voluerit ſequi Abb. in c. quintauallis de iureiur. & quare eligendo poteſt, & videtur procedere vtraq; autoritas. Abb. loco præallegato, idem tenet Inno. in c. cum ex officij de præſcript. & ibi Fely. num. 21. & hoc habet locum etiam in eodem articulo, quia poterit procedere vtraq; auctoritate delegata, & atbitraria, & hoc, quando articulus eſt indiuiſibilis. Abb. in c. innotuit col. 2. verſi. quoad ſecundam de arbi. & idem tenet Fely. vbi ſuprà.

Caſu quo autem iſte delegatus in quem fuit compromiſſum, lædat partem, tunc inſpecta poteſtate arbitramẽtali poterit peti reductio, etiam quòd aliàs ab ipſo delegato non poſſit appellari, ita ſentit Abb. loco præallegato, & Felyn. in loco præcitato, imò credo, q̃ quantum ad poteſtatem arbitramentalem pars leſa debeat appellare ad Papam, ſeu principem Inno. Abb. & alij in d. c. cum ex officij de præſcrip. Caſtr. in l. ſi prætor in prin. ff. de offi. eius Fely. in d. c. cum ex officij nu. 24.

Adeò etiam eſt verum, quòd delega

tus

2 tus factus arbiter si lædit partem, poterit peti reductio etiam, quòd aliàs ab ipso delegato non possit appellari, vt possit procedere pari ratione, & nuntiare vtraque potestate, si à principio non elegit, quam viam vellet sequi, & posteà si læsit partem, poterit peti reductio, & sic non obstat via arbitraria, quæ impedit appellationem, etiam reductionem, quia sententiæ arbitri stãdum est, & non sic sententiæ arbitratoris, & idẽ ergò erit dicendum de sententia delegati in quem fuit compromissum, quia ab ipsa sententia poterit appellari, etiã quòd ab ipso delegato non possit, sed inspecta potestate arbitramentali poterit appellari, vt suprà diximus.

DVBITATIO CLXX.

SVMMARIVM.

1 *Placito superioris delegatus, an possit quandocunque durante anno impedire se circà turbationem executionis suæ sententiæ, quæ habuerit executionem, & postea turbetur executio.*

2 *Delegatus principis potest vsque ad annum integrum suam sententiam exequi, qui annus erit continuus.*

3 *Tempus omne dicitur continuum, nisi reperiatur contrarium.*

4 *Annus habet trecentum sexaginta quinque dies dicitur annus iuris.*

5 *Delegatus inferioris, vt ordinarij, vel subdelegatus delegati non potest suam sententiam exequi declara vbi.*

PRincipis, vel superioris placito delegatus, an possit quandocũque durante anno impedire se circà turbationem executionis
1 suæ sententiæ, quæ habuerit executionem, & posteà turbetur executio.

Quòd delegatus possit, quandocunque adiri si victor turbatu. durante anno in possessione sua ab eo adepta, firmant. Modern. in c. quærente in glo. in verb. ad integrum annum de off. deleg. & Bart. in l. inter me. ff. de arbitr. vbi dicit, quòd de natura sententiæ est, quòd sit perpetua, & Abb. in d. c. quærenti in gl. pen. dicit, quòd sententia dicitur executa, quando certo tempore permansit, idem voluit. Bar. consi. 131. & Bal. in l. 1. q. 10. C. de his quę pęn. nom. Specul. in tit. de arbitr. §. sequitur vers. sed pone arbiter, & est bonus tex. in l. qui sic. ff. de solut.

Communis ergò opinio est, quòd illa potestas durat à die possessionis vsque ad annum per tex. in d. c. quærenti, 2 vbi firmatur, quòd delegatus Papæ, vel principis potest vsque ad annum integrum suam sententiam exequi, qui annus erit continuus, vnde currit omni tempore, quia omne tempus debet in-
3 telligi continuum. Bal. consi. 413. vol. 3. nisi reperiatur contrarium vt notatur super rub. ff. de diuers. & temp. præscrip. & in clem. vn. de in int. restit. & sic currit diebus feriatis etiam dato impedi-
4 mento, & habebit iste annus tercentũ sexagintaquinque dies, sicut habet quilibet annus, nec curandum, quòd tunc contingat bis sextus, quia regula est, qđ vbi à iure datur annus, intelligitur de tercentum sexagintaquinque diebus, continuis, vt est text. in l. 4. §. Stichus. ff. de stat. lib.

5 Delegatus verò inferioris vel ordinarij, vel subdelegatus delegati non potest suam sententiam exequi, sed pro executione sententiæ est recurrẽdum ad ipsius ordinarium, vt notatur in l. à Diuo pio. Bar. notat. ff. de re iudi. & hũc articulum plenè examinat. Abb. in c. si quis contra clericum de foro comp. & tenendum est, vt ibi notatur, & tenẽdo opinionem, quod possit exequi credo, quod habeat annum vt dicit. Abb. in d. c. quærenti sub num. 3. & notat. Bar. in l. à Diuo pio. ff. de reiud. per text. in l. 1. ff. qui pro tua iurisd. Bar. in l. fi. C. de iud. Alex. in rubr. ff. de off. eius, & in l. 2. col. 3. ff. de iurisd. omn. iud. dum autem dicit non

Digitized by Google

non posse delegatum inferioris a Principe exequi sententiã, intelligi, nisi in casu imminentis periculi, ita sing. dicit Bal. in d.l.1.col.1.ff.de offi.eius vbi ait, q̃ si delegatus tulerit sententiã contra famosum latronem, quem non statim punire, esset periculosum, quòd posset eum facere suspendere.

DVBITATIO CLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Superioris placito delegatus, an possit habere ratam sententiam aliorum, duorum, delegatorum, quam tulerunt eo absente, & numero 6.*
2 *Factum ab incompetenti iudice non potest ratificari per competentem.*
3 *Ratihabitio æquiparatur mandato priuato, sed non mandato iuris publici.*
4 *Ratificari non possunt, quæ sunt authoritatis.*
5 *Quod nullum est ratificari non potest.*
7 *Partes non possunt consentire, vt duo procedant sine tertio.*

PRincipis, vel superioris placito delegatus, an possit habere ratam sententiam aliorum, duo-
1 rum, delegatorum, quam tulerunt eo absente.

Sciendum in primis est, si quæratur nunquid vnus possit habere ratum fa-
2 ctum ab alijs, quod factum ab incompetenti iudice nõ potest ratificari per cõpetentem, ita Bal. in l. obseruare, §. post hæc, ff. de offic. procons. ratio est, quia ratihabitio, æquiparatur mandato pri-
3 uato, sed non mandato iuris publici, alia ratio circà, quæ accommodatur, quæstioni nostræ, quod delegatio causarum est quædam authoritas, sed ea, quæ sunt authoritatis non possunt rati-
4 ficari, ita Innoc. in c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. & de materia ratificationis scribit Bartol. in l. si quis mihi bona, § iussu, ff. de acquir. hæred. & in l. si tertius, ff. de aq. pluu. arcend. Bald. in l. fin. C. ad macedon. & in l. fi. §. necessitatem, C. de bon. quæ lib. Bartol. in l. bonorum, ff. rẽ rat. hab. & ibi concordat cum Innocẽ. in cap. prudentia in prin. de offic. dele. vbi Innoc. dicit, quòd ratificatio debet requirere extremum habile.

Glossa verò in d.c. prudentia in prin. concludit, quòd tertius absens non potest ratificare processum duorum, quia cum ipsorum sententia sit nulla, non potest rata haberi, quia quòd nullum
5 est, ratificari nõ potest, l. quòd in initio ff. de reg. iur.

Sed vt res habeatur clara pro resolutione dubitationis promotæ, est distin-
6 guendum, aut sentẽtia est lata penitus ab alieno iudice, & tunc non potest haberi rata per iudicem proprium, quia licet nõ possum habere ratũ, quòd meo nomine gestum non est, c. ratum de regu. iur. in 6. Tamen non omne, quòd est gestum nomine meo possum ratum habere, & in hoc dat. Innoc. in d.c. prudentiã notabili. Theoricam probatam, vti bonam ab Abb. ibid. sub num. 19. Aut sententia fuit lata à iudice non prorsus alieno, vtputa, duobus delegatis, tertio absenti, & non excusato, & tunc sentẽtia duorum tenet, nisi fuerit exceptum, appellatum, quia iurisdictio est indiuidua apud quemlibet istorum delegatorum, & consequenter competit exercitium, nisi elidatur per exceptionem, & ideò si pars non excipit, tenet processus, maximè, quia partes litigãdo coram duobus videntur iurisdictionem eorum prorogare, nec fit prorogatio de persona ad personam, sed de casu ad casum, quia duo habent iuri. dictionem tertio excusato; ita distinguit. Innoc. quem sequitur. Abb. loco prælegato, infertur, quòd exinde, quod partis non possunt consentire etiam expressè, vt duo procedant sine tertio cũ om-
7 nes delegati representẽt personã vnius, vnde eadem iurisdictio, quæ est penès vnum, est penès alium; & negari nõ potest, quod exercitium nõ competat in-

solidum,

Digitized by Google

ſolidum, ſed eſt omnino interdictum ſingularis, etiamſi non excipiatur per partem per tex.& ibid.notat.per Innoc. & Abb.in d. c.prudentia in prin. de off. de leg.

DVBITATIO CLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio delegati, an ſtatim amittatur poſt mortem delegantis re integra.*
2 *Ordinarij iuriſdictio fauorabilis delegati verò eſt odioſa.*
3 *Delegata iuriſdictio non ita de facili ampliari, vel prorogari poteſt, ſicut ordinaria.*
4 *Iuriſdictio delegata non perit per lapſum triēnij, nec perit ob ineptam actionem propoſitam.*

1 PRincipis, vel ſuperioris placito delegatus, an ſtatim amittat iuriſdictionem poſt mortem delegantis re integra?

Affirmatiuam tenet Felyn.in cap.cęterum, nume.23.de reſcr.quod ſcilicet, delegata iuriſdictio ſtatim expiret poſt mortem delegantis re integra? & expirat ipſo iure, nec eſt opus executione, ſed contra hanc opinionem, quòd nō ſit opus executione, ſi expirat ipſo iure tenuerunt glo.& Docto.in c.cum veniſſent de teſtibus. Spec.in titu.de offic. deleg.tenuit Barto.in l.& quia, ff. de iuriſdict.omn.iudic. Docto. in c.gratum, poſt gl.ibi de offic deleg. Ang. in l.1.C. de.iuriſdict.om.iudic.tenuit.glo. in leg. eius,ff.ſi cer.petat.& eſt communis opinio,pro qua opinione facit tex. in cap. fin.§.offic.in verſi. ipſo iure de offic. deleg.in 6.& in c.ſi cui nulla de preben.in 6.in verb.omnino, quæ dictio idem importat quod ipſo iure, vt not.glo.in l.1. §.ſi pecunia,ff.depoſ. & iſtam opinionē tenuerunt moderni Docto.in c.ſi à ſubdelegato de offic.deleg.in 6.

Nec obſtaret tex.in l.ſi fortè,ff.de offic.præſid.quia illa lex ſi fortè, loquitur de iudice ordinario cuius iuriſdictio fauorabilior eſt,& ita reſpondet.Bal.& 2 Caſtr.in l.eius,ff.ſi cer.pet.& Doctor. in c.gratum de offic. deleg.ſed nos loquimur in iudice delegato, cuius iuriſdictio eſt odioſa,vt not.glo. in c. 1. de reſcr.in 6.vnde videmus,quod iuriſdictio 3 delegata non ita de facile ampliari, vel prorogari poteſt,ſicut ordinaria,vt in l. 1.& ibi Bartol. ff. de iudic. poteſt etiam reſponderi ad d.l.ſi fortè, de offic. præſid. quòd ibi agitur de retinenda iuriſdictione firmiter acquiſita, ſed in quæſtione propoſita non erit ſtatim acquiſita firmiter iuriſdictio delegata, antequam iudex cæpiſſet vti iuriſdictione,l. more,ff.de iuriſdict.om.iud.ergò aliud debet eſſe in vno caſu,quam in alio. ar gum. l. pater, ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iu.ex quo infertur, quòd vbi iudex delegatus cępiſſet vti iuriſdictione, & ſic firmiter acquiſita eſſet iuriſdictio, q̃uis ſuperueniſſet aliud, quòd impediret iuriſdictionem, tamen valeret proceſſus geſtus iudice ignorāte defectum ſuperueniſſe, & ita eſt de mente ſuprà relatorum,Doctorū, quibus addo.Ale. in l.eius,ff.ſi cert.peta.Felyn. in c. gratū ſuper gl.in verb.maximè, de offi.deleg. qui etiam tenet,quod ſtatim expiret, & idem tenet,in cap.cum veniſſent ſuper glo.2.de teſtibus.

4 Iuriſdictio autem delegata non perit per lapſum triennij ita ſily. in ca.venerabilis,numer.3. de iudic.imò nec perit etiamſi iudex delegatus ex cauſa abſoluit partem ab inſtantia iudicij propter ineptam actionem propoſitam filij, in d. capit. venerabilis de iud. vbi Abb.in col.3.verſ.venio nunc ad ſecundam, & in c. examinata in verſ.vltimo, quæritur,col.ſi. de iudic.

DVBITATIO CLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius, an poſſit reſiſtere delegato procedenti*

ãemi iniuſtè, & quid dicendum de iudice ordinario procedente iniuſtè.

2 *Delegato inſtandum eſt precibus non violentia.*

3 *Coloni, & inquilini, & ſi non poßideant, habentur tamen ius reſiſtendi.*

4 *Aſſeſſor debet reſiſtere prętori, vbi aliquid vult iniuſtè agere, aliàs tenetur in ſyndicatu.*

5 *Subditi, quando poſſint reſiſtere ſuis prælatis.*

6 *Iudici regulariter licitum non eſt reſiſtere.*

7 *Eripiens reum damnatum de manibus familiæ punitur.*

8 *Iudex poſt appellationem communi procedere, vt priuatus, & quando.*

9 *Reſiſti poteſt iudici, quando grauamen eſt irreparabile, & num. 14.*

10 *Officialis ſi facit aliquid extra officiũ, & reſiſtitur, reſiſtens non eſt rebellis.*

11 *Executori exequenti cum ſuperioris authoritate non licet reſiſtere, ſecùs alias.*

12 *Spoliatus a iudice non reſiſtit niſi ſit ſpoliatus à iudice tanquam priuato.*

13 *Rapiens rem ſuam apud alium perdit eam; etiamſi eſſet iudex, qui auferret, vt priuatus.*

15 *Iudici licet reſiſtere, vbi ſententia notoriè eſt iniuſta.*

16 *Eripe eum, qui ducitur ad mortem, quibus hoc dictum intelligatur.*

17 *Sententias tres latas impugnans, ſeu contra eas opponens non auditur, niſi grauamen eſſet irreparabile.*

PRincipis, vel ſuperioris placito delegatus, vbi procedat iniuſtè,
1 an illi poſſit iudex ordinarius reſiſtere, & quid dicendum in iudice ordinario iniuſtè procedente, vel exequente.

licitum non eſſe reſiſtere violẽter, ſed
2 præcibus inſtandum eſſe delegato probat tex. in c. ſi quando de off. deleg. vbi Abb. & Bald. vbi dicit, quòd coloni, & inquilini licèt non poſſideant, habent
3 tamen ius reſiſtendi, & allegant moderni ibid. quod aſſeſſores debent reſiſtere poteſtati, quoties vult aliquid iniuſtè agere, & ſi non deſiſtit, punietur in ſyndicatu, l. quoniam. C. de appel. & ſic ſubditi poſſunt reſiſtere ſuis prælatis, Bart.
4 in l. prohibitum. C. de iure fiſci lib. 10. vbi dicit, quòd aut iudex procedit ſub velamine iuſtitiæ, & non poteſt reſiſti, aut non, & tunc poterit reſiſti, tex. enim in l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. cum gl. 6. dicit iura vi repellere licere, ſcilicet, contra priuatum, non autem contra iudicem. & allegatur glo. in l. ſiquis prouocationibus. C. de appell. vbi dicit, quòd ante grauamen illatum irreparabile reſiſti poteſt iudici, & licitum eſt appellare.

6 Concluſio ergò ſit, quòd regulariter iudici non eſt licitum reſiſtere per tex. in d. c. ſi quando de off. deleg. & c. qui reſiſtit 11. q. 3. vbi q reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, & glo. ſing. in c. præſentium 7. quæſt. 1. quæ dicit contra iudicem nõ competere interdictum vnde vi, & tex. in l. addictos. C. de epiſc. aud. vbi lex dicit, quòd non debent clerici reſiſtere poteſtati, & ſententijs latis per eum & ait ibi Bald. quòd qui eripit
7 aliquem reum condemnatum de manibus familiæ poteſtatis, punitur, acſi fideiuſſiſſet pro illo, & patitur illam pœnam imò debet puniri crimine læſæ maieſtatis. Barto. in l. 4. in fin. ff. ad l. Iul. maieſt.

Regulam hanc intellige niſi eſſet appellatũ ita voluit Innoc. in d. c. ſi quando de off. delega. ratio eſt, quia poſt appellationem videtur procedere, vt priuatus, ſed hoc habet locũ, quando præ-
8 iudicium eſt irreparabile, ſecùs ſi reparabile ita Bar. in l. prohibitum. C. de iure fiſci lib. 10. & in l. non tantum. ff. de appell. recip. vbi dicit, quòd pro reo iniuſtè condemnato poteſt tertius inuito reo appellare, quia quis non eſt dominus membrorum ſuorum liber homo. ff. ad l. Aquil. & quod dicitur de appellatione intelligas dummodo grauamẽ ſit reparabile, ita Abb. in d. c. ſi quando.

Regula etiã procedit præmiſſa, niſi iudex excedat extraiudicialiter grauã-

do,quia licèt non sit appellatum,dummodo grauamen sit irreparabile, indi-
9 stinctè resisti potest, ita tenent omnes in d.c.si quando & est tex. in c.2.de constit.in 6. vbi dicitur, quòd extrà territorium iudici potest quis non parere, ergò resistere,& sic intellige, quòd vbi datur prærogatiua vni ratione certi officij, illa prærogatiua nihil operatur.

Quatenus ille aliquid quæsit, & facit extra officium,& facit quod notat Bar. in extraua. qui sint rebelles super verb.
10 Rebellando,in princ.vbi ait,quòd si officialis facit extrà officium, aliquid, & resistitur, non est rebellis resistēs, sed benè esset rebellis, si facerēt in officio. & Bald. in l. ab executione col. pen.C. quom. appell. vbi dicit non licere resistere executori exequenti cùm superioris auctoritate:secùs autem aliàs scribit
11 etiam Abb. in c.dilectus il 1.de rescrip. quòd spoliatus à iudice non restitit, sal
12 uo nisi sit spoliatus à iudice non tanq̄ iudice, sed tanquam priuato,& rapiens rem suam apud alium perdit eam, Bal.
13 in l. si quis in tantam. C. vn. vi, & si iudex tanquam priuatus abstulit perdit eam, quando insuper grauamen est ir-
14 reparabile, tunc potest indistinctè iudici resisti, ita omnes scriben. in d. cap. si quando.
15 Vbi etiā sententia notoriè esset iniusta tūc licitum est iudici resistere Abb. in d.c. si quando de offi. deleg. in simili est glo.in c.non debet 11.q.3.ideò dicitur in c.non inferenda 23.q.4.ibi, eripe eum qui ducitur ad mortem, glosa ibi dicit,quādo ducitur iniustè, & si est du-
16 bium,debet supplicari. & gl.in c.hi qui 14.q.6.dicit, iniustè condemnatum omnibus modis eripe.

Idem ferè habetur in l. siquis prouocatione.C. quom.appell. vbi Bal. idem tener & Card.in clem.1 in 3.oppositione de re iudic.ait, quòd non auditur ille,qui vult opponere contra tres sentē-
17 tias latas nisi esset grauamen irreparabile,ideò per tex. in l.2.§.1.ff. de appell. recip. habemus licere de iure etiam ciuili appellare ab interlocutoria quoties grauamen est irreparabile.

DVBITATIO CLXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Plures delegati si sint simul dati ad vniuersitatem causarum,an vnus sine alio possit interloqui, vel à principio possint separatim procedere.*
2 *Delegatus repræsentat personam delegantis.*
3 *Iurisdictio non est radicata in delegatis ad vniuersitatem causarum,sicut est in ordinarijs.*
4 *A sententia subdelegati non appellatur ad ipsum delegatum ad vniuersitatem causarum. A sententia ordinarij delegati appellatur ad ipsum ordinarium.ibid.*
5 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest recusari,vt suspectus,sed non ordinarius.*
6 *Iurisdictio ordinaria non exprimat re integra morte concedentis secùs dicitur de iurisdictione delegati ad vniuersitatem causarum, quæ expirat re integra morte concedentis. ibid.*

1 PRincipis, vel superioris placito delegati plures simùl dati ad vniuersitatem causarū,an vnus sine alio possit interloqui,vel à principio possint separatim procedere.

Variæ sunt opiniones Doctorum in hoc articulo scribentium, nam Abb. in c. cum causam matrimonij de offic. deleg.dicit, quod delegati repræsentāt
2 personam delegantis, vnde iurisdictio non est fundata in ipsis, sed in persona delegantis,meritò qualitercunque sint delegati censendi sunt: & concludit,q̄ si delegatus cōstituit plures delegatos ad vniuersitatem causarum, nisi dederit eis potestatem insolidum,non possunt separatim procedere, cum habeāt iurisdictionem delegatam.

Bart.verò in l. si vni ex pluribus. ff.de re iud. in verſ. venio ad quæst.tenuit,q̄ dele-

Digitized by Google

delegati ad vniuersitatem causarũ possunt à principio seperatim procedere, sicut & ordinarij,& idem tenet Bald.in l.fi.C.de author præstan. & Bar.in repe. l.1.§.plures col.2.ff.de exercit.act.

Videtur, quòd idem sentiat Ang.in l.iudex. ff.de re iud. vbi dicit, quòd delegatus ad vniuersitatem causarum potest iterum cognoscere in sententia lata sicut ordinarius hanc opinionẽ Bar. Bal. & aliorum tenuit Fely. in c. in d.c. causam matrimonij versi. glo.in verb. vnius num.8.& sic contra Abb.

In tanta igitur varietate scribẽtium videtur mihi dicendum, quòd isti delegati ad vniuersitatem causarũ non possint vnus sine alio à principio cognoscere, quia in hoc non æquiparantur ordinarijs,quia iurisdictio non est radicata
3 in ipsis, sicut est in ordinarijs, vt tenet Abb.in d.c.causam matrimonij de off. deleg. quæ confirmari potest istis medijs. Ponamus, quòd delegatus ad vniuersitatem causarum subdelegat,in totum à sententia subdelegati non appel
4 labitur ad ipsum delegatum datum ad vniuersitatem causarum.l.1.§. fin.ff.qui & à quib. appell.quòd secùs erit in ordinario,quia à sententia delegati ordinarij ad ipsum ordinarium appellabitur, vt in d.l.1.& in l.vn.& ibi scriben.C.qui pro sua iurisdi.

Et quòd iurisdictio istorum non sit fundata, probatur, quia delegatus ad vniuersitatem causarum potest recusari,vt suspectus de iure ciuili. Bar. in l.fi. C.de iudi. & tamen ordinarius non potest recusari, vt suspectus,de iure ciuili d.l.fi.& authibi posita. C.de iudic.

Item iurisdictio ordinaria non expirat re integra morte concedentis.l.more.ff.de iurisdi.om.iud. Abb. in c.relatũ col.1.versi.concluden. sic de off. deleg. & tamen iurisdictio delegati ad vniuersitatem causarum re integra morte cõcedentis expirat, & in hoc concordãt omnes Doct. Bart. & alij in d.l.more.ff. de iurisdi.om.iud. & est tex. in c.fin.§.vt officium de off.delega.in 6. concludamus ergo opinionem Abb. in præcit. c. cum causam matrimonij esse veriorem,& cã sequamur, reprobando opinionem Bar.in d.l.si vni ex pluribus. ff. de re iud. reprobata etiam opinione. Felyn.in d.c. cum causam matrimonij. de off. deleg.

DVBITATIO CLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Plures vbi sint dati delegati ad vnã causam simul, an vnus sine alio possit procedere.*
2 *Delegatorum vnius si iurat sibi de causa non liquere, tunc eo ipso, quòd vnus sic iurat., possunt alij procedere.*

1 PRincipis, vel superioris placito delegati plures dati ad vnã causam simul, an vnus sine alio possit procedere.

Hoc in negotio video, quòd Innoc. in c. Raynaldus de testam. dicit, quòd sic, videlicet, quando vnus ex pluribus delegatis diceret sententiam suam in prætentia collegarum,& sententia sua nõ placeret illis,si ille discedit, alij possunt ferre sententiam, eo non vocato, & valet.

Contra hanc Innoc. opinionem legitur Abb.in c.cum causam matrimon jin fi.de o.ff.deleg.& allegat Bar. qui idem tenet in l.duo ex tribus. ff. de re iud.ca.

Moderni verò scribentes in d.c.cum causam tenent contra Innoc. scilicet, quod est vocandus ille, qui dixit se ita sentire,& ille noluit, & inter alios contra Innoc. est auctoritas Bal. in l.item si vnus.§. fin. ff. de arbit. vbi dicit contra Inno. quòd imò oportet illum esse presentem & dicit ibi Bal. quod licèt constet de intentione absentis tamen propter formam cõpromissi est,quod omnes iudicent,& sic contra Innoc.est cõmunis veraque opinio, quod scilicet,

Digitized by Google

vocandus est ille, qui dixit sibi non liquere de causa. Castr. in d.l. duo ex tribus. ff. de re iud Abb. in c.1. col. fi. de arbit. & ponderat gl. 2. aliqualiter ibi, dū dicit, sufficit præsentia alicuius, licèt contradicat, & subdit, quòd lex requirens præsentiam tertij non fuit nota solum, quia posset flectere alios in suam sententiam, sed ex eo, quia omnes habent potestatem insolidū, sed non pro parte, ergò oportet, quod omnes simul iudicent, & posset dici alia ratio, quia si esset præsens fortè ipse traheret eos in suam sententiam, licèt non potuerit primò trahere.

Nec obstat tex. in c.2. de arbitr quia verum est, quod possunt procedere si ille est absens, intellige, eo vocato, & tūc consolidatur eorum iurisdictio, nec potest responderi ad text. in c. cum ab vno de sent. & re iud. in 6. hancq; communem opinionem firmat, & sequitur. Felyn. in d. ca. cum causam matrimonij col. fin de off. deleg.

Vnus deinde delegatorum si iurat sibi de causa non liquere, tunc eo ipso,
2 quòd vnus iurat ipsi soli non liquere, possunt alij procedere. ita Abb. in d.ca. cum causam per text. in l. si vni. ff. de re iudic.

Et si esset etiam vocatus, nil ibi ageret, & allegat. Innoc. idem tenentem in c. Raynaldus de testam. & facunt notata per Angel. d.l. si vni vbi dixit, quòd si imminet finis instantiæ, & quod si iudex non est plenè informatus, potest tunc iudex iurare sibi de causa non liquere, & sic peremptio instantiæ non erit perempta cum præiudicio partis, & Cast. in d.l. si vni subdit, quòd per istā practicam euitatur pœna impositio iudici non expedienti causam, & hoc tenet Bal. in c. sancimus in tit. quo temp. mil. inuesti. pc. deb. & in l. si de meis §. fi. ff. de arb. & ibi addit, quòd nihil potest imputari culpa iudici, quòd non perquisiuit quòd sibi liqueat.

DVBITATIO CLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Principis placito delegata iurisdictio, quæ datur non habenti, an & quando cognoscatur. quod detur ordinaria, vel delegata.*
2 *Ordinarij potestas vbicunque alteratur in cōmissione efficitur delegatus.*
3 *Interpretatio fieri dēt in dubio, vt res potius valeat, quam pereat.*
4 *Inferiori alicui licèt princeps imponat necessitatem faciendi aliquid in concernentibus iurisdictionem voluntariam, non tamen videtur astringere, vt delegatam, sed vt ordinariam excitet iurisdictionem.*
5 *Verba illa si apponantur in literis, authoritate, vel vice nostra, an & quando importent delegatam iurisdictionem.*
6 *Legatus habeat duos auditores vtrum procedendo cum commissione dicantur procedere, vt delegati, an vt ordinarij.*

1 PRincipis, vel superioris placito delegata iurisdictio, q̄ datur nō habenti, an & quando cognoscā, quod detur ordinaria, vel delegata.

Principalis regula est, quòd vbicun-
2 que alteratur in cōmissione potestas, ordinarij efficitur delegatus per text. in c. licèt in corrigendis de off. ordin.

Declarando tamen dicamus, quòd etiam si verba rescripti in sui apparētia non videantur alterare, diminuere, vel augere iurisdictionem ordinariam, tamen si reipsa augentur, præsumitur, q̄ princeps videatur in dubio dare delegatam, maximè, quando alias posset reddi processus nullus, ita elegāter scribit Card. in d.c. licet subdens, quòd appellatū fuerat à delegato principis ad principem, qui commisit causam potestati ordinario loci, dicendo, fiat ius per potestatem, nam licet aliquem dicerent, quòd erat excitatio sui officij tamen Card. ibi respondit contrariū Paduæ, quia de ista causa appellationis

non

non poterat cognoscere potestas cùm esset inferior delegato; sed solum delegans, ideò commissio principis nō valuisset, nisi importasset delegationem, vnde in dubio fieri debet interpretatio, vt res potius valeat, quam pereat. c. 3 Abbate de verb. sign.

Insuper notandum est pro declaratione dubitationis propositæ, quòd in concernentibus iurisdictionem volun- 4 tariam, licèt princeps imponat necessitatem alicui inferiori faciendi aliquid, non tamen videtur astringere, vt delegatam, sed vt ordinariam excitet iurisdictionem per text. vbi scrib. notant in l. 1. §. siquis in appellatione. ff. de appell. vbi si cōsul fuisset sibi delegatus à principe, videtur victus ad minorem appellasse, cum delegatus principis sit maior quocunque ordinario, c. tanè de offic. deleg. & tamē ibi dicitur appellasse ad parem, ergò erat ordinarius non delegatus.

Vlterius sciendum est, quòd si apponantur in literis illa verba, authoritate, vel vice nostra, & quamuis importent 5 delegatam iurisdictionem, secundum omnes in d. c. licet de off. ord. & Bart. in l. ambitiosa col. fi. ff. de decr. ab ord. fac. tamen istud est verum, quando illa verba apponunt in dispositione principali, vt quia dicatur in literis, authoritate nostra cognoscas, secùs si apponuntur in confirmatione ipsius dispositionis, vt quia committitur iurisdictio in certo loco, & adijcitur postea clausula, quòd committēs habebit ratum quicquid eius auctoritate factum fuerit, nā per hoc non minùs erit ordinarius, qa clausula accessoria non mutat naturā principalis clem. 1. de præben. Alex. in l. & quia ff. de iurisd. om. iud.

Hæcque prædicta omnia procedunt quando iudici ordinario aliquid committitur; vbi verò aliquid committitur non habenti aliàs iurisdictionem quomodo cognoscatur; an detur ordinaria, vel delegata, videndus est Innoc. cum alijs scriben. in c. cum ab ecclesiarum de off. ord. & Bald. in l. fin. ad fin. C. vbi sena. vel clarissimus vbi dicit, quòd legatus habens duos auditores ordinauit ad hoc vt non procederet indiscretè, vel nullus posset procedere sine speciali commissione, vtrum procedendo cū 6 commissione, dicantur procedere, vt delegati, an vt ordinarij per text. in l. 2. C. vbi sena. vel clar.

Nec obstat, quòd requiratur specialis commissio, quia non est delegatio, sed causarum distributio, & quædam partitio curiæ, vt per eundem. Bal. subtilius in l. præcipimus. C. de appell. ad quem me remitto pro breuiori discussione promoti dubij.

DVBITATIO CLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio facta Canonico, vel Consuli, qui postea moritur, vel desinit esse Canonicus, vel Consul post præsentationem, an possit ille cognoscere de causa.*

2 *Qualitas Canonicatus requiritur tempore institutionis, vel impetrationis.*

3 *Causa si committatur vicario nomine proprio, si desinit esse Vicarius, poterit cognoscere, & non sufficit qualitatem adesse ab initio.*

4 *Consultori si ex statuto debeatur salarium tantum si est doctor, & causa fuerit commissa scholari, qui interim factus est doctor, ille scholaris habebit tantum quantum Doctor.*

PApæ, vel Principis delegatio facta Canonico, vel consuli, qui postea moritur, vel desinit esse Canonicus, vel consul, post p- 1 sentationem, an possit ille cognoscere de causa.

Si loquamur strictè de Canonici persona desinēs esse Canonicus potest cognoscere de causa, nisi assumat qualitatem repugnantem, vt si factus esset laicus, & causa erat spiritualis, si verò non

non assumit qualitatem repugnantem, poterit cognoscere, vt si effectus esset religiosus cognoscere poterit de licentia prælati.

Item assumendo qualitatem nõ repugnantem, vt si causa erat temporalis, & tunc cognoscere potest si est etiã effectus laicus, quia potest esse, quòd fit Canonicus, & non habeat ordines sacros.

Vbi propterea requiritur qualitas in vno officiali, sufficit, quòd sit tempore commissionis, & dato, quòd euanescat ex post, potest cognoscere, ideò inferas etiam exinde ad Consulis personã ita elicitur ex gl.in c.statutum in verb. Canonicus in fin.de rescr.in 6.

Seruiunt tradita per Bald.in l. generaliter col.5. in vers. expõdictis determinatur.C.de epis.& cler.vbi quẽrit,vtrũ Canonicus,qui renuntiauit Canonicatui possit cognoscere de causa; & dicit, quòd sic, quia requiritur qualitas Canonicatus tempore institutionis, vel
2 impetrationis c.sicco tempore de rescr. in 6.

Sed idem dicendum in omni alio, quando esset cõtemplata persona, secùs si dignitas, & hoc intelligitur si remoueatur à Canonicatu ob delictum.

Seruiunt, & in proposito notata per Abb.in clem.2. in prin.de rescript.vbi dicit, quòd si causa committitur Vicario nomine proprio, si desinit esse Vicarius, poterit cognoscere, & dicit nõ sufficere qualitatem adesse ab initio, &
3 allegat. Bart.in l.ex facto colum.3. ff.de vulga.& pup.& in l.præcipimus.§.fin.C. de appell. vbi.Bart.ait quòd si statutum dicit, quòd Consultori debeat dari salarium tantum si est doctor, secùs si nõ est doctor, & causa fuit commissa scholari, qui interim factus est doctor, an il le scholaris habebit, tantum quantum doctor,& dicit, quòd sic, quia statutum
4 non determinauit tempus commissionis, sed tempus salarij dandi, secùs si esset statutum dicens, quod causa deberet committi consultori doctori, quia non habebit illud salarium.

DVBITATIO CLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Commissio facta canonico, vel consuli, an trãseat in successorem.*

1 PApæ, vel principis commissio facta Canonico, vel consuli, an transeat in successorem.

Scribentes in ca. statutum de rescr.in 6.& Bal.in l. si plures col.pen.C. de condit.insert.& Bart. in l. bonorum. ff.rem rat.hab.dicunt, & ex eorum traditis colligitur, quòd commissio facta Canonico semper censetur personalis, & quòd obid non transit in successorẽ, vbi exprimatur nomen Canonici proprium, quia cũ sit personalis non egreditur personam, & sic non transit.

Ponamus ergò, quòd Canonicus sit mortuus cui commissa erat causa, trãsibit ne tunc in successorem, vt possit cognoscere? dicendum si tunc est nulla sit commissio Canonico, nisi exprimatur nomen proprium, vt per scrib. in clem.2.de rescr.

Omnia ideò iura, quæ dicunt, quòd commissio facta a Canonico transit in successorem, loquuntur de commissione facta per nomen proprium, nam tunc eo mortuo redibit ad delegantẽ, si vero facta fuerit per nomen appellatiuum, tunc transit ad successorem. Bal.in l. si plures col.pen. C. de condit. insert. vbi expressè dicit, quod succedens Canonico non cognoscit de causa commissa prædecessori, & si impropriè dicat̃ successor, sed iurisdictio reuertitur ad delegantem, dato quod sit expressum nomen proprium, prout sẽper est, quòd Canonicus non dicatur habere successorem, probat gloss. in c. quod licet in verb. consentire de elect. bart. in l. bonorum.ff.rem rat. hab.vbi

dicitr

dicit, quòd Canonicus non potest habere ratum illud, quòd fuit factum per procuratorem antecessoris, quia non dicit propriè successor,& allegat. Bart. ibi glossam in d. c. quòd sicut idem tenet in simili.Bal.in l.2.C.de serui. & aq. vbi ait,quòd pro spoliatione facta prædecessori, non competit interdictum successori, quòd notandum, quia aliud esset in prælato, quia competit illi interdictum vnde vi,secùs in Canonico, & dicit.Abb. in c. nouum genus de decim. vbi tenet, quòd si non fuissent solutæ decimæ alicui Canonico,mortuo illo peruenient ad capitulum, non autem ad successorem,& Abb. in c.ex litteris de proba.inquit,quòd Canonicus est legitimus administrator pro præbẽda sua,non autem quoad obligandum successorem, quòd non est sic in alio p̃lato,quia si contrahit,obligat. Abb. in d.c.quòd sicut de elect. vbi, & Anchar. in reg. priuilegium de reg.iu.in 6.dicũt quòd priuilegium datum Canonico non transit ad successorem.

DVBITATIO CLXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Commissio facta Vicario, an transeat ad successorem.*

1 PAPæ rescripto facta commissio Vicario, an transeat ad successorem,quod Vicarius succedẽs quia primus sit mortuus,vel remotus, non cognoscat de causa commissa Vicario tenet.Bal.in Rub. de off. deleg.& in c. dudum il 2. in fi. de elect. & arguit à scribentibus in l. siquis Imperatorem.C. qui testa. fac. poss. vbi dicunt, quod si committitur aliquid comitiuæ sub nomine dignitatis non trãsit ad succedentem.

Pro contraria opinione allegatur. Card.in quantum Abbas de off. deleg. qui tenet opinionem gl. in clem. 2, de resc. vbi tenet,quòd transit,& quòd Vicarius exercet officium iure proprij officij,& habet præeminentiam ecclesiasticam,quæ æquiparatur dignitati quoad effectum commissionis, & delegationis,ergò videtur, quòd possit transire,& licèt personæ mutentur tamen officium est perpetuum parti, & dicit, q̃ sufficit habeat nomine proprio, tamẽ appellatiuo, ergò idem ac si haberet nomine proprio,& sic firmat,quòd trã sit in successorem . Moderni scribentes in d.c.quoniam.Abbas de off.deleg.tenent istam opinionem, & arguunt sic, commissio facta dignitati transit in successorem, Vicarius habet dignitatem clem. 2. de resc. ergò transit in successorem,arg.l. Augustæ.ff. deleg. 2. vbi legatum factum dignitati transit ad successorem sed aliqui respondent, quòd istud habeat specialiter locum in principe. Sed quòd non transeat in successorem,& sic expirat reuocato Vicario, si est commissa nomine appellatiuo,secùs si est facta nomine proprio, quòd huiusmodi commissio non transeat in successorem probant scriben. in d. cle. 2.de resc.dicentes, quòd dignitas dicitur esse personalis, & desinit esse cum persona, & non habet subsistẽtiam de per se,ergò non transit,secùs in episcopo, quia eo mortuo dignitas subsistit, ergò non sic in Vicario, & titulus de officio Vicarij non dicit, quòd officiũ Vicarij sit perpetuum, quia non habet successorem,& sic concludas commissionem factam Vicario non transire in successorem prout concludit. Felyd.c.quoniam.Abbas sub num 7. de off. deleg. teneatque, quod Vicarius episcopi cui fuit commissa causa sub exp̃ssa nomine proprio potest adhuc procedere in ea,etsi desinat esse Vicarius, quando, scilicèt, cæpisset de causa cognoscere & nisi contraxisset inhabilitatem ob quam fieret incapax iurisdictionis ecclesiæ ita concludit, ampliat, & declarat Iacob. Sbrozzius modernus

Doctor

Doctor in tract. de Vica. epiſc. quæſtio. 46. lib. 3. & quæſt. 47. & 49. eo. li. 3. vbi firmat etiam, quòd Vicarius finito officio non poteſt procedere in cauſa ſibi commiſſa ratione officij etiamſi iã cępiſſet de cauſa cognoſcere, & non procedere declarat in Canonico, quia ſi deſinit eſſe Canonicus, vel prælatus, nõ deſinit eſſe iudex, quando eſſet remotus, vel ſuſpẽſus à Vicariatu, vel Canonicatu non ob delictum, ſed tantum ob adminiſtrationẽ, & in d. q. 49. firmat, qđ ſucceſſor in Vicariatu ſuccedit incognitione cauſæ delegatæ Vicario ſub nomine dignitatis, quia dignitas nunquam moritur c. ſi gratioſè de reſcr. in 6. & declarat idem Sbrozzius num 9. eſſe recurrendum in hac pro difficili quæſtione ad coniecturas quibus percipi poſſit, an Papa delegando cauſam Vicario epiſcopi rationem habuerit tribunalis, tunc enim ſucceſſor in officio poterit cognoſcere, ſecùs ſi rationem habuerit perſonæ; quia tunc cognoſcere non poterit, & ceſſantibus coniecturis iſtis dicit magis receptam, & communem opinionem eſſe, quòd huiuſmodi delegatio non tranſeat in ſucceſſorem, & in conflictu tãtorum patrum profitetur ibid. Sbrozz. quòd ceſſantibus coniecturis ſuperiùs tactis nunquã recederet in iudicando à ſupradicta magis communi q̃ declarat ibi. procedere, vbi Vicarius eſſet conſtitutus ab ipſo epiſcopo, ſecùs ſi à ſuperiore Rot. à Vall. conſi. 39. num. 17. vol. 1.

Legatum tamen factum Vicario Epiſcopi, & is Vicarius decedat viuo teſtatore, non debebitur propterea ſucceſſori D. præceptor meus. Meno. cõſi. 257. num. 91. volum. 3. relatus etiam per Sbroz. d. tract. q. 50.

DVBITATIO CLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Partium compromiſſo, vel principis placito ſi commiſſa fuerit cognitio poteſtati, an ſucceſſor poterit cognoſcere.*

2 *Perſonam vbi ſubiecta materia facit videre contemplatam, non curatur tunc de nomine appellatiuo.*

1 PRincipis placito, vel partium compromiſſo ſi fuerit commiſſa cognitio poteſtati, an ſucceſſor poterit cognoſcere.

Hęc quęſtio poteſt reſolui ex deductis in præcedenti dubitatione, & in alia dubitatione per nos pmiſſa in ordine 70. arguendo à ſimili vbi limitat paritas rationis.

Sed ne ſicco pede hanc in ſpecie q̃ſtionem pertranſeamus, ſciendum eſt, quòd Bart. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. dicit, quòd ſi partes compromittant, in poteſtatem ſucceſſor non poterit cognoſcere, & allegat. Innoc. in c. fi. de off. deleg. Ratio eſt ſecundum. Bar. ibid. quia partes in compromiſſo videntur habere magnã cõfidentiam in eo, & non eſt veriſimile, qđ partes cogitauerint de ſucceſſore eius & adducitur auctoritas. Bal. in c. 1. de inueſti. in mari. fact. verſ. ſed duo magni domini, vbi determinat, quòd vbi Comes Sabaudiæ compromiſit in regem francorum, ſucceſſor non poteſt cognoſcere, quia partes compromittendo videntur voluiſſe, quòd procederetur de plano, & quòd in nomine appellatiuo non conſiſtit finalis ratio compromiſſi, ſed in explorata fide atque induſtria, & iſtæ qualitates non tranſeunt in ſucceſſorem, & allegatur etiam. Bal. in c. vno delegatorum de off. deleg. vbi idem dicit, quod arbitri habent certos fines à natura. & idem. Bal. in c. 1. tit. qui feud. da. poſſ. vbi ſcribit idem de illo compromiſſo Regis Frãcorum, & ſubij cit, quòd fuit diſputatum, quòd non trã ſiret ad ſucceſſorem; & ſubdit ſi eſt conceſſa aliqua gratia Abbati, quòd poſſit inteudare aliqua bona cum capitulo, dicit,

dicit, quòd si est expressum nomen appellatiuum, transit, & sic, si nomine ecclesiæ, secùs si est concessum in nomine proprio Abbatis.

Contrarium firmant Moderni, quòd vbi aliquid committitur dignitati trãsit in successorem, sed compromissum, est factum dignitati, ergò transibit in successorem, & dicunt, quòd equiparãtur arbiter, & iudex; sed non obstantibus motricatis per modernos sequamur, & nos communem opinionem negatiuam vt docet. Felyn. in c. quoniã Abbas sub num. 2. ff. de off. delega. vbi dicit, quòd quando subiecta materia
2 facit videre contemplatam personam, non curatur tunc de nomine appellatiuo, sed vbi partes compromittunt videntur elegisse personam, vnde nõ curabitur tunc de nomine appellatiuo, & hæc sit resolutio, quam multifariam comprobat. in d. c. quoniam Abbas sub num. 2. & 3. procedendo per rationes, & declarationes vt ibi potes videre, in tit. de offic. deleg.

DVBITATIO CLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Principis placito si inuestiatur aliquis cum istis verbis, ego te inuestio prout genitor meus alteri genitori tuo concessit, an si reperiatur, quòd genitor principis non inuestiuerit genitorem inuestiti, huiusmodi inuestitura valeat, & num. 5.*

2 *Iudex si tulerit sententiam talem, condemno te ad dandum par caponum tali ecclesiæ sicut prædecessores sint conditionalis, hoc est, si non dederint, nec iste dare teneatur, narratur ibi alia similis quæstio.*

3 *Dictio secundum, vel dictio, sicut, non facit cõditionem in verbis dispositiuis secùs in priuilegijs.*

4 *Dictio, si, facit conditionem.*

PRincipis placito si aliquis inuestiatur cum istis verbis, ego te inuestio, prout genitor meus alteri genitori tuo concessit, an si
1 reperiatur, quòd genitor principis non inuestiuerit genitorem inuestiti, huiusmodi inuestitura valeat.

Hæc quæstio tẽdit ad resolutionem simili illius articuli, si iudex tulit sentẽ-
2 tiam talem condemno te, ad dandum par caponum tali ecclesiæ, sicut prædecessores tui fecerunt, an illa verba sicut tui antecessores sint conditionalia, hoc est, si non dederint, nec ille dare teneatur.

Similis est alteri quæstioni, confirmamus sententiam, sicut iusta est, & dicitur, q̃ ista verba sicut iusta est, non sunt conditionalia nisi in confirmationibus communibus, & quod dictio sicut, vel dictio secundum, non faciant cõditio-
3 nem probatur per tex. in c. abbate sanè de re iud. in 6. & l. eum qui. §. Iulianus. ff. de consti. pec. vbi resoluit. Bar. quòd illa verba, sicut tui antecessores fecerũt in dãdũ par Caponum ecclesiæ illa verba, inquam, sicut tui antecessores dicit ibi. Bar. non sunt conditionalia, & ille taliter condemnatus tenetur dare, ea ratione, quia in verbis dispositiuis ista verba nullam conditionem faciunt. vt per gloss. in. in d. c. quoniam. Abbas de off. deleg. & ponderat. Bar. ibi glossam, secùs autem si in priuilegijs apponant illa verba, quia tunc debẽt aliquid operare, & de ista dictione secũdum quòd tui antecessores, quòd nõ importet cõditionem tenent. Doct. in l. penul. C. de instit. & substit. & ista est communis opinio vt in addit. ad Felyn. d. c. quoniam. Abbas sub num. 12. littera, B. de off. deleg. secùs, verò dicendum est de dictione, si, quia facit conditionem. l. si mihi,
4 & Titio in princ. ff. quando dies leg. cedit. Bar. in d. l. pen. in versic. ex qua not. C. de inst. & substit.

Princeps ideò si inuestiuit vnum, & dicit, prout genitor meus alteri genito-

Digitized by Google

5 ri tuo conceſſit ego ita inueſtio,& ſi nõ reperiatur, quòd genitor principis inueſtiuerit genitorem tuum,talis inueſtitura valet, ac ſi noua eſſet inueſtitura, & iſta verba non ſunt cõditionalia ita formiter legimus apud Io. Andr. in §.ſi igitur in princ.in ti.de feud.Rom.conſi. 460. tenet idem, quòd iſta verba ſicut, vel quemadmodum inueſtiuimus genitorem tuum anteceſſorem, & non inuenitur, quòd anteceſſorumque fuerit inueſtitus non limitant prout in ſimile ſcribit Bal.in l.admonendi. ff. de iureiu. vbi ait priores ciuitatis fecerunt reformationem,quòd omnes ſoluant collectam, & qui non ſoluerit infrà certos dies, ſit in triplo condemnatus, prout continetur in ſtatuto, ſi non reperiatur ſtatutum, quòd hoc dicat,dicit ibi.Bar. quòd licèt reperiretur ſtatutum,tenebitur tamen ille ſoluere.

Notandum tamen, quòd iſtæ dictiones non faciunt conditionem niſi, & dummodo loquens ſit perſona quæ aliàs condemnare poſſet de nouo, quia tunc actus ſuus valet tanquam nouus, ſed vbi eſſent tales qui non poſſent cõdemnare,non valebit condemnatio, ſi illi priores non poſſent condemnare.

Nec præmiſſa locum habebunt dũmodo illud ad quod fit relatio non inueniatur, ſecùs ſi inuenitur, quia tunc diſpoſitio limitabitur ſecundum illud, quòd inuenitur,& ex hoc ſequitur, qđ ſi princeps dicit confirmo ſententiam prout eſt iuſta reperitur ſententia iniuſta,nõ erit valida ex quo nõ confirmauit, niſi quatenus erit iuſta, & ita colligitur ex dictis.Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur.

DVBITATIO CLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Principis, vel ſuperioris delegatio, an confirmetur per ſuperuenientiam iuriſdictionis in delegantem,& num. 3.*

2 *Iuriſdictio non competit ante præſentationem reſcripti, etiamſi data præcedat proceſſum, & etiamſi iudex ſciat cauſam eſſe ſibi commiſſam.*

1 PRincipis, vel ſuperioris delegatio an cõfirmetur per ſuperuenientiam iuriſdictionis in delegantem.

Vt propoſita dubitatio clarior reddatur do exemplum, putà, quis delegauit vnam cauſam tempore, quo nullã habebat iuriſdictionem,ſed delegatione facta adeptus eſt iuriſdictionem, ponamus,quòd iſto medio tempore delegatus proceſſit,vtrum valeat proceſſus; comperio, quòd hanc quæſtionem ponit.Abb.in cap.cum ex officij,colum.9. verſic.2.quæſtio.de præſcript. vbi dicit, quòd ſi iuriſdictio erat radicata in ipſo delegante, etiã quòd non haberet exercitium,vtputa, quod erat electus ad dignitatem, quòd tunc valeat proceſſus, ſecùs ſi iuriſdictio non erat radicata tẽpore delegationis,quia nõ valebit proceſſus ipſius delegati. Idem tenet Ioan. And.& alij ſcriben.in d.c.cum ex officij & Bartol. in l.1. C.qui pro ſua iuriſdict. reprobata, glo. in d.l.1.quæ tenet indiſtinctè delegationem cõfirmari per ſuperuenientiam iuriſdictionis.

Iſtud tamen intelligitur ſolum, quoad confirmandam delegationem,non quoad proceſſum ita Bal.in l.eum, qui ff.de iuriſdict.omn.iud. vbi dicit, quòd ſi cauſa fuit commiſſa vni delegato,qui cepit cognoſcere de ea antequam receperat literas delegationis,licèt pendente proceſſu recipiat literas, tamen proceſſus nõ validabitur,& idem tenet Innoc.in cap. prudentiam de offic. deleg. & ideò periti aduocati faciunt inſeri in actis qualiter reſcriptum eſt præſentatum,idem firmat Fel. in d.c.cũ ex officij num. 35. de præſcript.vbi tãgit ſe etiam in alijs loci ad diuerſos effectus cõprobaſſe, quòd iuriſdictio non competit ante prçſentationẽ reſcripti, etiãſi data

ta

præcedat proceſſum, imò etiamſi iudex ſicut cauſam eſſe ſibi commiſſam.

3 Superuenientia igitur iuriſdictionis in delegãte regulariter non validat delegationem antea ab eo factum. Barto. in l.1.c.qui pro ſua iuriſd.& Abb.ac Felyn.in d.cap.cum ex officij, quòd procedit, quando iuriſdictio delegantis non erat radicata ante dictam ſuperuientiã tunc enim iuriſdictio delegata caruit omni radice, ſed iam erat radicata potestas delegantis puta, quia erat electus licet nondum haberet exercitium, tunc delegatio ab ipſo facta videtur confirmari per ſuperuenientiam integrè potestatis ſecundum ſcriben.in d. c. cum ex officij, ſed intellige hanc declarationẽ quoad confirmandam delegationem, ſed non quoad validitatem proceſſus, vt per Bald.in l.eum qui quæſt.4.ff.de iuriſdict.omn iud.vbi dicit, quòd ſi Titius cæpit cognoſcere de quadam cauſa, & tempore, quo cæpit, nõdum receperat literas delegationis, licèt pendẽte proceſſu recipiat eas, per hoc non iuſtificatur proceſſus, & hoc procedit etiamſi habebat à principio iuriſdictionẽ, ſed literæ non erant præſentatæ, quia licèt data præceſſerit proceſſum, tamen preſentatio ſequens non validat proceſſum, vt per Innoc.& alios in cap.ex cõqueſtione de reſtr.ſpol.vnde, vt prædixi, ſis cautus, quòd facias ſemper apparere in actis qualiter reſcriptũ fuit præſentatum, & hęc ſit vera reſolutio promotæ difficultatis.

DVBITATIO CLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Superioris facta delegatio, an & quomodo poſsit probari.*
2 *Reſcriptum, quando eſt regiſtratum in actis tunc probatur originale amplia, vt hi, & limita.*
3 *Paria ſunt expreſsè conſentire, vel præſens eſſe & non contradicere.*
4 *Pars vbi vult contradicere ſcribi faciat, parte contradicente.*
5 *Lapſis decem diebus ad appellandum in ſententijs videtur conſentire pars tacens.*

1 PRincipis, vel ſuperioris facta delegatio, an & quomodo poſsit probari.

Potiſſima probatio delegationis, eſt illa, quando reſcriptum eſt regiſtratum in actis, quia tunc probatur originale, adeò quod nõ eſt opus amplius eum producere. Innoc. in c. cum in iure de offic.deleg. Rot.de fid. inſtrumen. deciſ.93. Bald.in l.noſtram, colum. 4. C. de teſtib. Ang. in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. Docto. in cap. quoniam de probat.

Iſtaque habẽt locum etiamſi poſteà reperiatur originale abolitum, vel raſum, vel caſſum, ita Barto.in l.1.ff. ſi tab. teſta.null.ex tab. Bald.in l.ſciatis in fi.C. de teſtib.& in l geſta, C. de re iud.

Omniaq; ſuperius facta ita demum locum habẽt ſi iudex fecerit exemplare reſcriptum in actis ſua authoritate. Barto.in l.eos,§.ſuper his, C. de appell.

Simulque aduertendum eſt præmiſſa militare dũmodo reſcriptum ſit exẽptum totum de verbo ad verbum, in actis, aliter non, ita Bart. elegantiſſimè, in l.chirographis, ff.de adminiſt.tuto.& iſtud habet locum etiam in inſtrumento, & omni alia ſcriptura. Felyn.in d.cap. cum in iure num.9.de offic. deleg.

Notãdum inſuper eſt, quòd iſta acta ad hoc, vt faciant fidem, oportet, quòd pars ſit citata. Bart.in d l.eos,§.ſuper his, C.de appellat. ſufficit tamen, quod pars citata ſit præſens, & non contradicat, quia paria ſunt expreſsè conſentire, vel
3 præſens eſſe, & non contradicere per tex.in l.1.C.de relat.vbi Bart. notat.

Et vbi pars voluerit contradicere, aduertat, & faciat ſcribi in actis parte
4 contradicente, vt eſt tex. in clem. ſæpè de verbo.ſignific. Bald.& Saly.in l. emãcipatione, C.de fid.inſtrum. Ang.in l. is,

Digitized by Google

qui C.de appellat.Barto.in l. ne in arbitris, C.de arbit.

In ſententijs tamen, vbi locus eſt appellationi, ſi pars eſt præſens, & tacet, non videtur conſentire, niſi elapſis decem diebus, qui dantur ad appellandũ, ita Barto.in d.L 1. C.de relat. in hac materia diffusè imò, & latiſſimè diſſerit, & ſcribit Fely. in d.c. cum in iure de offic. deleg.

DVBITATIO CLXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Papæ delegatus, an poſſit compellere legatum ad exequendum ſententiam illius delegati.*
2 *Appellari, an poſſit à legato Papæ ad legatũ ipſius Papæ, qui eſt in prouincia.*
3 *Legatus Papæ non poteſt impedire proceſſum nec executionem ſententiæ iam latæ à delegato Papæ, niſi ſuperueniente cauſa de nouo.*
4 *Commiſſio generalis prævalet ſpeciali.*

PApæ delegatus, an poſſit compellere legatum ad exequendũ ſententiam ipſius delegati, & an à delegato Papæ poſſit appellari ad legatum ipſius Papæ, qui eſt in prouincia.

In primo capite, glo. in cap. 2. de offi.
1 lega. videtur ſtatuiſſe, remanet tamen in concluſione, vt delegatus non poſſit compellere legatum ad exequẽdum ſuam ſententiam, quia legatus non eſt eo minor, ſed par cùm etiam ipſe gerat vices Papæ, quidam tamen dicit. Abb. in d.cap. 2. incipiente, ſtatuiſti, indiſtincte tenuerũt, quòd poteſt compelli per delegatum, quia eſt maior eo, quoad illam cauſam, & ſubdit. Abb. ibid. quod hæc opinio fortè eſt verior, licèt alia æquior.

Quoad alterum caput dubitatũ, num-
2 quid à legato Papæ poſſit appellari ad legatũ ipſius Papæ, q eſt in prouincia. Doctores firmant, & non, per text. in d.c. ſtatuiſti de off. legati. ratio eſt, quia cum teneat delegatus vices Papæ, ipſius Papa poteſt ſuam ſententiã retractare, quod idem dicitur reſpectu reſtitutionis in integrum, nam legatus non poteſt reſtituere in integrum cõtra ſententiam delegati ipſius principis, nec aliquis alius ordinarius citrà Papã, & pro hoc eſt text. in l. aduerſus. C. ſi aduerſ. rem iudic. vbi per illum text. dixerunt Bart. & Bald. quod etiam delegatus, qui tulit ſententiam, & poteſt contra eam reſtitutionem dare, quod putat verum indubitanter. Abb. in d. c. ſtatuiſti ſi delegati iurisdictio expirauit, ſed ſi ſupereſt reſpectu executionis, cùm duret adhuc officium ipſius nobile, vt in cap. ſi delegatus de off. deleg. in 6.

Poterit reſtituere, quia videtur incidenter contingere, ex quo ſententia nondum eſt executioni mandata, & obid. Imo. & gl. in c. ſuſcitata de in int. reſtit. dicunt, quod ſi ſententia fuerit lata contra procuratorem, quæ nondum eſt mandata executioni, poteſt procurator ſine aliquo ſpeciali mandato petere reſtitutionem in integrum, quia petitur incidenter, & cum petitur incidenter, poteſt delegatus Papæ ſine aliquo ſpeciali mandato reſtitutionem indulgere, vt in c. pen. de in integ. reſti. Bart. in l. iudex ff. de re iud.

Notandum inſuper erit, quòd legatus Papæ non poteſt impedire proceſ-
3 ſum, nec executionem ſententiæ iam latæ à delegato Papæ, niſi ſuperueniẽte cauſa de nouo, vel antiqua nouiter detecta, nam tunc legatus generalis impedire poteſt delegatum ſpecialem, &
4 commiſſio generalis prævalet ſpeciali vt per Abb. de ſtatuiſti num. 2. de off. legat.

DVBITATIO CLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Delegari, an poſſint ea, quæ requirunt plenã cognitionem, & decreti prætorij interpoſitionem, vt ea, quæ ſunt meri, & mi-*

Digitized by Google

xti imperij, in quibus casibus procedat regula ibi firmata.

2 *Magistratus quilibet potest cognoscere in causa, quæ sit infrà centum aureos.*

3 *Episcopus potest delegare Archidiacono examinationem ordinandorum.*

4 *Princeps potest causas meri, & mixti imperij delegare. vide ibi alios casus subsequentes delegabiles.*

Lacito superioris, an delegari possint ea, quæ requirunt plenam causę cognitionem, & decreti prætorij interpositionem, vt ea quæ sunt meri, & mixti imperij.

1

Contrarius regulam negatiuã, quòd scilicet, delegari non possunt ea quæ requirunt plenam causę cognitionem, & decreti prætorij interpositionem, vt ea quæ sunt meri, & mixti imperij, vt l. 1. in prin. ff. de off. eius cui manda. l. omnia quęcunq; vbi Dec. ff. de regul. iur. & ideò non debet per se, vel per simplicẽ subscriptionẽ ad supplicationem partis expedire ea, quæ requirũt causæ cognitionem, ita tenet. Bar. in l. necquicquam §. vbi decretum. ff. de off. procõs. & tex. in l. mandata. §. si tutore, & l. 1. in princip. ff. de off. eius, vbi decretum, quod interponitur in alienatione bonorum minoris delegari non potest, qa causa cognita interponi debet. l. magis puto §. ne passim. ff. de reb. eor.

Proceditque præmissa regula in imperio mero maximo, quale est condere legem, in mero maiori, vt animaduertere in facinorosos, in mero magno, vt deportatio, in mero paruo, vt relegatio, nam hæc mera imperia non delegantur. Bart. in l. imperium col. 3. ff. de iurisd. om. iud.

Idem dicitur in transactione alimẽtorum per tex. in l. cum hi §. sed nec mãdare. ff. de transact. necnon & in causa in qua tractatur de graui præiudicio, & in ea, quæ depẽdeat ab imperio, secus verò si expediatur officio nobili, vel si dependeat à iurisdictione. l. ea quæ la 1 ff. ad munic. Bar. in l. iubere num. 1. ff. de iurisd. omn. iud.

Idem quoque dicitur in causa, quæ desiderat interuentum, & decretũ prętoris. l. 1. §. de his. ff. de separa. vbi quæritur apud quem iudicem discutienda sit causa separationis bonorum, & ibi respondetur præsidem, vel prætorem, & nullum alium talem cognitionem facere, secùs in ea causa dicitur, quæ prętorem non desiderat l. vbicunque. ff. de regul. iur.

Imo etiam de communi, partiũ consensu non potest similium fieri delegatio glo. fin. in l. 1. C. de peda. iudi. & Dec. in l. 1. num. 28. vers. huius rei. ff. de offic. eius.

In absentia verò necessaria quantũ ad cognitionem, non quantum ad exe cutionem licita erit huiusmodi delegatio per gl. & Doct. in l. 1. ff. de off. eius Bart. in §. ad hæc prohibemus in auct. de collat. Dec. in d. l. 1. nu. 33. & 78.

Poterunt etiam delegari ea, quæ cõpetunt iure magistratus, idest, simplicis iurisdictionis, vt per Bart. in l. imperiũ col. fin. ff. de iurisd. om. iud.

Delegatus quoque potest sic facere dummodo omnia committat, non tamen reseruata sibi sententia de iure ciuili, secùs de iure canonico. Bartol. d. l. necquicquam §. vbi decretũ 1. lect. nu. 7. ff. de off. procons.

Quilibet etia magistratus potest co- 2
gnoscere in causa, quæ sit infrà centũ aureos. §. & iudicare in authe. de defens. Ciuit.

In spiritualibus etiam licèt requira- 3
tur plena causæ cognitio, tamẽ episcopus potest delegare Archidiacono, puta, examinationem ordinãdorum. Ias. in d. §. vbi decretum in fi.

Princeps etiam qui dicitur solutus le- 4
gibus potest causas meri & mixti imperij delegare Dec. d. l. 1. num. 83. ff. de off. eius.

Ea quoque, quæ expediuntur officio iudicis

iudicis mercenario,& iure actionis poſſunt delegari, etſi plenam cauſæ cognitionem videantur requirere. l. 1.C. qui pro ſua iuriſdi.

Prout, & delegari poteſt cauſa criminalis cõtinens modicam coertionem l.magiſtratibus.ff.de iuriſd. omn.iud.& cauſa in qua ſemiplena cauſæ cognitio requiritur.l. pen.§. fi.vbi Barto. ff.de off.eius veluti in poſſeſſione bonorum executione damni infect.& alijs.

Poterit etiam delegari reſtitutio in integrum maioris, vel minoris. l.fin. C. vbi & apud quos & ibi Barto. & in l. ea quæ.§.1.ff.ad municip. ſubſtitutus pariter in locum iudicis mortui, vel abſentis poteſt delegare,& non dicitur delegatus imò ordinarius,& ita intelligitur. l.2.C.de off.eius qui vic.

DVBITATIO CLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Principis placito delegatus, an dicatur maior & dignior ordinario.*
2 *Delegatus ab ordinario non poteſt ſubdelegare.*
3 *Delegatus principis poteſt reuocari, ut ſuſpectus, quod non eſt in ordinario regulariter.*

1 PRincipis placito delegatus, an dicatur maior ordinario, & eo dignior.

Delegatum principis maiorem, & digniorem ordinario dicit tex. in c.ſanè de off. deleg. cum concor.ita vt maior ſit etiam legato de latere, vt per Doct.ibid.

Imò poteſt principis delegatus mandare ordinario loci, vt ſententiam ſuã exequatur Bart.& Alex. in l. à diuo pio in prin. ff.de re iud.in tantum, vt ſi nolit præcipere,poſſit cogere ordinarium vt ſuam familiam ſibi tradat pro executione ſententiæ ſuæ, & poſſit etiam implorare brachium ſeculare pro ſententia ſua exequenda c.1.in fin.de offi. ordin.& l.ſi quis miſſus verb.militari.ff. ne vis fiat ei.

Procedunt tamen prędicta reſpectu iuriſdictionis, ſecùs verò reſpectu perſonæ propter repræſentationem ratio eſt, quia iſta iuriſdictio ſapit vim ordinariæ iuriſdictionis ob vim repræſentationis Bar. in l.legatus 2.lect. circa fi. ff de off.procõſ.

Reſpectu verò firmitatis firmior eſt iuriſdictio ordinariaque delegata, & delegatus eſt dignior in cauſa ſibi commiſſa, ſecùs in alijs,& ſic limitata cauſa limitatum parit effectum Doct. in materia Rubr.& l.1.ff.de off.eius.

2 Delegatus verò ab ordinario nõ poteſt ſubdelegare.l.à iudice.C.de iud.ratio eſt: quia nullam habet propriam iuriſdictionem, ſed fungitur munere iudicis delegantis.l.1.§. qui mandatum.ff. de offic. eius, & quia ordinarius habet propriam iuriſdictionem, & in re propria quilibet eſt moderator, & arbiter l.in re mandata. C.mand. amplia, & limita hoc vt per Iaſ. in d.l.à iudice delegatus autem principis, vel Papæ poteſt ſubdelegare, & in cauſa delegata cenſet maior quocunque ordinario l. minor autem.§. pen.ff.de mino.c.paſtoralis.§.1.& c.ſanè de off.deleg.& quia hęc iuriſdictio delegata ſapit de vi ordinariam, cum habeat iuriſdictionem ab eo,qui dat ordinariam.iuxta Bar. in l.legatus 2.lect. circa fin. ff.de off. proconſ. amplia quinque modis, & limita duodecim vt per Iaſ.d.l à iudice.

Et nota,quòd delegatus principis poteſt iure ciuili,& canonico reuocari,vt
3 ſuſpectus, quod non eſt in ordinario regulariter.Iaſ. firmat regulam quam limitat tripliciter in l.apertiſſimi.C.de iudi. delegataque iuriſdictio regulariter expirat re integra morte delegantis, vt per Iaſ. ampliantem & limitantem in l. more.ff.de iuriſdict.omn.iud. vbi etiam Bart. latè.

DVBI-

Digitized by Google

DVBITATIO CLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Principis placito ſi apponatur clauſula, ſi ita eſt, an & quando referatur ad præcedentia.*
2 *Mens eſt radix verborum, & eius ſubſtantia prima, & cor eſt Imperator linguæ, quæ cedit cordi, & verba ſub iugo mentis conſiſtũt tanquam ſub ſuo originali.*

1 PRincipis placito, vel reſcripto ſi apponatur clauſula, ſi ita eſt, an & quando referatur ad præcedentia.

Clauſulam, ſi ita eſt, in fine poſitam debere referri ad præcedentia ſecundum qualitatem negotij firmat Abb. in cap. olim ex litteris num. 3. de reſcr. nam ſi ſufficeret, quòd referatur ad proxima ſecundum ſubiectam materiam, non concernit ſuperiora, ſecùs autem ſi materia ſubiecta expoſtulat, vt omnia cõcernat, hinc tenendum eſt, quòd clauſula in fine poſita refertur ſolum ad proxima non habentia determinationem, refertur tamen quandoque ad omnia quando ſubeſt ratio, & tunc clauſula poſita in vna diſpoſitione concernit totam illam diſpoſitionem, quando tamen, vt dixi, ſubeſt ratio: nam verba cuiuſcunque diſpoſitionis ſunt ampliandа, vel reſtringenda ſecundum mentẽ diſponentis, quæ quidem mens colligitur ex ratione expreſſa in diſpoſitione, & vbi non ſit expreſſa ratio, ſufficit, q̃ poſſit rationabiliter coniecturari, & q̃ indubitanter potuerit mouere diſponentem vt notatur in l. tale pactum. ff. de pact. Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præter. Georg. Natt in repet. clemen. ſępè in prin. 1. notab. de verb. ſign. ſemper etenim quodcunque dictum ſiue generale, ſiue ſpeciale reſtringitur, vel ampliatur ſecundum intentionem diſponentis. c. intelligentia de verb. ſig. l. 1. cum pater. §. dulciſſimis & ibi Bar. ff. de leg. 2. l. pater. §. fundum. ff. de leg. 3. c. ſedulo 38. diſt. vbi legitur, quòd ita eſt præponenda ſententia verbis, ſicut anima corpori. & Bal. in c. mandatum col. 1. de reſcrip. dicit, quòd mens eſt radix verborum, & eius ſubſtantia prima, &
2 cor eſt Imperator linguæ, & habet eam ſicut mancipium ſub ſua iuriſdictione, & lingua cedit cordi, ſub iugoque mẽtis verba conſiſtunt tanquam ſub ſuo originali, vt per Abb. in c. 2. requiris & in addit. ibi ad eum littera, d, de appell.

DVBITATIO CLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Principis reſcriptum ſi producatur, an requiratur libellus.*
2 *Stylus patriæ Montisferrati in præſentando reſcriptum.*
3 *Petitio ſimplex ſufficiet in reſcripti præſentatione, quæ petitio contineat ſolam facti narrationem ſine alia concluſione.*
4 *Petitio fieri poteſt ſolo verbo, & in actis per Notarium redigi etiam generalis, & incerta, declara. ut ibi.*

1 PRincipis, vel Papæ reſcriptum ſi producatur, an requiratur libellus?

Innoc. in c. dudum il ſecũdo de elect. relatus per Abb. ibid. num. 39. concludit, quòd non tenetur offerre libellum, qui obtinuit reſcriptum, & in iudicio litigat contra aduerſarium, ſed ſufficit reſcriptum offerre pro libello quaſi iure ſcripto contineatur tota intẽtio ipſius actoris dicit tamen vtile eſſe, vt detur aliqua petitio, ſufficitque, q̃ in actis faciat deſcribi, egò talis peto mihi prouideri prout in tali reſcripto continetur, quod vobis produco, vt habetur de hac materia in clem. diſpẽdioſam iuncta glo. de iudic. & clem. fæ-
2 pè de verbo. ſigni. cum ibi notatis per ſcribentes; nos in patria Montisferrati ſolemus prẽſentare reſcriptum, & illius obſeruantiam pro reuerentia require-

re,

by Google

re, & protestari de inobseruantia contra quem meliùs de iure.

Quòd quidem rescriptum semper refertur ad supplicata, & ex forma supplicationis declaratur intellectus priuilegij concessi, vt per Bald. in c. inter dilectos col. pen. de fid. instr. Alexan. consi. 78. col. fi. vol. 1. Iason in l. 1. C. de diuer. rescri. Corn. consi. 220. vol. 2.

Petitio autem simplex, licèt non requiratur libellus formalis in scriptis,
3 sufficiet, quæ petitio continebit solam narrationem facti sine alia conclusione, vt per Bar. in l. 2. C. de sent. ex peric. recit. & Alex. consi. 1. col. 3. vol. 2. Corn. consi. 62. col. 1. vol. 1. potest enim peti-
4 tio fieri solo verbo, & postea in actis redigi per Notarium, & dicta talis qualis petitio potest esse generalis, & incerta, & admittitur secundum Bart. in extrauag. ad reprim. in verb. figura, quod procedit potissimum parte non opponente, quia si pars opponit nō admittitur libellus generalis etiam in summarijs, vt per Alex. consi. 82. vol. 4.

Et dicta talis qualis petitio etiam ineptè cōposita procedit, & admittitur, dummodo ex ea possit discerni, quid actor velit, et reus possit deliberare, vt per Bar. in extrauag. ad reprimen. in d. verb. figura, & de ista tali quali petitione nō datur copia reo sumptibus actoris, sed ipse reus debet illā capere suis sumptibus, & in hoc differt à libello ordinario, cuius copia datur sumptibus actoris vt est gl. in clem. quāuis in verb. oblatos de appell. ita Lanfranc. in cle. sæpè in verb. libellus post prin. de verb. signi. & faciunt notata per Maran. par. 4. & an iudex sit compet. 9. distinct. sub nu. 12. & seq.

DVBITATIO CLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum tollens statutum, an debeat facere mentionem simplicem de statuto, an debeat dicere de statuto iurato, & non facta mentione de iurato statuto, an gratia sit surreptitia.*

2 *Surreptio commissa in alterum connexorum vitiat gratiam in totum.*

3 *Iuramentum est accessorium ad statutum, & tollitur sublato statuto. declara vt ibi.*

4 *Gratia non videtur surreptitia non facta mentione de numero Canonicorum in vacatione canonicatus.*

5 *Mentio de statuto iurato vbi non est inductiua gratiæ non est necesse de statuto facere mentionem.*

1 PRincipis rescriptum tollens statutum, an debeat facere mentionem simplicem de statuto, an debeat dicere de statuto iurato, si illud iuratum existat; & nunqd non facta mentione de statuto iurato gratia sit surreptitia.

2 Regulam habemus, quòd surreptio commissa in alterum connexorum vitiat gratiam in totum c. translato de cō stit. & c. sedes vbi notat Abb. de rescrip. sed si statutū est iuratum, & fit mentio de statuto, & non de iuramento, licèt videatur sufficere, quia iuramētum est
3 accessorium ad sententiam ergò sublato principali tollitur accessorium, vt exemplo, quòd notatur in cap. dilecto de præben. vbi concluditur, quia Canonici venientes collegialiter contra statutum iuratum non incurrunt periurium, quia iuramentum tollitur sublato statuto. Nihilominus glo. in capit. cum non deceat in fi. de elect. in 6. determinat contrarium, Rom. singul. 80. incip. dispositio emanans, & consi. 389. colum. 4. Innoc. in cap. dilectus de præben. Rot. decis. 1. de iureiur. in nouis.

Hoc obstat contrarium fundamentū superius tactum per nutum, quia procedit, quando scienter tollitur statutum iuratum, sed quando tollens statutum ignorat iuramentum, tunc non dicitur habere animum tollendi iuramentum, quia iuramentum obligat Deo, cap. de-

bitores

Digitized by Google

bitores de iureiur. imò licèt ſtatutū non ſit iuratum, tamen neceſſe eſt mentionem facere de ſtatuto, d.c. cum non deceat in fi. de elect. in 6.

In ſimili dicimus, quod ſi canonicatus vacaret de prętenti gratia non videtur ſurreptitia, non facta mentione de numero, vbi tamen nullum ſit præiudicium numero, quia eo in caſu non eſt
4 neceſſe de eo facere mentionem, & ſic taciturnitas non vitiat ex quo non eſt cauſa inductiua gratię ita communiter ſequi Doctores firmat Abb. in cap. conſtitutus ſub num. 6. de reſcript. & exinde inferas, an gratia poſſit cenſeri ſurreptitia non facta mentione de ſtatuto iurato, & concludens, quod vbi mentio de
5 ſtatuto iurato non eſt cauſa inductiua gratiæ, & non eſt neceſſe de eo facere mentionem, quod ſic iuratum, tūc gratia cenſeri minimè debet ſurriptitia.

DVBITATIO CXC.

SVMMARIVM.

1. *Principis placitum, ſeu reſcriptum, vel conſtitutio, an & quando debeat facere mentionē de iure contra, quod emanat.*
2. *Papa ſi confirmat prioratum, religioſo, clauſtrali, non valet non facta mentione de contrario.*
3. *Legitimatio ſpurij facta per Principē non facta mentione de iure, non tenet.*
4. *De clauſula derogatoria remiſſiuè.*

1 PRincipis, vel ſuperioris reſcriptū priuilegium, vel conſtitutio, an & quando debeat facere mentionem de iure, contra quod emanat.

Diſtinctionis medio cenſeo reſolui poſſe negotium; Aut reſcriptum habet clauſulam derogatoriam ad ius, vt facit mentionem de iure, & tunc aut ius habet clauſulam derogatoriam, & ſeruanda erit forma tradita in iure, nam ſi requirit ſpecialem mentionē, non ſufficit generalis, ſed debet eſſe ſpecialis ſaltem per verba æquipollentia, vt in l. non aliter, ff. de leg. 3. quòd tamē dictū procedit in reſcripto, ſecus in conſtitutione, quia conſtitutio contra conſtitutionem valet facta mentione in generali de conſtitutione contraria, vt ſi dicatur, non obſtante, quacunq; conſtitutione in contrarium, quia conſtitutio emanat cum maiori maturitate, quam reſcriptum clem. dudum in fin. de ſepult.

Aut ius non habet clauſulā derogatoriam, & tunc eo caſu, quo eſt fienda mentio multum generalis, vtputa, ſi dicatur non cōſtante quacunq; lege, nec requiritur mentio omninò ſpecialis, ſed ſatis eſt, quòd dicat, non obſtante, quacunque lege, quæ in contrarium loquatur, ita voluit Bartol. concordando multas gloſſas iuris ciuilis, in l. final. C. ſi contra ius. Et ſi verò ius habet clauſulam derogatoriam, non valet reſcriptū ſub quacūque forma impetratum, ſeu conceſſum, niſi faciat de illo iure mentionem, ſed aduertendum in hoc eſt, q̄ priuilegium conceſſum etiam ex certa ſcientia non valet, ex quo non facit mētionem expreſſam de iure derogante, priuilegium verò conceſſum cōtra ius non habens clauſulam derogatoriam non valet, non facta mentione de iure cōtrario. vt in c. ex parte de capel. mon. vbi dicitur, quòd ſi Papa cofirmat prio
2 ratum religioſo clauſtrali, non vālet, non facta mentione de contrario, nam ſæpè priuilegia emanant contra ius ex nimia occupatione Principis, vel propter nimiam importunitatem petentium, & ideo niſi fiat mentio de iure ſaltem in genere, nō præſumitur princeps velle concedere contra ius. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. legib. non obſtantibus, idèo non valet legitimatio ſpurij facta per Principem non
3 facta mentione de iure, glo. in l. quominus, ff. de ſtatum. & in auth. hoc inter liberos C. de teſtam. multi namque ſunt caſus

in quibus non ſufficit dicere non obſtã te lege in contrarium faciente, vt per Fely.in ca.nonnulli de reſcr.vbi tractatur de clauſula derogatoria ſatis abundè. Et qa de hac materia nos retulimus plura ſub dubitatione. 139. & 140. ideò pro nũc vltrà non progredimur, ſat ſit præmiſſa delibaſſe in propoſito tactæ quæſtionis.

4

DVBITATIO CXCI.

SVMMARIVM.

1 *Abutentes placito principis, vel reſcripto, an priuentur commodo ipſius. Et an poſſint criminaliter puniri.*

2 *Aequiuocatio facta in citatione, veluti, ſi citatio ſit facta ad locum æquiuocum, non eſt ipſo iure nulla, ſed arctat citatum ad comparẽdum in loco ſolito.*

3 *Abutens reſcripto, priuatur commodo ipſius, & damnatur in expenſis, & damnis erga aduerſarium in caſibus enumeratis. ibi.*

4 *Expenſæ, & damna ſunt diuerſa ſtrictè, ſed largè non differunt.*

5 *Litteras qui tradunt alijs eiuſdem nominis, & recipientes poßunt puniri pęna falſi ſicut qui ſupponunt partum alienum.*

6 *Stellionatus crimen quod ſit.*

PRincipis, vel ſuperioris placito ſeu reſcripto abutentes, an priuentur commodo ipſius, & an poſſint criminaliter puniri.

1 Abutentes reſcripto priuari commodo ipſius voluit. tex.in c. quia nonnulli de reſcri. æquiuocatio tamen nominis non vitiat reſcriptum reſpectu ipſius impetratoris, nam ipſe præſumitur impetraſſe ex quo eſt in poſſeſſione litterarum, licèt reperiatur alius qui ſit eiuſdem nominis ad hoc ſeruiunt notata in l.duo ſunt Titij.ff. de teſtam. tut. & per gl.o.in c.nonnulli de reſcr. reſpectu verò rei conueniendi poſſet cadere probabilis dubitatio, ex quo multi reperiuntur eiuſdem nominis, & cognominis, & quòd æquiuocatio nominis vitiet probat text.in c.inter dilectos de fid. inſtr. & faciunt ad hãc materiam notata in c. quoniam Abbas de offic. delegat.

Aequiuocatio verò facta in citatione, veluti, ſi citatio ſit facta ad locum 2 æquiuocum, non eſt ipſo iure nulla, ſed arctat citatum ad comparendum in loco ſolito, vt gloſſ. clariùs habet in d. c. quia nonnulli de reſc. & quòd notatur per modernos, & legitur in l. penu. ff. de iuſt. & iur.

Abutens propterea reſcripto priuatur commodo ipſius, & damnatur in ex 3 penſis, & damnis erga aduerſarium in caſibus enumeratis in d. c. quia nonnulli vbi ponuntur ſeptem, vel octo vitia abutentium reſcriptis Apoſtolicis.

Expenſæ verò, & damna, an ſint idẽ dicas, quòd ſunt diuerſa, ſtrictè ſumpto vocabulo, ſed largo modo non diffe- 4 runt, & dicendum vt legitur, & notatur in c.in noſtra de iniur.

Abutentes verò reſcripto poſſunt puniri criminaliter, illi enim qui tradũt litteras alijs eiuſdem nominis, & recipientes poſſunt puniri pęna falſi, ſicut illi qui ſibi ſupponunt partum alienum 5 vt in l.falſi nominis, & l.qui falſam.ff.de falſis; alij verò aliter abutentes poſſunt 6 puniri crimine ſtellionatus, & eſt crimen ſtellionatus cum delictum non ſumunt ſibi ſpecificum nomen, vnde puniuntur iſti delinquentes extraordinariè vt habetur toto tit.ff.de crim. ſtellio. Sic ergò dicendum, quòd impetrãs reſcriptum, vel priuilegium per ſurreptionem doloſam, quod non ſolum punitur commodo reſcripti, ſed etiam poterit aliter puniri criminaliter vt p text.in l.ſiquis obrepſerit. ff. de falſ. & l. etſi legibus. C. ſi contra ius vel vtil.pub. Abb. & moderni in c.nonnulli. §. ſunt, & alij de reſcr. Bal. in l.ſi vt proponis la a.in fin. C. quom. & quando iud. & in l. quicunque propè fin. C. de ſerv. fugit. & l. debuit. C. de infam.

DV-

DVBITATIO CXCII.

SVMMARIVM.

1 *Papæ reſcriptum, vt cauſa inter laicos cognoſcatur, an ſit ipſo iure nullum.*
2 *Iuriſdictio in temporalibus, an ſit penes Papam.*
3 *Papa, an poſſit adiri à puris laicis, & in quibus caſibus.*
4 *Miſerabiles perſonæ quæ dicantur, & an poſſint renuntiare priuilegio fori eccleſiaſtici.*
5 *Papa, an exerceat iuriſdictionem temporalem ſuper laicos ſubiectos imperio.*

PApæ reſcriptum, vt cauſa inter laicos cognoſcatur, an ſit ipſo iure nullũ & an Papa habet iuriſdictionem temporalem in laicos ad libitum ſuum. 1

Primò loco dicamus, quòd Papa nõ habet iuriſdictionem temporalem in laicos ad libitum ſuum, & ſic regulariter ipſam iuriſdictionem in laicos exercere non poteſt pro libito voluntatis, nec iuriſdictionem Imperatori conceſſam reuocare, nec ipſa etiam remanente apud principem ſecularem exercere, quamuis ſecundum communem canoniſtarum ſententiam, iuriſdictio in temporalibus ſit penès Papam in habitu: vt notatur in c. nouit de iudic. & c. cauſam quę qui fil. ſint legit. & ratione habitus iuriſdictionis quem Papa habet in temporalibus poteſt ſe impedire, & exercere iuriſdictionem, quando omninò deficit iuſtitia, vel quia ſubeſt princeps, & non vult eam exercere, vel quia vacat imperium, & ſic omninò non eſt inutilis habitus iuriſdictionis penès Papam, vt notatur per ſcrib. in d. c. nouit. 2

Si propterea quæratur, an & quando Papa poſſit adiri à puris laicis in primis, quòd adiri poteſt, quando hoc habet conſuetudo vt in c. ſi duobus de appellationę, & in c. ſi clericus de reſc. cũ concord. & ſi videatur dicẽdum, quòd conſuetudo non poſſit induci, vt Papa habeat iuriſdictionem temporalem ſuper laicum, quia Chriſtus prohibuit exercitium, ergò non poteſt introduci conſuetudo, iuxta notat. in l. fi. C. de teſta. mil. & in clem. hi qui de ęta. & qual. & iuxta notat. in c. fi. de conſuet. & in cl. ſi vna de reb. eccl. non alien. & in l. dudum. C. de contrahen. empt. & ex hoc tolluntur omnes caſus ſpeciales in quibus recurritur ad Papam: ſed retineas hoc firmum, quòd de conſuetudine poteſt introduci, vt adeatur Papa, poterit etiam à laicis Papa adiri potiſſimũ.

Quando ſumus in terris ſubiectis eccleſiæ quoad temporalem iuriſdictionem vt in præalleg. c. ſi duobus de appell. & c. quòd clericis de reſcr.

Item ad Papam recurri poteſt ſi cauſa de qua agitur ſpectat de iure ad iuriſdictionem eccleſiaſticam vt in c. tuam de ordin. cognit. & c. cum ſit generale de foro compet.

Item, quando vacat imperium, & agitur in cauſa ſpectante ad Imperatorẽ, tunc aditur Papa vt in caſu text. in c. licèt ex ſuſcepto de foro compet.

Eccleſia, ſeu Papa etiam tunc aditur, quando datur negligentia iudicis ſecularis, in adminiſtranda iuſtitia, & præcipuè, quando negligens eſt iudex ſuperiorem alium non recognoſcens vt adhoc facit tex. in c. per venerabilem extra qui fil. ſint legit. ſi verò talis negligens recognoſcat ſuperiorem, ſi perſona eſt miſerabilis pro iniuſtitia, vel negligentia ſtatim adiri poteſt Papa, vt p Innoc. & Hoſtien. in c. ex tenore de foro compet. & c. cum deputati de iudic. vel quando quis eſt oppreſſus, eo quia negligitur iuſtitia, vel opprimitur iniuſta ſententia vt in cap. ex parte de foro compet. Sed non ob id omnes moueri debent vt recurratur ad Papam, quia text. in d. c. licèt, & c. ex tenore de for. comp. loquuntur, & procedunt vacante Imperio, vel quia nõ eſt iudex ſecu- 3

laris,qui succurrat oppressis à suis superioribus, imò negligente superiore regere ciuitatem, quæ cum recognoscebat, potest ciuitas sibi regem eligere, vel se subijcere alteri ciuitati ita singulariter dicit.Castrens. in repet.l. ex hoc iure col.4 vers. capio tertium verbum. ff.de iust.& iur. quòd tamen videtur dubitabile, per notat. in c. grandi de suppl.neglig.prælat.in 6.vbi Regi nescienti regere datur coadiutor, non autem priuatur iurisdictione.

In eo igitur, quòd in casu negligentiæ iudicis secularis non recognoscentis superiorem possit adiri Papa immediatè dicas, tunc imperatorem adeundum, quia isti inferiores præscribentes etiam iurisdictionem contra ordinarium loci dicuntur habere eam,inquātum solliciti, & vigiles sunt in administranda iustitia, alias superior se impedit vt per tex.in c. irefragabili. §. excessus de off. ord. faciunt tradita per Abb. in c.cæterum de iudic.

Et fortiùs debet hoc procedere,quãdo iurisdictio non est præscripta contra Imperatorem, sed de facto non recognoscitur sicut enim,quando subditi nolunt de facto obedire Imperatori, Papa non succedit, sed debet adiuuare Imperatorem,ita quando negligit ille, & fortiùs,quia hoc casu non vult de facto obedire Imperatori, nec iustitiam debito modo ministrare.

In causa verò miserabilis personæ, vel ecclesiarum licèt secũdum aliquos possit appellare immediatè ad Papam, non autem ad proximum inferiorem ipsius iudicis, tamen teneas, quòd hoc casu appellatio debet fieri gradatim, cum non reperiatur in iure cõtrarium standumque ideò est regulis communibus arg.l. præcipimus. C. de appellat. Rom.consil. 332. vbi aliquibus mediis concludit, quòd nulla est confirmatio electi, qui iuit ad sacrum concilium p confirmanda confirmatione, quam impetrare debebat à proximo superiore: non ergò per interpretationem debemus recedere à communibus regulis arg.c.ad audientiam de decim.vtent præcipuè, quòd iudex non dicitur inferre violentiã,seu opprimere, quando procedit iudicialiter,gloss. in c.præsentium 7.q.1.Inno.in c.significantibus de off.deleg.vbi dicit,quòd licèt iudice ordinario negligente possit miserabilis psona immediatè àdire ordinarium ecclesiasticum per text. in c. ex tenore de foro compet. non tamen potest appellari à iudice seculari ad ecclesiasticum se ad proximum superiorem, quia gradatim est appellandum. c. anteriorum 2.quæst.6.

4 Quæ verò dicantur personæ miserabiles tradit.Bal.in l.vn. C. quando Imp. int.pup.& vid.Fely.in c. significantibus de off.deleg. vbi etiam tradit, quòd talium personarum causæ sunt iudicandæ secundum canones etiam in foro seculari, & quando possunt recurrere ad iudicem ecclesiasticum in defectum iustitiæ nunquid autem huiusmodi personæ possint renuntiare priuilegio ecclesiastici fori ponit idem.Felyn. in c.si diligenti col.5. vers. tertium correlariũ de foro comp.

Vlteriùs, quando iudex secularis accusatur suspectus,tunc Papa potest adiri,scilicèt, quando recusatur iudex qui est caput prouinciæ,& immediatè subest Imperatori, tunc enim aditur ecclesiasticus §.si verò contigerit in Auth. vt differ iudic.secùs si in eadem prouincia est superior, quia tunc ille adiri debet vt per Host.in c.nouit.de iud.

In causa reconuentionis etiã recurritur ad ecclesiasticum, vt in casu text. in c.cuius in agendo 3. q.8. & l.cum Papinianus, & authẽ. & consequenter. C. de sent.

Idem dicẽdum in causis mortuariorum, & defunctis relictorum secundũ. Hostien. in §. siquis autem pro redemptione in auct.de eccles.tit.

Quando pariter imperator non est negli-

negligens, sed subditi sunt sibi inobedientes, & imperator non potest facere iustitiam, tunc debet Papa imperatorem iuuare, & donare rebellionem subditorum argu. c. cum ad verum 96. dist. & c. administratores 23. q. 5.

Ratione etiam administrationis assumptæ à laicis potest adiri Papa, quod tamen intelligas, vt notatur, & legitur in c. iudicatũ 89. dist. & vt scribit. Abb. in c. 2. de iudic.

Vbi quoque indebitè fatigantur honores per laicos, seu ecclesiæ ecclesiarumue serui indebitè collectantur per seculares, tunc recurritur ad Papã anth. item nulla communitas. C. de epis. & cler.

Si locus etiam caret iudice, vt quia in prouincia non est aliquis superior laicus, tunc potest Episcopus adiri, vt est casus in §. si verò contigerit in auth. vt dist. iud.

Quando reperitur aliquid etiam per ecclesiam determinatum, & est materia, quæ tangit peccatum, vt in crimine sacrilegij, & consimili, tunc aditur ecclesiasticus pro decisione ambigui articuli, tangentis fidem, vel spectantis ad ecclesiam, in alijs dubijs verò recurritur ad ius Ciuile, seu ad ptincipem secularem: eius enim est interpretari, cuius est condere. l. cum de nouo, & l. fin. C. de legib. inter de sent. excomm. recurrit etiam ad cõsuetudinem, quæ est optima legum interpres, vt in c cum dilectus de consuetu. & l. si de interpretatione. ff. de legi.

Ratione etiam connexitatis potest ecclesia cognoscere de causa profana, exemplum ponitur in dote, quæ venit accessoriè ad matrimonium, vt in c. de prudentia de dote post diuort. restit. si tamen de dote principaliter contendatur, cognitio spectat ad secularem, vt sentit glos. in c. licet ex succepto de for. comp. & notat. Abb. in d. c. de prudentia, & c. non est de spons. & quod ratione connexitatis ecclesia cognoscat, ponit famosum exemplum. Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendic. vbi vult, quod ratione iuramenti iudex ecclesiasticus possit cognoscere de causa principali, quòd dictum communiter teneri notat Felyn. in c. cum sit generale de foro comp. Dec. in rubr. ex. de iud. col. 2. in 1. lectura.

Et licèt aliquibus videatur mirum, ꝙ Papa exerceat iurisdictionem temporalem super laicos subiectos imperio, quia Christum non legimus exercuisse tẽporalem iurisdisdictionẽ licèt enim eiecisset laicos de templo tamen illiud fuit delictum ecclesiasticum, quia templum Dei faciebant speluncam latronum, licet etiam recurrissent ad eum contra illam deprehensam in adulterio, tamen illud fecerunt tentantes eũ, etiam Christus noluit illam condemnare, pariterque legimus in Euangelio Christum pronuntiasse, quæ sunt Cæsaris reddite Cæsari, & q̃ sunt Dei Deo; & sic noluit se impedire circa iurisdictionem temporalem, Nihilominus licet multa possint deduci gratia disputationis ad ostendendum, quòd Christus expresè prohibuit etiã Petro exercitium iurisdictionis temporalis, tenendum tamen est, quod amplectitur sacrosancta Romana ecclesia, nam Christus dedit imperium temporale imperatori, vt illud regat vt in auth. quomodo oport. Episc. in prin. Item fecit duo luminaria, vt in cap. solitè de maior. & obed. nec reperitur lex expressa, quod vacante imperio succedat Papa, nec in hoc reperiuntur textus veteris aut noui testamẽti; ergò omnia nostra dubia & decidenda remittamus submissa, & humili ceruice semper iudicio S. R. E. matris nostræ.

DVBITATIO CXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Principis rescriptum concessum contra vnam personam*

Digitized by Google

personam, an extendatur ad aliam.

5 *Successor iure representationis fingitur eadē persona cum defuncto.*

6 *Instantia inchoata cum defuncto nomine dignitatis, vel administrationis transit in successorem in dignitate.*

7 *Hæres regulariter est conueniendus vbi defunctus conueniri debuit.*

8 *Clericus si successit laico non conuenitur coram iudice defuncti, sed coram iudice suo ecclesiastico. decla vt ibid.*

1 PRincipis, vel superioris rescriptum concessum contra vnam personam, an extendatur ad aliam?

Sub dubitatione 110. tetigimus, an rescriptum contra hominem alicuius loci extendatur ad hominem eiusdem nominis alterius loci; Sub dubitatione verò 106. differuimus, an impetratum contra clericos comprehendat laicos, superest videre resultationem præsentis quæstionis, quam breuiori discursu expedire intendimus.

Rescriptum ergò, vt exordiamur nō solum aliquando transit in personam non expressam in eo, sed etiā per translationem alteratur modus procedendi, & intelligas, quando aliquo modo potest modus agendi contra secundū includi sub rescripto impetrato contra prædecessorem aliàs secùs, per notata in c. super litteris vbi tangit Abb. de rescript.

Et licèt verum sit, quòd rescripta nō extendātur ad personas omnino aliàs, nō expressas in eo, vt in cap. p, & g, de offi. delega. ità vt nec extendantur ad vniuersalem successorem, qui ob id vigore impetrati pro contra prædecessorem rescripti conueniri non potest, tamen qui scienter succedet in vitium, non est omnino alius, imò quasi similis, & cēsetur quasi idem in odium sui, & quodammodo videtur habere ratū factum prædecessoris sicut in simili habetur in c. 1. de alien. iud. mut. cau. fact. ita notat post multa Abb. in c. quia 57 sub num. 5. de iudic. imò nedum rescriptum transit contra successorem in vitium, sed etiam inchoata instantia cōtra prædecessorem, ex quo fingitur successor quasi eadem persona cū defuncto per repræsentationem, vt dicitur 2 de patre in filium, licèt non sit hæres, ex quo succedit in eius bona fingitur eadem persona iure repræsentationis vt in l. tàm ex contractibus. ff. de iudic. l. patri pro filio. ff. de mino. hodie verò pater videtur succedere filio, vt hæres, vt in auth. de hære. ab intest. venie. idē dicitur de defuncto in hæredem vniuersalem, quia fingitur eadem persona; idem dicendum quando instantia fuit inchoata cum defuncto nomine dignitatis, vel administrationis, tunc enim transit in successorem in dignitate, quia dignitas nunquam moritur, & in effectu magis videtur durare contra dignitatem, seu prodignitate, quā transire in successorem, vt in cap. dilecti de for. comp. & per not. Innoc. in c. significauit de rescr.

Sed aduertendum in hoc proposito 4 quòd etsi hæres regulariter sit conueniendus vbi defunctus conueniri debuit, vt l. hæres abiens vbi Barto. not. in prin. ff. de iudic. Rot. decis. 5. de foro cōpet. in antiquis. Tamen si clericus successit laico non conuenitur coram iudice defuncti, sed coram iudice suo ec- 5 clesiastico, quia habet omnino iudices separatos, & alterius qualitatis, quam haberet defunctus vt notatur in c. nullus clericus 11. q. 1. & in reg. is qui in ius de reg. iu. in 6. hoc tamen procedit, qū clericus allegat priuilegium in corpore iuris clausum, secùs si allegat priuilegium impetratum à Papa, puta, vt non possit conueniri coram suo Episcopo, tunc enim hoc priuilegio non obstante est conueniendus vbi defunctus debuit conueniri, quia tex. in d. l. hæres abiens tollit priuilegiū in ꝓrium, & hoc clarius voluit glo. in d. l. hæres abiens.

DVBITATIO CXCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetratum contra aliquem qui tempore datæ erat in humanis, an habeat vires contra eius hæredem, re etiam integra.*

2 *Reſcriptum an generaliter extendatur ad ſucceſſorum.*

1 SVcceſſiuè iuuat quærere, an reſcriptum impetratum cõtra aliquem, qui tempore date erat in humanis, habeat vires contra eius hæredem, re etiam integra.

Reſcriptum impetratum contra aliquem, qui tempore datæ erat in humanis, habere vires contra eius hæredem, etiam re integra, quia cenſetur eadem perſona cum defuncto probatur. in c. hac authoritate 35. q. 3. & per ſcriben. in cap. ſignificauit de reſcript. & notat Abb. in c. tua nos nu. 5. de vſur.

Sed vt res clarior reſultet, ſi quęratur generaliter an reſcriptum extendatur
2 ad ſucceſſorem, diſtinguẽdum erit, aut materia ſuper qua impetratur reſcriptum non eſt extendibilis ad ſucceſſorem, & expirat reſcriptum per mortem in actore datur exemplum, quia ſi impetrauit reſcriptum ſuper beneficio debito, ſi moritur, non poteſt eius hæres vti illo reſcripto, quia non ſuccedit in beneficio, cùm in beneficijs locum nõ habeat ſucceſſio: vt in c. ex tranſmiſſa de fil. presbyt.

In reo autem datur exemplum, quia ſi impetratum fuit reſcriptum, vt reus deponeretur ab ordine, vel à beneficio, certum eſt, quòd mortuo reo non poteſt conueniri ſucceſſor, quia crimina morte extinguuntur. c. quorundam rerum diſt. l. 2. C. ſi reus vel accuſ. mort. fuer. Aut materia concernit ſucceſſorem, & tunc aut res non eſt integra, puta quia defunctus fuit citatus, & tunc reſcriptum extẽditur ad ſucceſſorem, aut res eſt integra, & tunc aut prædeceſſor erat conueniendus ſub clauſula, & tunc non extenditur ad ſucceſſorem, ex quo non fuit expreſſus, dum viueret, & hoc verum eſt, niſi reſcriptum fuiſſet impetratum contra dignitatem: aut conueniendus erat expreſſus in reſcripto, & tunc ſi fuit reſcriptum impetratum in materia concernente dignitatem, etſi nomen prælati fuerit expreſſum, & tunc extenditur ad ſucceſſorẽ, aut non concernebat dignitatem, ſed perſonam, tunc non extenditur ad ſingularem ſucceſſorem, niſi in tribus caſibus relatis per Abb. in c. ſignificauit. col. fi. de reſcr. vbi latiùs diſtinguit, ideò vltrà non refero.

DVBITATIO CXCV.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum directum alicui, vt faciat ſibi exhiberi acta in vna cauſa, an poßit dici ſurrepitium.*

2 *Reſcriptum impetratum ab excommunicato excommunicatione ſuppreſſa, an ſit ipſo iure nullum.*

PRincipis, vel ſuperioris reſcriptum directum alicui, vt faciat ſibi exhiberi acta in vna cauſa, an poſſit dici ſurreptitium, & an reſcriptum impetratum ab excommunicato, excõmunicatione ſuppreſſa ſit ipſo iure nullum.

Deueniendo ad primum dubiũ breuiter reſoluo, quòd vbi alicui mandatur, vt faciat ſibi exhiberi proceſſum
1 alicuius cauſæ, contra tale reſcriptum poteſt de ſurreptione obijci, puta, quòd hoc fuit alteri commiſſum, de quo non eſt facta mentio in ſecundo. ita notant Innoc. & Hoſt. in c. cæterum de reſcrip. niſi tamen per appellationem, vel alio modo ad ſuperiorem fuiſſet cauſa deuoluta, quia tunc valet, c. paſtoralis. §. præterea de off. deleg. vel ſi partes fuiſſent

Digitized by Google

sent absolutæ à primò iudice ab obseruatione iudicij. l. properandum. C. de iudic. in princ. vel aliter expirasset iurisdictio primi iudicis.

In hoc proposito actorũ, vnũ notabile sciendum est, quòd licèt acta originalia causæ debeant remanere apud Notarium causæ, tamen si reperiantur de facto apud iudicem etiam finita iurisdictione, non per hoc fides eorum vacillat; actis verò perditis non præsumitur pro contestatione litis, vel alijs actis ordinarijs, vel decisiuis nisi aliter probentur interuenisse, puta, testes, vel partium confessiones; & licèt acta substantialia iudicij non dependeant à partium consensu, vt illa possint omittere, vel nulla ratificare. c. vn. de litis cõtest. c. dudum il 2. de elect. si tamen dubitatur, an ista interuenerint, vel perditis actis originalibus, vel alio modo statur ipsarum partium confessioni, & sic super non dependentibus à mera facultate partium statur ipsarum partiũ confessioni, quando tractatur de modico, vel nullo præiudicio, acta verò substãtialia possunt partes communi consensu ratificare. vid. not. per Abb. in c. cum bonæ de probat.

Venio ad resolutionem secundi dubij, & dico, quòd hodie rescriptum im-
1 petratum ab excommunicato, excommunicatione suppressa, est ipso iure nullum, nisi in casu appellationis ab excõmunicatione, & in casibus de quibus in c. 1. vbi glo. notat de rescr. in 6. & in c. pia de except. in 6.

DVBITATIO CXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia, quando censeantur personalia, vel realia, quando extinguantur, quando extendantur; & quando transeant ad hæredes cũ actione.*

2 *Priuilegium ob numerum duodecim liberorũ, an duret etiam ipsis mortuis.*

MEmini superius tetigisse sub dubitatione 28. an priuilegium censendum sit reale, vel personale, & sub dubitatione 70. an cũ dubitatur, sit reale, vel personale, transeat ad successorem; modo supplẽdo quærere non nocet, quãdo personalia, vel realia censeant priuilegia, quando extinguantur, quando extendantur, & quando transeant ad hæredes cum actione, & præcipuè, an priuilegium ob numerum duodecim liberorum duret etiam ipsis mortuis.

Redeo ad primam quæstionem, & resoluo, quod in dubio priuilegium tã personis, quam loco datum censetur, vt per Soc. cons. 35. colum. penul. vol. 1. sub num. 10. vnde si priuilegium est cõcessum alicui patriæ sub nomine loci, tale priuilegium censetur concessum etiam ciuibus illum actum gerentibus etiam extrà patriam, vt ibi firmat Soc.

Et immunitas concessa per viã contractus dicitur realis, & transitoria ad hæredes, vt in casu franchisiæ per Ciuitatem. Albæ D. Andreæ Buscæ concessæ respondet. Ias. cõs. 217. vol. 2. quia contractus regulariter transeunt ad hęredes siue de eis sit facta mentio, vel non l. veteris C. de contrahen. & commit. stipul. oĩs enim allegatio, & actio transit ad hæredes, etsi nulla sit facta mentio. Bald. in l. 1. C. de constit. pecu. Abb. in c fin. 1. notab. de arbitr. quia ẽt quælibet conuentio in dubio censetur esse realis, & sic transitoria ad hæredes non autem personalis dato, quòd persona acquirentis sit inserta in conuentione, quia intentio cõtrahentis in dubio præsumitur esse, vt non solum sibi, sed etiam hæredibus suis prouideat. l. iunsgen. §. pactorum, & ibi. Bart. & in l. tale pactum in princ. ff. de pact. etiamsi in cõuentione esset apposita persona, & adiecta taxatiua tantum, vel similis nam adhuc venit, & continetur persona hæredis, non obstante illa nominatione personæ, & illa taxatiua. l. si necessarias.

Digitized by Google

farias §. de vendendo. ff.de pign. act. & latius, vt per Iaſ.d. conſ.217. vbi plures allegat rationes.

Priuilegia verò, & beneficia perſonalia cum perſona extinguntur, vt notat.Dec.in l.in oĩbus cauſis.ff.de regul. iur.Iaſ.in l.Neſennius ff.de re iud.Alex. in l.quia tale. ff. ſol.matr. & l.priuilegia ff.de reg.iur.beneficium verò principis largè debet interpretari,realeq; cenſeri, vt ſic Alex.conſuluiſſe refert.Cagno. d.l.in omnibus nu.5.ff.de reg. iur. quod Caſtrum ob merita per principem vni nobili ſimpliciter conceſſum,poſt eius mortem filijs ſuis pertinet, nec ad principem reuerti debet, niſi aliud de conſuetudine obſeruaretur. vt in Gallia.

Sicut vero priuilegio,& beneficium perſonæ datum extinguitur cum perſona, ita vni perſonæ datum ad aliam perſonam coniunctam nõ extenditur, nec de loco ad locum, aut de contractu ad contractum, niſi inutile redderetur, ſi non fieret extenſio l.ſi ſtipulatus fuero per te cum ibi not.ff.de verb. oblig.

Et quãuis regulariter ad alias perſonas non porrigatur priuilegium hoc tamen non procedit in acceſſorijs, & familiaribus, quibus priuilegium competit, quando abſq; illis poſſet priuilegiũ inutile remanere,vt per Dec.d.l.in omnibus.ff.de reg.iur.

Quo verò ad priuilegiũ actioni datum, quòd ſemper cum actione tranſeat reſpondit. Bal.in conſ.22. lib.2. vbi dicit,quòd ſicuti cedi poteſt actio,& iudicis officium. l.ſi minoris. ff.de admin. tut. l.quod ſi minor in princ. ff.de min. Ita actio, & officium iudicis etiam executiuum ex ſententia, de quo iure executiuo plura ſcribit. Alex. ad Bartol.in apoſtil.l.1. C.de act.& oblig.& Moderni Taurinenſ. in l.debitori colu.2. C.de pact.& Modern. Papien.in authent.res quę dubitatione 12.C.commun.deleg.

Priuilegiũ verò rei, & cauſæ ad hæredes tranſire probat tex.in l.priuilegia ff.de reg.iu.!& ſimiliter priuilegium rei, quod rem ipſam ſequitur, & tranſit ad quemcunque res tranſeat, firmatur in tex.l.1.§.permittitur.ff de aqua quotid. & æſtiu. & in l.forma. §. quamque. ff.de cenſib.generaliterq; dicimus rem onere aliquo affectu,vel qualitate,cũ onere illo, vel qualitate annexa tranſire, vt per Bart.conſ.180. Soc.in conſ.97.colu. 2. vol.1.Iaſ.conſ21. lib.1.Iacob.de ſancto Georgio in tract. feud. in verb. qui quidem inueſtiti.ideò realis ſeruitus,id-eſt, rei impoſita, ad quemcunq; res vadat, tranſit. Iaſ.in l.fin. ff.de nou. oper. nunc.

Quo verò ad priuilegium patri datũ ob numerum liberorum duodecim,illud durare etiam ipſis mortuis filijs, tenent Doct.in l.ſiquis decurio. C.de decurio. lib.10. Iaſ.in l. ſciendum. §.fin. ff. qui ſatiſda. cog. Rip.in Lex facto. ff.de vulg.& pupil.

DVBITATIO CXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Principis placito ſi fiat generalis confirmatio priuilegiorum, an & quando intelligantur confirmata priuilegia contra ius.*

2 *Epiſcopus ſi conceſſerit Vicario, vt poſſit omnia, quæ poteſt ipſe Epiſcopus excepta collatione beneficiorum, Vicarius tunc non poterit facere alia Epiſcopo reſeruata.*

3 *Diſpoſitio generalis comprehendit etiam perſonam & cauſam priuilegiatam.*

PRincipis placito ſi fiat generalis confirmatio priuilegiorum, an & quando intelligantur confirmata priuilegia contra ius. 1

Concluſio ſit, quod licet princeps, vel Papa in generali confirmatione priuilegiorum non intelligeret confirmare priuilegia contra ius, ſi tamen vnum contra ius exciperet, intelligeretur omnia alia priuilegia, quæ ſunt contra ius, confirmare,ad hoc vt excep-

Digitized by Google

ptio sit bona per text.in l.Tribunus.§.1. ff.de milit.testa.vt enim dicunt.Alex.& Iat.in l.fin. ff.quod quisque iuris, & in l. nummis vbi Iaf.col.3.ff.de in litem.iur. nisi talis exceptio operaretẽ inclusionẽ omnium casuum requirentiũ aliàs speciale mandatum sub regula, ipsa exceptio non esset de regula, vt esse debet, inutilisq; & superuacua rederetur,cùm tamẽ fieri debeat interpretatio,vt actus valeat, & verba aliquid operentẽ. l.quoties in stipulationibus. ff.de verb. oblig. l.si quando.ff.de leg.1.cum ibi nota. Cagnol.l.1.nu.38.ff.de reg.iur.

Quando verò expressa nominatim essent aliqua exigentia specialẽ expressionem, & esset inierta,vel subiecta generalis clausula,omnia iura,omnia cõprehenderẽtur, quia licet in generali concessione non veniant regalia,tamẽ si princeps aliqua ex eis nominatim concessisset, inde subiunxisset generalẽ clausulam, omnia iura, tunc veniunt etiam regalia, vt per Felyn.in c.quæ in ecclesiarum de constit. Spec.de feud.in tit.qui feud. dar. poss.col.2.

Hinc inferas,quod si Episcopus con-
2 cesserit Vicario, vt possit omnia, quæ ipse episcopus potest,excepta collatione beneficiorum, Vicarius tunc nõ poterit facere alia Episcopo reseruata Fel. in c.quoniam frequenter,vt lit.contest.

Inferas etiam, quòd dispositio gene-
3 ralis comprehendit etiam cautam priuilegiatam puta doris, vel personã priuilegiatam, puta,militem, & huiusmodi, vt per Dec.in l.1. & Cagnol.ibid.nu. 22.ff.de regul.iur. nisi sit priuilegiata in materia, de qua est sermo per text.in l. in fraudem.§.pen.& fin.ff.de testa.milit. quicquid dixerit. Iaf. in l. 1.in 3. notab. ff.solut.matr. hallucinatus ex dicto Salyc.in l.fin.C.de iur. dot.referente. Cagnol.loco prælegato.

DVBITATIO CXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Duæ personæ, vel causæ si reperiantur priuilegiatæ,an & quæ inter se prævaleant.*
2 *Diuersa priuilegia,quando concurrunt,attenditur illud,quòd est potentius.*
3 *Priuilegium prohibitiuum prævalet priuilegio permissiuo.*
4 *Negatiua regula magis negat,quàm affirmatiua affirmet.*
5 *Affirmatiua dispositio verificatur in primo actu secùs in negatiua.*
6 *Præcepta affirmatiua non tantum obligant quantum negatiua.*
7 *Duo iura contraria vbi concurrunt in eodem subiecto,attenditur,quòd est fauorabile.*
8 *Statuta duo in eodem volumine si sunt diuersa, & contraria seruandum est æquius, & iustius.*
9 *Priuilegium concessum alicui non debet taliter interpretari vt redundet in odium,vt tollatur aliud priuilegium scholares si debent tractari pro ciuibus intelligitur in fauorabilibus non in onerosis intellige vt ibi.*

PRincipis placito,vel legis dispo-
1 sitione si duæ personæ,vel causæ priuilegiatæ reperiantur, an & quæ inter se prævaleant.

In hac materia deseruient valdè quę describentur in dubitatione sequenti, vbi loquur de actore,& reo paupere.

Sed, quando diuersa priuilegia con-
2 currunt, attenditur illud, quòd est potentius,vt notat.Bald. per illum text. in l.verum.§.fi.ff.de mino.Bartol.in Auth. quas actiones col.2.C.de sacrof.eccles. Alex.cons.65.col.2.li.7.Dec.in l.si Ruffinus nu.13.C.de testam.mil.

Priuilegium verò vbi adsit prohibi-
3 tiuum, prævalebit priuilegio permissiuo, sicut etiam quando duæ regulæ concurrunt in eadem persona,quarum vna permittit,altera prohibet,prohibitiua attenditur.l.3.§.liberti.ff.de suspect. tut.quia regula prohibitiua inspicitur, &

Digitized by G

& prænalet, quia eſt magis ſpecialis, & generi per ſpeciem derogatur vt in regula generi de reg.iur. in 6. l. vxorem. §. ſeliciſſimo. ff. de ieg. 3.

Prout etiam dicitur de negatiua regula quæ magis negat, quàm affirmati-
4 ua affirmat, vt per gl. in c. cum dilectus de conſuet. & gloſſ. in l. hoc genus. ff. de cond. & dem. quæ dicit, quòd licèt diſpoſitio affirmatiua in primo actu veri-
5 ficet. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſign. ſecùs tamẽ eſt in negat ua, quæ in infinitam porrigitur. Cau. in d. l. hoc genus, & negatiua de proprietate ſermonis æquipollet vniuerſali licèt ſecùs ſit in affirmatiua, vt notant ſcrib. in l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi per gl. ibi. ff.
6 de pact. præceptaque negatiua magis præciſè obligant, quàm affirmatiua vt per Abb. in c. nouit de iudic.

Quando inſuper duo iura contraria concurrunt in eodem ſubiecto, atten-
7 ditur, quòd eſt fauorabilius. Bar. in trac. ad reprim. in verbo. non obſtantibus. Alex. in l. Titiæ textores. ff. deleg. 1.

Et quando ſtatuta in eodem volumine ſunt contraria, vel diuerſa, debet ſer uari illud, quòd æquius, & iuſtius vide-
8 tur, vt per Bald. in c. cum olim col. pen. verſ. & eſt argumentũ de conſuet. Alex. conſi. 85. li. 4.

9 Priuilegium verò conceſſum alicui non debet taliter interpretari, vt redũdet in odium, vt tollatur aliud priuilegium vt exemplificat. Bal. in d. l. ſi Ruffinus. C. de teſta. mil. quòd ſi ſcholares
10 debent tractari pro ciuibus, hoc intelligitur in fauorabilibus, & non in onerolis, ita quòd non derogetur priuilegijs aliàs ſcholaribus competentibus, quòd tamen intellige, niſi eſſent onera annexa ciuilitati ex natura rei, quà illa veniunt in conſequentiam, puta, in gabellis, in collectis, quæ ciuibus imponuntur vt notat. Bald. in l. quòd fauore in 7. oppoſit. C. de legi.

DVBITATIO CXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus, an vtatur priuilegio ſuo contra æquè pariter priuilegiatum firmatur regula negatiua quæ ampliatur, & declaratur. ibi.*
2 *Fiſcus ſi habeat priuilegium, vt ſibi fiat editio inſtrumentorum à reo tamen non edit inſtrumenta ſua alij fiſco.*
Aſinus etiam intumeſcit ubi videt ſe per cõparem apprehendi. ibid.
3 *Fiſcus concurrens cum dote priuilegium non habet, ſed vtitur iure communi.*
4 *Duo debitores ſi habent priuilegium immunitatis ab eorum creditoribus inter eos tamen non erit locus tali priuilegio.*
5 *Minor conuentus ab alio minore non poteſt priuilegio minoris ætatis.*
6 *Priuilegiatus in ſpecie præfertur priuilegiato in genere.*
7 *Priuilegiatus, quando poſsit vti priuilegio ſuo contra pariter priuilegiatum.*
8 *Priuilegiatus ſi ſit aliquis in caſu de quo quæritur vtitur priuilegio contra alium, qui ſi in eodem caſu eſſet, idem haberet priuilegium.*
9 *Iudex debet videre textus, & deciſiones nec ſuo marte iudicet, nec ambulet per argumenta, & rationes, quando habet caſum legis, & authoritates ex profeſſo quia ſententia continens manifeſtam iniuſtitiam, & notorium iuris errorem dicitur nulla, & debet retractari non obſtante ſtatuto, quòd nõ poſsit appellari, nec de nullitate dici. Aduenientia ad indices. ibid.*

1 PRincipis, ſuperioris, vel legis diſpoſitione priuilegiatus, an vtatur ſuo priuilegio contra æquè pariter priuilegiatum.

Regula ſit, quòd ſi priuilegiatus non vtitur ſuo priuilegio contra æquè pariter priuilegiatum ſcrib. in Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. Bal. in l. iubemus num. 1. C. ad Treb. Crott. conſi. 94. num. 7. Natt. conſi. 141. nu. 4. vol. 1. Ror. Perut. deciſ. 54. num. 8. in 1. part. veluti, quando actor, & reus eſſent minores,

vel pariter quomodolibet priuilegiati minor etenim, quando petit se restitui aduersus minorem, ecclesiam, vel aliã personam priuilegiatam, tunc vtique non vtitur priuilegio minoris, ita Cęphal. consil. 7. num. 16. & 17. lib. 1. Datur etiam exemplum in paupere petente ab eo qui à iure est priuilegiatus, vt nõ teneatur vltrà, quàm facere possit; sed in hoc exemplo de paupere est aduertendum, quòd actor pauper replicans de inopia obtinebit contra exceptionem inopiæ. Fel. in c. dilecti filij sub nu. 5. vers. ad exemplum de pari causa de excep. per tex. in l. sed & milites in prin. ff. de excus. tuto. & quia exaudiẽdo reũ pauperem, esset cooperire vnum altare alio detecto, contra tex. in c. cum causã de præben.

Aduertẽdum etiam in hac materia quòd est præferendus habens plura iura, vt dicitur in creditore qui habet duo iura, scilicet, actionem, & replicationẽ debitor verò solam exceptionem, ergò preferendus qui habet plura iura. §. 1. in auct. de consangu. & vterin. & sic hoc modo tollitur etiam regula in pari, qa non est par causa, refert Fel. d. c. dilecti alia exempla.

Illa propterea regula, quòd priuilegiatus non vtitur suo priuilegio contra æquè pariter priuilegiatum, est notandum, quòd procedit, quando ille, contra quem procedutur, est equaliter priuilegiatus in illomet casu de quo agitur, secùs si esset priuilegiatus generaliter, & in illomet casu specialiter nõ reperiretur priuilegiatus, quia tunc priuilegiatus vtitur suo priuilegio contra priuilegiatum quia in illo casu reus nõ dicitur priuilegiatus, sed reputatur, vt priuata persona, & ideò procedit regula, quando actor, & reus sunt pariter in casu, de quo agitur priuilegiati vt notant. Bartol. Baldus, & scrib. in Auth. quas actiones. Cod. de sacrosan. eccles. & quando vterque tractat de lucro captando, sed quando actor est priuilegiatus in specie, vel tractat de damnõ euitando, & reus est priuilegiatus in genere, vel tractat de lucro captando, tũc & semper priuilegiatus vtitur suo priuilegio contra priuilegiatum per text. in d. auth. quas actiones, & l. verum. §. pen. & §. fin. ff. de minor. & in l. si milites in prin. ff. de excus. tut. & in l. 1. C. si aduer. fiscum Alex. in l. siue apud. ff. de mino. Canon. in c. ad aures de præscrip. Hypoly. de Marsil. sing. 99. vbi etiam refert illud dictum Bal. quòd si mulier inops nondum consumato matrimonio ingreditur religionem, & repetit dotem datam marito, qui allegat se inopẽ, & dicit, se non teneri vltrà vires, quòd mulier auditur, quia tractat de damno euitando, & maritus de lucro captando; In simili pro regula firmamus, quòd si
2 fiscus habeat priuilegium, vt sibi fiat editio instrumentorum à reo. vt l. nec quicquam. ff. de eden. l. 2. §. diuus. ff. de iur. fisc. tamen non edit instrumẽta sua alij fisco, vt per Bal. in c. 1. vers. sed contra hoc immediatè extra de proba. vbi etiam subdit, quòd asinus intumescit, vbi videt se per comparem apprehendi, & est text. in l. 2. C. de priuile. fisc. vbi
3 fis. concurrens cum dote priuilegium non habet, sed vtitur iure communi, refert etiam Natt. consi. 141. nu. 4. lib. 1.

Hinc infertur, quòd si duo debitores habent priuilegium immunitatis ab eorum creditoribus, vt per aliquod tempus non possint cõueniri, inter eos
4 tamen non erit locus tali priuilegio, non obstante, quòd vnus tractat de dãno vitando, & alter, qui renuit soluere, tractat de lucro captando, vt exemplificat Borgn. Caualc. decis. 30. sub nu. 34. par. 1. vbi sub nu. 37. declarando regulã præmissam dicit, quòd minor conuentus ab alio minore non potest vti priui-
5 legio minoris ætatis, si in casu de quo agitur, non reperitur pariter priuilegiatus per tex. in d. l. verum. §. pen. & fin. ff. de mino. Corn. consi. 140. vol. 3. quia pri-
6 uilegiatus in specie præfertur priuilegiato

giato in genere,vt per D.præceptorem meum colen.mem.Menoch. consi.52. num.43.versi.ad hæc accedat vol.1. Cephal.consi.166.nu.5.& 6.vol.1. vbi dicit communem, quando tractat de damno vitando latè Tiraq. de priuileg. piæ causæ priuileg.26.verli. contrarium tamen.

Illa verò regula contraria,quòd priuilegiatus potest vti priuilegio suo cõtra pariter priuilegiatum, vt ponit Bal. 7
in l.2.C.de priuil. hic.& in auth. habita. C.ne fil.pro patr. & in auth.quas actiones.col.3.vbi Moder. C.de sacrof. eccl. & Fely.in c. in præsentia.col.12.versic. & quando iste articulus de probat. & Alex.consi.50.vol.5.

Procedit quando concurrit solum priuilegium vnius, restitutio enim datur ecclesiæ læsæ, vnde alia ecclesia, q̃ non est læsa in illo articulo non habet in eo priuilegium, secùs autem, quando priuilegium vtriusque cõcurrat in exercitio super eodem,tunc enim concussantur priuilegia, & vtuntur iure cõmuni, vt benè notat, & docet Abb. in c.auditis nu. 8.de restit.in integ.Dec. in c. in præsentia sub nu. 51. de probat. vbi in specie notat,quod quando alter 3
tantum sit priuilegiatus in casu de quo quæritur tunc vtitur priuilegio contra alium, qui si in eodem casu esset,idem haberet priuilegium.

Iudex ergo videat textus, & decisiones, quia sententia continens manifestam iniustitiam, & notorium iuris errorem, dicitur nulla, & debet retractari non obstante statuto, quòd non possit appellari, nec de nullitate dici, hæc refero vti admonit per Borgn. Cauale. sub num. 38.& seq.præcit.decis. 30.par. 1.pag.mihi 123. vt aduertat iudex ad superius declarata, vt intelligat pompositis iudex, qui si non videt textum, aut decisionem in terminis, & nõ vult credere, cùm tamen non deberet ire per argumenta, & rationes quando habet casum legis, & authoritates ex professo, sed iudicat suo marte, sciat, q̃ ille, qui non vult videre, non videt, & ob id rationem reddet in nouissimo die, & præcipuè ille iudex, q̃ vt faueat præcibus amicorum fundat se super consilijs, quæ tantum conueniunt ad causam quantum Iudæi cum Samaritanis, Bacchanalia cum diebus quadragesimalibus,dies cum nocte,& ius quæsitum cum iure quærendo, vt optimè admonet, & iudices redarguit Borgni. loco præcitato.

DVBITATIO CC.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium competens vni ex socijs,an possit alteri socio seu litis consorti in causa communi, quod possum per me possum per alium ibid.*

2 *Paria sunt esse tale per se, vel coniunctum cum alio.*

3 *Gabella solui debet integrè pro parte socij non priuilegiati.*

4 *Priuilegiatus concurrens in re indiuidua cũ priuilegiato gaudet priuilegio priuilegiati.*

5 *Gabellarum,& collectarum ratione non exemptus respectu bonorum communium concurrens cum exempto non gaudet priuilegio exempti,quia agitur de re diuidua.*

PRincipis,vel legis placitum, seu priuilegium competens vni ex 1
socijs,an prosit alteri socio, seu litis consorti in causa communi,& sic quæritur, an priuilegiatus concurrens cum non priuilegiato faciat non priuilegiatum gaudere beneficio suo, quod priuilegium competens vni ex socijs, vel litis consortibus competat cum alteri socio,vel litis consorti in causa communi, probatur per tex. vbi glo. mag.& Bar. in l. si communem in prin.ff.quemadm. seruit.amitt. & l.fi.C. de fruct.& lit.impen. signat Boer. decis. 300.num.1. vbi ponit priuilegiatum, & in totum exemptum à solutione vectigalis,

Google

vel pariter quomodolibet priuilegiati minor etenim, quando petit se restitui aduersus minorem, ecclesiam, vel aliã personam priuilegiatam, tunc vtique non vtitur priuilegio minoris, ita Cęphal. consil. 7. num. 16. & 17. lib. 1. Datur etiam exemplum in paupere petente ab eo qui à iure est priuilegiatus, vt nõ teneatur vltrà, quàm facere possit; sed in hoc exemplo de paupere est aduertendum, quòd actor pauper replicans de inopia obtinebit contra exceptionem inopiæ. Fel. in c. dilecti filij, sub nu. 5. vers. ad exemplum de pari causa de excep. per tex. in l. sed & milites in prin. ff. de excus. tuto. & quia exaudiẽdo reũ pauperem, esset cooperire vnum altare alio detecto, contra tex. in c. cum causã de præben.

Aduertẽdum etiam in hac materia quòd est præferendus habens plura iura, vt dicitur in creditore qui habet duo iura, scilicet, actionem, & replicationẽ debitor verò solam exceptionem, ergò preferendus qui habet plura iura. §. 1. in auct. de consangu. & vterin. & sic hoc modo tollitur etiam regula in pari, qa non est par causa, refert Fel. d. c. dilecti alia exempla.

Illa propterea regula, quòd priuilegiatus non vtitur suo priuilegio contra æquè pariter priuilegiatum, est notandum, quòd procedit, quando ille, contra quem proceditur, est equaliter priuilegiatus in illomet casu de quo agitur, secùs si esset priuilegiatus generaliter, & in illomet casu specialiter nõ reperiretur priuilegiatus, quia tunc priuilegiatus vtitur suo priuilegio contra priuilegiatum quia in illo casu reus nõ dicitur priuilegiatus, sed reputatur, vt priuata persona, & ideò procedit regula, quando actor, & reus sunt pariter in casu, de quo agitur priuilegiativt notant. Bartol. Baldus, & scrib. in Auth. quas actiones. Cod. de sacrosan. eccles. & quando vterque tractat de lucro captando, sed quando actor est priuilegiatus in specie, vel tractat de damnõ euitando, & reus est priuilegiatus in genere, vel tractat de lucro captando, tũc & semper priuilegiatus vtitur suo priuilegio contra priuilegiatum per text. in d. auth. quas actiones, & l. verum. §. pen. & §. fin. ff. de minor. & in l. si milites in prin. ff. de excus. tut. & in l. 1. C. si aduer. fiscum Alex. in l. siue apud. ff. de mino. Canon. in c. ad aures de præscrip. Hypoly. de Marsil. sing. 99. vbi etiam refert illud dictum Bal. quòd si mulier inops nondum consumato matrimonio ingreditur religionem, & repetit dotem datam marito, qui allegat se inopẽ, & dicit, se non teneri vltrà vires, quòd mulier auditur, quia tractat de damno euitando, & maritus de lucro captando; In simili pro regula firmamus, quòd si
2 fiscus habeat priuilegium, vt sibi fiat editio instrumentorum à reo. vt l. nec quicquam. ff. de eden. l. 2. §. diuus. ff. de iur. fisc. tamen non edit instrumẽta sua alij fisco, vt per Bal. in c. 1. vers. sed contra hoc immediatè extra de proba. vbi etiam subdit, quòd asinus intumescit, vbi videt se per comparem apprehendi, & est text. in l. 2. C. de priuile. fisc. vbi
3 fis. concurrens cum dote priuilegium non habet, sed vtitur iure communi, refert etiam Natt. consi. 141. nu. 4. lib. 1.

Hinc infertur, quòd si duo debitores habent priuilegium immunitatis ab eorum creditoribus, vt per aliquod tempus non possint cõueniri, inter eos
4 tamen non erit locus tali priuilegio, non obstante, quòd vnus tractat de dãno vitando, & alter, qui renuit soluere, tractat de lucro captando, vt exemplificat Borgn. Caualc. decis. 30. sub nu. 34. par. 1. vbi sub nu. 37. declarando regulã præmissam dicit, quòd minor conuentus ab alio minore non potest vti priui-
5 legio minoris ætatis, si in casu de quo agitur, non reperitur pariter priuilegiatus per tex. in d. l. verum. §. pen. & fin. ff. de mino. Corn. cons. 140. vol. 3. quia pri-
6 uilegiatus in specie præfertur priuilegiato

Digitized by Google

giato in genere,vt per D.præceptorem meum colen.mem.Menoch. consi.52. num.43.versi.ad hæc accedat vol.1. Cę phal.consi.166.nu.5.& 6.vol.1. vbi dicit communem, quando tractat de damno vitando latè Tiraq. de priuileg. piæ causæ priuileg.26.verti. contrarium tamen.

Illa verò regula contraria,quòd priuilegiatus potest vti priuilegio suo cõtra pariter priuilegiatum, vt ponit Bal. 7 in l.2.C.de priuil. hic.& in auth. habita. C.ne fil.pro patr. & in auth.quas actiones.col.3.vbi Moder. C.de sacrof. eccl. & Fely.in c. in præsentia.col.12.versic. & quando iste articulus de probat. & Alex.consi.50.vol.5.

Procedit quando concurrit solum priuilegium vnius, restitutio enim datur ecclesiæ læsæ, vnde alia ecclesia, q̃ non est læsa in illo articulo non habet in eo priuilegium, secùs autem, quando priuilegium vtriusque cõcurrat in exercitio super eodem,tunc enim concussantur priuilegia, & vtuntur iure cõmuni, vt benè notat, & docet Abb. * in c.auditis nu. 8.de restit.in integ.Dec. in c. in præsentia sub nu. 51. de probat. vbi in specie notat,quod quando alter 3 tantum sit priuilegiatus in casu de quo quæritur tunc vtitur priuilegio contra alium, qui si in eodem casu esset,idem haberet priuilegium.

9 Iudex ergo videat textus, & decisiones, quia sententia continens manifestam iniustitiam, & notorium iuris errorem, dicitur nulla, & debet retractari non obstante statuto, quòd non possit appellari, nec de nullitate dici, hæc refero vti admonit per Borgn. Cauale. sub num. 38.& seq.præcit.decis. 30.par. 1.pag.mihi 123. vt aduertat iudex ad superius declarata, vt intelligat pompositis iudex, qui si non videt textum, aut decisionem in terminis, & nõ vult credere, cùm tamen non deberet ire per argumenta, & rationes quando habet casum legis, & authoritates ex professo, sed iudicat suo marte, sciat, q̃ ille, qui non vult videre, non videt, & ob id rationem reddet in nouissimo die, & præcipuè ille iudex, q̃ vt faueat precibus amicorum fundat se super consilijs, quæ tantum conueniunt ad causam quantum Iudæi cum Samaritanis, Bacchanalia cum diebus quadragesimalibus,dies cum nocte,& ius quæsitum cum iure quærendo, vt optimè admonet, & iudices redarguit Borgni. loco præcitato.

DVBITATIO CC.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium competens vni ex socijs,an possit alteri socio seu litis consorti in causa communi, quod possum per me possum per alium ibid.*

2 *Paria sunt esse tale per se, vel coniunctum cum alio.*

3 *Gabella solui debet integrè pro parte socij non priuilegiati.*

4 *Priuilegiatus concurrens in re indiuidua cũ priuilegiato gaudet priuilegio priuilegiati.*

5 *Gabellarum,& collectarum ratione non exemptus respectu bonorum communium concurrens cum exempto non gaudet priuilegio exempti,quia agitur de re diuidua.*

1 PRincipis,vel legis placitum, seu priuilegium competens vni ex socijs,an prosit alteri socio, seu litis consorti in causa communi,& sic quæritur, an priuilegiatus concurrens cum non priuilegiato faciat non priuilegiatum gaudere beneficio suo, quod priuilegium competens vni ex socijs, vel litis consortibus competat cum alteri socio,vel litis consorti in causa communi, probatur per tex. vbi glo. mag.& Bar. in l. fi communem in prin.ff.quemadm. seruit.amitt. & l.fi.C. de fruct.& lit.impen. signat Boer. decis. 300.num.1. vbi ponit priuilegiatum, & in totum exemptum à soluuone vectigalis,

Google

galis,communicare ipso iure etiam pri uilegium illius pro parte socij quia pri uilegium alicui cõpetens prodest eius consocio, & consorti, vt not. etiã Castren.in d.l.fi.C.de fruct.& lit.impen.

Ideò restitutio in integrum competens minori, competet etiam maiori, fratri,vel socio, vel litis consorti in negotio,vel causa cõmuni, & minor ætas vnius ex socijs prodest aliis socijs, ne ius tollatur per præscriptionem ob indiuisibilitatẽ iuris indiuidui, & ob priuilegium ætatis. l. vn.C.si in comm. eademque caus.restit.postul. vbi Castren. num.3.& tunc intrat regula,quod non possum per me,possum per alium gl.in d.l.si communem in prin. & est text.in l.Aristo in fi.cum glo. & Bar. ff.quæ res pig.oblig.non poss.& ita de anno 1602. ante festa Natalitia ego Alphonsus obtinui in fauorem Dominorum fratrũ de Ricijs in Excellen. Senatu Montisferrati,referẽte per Illustri bonæ mem. D. Senatore Annibale Ceruto Mantuano.

Pro corroboratione præmissæ conclusionis, quòd non priuilegiati socij gaudent eodem priuilegio alterius socij priuilegiati allegatur Abb. in c. quã sit 1.notab.extra de Iudeis,& in c.quanto in 3.notab.de censib.Bal.in l.1.C. de vxo.mil. Alex.in l.lecta in glo.in verb. domo. ff.si cert. pet.& facit, quod dicitur de clerico & laico delinquentibus qui simul debent remitti ad iudicem Ecclesiasticum de iure communi, vt per Fely.in c placuit de præscript. quia
2 paria sunt esse tale per se, vel coniunctum cum alio,l.si autem.§.si flumen,& ibi Bal.not.ff.de aqu.pluu.arc.

Accedat, quod notat gl. in l. 1.§.dolum in verb.deseruiunt,ibi,item de eo quod faciũt mercatores. ff. de dolo vbi dicit mercatores,qui asserunt mercantias delatas esse suas, vel alterius priuilegiati,vt non teneantur soluere gabellam, & lex permittit mendacium propter quod non perdunt merces, quia lex talem permittit dolum vt in d.§.dolum notant Bal.& Ang.necnon & Doctor.in l.fi.§.is quis proteslius.ff.de publ. Bal. consi.411.vol.3.

In eo tamẽ, quod suprà dixi socium gaudere priuilegio & exemptione alterius socij priuilegiati, & exempti à solutione vectigalis, teneas contrarium
3 esse verius,quia pro parte socij non priuilegiati debet solui gabella integrè. arg.l.eos. ff.de aquæductu vbi Bart. & Docto. & ibi habes, quòd priuilegium habens ducẽdi aquam debet illam ducere secundum communem ducendi formam, aliàs perdit nõ solum ius suũ, sed etiam punitur, quia fraudandi animo feciss videtur, vnde priuilegium meretur amittere, qui contra formam iuris scripti,vel non scripti,eo abutitur l. Iudæos. C. de Iudæis veritas ergo est, quòd solum pro parte socij non priuilegiati solui debet gabella, vt sentit Bal.in l.3.in 4.notab. & ibi Salyce.C.de naut.fœno. dumtamen veritatem,& nõ in fraudem dicat in transitu, vide relata per Boer. d.decis.300. vbi etiam tangit,quòd rem communem portans nõ soluendo gabellam pro parte socij inscij non facit incidere in commissum, sed solum partem ipsius fraudantis.

4 Stet igitur firma conclusio,quòd nõ priuilegiatus concurrens in re indiuidua cum priuilegiato gaudet priuilegio priuilegiati,Innoc. in c. ad audientiam de præscrip. Ias.in l. mater nu. 10. C. de inoff.testa. & in l. emãcipati.C.de collat.quod facit ad multa priuilegia concessa ecclesijs, & minoribus, quæ prosunt etiam non priuilegiatis cum illis incurrentibus, vt in præscriptionibus, & restitutione in integrum,& similibus indiuiduis Villalob. suis commu. opin.in verb.restitutio nu.12.

In gabellis, & collectis autem respectu bonorum communium nõ exemptus concurrens cũ exempto, non gauderet priuilegio exempti, quia agitur de re tunc diuidua,& nõ de indiuidua,

vt

vt etiam distinguit referendo Borgn. Caual. in tract. de vsufr. mul. relict. c. 9. sub nu. 164. ibi, & non priuilegiatus.

DVBITATIO CCI.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium vnum, an operetur annullationem alterius debitè competentis.*
2 *Statutum disponens, quòd scholares tractentur pro ciuibus qualiter intelligatur.*
3 *Doctoratus dignitas non amittitur per exercitium Notariatus.*
4 *Notariorum officium etsi interdictum sit decurionibus, etsi infamis possit esse Tabellio, est nobile & honorabile, nec infamis potest illud exercere.*
5 *An seu officium dicitur nobile, vel ignobile ex loci consuetudine, & hominum opinione.*

1 PRincipis, vel legis priuilegium vnum, an operetur annullationem alterius debitè competentis, ideò differendū erit de Doctore exercente officium Notariatus, an amittat priuilegium datum aduocatis, & an officium Notarij sit nobile, vel vile, hac occasione tangetur.

Priuilegium ideò, vt est matriculæ, vel huiusmodi alicui concessum non debet taliter interpretari, vt per illud tollatur aliud priuilegium ei debitè competens, vt per Bal. Ang. & Alex. in l. si Ruffinus. C. de testam. milit. quos refert Bernard. Diaz in regu. 596. in verb. priuilegium, ex quo inferunt Docto. in
2 d. l. si Ruffinus, q̃ statutum disponens, quòd scholares tractentur pro ciuibus, debet intelligi, quoad commodum, nō quoad damnum, & quatenus per statutum aliquid plus competeret ciuibus, quã scholaribus, non per hoc perdunt alia priuilegia indulta scholaribus. & quia de hac dubitatione, eiusque resolutione latis exarauimus sub dubitatione 69. ideò non vltrà insistemus duntaxat superaddimus infrà dicenda ad demonstrandum priuilegium Doctoratus, & quamcunque aliam huiusmodi
3 dignitatem, Doctores puta, exercentes artem Notariorum, non amitti, & consequenter posse Doctores huiusmodi vti tali priuilegio, & alia facere, quæ cō sueti sunt facere, & de iure respondere, quia non videntur renuntiasse priuilegio eorum Doctoratus, cùm sint separabilia & compatibilia, vt refert ex aliorum traditis Borgn. Caual. decis. 41. nu. 20. pag. mihi 159. 1. part.

4 Nec est dicendum, quòd officiū Notariorum sit vile, & infame, & ideò interdictum decurionibus. l. siquis procuratorem, & l. vniuersos. C. de decurio. lib. 10. cū infamis possit esse Notarius, & sic Tabellio, vt censuit Bart. in l. 1. C. de mand. prin. Crau. consi. 163. num. 1. & Abb. in c. sicut col. 3. ne cler. vel mon. quia non est verum, quòd officium Tabellionis sit vile, & infame, imò est nobile & honorabile, cū repræsentet personam publicam, & ei tanta fides adhibeatur propter quod infamis non potest ad talem matriculam peruenire, nec huiusmodi artem exercere, vt probatur ex glo. in l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infam. in verb. sacramento. Abb. & Fely. in c. cum dilectus de fid. instr. & in c. fraternitatis de hæret. latissimè Didac. in sua pract. quæstio. cap. 19. sub nu. 4. & seq. & ideò non potest dici artem vilē exercere, quia ex loci consuetudine, & hominorum opinione ars, seu officiū aliquod dicitur nobile, & ignobile, Alciat. in l. mercis. ff. de verb. sign. & in tracta. de præsump. reg. 1. præsump. 58. nu. 12. vers. hodie tamen, Cephal. consi. 71. vol. 4. Bar. in l. 1. C. de dign. sub num. 57. lib. 12. illud enim officiū, seu ille actus annexam habet dignitatem, seu nobilitatem, quam in vniuersitate illa, vbi de hoc agitur, homines opinantur refert & sequitur Beneuen. de mercat. part. 2. nu. 17. versi. item quæritur Cephal. cōsi. 111. vol. 4. ibi loquitur in chirurgo, stante statuto, quòd non possit quis admitt

in

in collegio, qui non ſit natus ex patre nobili.

Sed de hac materia, & d officio procuratoris ſupplere intendimus in §. reſponſa prudentum in propoſito dignitatis Doctoreæ.

DVBITATIO CCII.

SVMMARIVM.

1 *Reus priuilegiatus ſi in actis exigendis debet ſoluere ſolum medietatem mercedis, & ſit condemnatus in expenſis, an teneatur ſoluere niſi tantùm quantum ipſe expendiſſet in illis actis licet actor non ſit priuilegiatus.*

2 *Priuilegiatus vt ſeruetur æqualitas non poterit taxare, an ſi non eſſet priuilegiatus.*

3 *Expenſæ debentur officio iudicis.*

4 *Expenſæ litis ſunt perſonales, & quando ſunt plures litis cõſortes quilibet tenetur ſolum pro ſua rata.*

5 *Reus non debet damnari in expenſis, quando actor obtinuit per vnum teſtem, & iuramentũ ſuppletiuum.*

6 *Expenſarum à taxatione appellare non poteſt, ſed tantum ab exceſſu.*

7 *Reus non tenetur reficere expenſas inſtrumentorum leuatorum, & ſcripturarum ante litem motam extractarum, quando reus offert ſe paratum ſoluere, & non contendere.*

8 *Iudex non condemnans condemnandum in expenſis facit litem ſuam, & tenetur reficere de ſuo, etiamſi fuerit appellatum per partem.*

9 *Expenſæ ſolum iuſtæ, & legitimæ, & non ſuperfluæ quas expendit victor pluſquam de iure debebat, ſunt reſtituendæ, vbi agitur de reſtitutione earundem.*

10 *Expenſæ tantum præteritæ, & factæ non fiendæ veniunt in condemnatione expenſarum.*

11 *Expenſarum in taxatione, quæ debeant concurrere, ne taxatio ſit nulla.*

1 PRincipis placito audio perſæpè priuilegiatos milites in ſolutione mercedis actorũ, ideò, quæro, an reus priuilegiatus ſi in actis exigẽdis debet ſoluere ſolum medietatem mercedis, & ſit condemnatus in expenſis, teneatur ſoluere, niſi tantum, quantum ipſe expediſſet in illis actis licèt actor non ſit priuilegiatus, & quid dicendum ſi actor eſſet etiã priuilegiatus laconicè hunc articulũ reſoluunt Doctores, quòd ſi priuilegiatus reus non ſolueret niſi medietatem mercedis ſcripturarum, actor ſolũ medietatẽ ſoluere tenetur, etſi ſoluit plus, ibi imputet, & reus nõ erit obligatus illud plus ſoluere, & ita dictat ratio æqualitatis ſeruãdæ refert. Borg. Caual deciſ. 15. num. 27. pag. mihi 65. in 1. part. Ferant. Gargia. Patroci. 81. nu. 8. Rom. cõſi. 246. nu. 9. & priuilegiatus, vt ſeruetur æqualitas, nõ poterit taxare, ac ſi nõ eſſet priuilegiatus. Borgn. loco præcita. vbi nu. ſeq. ait, quòd etſi fuerit renunciatũ liti, aut factum accordium ſuper re principati, tamen expenſæ poterunt peti tanquam diuerſæ à cauſa principali, & qũ ſunt promiſſæ in contractu aliquo ſemper debentur, etiamſi reus haberet iuſtam cauſam litigandi. Rol. cõſ. 62. vol. 4. imò ſi à iudice fuiſſet victus abſolutus ab expenſis, poſſet victor poſteà iura actionis illas petere, quia ſolum intelligeretur abſoluiſſe ab expenſis, quæ 3 debentur officio iudicis Hippol. ſingul. 237. Natt. conſ. 232. vol. 1. Rol. d. conſil. 62. quòd videtur ſecùs, ſi ſtatutum diceret, quòd victus victori in expenſis damnetur, nam licèt ſecundum communem opinionem debeat tunc in expenſis damnari, etiam quòd habeat iuſtam cauſam litigandi, tamen contraria opinio videtur magis æqua, & magis communis, vt per Rot. Peruſ. deciſ. 52. in 1. part. & ſi fuerit abſolutus nõ poterat illas petere actione ex ſtatuto, ſecùs ſi fuerit abſolutus, nec condemnatus Myſing. centur. 3. obſerua. 91. & quãdo ſunt plures litis conſortes, cum expenſæ litis ſint perſonales, quilibet tenetur ſolum pro ſua rata, Modern. Pariſ. in conſuetud. Pariſ. §. 11. num. 27. col. 4. pag. mihi 145. 4

Et

Et aduertendum, quòd reus non de-
5 beat in expensis condemnari, quando actor obtinuit per vnum testem, & iuramentum suppletiuum Hyppol. sing. 485. & quando in vno capite obtinuit, quia plenè probauit, & in alio, quia iurauit. Alex. in l. properandum. §. alterutra. C. de iudic.

Notandum etiam, quòd à taxatione
6 expensarum appellari non potest, sed tantum ab excessu. Rom. sing. 85. Franc. Marc. decis. 388. num. 5. in 1. part. Rom. cons. 357. & seq.

Et reus non tenetur reficere expensas instrumentorum leuatorum, & scri-
7 pturarum ante litem motam extractarum, quando reus offert se paratum soluere, & non contendere; Dec. in l. qui in alterius num. 7. & ibid. Cagnol. num. 21. & seq. ff. de reg. iur. Rom. sing. 401. & seq. Felyn. in c. nouit in fin. de iudi. vbi Abb. num. 62.

Iudex verò non condemnãs condẽnandum in expensis facit litem suam, & tenetur reficere de suo, etiamsi fuerit
8 appellatum per partem. Pract. Papiẽ. in form. act. real. in gl. & in expensis nu. 8. vers. sed quid si iudex. Franc. Marc. dec. 58. in 1. part.

Quando autem ageretur de restituẽdis expensis, solum tunc restitui debẽt
9 iustæ, & legitimæ, & nõ superfluæ quas expendit victor plus quam de iure debebat, Bal. in l. 1. ff. vbi pup. educ. poss. & quæ dicantur iustæ, moderatæ, & legitimæ not. Corn. cons. 301. sub num. 11. vol. 3. Guid. Pap. singul. 388. Alex. cons. 77. num. 8. vol. 4. Cagnol. d. l. qui in alterius nu. 24. & seq. ff. de reg. iur. & in condemnatione expensarum veniunt so-
10 lum præteritæ, & non fiendæ: quia intelligitur solum de preteritis, & presentibus non de futuris, & fiendis Boer. cons. 27. & in taxatione expensarũ tria debent concurrere aliàs taxatio est nulla, primò lista producta, iudex taxat illas, & reducit ad summam sibi honestã, & verisimilem: secundò iurabit victor se tantum expendisse, tertiò iudex post iuramentum condemnat reum in dictis expensis executiuè soluẽdis: ita inquit. Alex. cons. 37. num. 29. vol. 2. Did. pract. quæst. capi. 27. nu. 6. D. præceptor meus Menoch. de arbitr. casu 208. in 1. exemplo.

DVBITATIO CCIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, seu priuilegium superioris, an cursu temporis possit probari.*
2 *Lege humana, quòd fieri potest, fieri etiam potest consuetudine.*
3 *Quicquid potest induci priuilegio, potest, & induci consuetudine immemoriali.*
4 *Possessio, & consuetudo immemorialis habet vim priuilegij.*
5 *Tempus longum, an operetur idem quod priuilegium. declara, vt ibi.*
6 *Papa potest per priuilegium concedere laico capacitatem spiritualium.*

PRincipis placitum, vel etiam cuiuslibet superioris priuilegium, an cursu temporis possit probari, & an tempus lõgum operetur idem, quod priuilegiũ?

Priuilegium imò, & titulum præsumptiuè probari per consuetudinem im-
1 memorialem, quæ pariter habet vim priuilegij probat tex. in l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & est. & c. super quibusdam cum ibi notatis per Doct. de verb. sign. illud enim præsumitur, & censetur probatum, si allegetur per possessionem temporis, de cuius initio nõ est memoria, vt in præcitatis iuribus, & quia nullus Canon, nec textus videtur inueniri, qui huiusmodi possessionẽ immemorialem, & priuilegium ex ea præsumptum tollat, & antiqua non cẽsentur sublata, nisi id monstrẽtur. l. præcipimus. C. de appell. quod enim potest
2 fieri lege humana, potest etiam fieri consuetudine. l. de quibus. ff. de legib. &

Digitized by Google

c.fin. de consuetud. & quicquid potest induci priuilegio, potest induci con-
3 suetudine immemoriali d.l.hoc iure.§. ductus aquæ. & d.c.super quibusdam.§. præterea. imò etiam cõsuetudine minori induci posset, vt quis inuitus cogatur rem suam vendere. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædio. quem tex.ad hoc commendarunt pro singul. Fely. & alij in c.quæ in ecclesiarum nu. 27.de constit.possessio igitur, & cõsuetudo immemorialis habet vim priuile-
4 gij, ita quòd qui allegaret aliquid sibi competere priuilegio Papæ, ad quod probadum literas apostolicas non haberet, probando consuetudinem immemorialem, probaret titulum, & priuilegium à se allegatum secũdum omnes p tex.in d.§.ductus aquæ, & d.§.præterea; vt respondit doctissimus Nauar. cons.11.nu.3.& 4. de regular.lib.5.

Quoad alterum dubium resoluendum, teneamus, quòd curtus tanti tẽ-
5 poris, cuius initij memoria non extat, operatur idem quod priuilegiũ d.§.præterea, & licet hoc sit verum, fallit tamẽ quando præscribens est incapax. Abb. in c.causam de præscript.& in c. quanto in 1.notab. de consuet.& in c. nouit de iud. Bal.in l. omnes in fin. C.de præscript.30.ann.Hypopl.sing.80.

Sed licèt ecclesia præscribat, puta, alienas decimas cum titulo, vel solo tẽpore, cuius initij non extet memoria, vt ex iuribus præcitatis, nõ tamen præscribit laicus, quia illud tempus nõ potest facere illum capacem, nisi cum possessione tanti temporis concurrat fama priuilegij, quia ob difficultatem probandi rem adeo antiquam, ne pereat ius partis, præsumitur pro priuilegio, & non solum tempus hoc inducit, sed p̃sumptio priuilegij probata diuturnitate famæ. Bald.in c.cũ apostolica de his, quæ fiunt à prælat. Felyn.in d.c.causam num.3. de præscript. vbi vult etiam intelligi dictũ de laico, nisi sint decimæ, de quibus laicus est inuestitus ante cõcilium de quo in gl. ibid. nam alius laicus potest eas contra ipsum præscribere, quia cum ille inuestitus possit de eis pacisci, potest etiam ius eorum præscriptione commune amittere.

Et licèt hoc videatur mirum, vt dicit Felyn.d.c.causam num.4. quòd capacitas inducta in illo sit in alium transmissibilis contra text.in c.petisti 7. q.1.& c. sanè de priuil. Tamẽ quia spiritualitas annexa rei erat ante concilium apta cadere in laicum ex concessione Episcopi, ideò etiam post concilium retinet illam aptitudinem non solum ipso primitus inuestito, sed etiã in alio arg. l.pater filium.§.quindecim.ff.de leg.3.

Quòd Papa deinde possit per priui-
6 legium concedere laico capacitatem spiritualium firmat. Abb. d. c. causam de præscript. & Fely. ibi nu.6. cum alijs per eum ibi citatis.

DVBITATIO CCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Dignitatis priuilegium, an duret finita dignitate. & num.10.*

2 *Clericus etiam degradatus non potest percutiẽs, & percutiens incidit in canonem.*

3 *Consiliarius qui fuit etsi nunc non sit, non potest torqueri in memoriam pristinæ dignitatis.*

4 *Tortura vbi non tenet, nec teneret confessio debitè facta in tormentis.*

5 *Memoria præcedentis dignitatis, vel officij multum solet operari.*

6 *Honorandus est, qui in memoriam præcedẽtis dignitatis, & officij.*

7 *Prætor, vel Abbas, qui fuit semel, & depositus officium sine culpa, obtinet primum locum in choro, & conuentu post Abbatem in sedendo, vel incedendo post prætorem, seu in choro post Abbatem. Idem dicitur de eo qui semel fuit Ambasciator ibid.*

8 *Infamia remanet apud infamem extincta causa infamiæ.*

9 *Iudæus vbi non potest esse testis contra Chri-*

stianum

flianum, non poterit etiam eſſe teſtis ſi efficiatur Chriſtianus, ſcilicet, poſt baptiſmũ.

11 *Periurus etiam poſt peractam pœnitentiam nõ poterit eſſe teſtis ſicut, nec antea poterat.*

12 *Inimicus etiam poſt reconciliationem non poteſt eſſe teſtis contra illum cum quo habebat inimicitiam.*

PRincipis placito vbi dignitas conferatur, an priuilegium illius dignitatis duret finita dignitate. & an qui ſemel fuit præ. tor, vel Abbas, & depoſuit officium ſine culpa, obtinere debeat locum antiquum in ſedendo, vel incedendo.

Priuilegium dignitatis durare finita dignitate firmat. Bal. in c. ſedes apoſtolica de reſcr. vbi etiam. Innoc. & gl. in c. accedens 50. diſt. quæ ait, quòd etſi clericus ſit degradatus non tamen poteſt percuti, & percutiẽs eum incidit in canonem allegat text. in l. vnius. §. ſeruus. ff de quæſt. & c. oſtenditur de conſecr. diſt. 4. gl. in c. dictum 81. diſt. facit etiam text. in l. fin. in verſ. non eſſe torquendũ in memoriam priſtinæ dignitatis. ff. de decurio. vbi ille, qui fuit conſiliarius, licèt nunc non ſit, non poteſt torqueri in memoriam priſtinæ dignitatis, & ſic non tenet tortura, ita nec teneret confeſſio delicta facta in tormentis, ſeu tortura, vt per Hyppol. ſingul. 107. & ſingul. 179. & faciunt, quæ notat idem Hyppol. Marſil. in pract. crim. §. quoniã num. 42. & 43. vbi legitur, quòd non tenet confeſſio facta in tortura indebitè illata, vel reſcripta, & minùs valere omnia inde ſecuta poſt talem illicitã torturam num. 43.

Memoria propterea præcedentis officij, & dignitatis multum ſolet operari vt per Ial. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus num. 27. ff. de verb. obl. Pancirol. conſi. 119. num. 35. vbi firmat, quòd honorandus eſt quis in memoriam præcedentis dignitatis, & officij, & adhuc durat memoria prioris dominij, & ſic adhuc durant reliquiæ primæ dignitatis.

Hinc eſt, quòd qui ſemèl fuit prætor, vel Abbas, & depoſuit officium ſine culpa, obtinet primum locum in choro, & conuentu poſt Abbatem, in ſedẽdo, vel incedendo poſt prætorem, ſeu in choro poſt Abbatem, in memoriã tandem priſtinæ dignitatis, & qui ſemèl fuit legatus, ſeu Ambaſciator, sẽper ei debetur reuerentia in memoriã priſtinæ legationis hæc per Ial. in d. §. Chryſogonus num. 26. & 27. vbi præciuè ſub d. nu. 26. verſ. ſed iſtis non obſtantibus teſtatur de communi opinione pag. mihi. 173. hæc vbi contingat in medicum adducere in inceſſu, animo malè affecti, & nimia philautia capti iuxta admittere.

Inſuper notandum eſt, quòd contrariorum eadem eſt diſciplina, ideò idẽ dicimus de infamia quæ vtique remanet apud infamen extincta cauſa infamiæ, hincque dicit textus, & gloſſa. valdè notabilis, quòd Iudæus in caſu quo non eſſe poteſt teſtis contra Chriſtianum, non poterit, etiam eſſe teſtis ſi efficiatur Chriſtianus, & ſic poſt baptiſmum gl. in quam, & text. eſt notab. in c. conſtituit 17. q 4. quem text. cum gl. pro ſingul. allegat. Rom. ſingu. 697. Fely. in c. eam te col. 9. de reſcr. circa fi. Ita ergò eſt à contrario, ſicut infamia non extinguitur extincta cauſa infamiæ, ita priuilegium dignitatis non finitur finita dignitate.

Exinde infertur, quòd periurus etiã poſt peractam pœnitentiam non poterit eſſe teſtis, ſicut nec antea poterat, gl. in l. qui cum vno. §. ignominia. ff. de re milit. quam gl. allegat. Bal. ſignandam in l. Lucius in fi. ff. de infam.

In ſimili dicimus, quòd inimicus etiã poſt pacem, ſeu reconciliationem nõ poteſt eſſe teſtis contra illum cum quo habebat inimicitiam adhoc allegatur tex. in c. accuſatores il 1. 3. q. 5.

In hac materia videndus est. Fely. in c.cum sit in prin.de Iudæis,& in c. cum contingat in finalibus verbis de sent. excomm.Hyppol.sing.35. in prin.

DVBITATIO CCV.

SVMMARIVM.

1 *Vicerector, an debeat gaudere eisdem priuilegijs,& præminentijs Rectoris num. 3.*
2 *Minor substitutus maiori sedebit in loco maioris.*
4 *Viuiales sunt qui pro responsione vt plurimũ solutionem allegant, ita est consuetum, cum scire debeant, quod consuetudo modò alba, modò nigra.*
5 *Artem exercens per substitutum, an gaudeat priuilegio artis.*
6 *Doctor, vt habeat salarium debet legere per se,& non per substitutum.*
7 *Impeditus potest seruire per substitutum, & gaudebit priuilegio artis.*

PRincipis placito priuilegiati, imperialique diplomate ornati sunt, Rectores Academiarum publicarum potissimum Ticinensium,& Taurinensium aliarumque ciuitatum modo quæritur, an Vicerector debeat gaudere eisdem priuilegijs,& preeminentijs Rectoris,& an priuilegio artis, vel collegij gaudeat exercens artem per substitutum?

Deuenio ad primum dubium, quòd
1 propositum fuisse reperio per Bart.in l. filius.ff.delegatio. & dicendum est vicerector gaudet eisdem præminentijs,& priuilegijs quibus Rector per text. in c. præcipimus 93.dist. Abb.in c.cum olim 1.notab.de off.deleg.vbi Fely. sequitur. Alex.in Rub.ff.de off.eius col.antepen.
2 minor etenim qui substituitur maiori, sedebit in loco maioris,sequitur. Abb. & Dec.in c.sanè ibi 2. de off. ord.Abb.& Fely.in c.mandata in prin.de presump. Fely.in Rub.de maio.& obed.

Intellige tamen, quando illud priuilegium, vel præeminentia debetur ratione alicuius qualitatis,quæ equaliter residet in Vicerectore, sicut in Rectore,secùs si æqualiternon residet,vt pulchrè distinguit.Alcia.in rub.de off.ord. column. 8.

Hac ergò doctrina est iudicandum, non autem respondendum est, vt solẽt triuiales qui pro responsione vt plurimum solutionem allegant, ità est con-
4 suetum, cùm tamen scire debeant, qđ consuetudo modò alba, modò nigra, vt dicit.Hostien.in princ. suæ summæ, & ita docet.Rom.sing.367.

An verò exercens artem per substitutum gaudeat priuilegio artis, quidam
5 citant.Bar.in Rub.C.de nauicul. lib. 11. quòd sic,sed meliùs facerent adhoc allegare in contrarium text. singularem in l.fi.circ. prin.ff.de excut.tut.videmus etenim, quod Doctor adhoc vt habeat salarium debet legere per se,& non per
6 substitutum,vt per Bal. in d. l. fi.per illũ tex.in vers.per semetipsum. ff. de excus. tut.& allegat.gloss.in l.1.C. man. & col. lib. 11.

Et idem dicit.Bal.& Salyc. in l. 1. §. vt autem.C.de cad.toll. per illum text. de qua materia vidẽdus est.Bar.in l.nemo. ff. de duobus reis Canonistæ in c. 1. de summ.Trin.& fid.Cath.

Imò etiam hoc in mercatore per illum tex.in d.l.fi.dicũt.Ias.& alij in l.scriniarios num.8.C.de testa. mil.vbi Dec. col.fin.dicit hoc iudicandum ex subiecta materia.

Quando tamen ex causa quis esset
7 impeditus potest seruire p substitutũ, & illo gaudebit priuilegio artis, vt per Bal.d.l.fi.ff.de excus.tut.Alex.in l. diem functo num.23.& ibi Dec. col.penul.& ibi per alios.ff.de off.assess.

DVBITATIO CCVI.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio principis, vel legis dignitati concesso.*

Digitized by Google

tesso, an possit renuntiari.

2 *Egregia persona dicitur episcopus Cardinalis, & quilibet in dignitate constitutus.*

3 *L. ad ergregias. ff. de iureiu. habet etiam locũ locum in paupere cui verecundia est domum exire.*

4 *Immunitatis à solutione vectigalium priuilegium alicui concessum, an censeatur renuntiatum, vel an amittatur, si postea per certum tempus vectigalia ab eo non fuerint soluta.*

PRincipis placito seu legis priuilegio concesso dignitati, & nõ personæ, an renuntiari possit, & an priuilegium immunitatis à solutione vectigalium alicui concessũ, censeatur renuntiatum, vel amittatur, si postea per certum tempus vectigalia ab eo fuerint soluta?

Priuilegio dignitati concesso renũ-
1 ciari non potest, vt est casus in cap. 2. de iudic. in 6. do exemplum, egregia persona qualis est episcopus, Cardinalis, & quilibet in dignitate constitutus nõ
2 potest renunciare textui in l. ad egregias. ff. de iureiur. ea ratione, quia illud priuilegium concessum est dignitati non personæ, & signat. Felyn. in c. si qui testium col. antepen. de testibus ex notatis per Bal. & Ang. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. & notant Moderni scrib. in d. l. alia, & in l. pen. C. de pact.

Et certè illa l. ad egregias habet etiã
3 locum in paupere cui est verecundia domum exire, præcipuè si esset nobilis, & pauper gl. in d. c. si qui testium de testib. & l. inuit. vbi gl. magna. ff. de testib. facit tex. in l. in eadem in fin. ff. ex quib. cau. maio. per quem text. videndus est. Bar. in eius notatis in l. pecuniæ in fi. ff. de adim. lega. & in l. si fideiussor. in fin. ff. de fideiuss. quæ tamen limitatio, & declaratio non placet. Fely. in d. c. siqui testium col. 3. vers. gloss. fi. de testib.

Alterum dubium soluitur hoc me-
4 thodo, & dicas, quòd priuilegium immunitatis à solutione vectigalium alicui concessum non amittitur, si postea per tres annos vectigalia ab eo fuerint soluta: quia ille actus recipit iterationẽ, vnde requiritur spatium 30. vel 40. annorum iuxta not. in c. accedentibus de præscript. refert etiam. Ant. Corse. sing. in verbo. priuilegium. Tertium vbi etiã subdit, quòd siquis habet immunitatẽ à datijs, & à collectis, si describatur in libro communis, vt soluat ynam cum alijs, & non appellet infrà tempus debitum postquàm hoc sciuit, non poterit postea se iuuare priuilegio suæ immunitatis. l. 1. §. siquis tutor. ff. quando appell. sit.

DVBITATIO CCVII.

SVMMARIVM.

1 *Principis placito si concessum sit priuilegium mihi, & omnibus descendentibus meis masculis, & fœminis, an descendentes per lineam femininam si sint viduæ, gaudeant priuilegio, & nu. 5.*

2 *Vidua fungitur priuilegio mariti quousque sit maritata.*

3 *Principis priuilegium concessum motu proprio valet.*

4 *Obligatus cohorti ex priuilegio principis motu proprio concesso ad aliam dignitatem non aspirabit, & carebit priuilegio cohortalis militiæ.*

6 *Officium vnum habens non debet habere nec accipere aliud.*

PRincipis placito si concessum mihi, & omnibus meis descendentibus masculis & fœminis sit priuilegium, an descendentes per lineam fœmininã, si sint viduæ, priuilegio gaudeãt, & an priuilegium motu proprio principis concessum valeat?

1 Si priuilegium concedatur mihi, & omnibus meis descendentibus masculis, & fœminis, quòd descendentes per lineam fœmininam ita sortiuntur priuile-

uilegium, si sunt viduæ, nō autem si ad maritum conuolauerint, ea probatur rationem, quia postquam virum assumunt, in totum in aliū dicunt se transferre, & statutum suum mutare, nā mulier vidua fungitur priuilegio mariti,
2 quousque sit maritata, & per hoc dicto adducitur tex. in l. quoties. C. de priuil. schola. lib. 12. quem ad hoc Bart. ibi reputat sing. & pro ratione facit d. l. quoties & tex. in l. filia. §. vidua. ff. ad munic. & Bar. in l. mulieres. C de dignit. lib. 12. vbi notat de hoc, & refert sequendo Consel. singu. in verb. priuilegium primum.

3 Principis verò priuilegiū motu proprio concessum valet, & tenet, casum habemus in c. si motu proprio de præben. in 6.

Si tamen aliquis esset obligatus cohorti ex priuilegio principis concesso motu proprio, ad aliam dignitatem nō
4 aspirabit, & carebit effectu priuilegij, & commodum cohortalis militiæ non habebit per tex. in l. quisquis. C de cohorta. princ. & ibi Bar. dicit notabilem casum in quo priuilegiū principis concessum motu proprio est nullius mo-
5 menti, licèt regulariter sit contra per tex. in d. c. si motu proprio, & dicit ibi esse casum expressum, quòd si statutū dicat, quòd habens vnum officium nō debet habere, nec accipere aliud, quòd si accipiat, ille talis acceptans carebit
6 officio acceptato, & eius effectu, & etiā punitur in hoc, quia non debebit habere stipendium primi officij, nec etiam eius priuilegium, & per hoc optime facit, quod legitur & notatur in c. de multa de præben. cum similibus.

DVBITATIO CCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium violans, seu infringens, an puniatur.*
2 *Præsentatio priuilegij facta iudici incompetenti facit præsumi illud surreptitium.*
3 *Priuilegium concessum motu proprio in causa agitanda non extenditur ad aduersarium, declara vt ibi.*

PRincipis placitum, seu priuilegium alterius infringēs, seu violans, an puniatur, & an priuilegij præsentatio facta iudici incompetenti reddat illud surreptitium, & an priuilegium mihi concessum nō motu proprio principis in causa agitāda extendatur ad aduersarium?

1 Violans, seu infringens priuilegia alterius debet priuari omnibus proprijs priuilegijs, siquæ habet, vt est casus notab. in c. dilecti filij de priuil. ad instar gabellariorum, qui faciunt scholares, soluere cōtra eorum priuilegia. Rom sing. 702.

2 Priuilegij autem præsentatio facta iudici incompetenti facit præsumi illud surreptitium casus est singularis in l. siquis per diuinam iunct. gl. in versic. elicitum l. de aquęduct. lib. 11. idemque dicendum est in publicatione testamēti, ac insinuatione facta coram incompetenti. l. testamenta. l. consulta diualia C. de testam.

3 Priuilegium verò mihi concessum, motu proprio principis in causa agitāda non extenditur ad aduersarium, si illud concernatur decisoria iudicij, secùs si ordinatoria, vt libellus, & huiusmodi, vt in auth. offeratur. C. de litis cō testa. Bar. per illum tex. in l. fi. C. de fruct. & lit. expen. Bal. in c. 2. §. in quibusdam de consuet. rec. feu. vbi etiam dicit idē esse si priuilegiatus nollet vti, & notat etiam Dyn. in reg. in iudicijs de reg. iu. in 6. & in reg. ob gratiam co. titu. & per Doct. in c. 2. de mut. petit. & ille est communis intellectus ad d. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. vt per Fely. in d. c. 2. in 1. limitatione. Alex. & ibi Ias. & Dec. in l. 3. ff. quod quisque iur. relata per glo. in d. c. 2. de mut. peti. à qua l. 3. ff. quod quisq. iur. defumitur regula præmissa, quod priuile-

Digitized by Google

priuilegium mihi conceſſum in cauſa agitanda proprio motu principis non extenditur ad aduerſarium, vbi priuilegium concernat iudicij deciſoria non autem ordinatoria, vt dixi,& licet Doctores multipliciter reſpondeant,verus tamen intellectus eſt vt ibi declarat Caſtren. & ſignanter tradit Dec. in l. non eſt nouum. C.de eden.

DVBITATIO CCIX.

SVMMARIVM.

1 *Placitum ſeu priuilegium mihi conceſſum, qđ pro bonis meis non tenear ad collectarum ſolutionem , an extendantur ad prædium meũ ab alio bonafide poſſeſſum , etſi ad me poſteà reuertatur.*

2 *Priuilegium, an perdatur per conuentionem , vel rebellionem .*

3 *Producens priuilegium,vel ſcripturam videtur fateri contenta in eo.*

4 *Priuilegium perſonale tranſit ad hæredes.*

5 *Mulier non ſolum iuuatur exceptione Velleiani,ſed & eius hæredes, & ſic reſtitutoria datur etiam in hæredes.*

PRincipis placitum, ſeu priuilegiũ mihi conceſſum, quòd pro bonis meis non tenear ad collectarum ſolutionem,an extendatur ad prędium meum ab alio bona fide poſſeſſum,licèt ad me poſteà reuertatur .

Item an priuilegium per contrauentionem perdatur, & an per rebellionẽ, & an quandoque priuilegium perſonale tranſeat ad hæredes, quoad dubium primum eundum eſſet ad illud fortè ſecundum aliquos pro habenda ſolutione',an exemptio extendatur ad bona futura,de quo ſcribit Roma. in l. damni §. ſi is qui. ff. de damn. infect. ſed non facit, quia hic non agimus de bonis futuris,dicendum ergo eſt,quòd non extenditur ad prædiũ ab alio proceſſum, licèt ad me reuertatur , glo. eſt ſingul. in c.2.in verb. poſſidebam de decim.in 6.quæ refert ita tenere Hoſtien. in c.dudum de priuil.idem tenet Innoc.& cõmuniter Docto. in d. c. dudum, vbi firmant, quòd ſola iuſta poſſeſſio ſufficiat ad impediendum vires priuilegij.

Quod attinet ad ſecundum caput, communis eſt cõcluſio, & vulgaris doctrina , quòd priuilegium per contra-
2 uentionem perditur , quia videtur quis illi renuntiare , hoc tamen non habet locum , quando tale priuilegium eſſet conceſſum eccleſiæ, vel pio loco, nam per contrauentionem nõ perditur,niſi decurrat ſpatium quadraginta annorũ dictum eſt ſingulare Innoc. in c. accedẽtibus de priuil.quod dictum pro ſingulari exclamat Abb. in c. pro illorum extra de præben. priuilegium verò per rebellionẽ perdi & extingui , dixit Bal. in tit. de pace Conſtantiæ ,in verſi. nos Romanorum in verb.priuilegio,de rebellione tamen ſi aliter non conſtet, non eſt credendum Principi dicẽti in ſcriptis talem rebellem, vt per Io. And. in c.1.in fin.de controu. feudi apud pa. terminan. cum concordan. producens
3 verò priuilegium,vel ſcripturam videtur fateri contenta in eo , ſeu illa iuxta notat.in l.cum precibus.ff.de libe.cauſ. l.1.C.de confeſſ. & per Bald. ín l.alia.C. de his quibus vt indig.hæc per Affl.deciſ.14.ſub nu.6.& deciſ.25.ſub nu.5.

4 Priuilegium verò perſonale tranſire ad hæredes probatur in caſu l.hæredes C.ad Velleia.vbi legimus,quòd non ſolum mulier,quæ interceſſit, iuuatur exceptione Vellevani , ſed & eius hære-
5 des , & ideò reſtitutoria datur ſimiluer in hrdes vt in l hæ actiones.ff.ad Velleian.ita in propoſito dicti perſonalis priuilegij ſignat Guliel.de Ludo.ſing.16.

DVBITATIO CCX.

SVMMARIVM.

1 *Militi ſeculari conceſſum priuilegium,an extenda-*

tendatur ad militem Dei.

1 *Priuilegium vbi alicui contra ius datur, an extendatur ad consequentia.*

3 *Priuilegium, vel rescriptum habens stylum inconsuetum, an præsumatur falsum.*

4 *Notarius conficiens instrumentum intelligit licitè consueto modo.*

5 *Insolitæ clausulæ sicut insolita pacta arguunt actum suspectum.*

6 *Præceptum iudicis euidenter iniustum potest impunè sperni.*

7 *Princeps, an possit reuocare priuilegium.*

PRincipis, vel legis placitũ, seu priuilegium tributum militi seculari, an extendatur ad militem Dei, & an priuilegium vbi alicui contra ius datur, extendatur ad cõsequentia; & an priuilegiũ, vel rescriptũ in modo narrandi habens stylum inconsuetum præsumatur falsum, & an princeps possit priuilegium reuocare?

Priuilegium tributum militi seculari extendi ad militem Dei, seu clericũ, & ecclesiasticam personam satis probatur per glos. & Barto. in l. milites. ff. de re iud. & Abb. in c. 1. de cler. ægrot. gl. in l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infam. quã gl. allegat. Abb. in c. querelam de iureiur. & in l. stipendia. C. de execut. rei iud. & l. nullum. C. de testib. & in l. milites. C. locat. & in l. neq; fœmina. ff. de procur. & in c. studeat 50. dist. refert, & sequitur Corset. in sing. in verb. emptio sub nu. 3.

Priuilegium vero vbi contra ius cõmune datur, non extendi ad consequentias, & sic licet æquiparentur milites, armatæ, & cœlestis militiæ, tamen vbicunque datur aliquod priuilegium militi, vel alicui contra ius commune non extẽditur ad consequẽtias. vt not. Matt. Mathes. sing 61. nu. 3. vbi differit, & regulã firmat, quòd clerici regulariter non gaudent priuilegio concesso militibus armatæ militiæ, nisi quatenus hoc sit expressè à iure dispositum, & ꝙ præcipuè clerici non gaudent priuilegio, ꝙ exigantur deducto ne agant, quod autem priuilegium, seu rescriptũ in modo narrandi habens stylum inconsuetum præsumatur falsum, probatur in c. quam grau de crim. fals. & dicit Bal. in l. cum consuetu. ff. de legib. quòd si notarius rogatur, vt conficiat instrumentum, intelligitur licito, & consueto modo: quia insolita sunt suspecta, sicut etiam alteratio contractus, & pacta insolita faciunt presumi contra contrahentem, quòd sit vsurarius, & idem dicitur de alijs pactis similibus insolitis, & de clausulis insolitis, quæ arguũt actum esse suspectum, & factũ in fraudem sicut etiam præceptũ iudicis euidẽter iniustũ potest impunè sperni, hęc scribit Petr. Gerar. sing. 77.

Imperator verò, vel Princeps licèt possit reuocare priuilegium, vt in cap. veniens de præscript. tamẽ hoc est verum, nisi pro illo priuilegio pecuniam capiat princeps, tunc enim venale videtur facere priuilegiũ, & sic ex illo cõtractu princeps ligatur, vt in c. 1. de natur. feud. in vsib. feud. & in c. 1. probat. signat. Rom. sing. 463. & nos, & iam scripsimus satis abundè in dubitatione. 43.

DVBITATIO CCXI.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiæ, seu priuilegia concessa à legato, an durent etiam finita legatione.*

2 *Priuilegia, & indulgentiæ durant in perpetuum licèt habeant actum successiuum.*

3 *Interpretatio latissima fit in indulgentijs, & beneficijs; secùs in penalibus.*

4 *Priuilegium, an in dubio pronunciandum sit reuocatum.*

5 *Priuilegium approbatum, an possit tolli ob ius superueniens ipsi approbanti.*

6 *Donatio remuneratoria habet plura priuilegia.*

7 *Donatio remuneratoria non est propriè donatio.*

8 *Remuneratoria donatio est quædam potius permutatio, & æquiparatur contractui oneroso.*

Donatio

9 *Donatio remuneratoria habet vim venditionis, ideo pro ea sunt soluenda laudemia.*

10 *Statuta loquentia de donatione non extendunt ad remuneratoriam.*

PLacita, seu priuilegia, & indulgentiæ concessæ a legato, an durent etiam finita legatione; & an in dubio pronũciandum sit priuilegium esse reuocatum, & an approbatum possit tolli propter ius superueniens ipsi approbanti?

Quòd priuilegia, & indulgentiæ cõ-
1 cessæ à legato, durent etiam finita legatione, & durent in perpetuum legato etiam rebus humanis exempto, sintq; perpetua huiusmodi, sicut sunt statuta, hoc videtur probari per gl. not. in c. fin. de off. lega. & firmat. Abb. ibid. num 9. vbi dicit glossam ibi communiter approbatam, & valdè notat ad hoc
2 quòd priuilegia, & indulgentiæ durant in perpetuum, licèt habeant actũ successiuum, & hoc idem voluit addit. ad Abb. ibi vers. post finitam legationem Innoc. in c. quod translationem ad fin. de off. lega. idem Abb. in c. pen. num. 9. de cler. non resid. accedit ratio, quia
3 indulgentiæ sunt beneficia, & in beneficijs, & in fauorabilibus fit latissima interpretatio. l. fi. ff. de constit. prin. c. cum olim de verb. sign. secùs autem in penalibus, & odiosis, quæ omninò restringi debent. l. cum quidam. ff. de liber. & posth. c. odia de reg. iur. in 6. ita respondit etiam Inno. in d. c. quod translationem in fin. Abb. d. in c. fin. de off. legat. Afflic. decis. 128. num. 5. refert, & sequitur Bec. cons. 4. nu. 5. & 19. vol. 1.

Priuilegium verò in dubio pronun-
4 ciandum esse nõ reuocatum vult Dec. cons. 165. col. fin. vers. non obstat. Crau. cons. 21. nu. 14. quia interpretatio semper est facienda, nequis videatur tollere, quod semel concessit. Dec. cons. 190. col. fin. & cons. 239. col. fin. Mand. cons. 8. num. 23.

Priuilegium approbatum nõ potest
5 tolli propter ius superueniens ipsi approbanti. Rimin. cons. 388. nu. 23. præcipuè cum priuilegium transierit in contractum, & sicut nõ potest tolli ab ipso Cæsare, ita nec ab eius successore cap. 1. de probat. Ias. cons. 10. col. 2. lib. 3. Nart. cons. 122. idq; habet potissimum locum in donatione remuneratoria,
6 quæ multa habet priuilegia, indulta contra regulas iuris communis, vt dixit Rom. cons. 26. num. 3. & l. si vero. §. de viro nu. 254. ff. sol. matr. Ias. in l. si nõ sortem. §. si libertus. ff. de cond. ind & l. ex hoc iure num. 83. & seq. ff. de iust. & iur. Barb. cons. 2. nu. 1. lib. 3. Paris. cons. 8. num. 2. lib. 1. quæ quidem species donationis remuneratoriæ non est pro-
7 priè donatio. Barto. in proœm. ff. orum. nu 14. & l. 1. ff. de donat. Corn. cons. 36. num. 11. libr. 2. Curt. sen. cons. 16. nu. 1. Bertran. cons. 213. num. 16. lib. 10. Crau. cons. 136. nu. 2. & donatio remuneratoria est quædam potiùs permutatio. Bald. in l. sed si legi. §. consuluit, ff. de petit. hæred. Barb. cons. 42. nu. 11. lib. 3. Bertran. cons. 47. num. 5. lib. 1. & cons. 205. num. 12. lib. 3. Rip. in l. si vnquam quæst. 14. C. de reuoc. don. & dicit. Bertr. cons. 176. num. 14. lib. 6. quòd dicitur debiti cuiusdam naturalis recompensatio, & æquiparatur contractui oneroso, vt patet ex not. per Bal. in l. qui se patris col. pen. vers. hoc scias. C. vnd. lib. Dec. cons. 386. num. 4. & cons. 292. nu. 7. & Guid. Pap. cõs. 214. col. 6. vers. sed restat, quod donatio remuneratoria habet vim vẽ-
9 ditionis, & ideò pro ea soluenda sunt laudemia, & notat Tiraquel. de retract. parte 1. §. 25. gl. 1. nu. 3. ideò statuta loquentia de donatione non debent ad donationem remuneratoriam extẽdi,
10 quia verba statutorum, & constitutionum dominij debent strictè, & propriè intelligi, & accipi. l. 3. §. hæc verb. ff. de neg. gest. Bald. cons. 2. nu. 4. lib. 1. Alex. cons. 190. nu. 6. libr. 2. & in specie quod donatio remuneratoria non comprehendatur statuto loquente simpliciter

Digitized by Google

de donatione tradit. Alex. conſ.43. nu. 31. lib.4. & conſ. 167. num. 10. libr. 7. Corn.conſ.45. in prin. lib.4. Bertr.conſ. 238. num. 5. lib.5. & hæc de donatione incidenter etſi fructuoſe ſint tacta.

DVBITATIO CCXII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium ob quod tollitur præſcriptio, an valeat.*
2 *Priuilegium, vel ſtatutum ſimpliciter tollens præſcriptionem qualiter intelligatur.*
3 *Præſcriptio conuentionalis eſt maioris vigoris, quam legalis.*
4 *Priuilegia, & ſtatuta ac conſuetudo æquiparantur.*
5 *Allegatio priuilegij cum poſſeſſione temporis immemorialis habet vim tituli.*
6 *Verba priuilegij ſunt attendenda.*
7 *Priuilegia ſunt regulanda ſecundum petitionẽ vt quod petitum eſt, videatur conceſſum, vel non conceſſum Gramm. deciſ.103. nu.201. Bec.conſ.55. num.6. lib.1.*

PRincipis placitum, vel priuilegium per quod tollitur præſcriptio, an valeat, & an tollẽs ſimpliciter præſcriptionem intelligatur, & verificetur in præſcriptione longi, vel longiſſimi tẽporis, & an priuilegia ſtatuta, & conſuetudo æquiparentur, & illorum allegatio habeat vim tituli, & an ſimpliciter ſint eorum verba attendenda, & reducenda ad terminos iuris communis, regulandaq; ſecũdum petitionem factam.

Receptam eſſe opinionẽ, quòd per
1 priuilegium poſſit tolli præſcriptio voluerunt. Bart. Bald. Caſtr. & Saly c. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. quorum opinionem comprobat. Balb. tract. præſcrip. 5. parte, quintæ princ. quæſt. 8. atque eam ſine dubio procedere ſi in priuilegio adiecta ſit clauſula, non obſtante, & agatur de futura præſcriptione, & ita de iure quærendi priuilegium
2 tamen velent ſtatutum ſimpliciter tollens præſcriptionem intelligitur in realibus actionibus de præſcriptione decem, vel viginti annorum. In perſonalibus verò de præſcriptione longi temporis, ideſt triginta annorum, & non extenditur ad aliam, & hanc concluſionem firmat. Bald. in c. præterea circa fin. de cap. Corradi, & ſequuntur ibi. communiter Doctores, & probat dicitq; communem. Balb. tract. præſcript. 5. parte quintæ partis 5. quæſt. 9. num & idem affirmat Villalob. cõmune. 1. opin. lib. 14. verſ. præſcriptio. ſi eſt ſublata, ſicque vbi priuilegium, vel ſtatutum prohibens præſcriptionem poteſt verificari in præſcriptione longi temporis, non intelligitur ſublata præſcriptio longiſſimi temporis triginta, vel quadraginta annorum, ſed ſi non poſſet verificari, niſi in præſcriptione longiſſimi temporis triginta, vel quadraginta annorum, tunc videtur excludere etiam præſcriptionem longiſſimi tẽporis triginta, vel quadraginta annorum ita decidit. Abb. in c. fin. col. 8. ſub num. 35. de præſcript. niſi tamen præſcriptio eſſet conuentionalis, quia ea
3 eſt maioris vigoris quam legalis currit enim cõuentionis vigore eo caſu quo non curreret de iure, quia duriùs agitur cum homine, quam cum lege. l. celſus. ff. de arb. Socin. iun. conſ. 46. nu. 36. & ſeq. lib. 4. & iſta præſcriptio conuentionalis non cenſetur comprehenſa in priuilegio vt per Abb. d.c. fin. ſub num. 35. quia eſt alterius naturæ, & fortioris potentiæ ſequitur. Bald. tract. præſcript. d. 5. parte quintæ partis queſt. 9. num. 3. verſ. & quòd poſſit induci.

Quòd verò priuilegia, & ſtatuta æq-
4 parentur inquit Bero. conſ. 3. nu. 4. lib 1. & conſ. 152. num. 8. lib. 3. imò conſuetudo, & priuilegium etiam æquiparantur Gozad. conſ. 90. num. 2. Brun. conſ. 6. & conſ. 11. Bero. conſ. 152. num. 8. lib. 3. Ia. conſ. 203. vol. 1.

Superiùs verò memini in alia dubitatione,

Digitized by Google

tatione dixisse allegationem priuilegij
5 cum possessinne tẽporis immemorialis habere vim tituli, idest, facit illa, ꝙ presumatur titulus in possidente. Bart. in l.cum de in rem verso de vsur. Abb. in c.peruenit de censib. Curt.sen. cons. 76. colum.2. quem refert Balb. in tract. de prescriptio.in 2. part.secundę partis princip.q.10. Bec.cons. 15. nu.13. vol.1.

Quæ priuilegii verba diligenter sunt
6 attendenda, & inspicienda. c. accepimus de fid.instrum. c.porrò, & c. recepimus, de priuil. Dec.cons.392. num.3. & cons. 134. num.4. & priuilegij tenor in primis est spectandus. Rom.cõs.33. Bald.cons.207. lib.2. Dec.cons.193. nu. 1.& reducenda sunt ad terimnos iuris communis, & ab eo interpretationem recipiunt c.ex parte de verb.sign.Bero.
7 cons.15. nu. 9. lib.1. regulandaq; priuilegia secundum petitionem, vt quòd petitũ est videatur concessum, vel non concessum. Gramm.decis.103. nu.201. Bec.cons.55.nu.6.li1.

DVBITATIO CCXIII.

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus concessus alicui, an in dubio intelligatur etiam pro reuertendo, & nu.4.*
2 *Saluum conductum violantes puniuntur vti rei criminis lęsæ maiestatis.*
3 *Socij saluumconductum habentis non possunt offendi, qui incidenter, & fortuito vnà irent cum eo qui obtinuit saluum conductum declara vt ibi cum cautela.*
5 *Priuilegium concessum pro euntibus ad nundinas, ne gabellas soluant, intelligitur etiam pro redeuntibus.*
6 *Leo X. non seruauit saluumconductum. Io. Paulo Baiono.*

1 PRincipis placito si concedatur alicui saluusconductus, an in dubio intelligatur etiam pro reuertendo, & tanguntur quædã de materia saluiconductus.

Quia violantes saluumconductum
2 puniuntur vti rei criminis lęsæ maiestatis vt per Bar.in l.3.§.transfugas. ff. ad l.Corn.de sicar.& in l.1.nu.6.ff.ad l. Iul. maie. ideò diligenter aduertendum ad saluiconductus obseruãtiam, quia nec
3 socij habentis saluumconductum offendi possunt præcipuè qui non ex ꝓposito, ac principaliter sed potiùs fortuito, & incidenter vnà irent cum illo qui saluumconductum obtinuit, vt scribit.Petr.Bellus in tit. de saluis conductibus num.22. quæ Belli sententia conciliatur cum illa.Boer.in quæst.179. nu.5. & Giga.quæst.33.in fi.per D. meum præceptorem.Menoc.de arb.cas.336 num. 6.vt scilicèt procedat, quandø impetrãs saluumconductum non impetrauit ꝓ his quos deinde in itinere socios habuit, sed impetrata securitate amicos adinuenit qui pariter migraturi erant, & in socios recepit antequam esset in ipso itinere, sententia verò Boer.& Giga. procedat, quando qui saluumconductum obtinuit, hos socios fortuitò in itinere solum, vt euenire solet, habuit cum in discessu eos vbi non associauerit cauti igitur impetrantes saluumconductum obtinent per se, & tot, puta, decem socios cum viro tamen obtinente saluumconductum secura erit vxor cũ bonis, & seruis suis, quia priuilegiũ datum personæ extenditur, & ad familiares latè.Dec. in l. in omnibus id obseruatur num.8.ff.de reg.iu.Capi. decis.12. quia etiam immunitas concessa domino intelligitur etiam pro eius familia. Boer.quæst.213.nu.6.& seq. vt per Men. loco præcitato nu.10.

Qui vtique saluusconductus concef
4 sus intelligitur eundi, & redeundi cautã etiamsi concessus esset simpliciter vt ire possit, quia intelligitur, vt etiam possit reuerti ita.Bar.in l.vtimur.ff de sepul. viol.Fely.in c.fin.nu.1.de treuga, & pac. & in c.ego num.8.de iureiu. Alex. cõsi. 46.li. 2. quia infert solutionem præmissæ nostrę, dubitationis priuilegium sci-

Digitized by Google

licèt conceſſum etiam euntibus ad nũdinas,ne gabellas ſoluant, intelligi etiã
5 pro redeuntibus.Menoch. loco præcitato de arb.cas.336. num. 12. & ſeq. vbi refert ex alieno dicto,& authore,leonẽ X. Pont. Max. hoc non obſeruaſſe. Io.
6 Paulo Baiono, quem cum ſalno conductu ad ſe euocaſſet, iuſſit illi caput amputari, & eo conquærente ſibi datã fidem ſaluiconductus non obſeruari, reſpondebit ille, conceſſi ſecuritatem veniendi ſed non reuertendi, ideo diſtinguas in hac materia vt per Menoc. ibid.num.15.& 16.& 17.

DVBITATIO CCXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruata principi,an veniant in generali conceſſione facta alicui decurioni,iudici, vel nobili.*

2 *Decuriones ciuitatis arbitrium habentes non poſſunt bannitum in ciuitatem reſtituere.*

3 *Commiſſionis generalis verba non trahuntur ad cauſas iam deciſas.*

4 *Bannitus etiam imperfectè à iudice non poteſt reſtitui.*

5 *Rebanniri poteſt bannitus à iudice ſi à principe ſic ſibi concedatur.*

6 *Bannitus ex magna cauſa poteſt à iudice reſtitui, & dari facultas ei veniendi ad ciuitatem.*

PRincipi reſeruata, an veniant in generali conceſſione facta alicui decurioni; iudici, vel nobili?
1

Priuilegia principi reſeruata non niſi ſpeciali conceſſione in alium tranſire quemadmodum videmus principẽ ſolum famæ reſtituere, ac etiam reſtituere in integrum,vt affirmat. Bar. in l. infamen num. 1.ff.de publ. iud.D.meus preceptor meus referendo ſequitur de arb.q.92.ſub num. 4.

Decuriones etenim, exempli gratia
2 ſit dictum,ciuitatum habentes arbitriũ ſup ſtatu ciuitatis non poſſunt bannitũ in ciuitatem reſtituere,illa ratione,quia ſuperiori hoc eſt reſeruatum,quòd probatur in l.1.§.fi. ff. de quæſtio. & per Sal. in l.cum Indulgentia col.pen. verſ.ego diſtinguo.C.de ſent.paſſ.quia hęc ad ſolum principem ſpectãt prout,& Iudex etiam arbitrium habens non poteſt bãnitum rebannire, & condemnationem ac bannum remittere vt affirmat. Put. tract.ſyndicat.in tit.de poteſt.iud.num. 4.verſ.nec poſſunt ea ratione,qnia hęc committi non ſolent arg. l. 1. §. de qua. ſi.de poſtul. cùm verba generalis commiſſionis non trahantur ad cauſas iam
3 deciſas vt in Auth. vt cum de appellat. cogn.in prin.qua de re etiam. Bart. in l. ambitioſa num.8. verſ. ſciendum eſt. ff. de decr. ab ord. facien. docuit idem de decurionibus quòd ſuprà recitauimus.

In tantumque premiſſa de iudice sũt
4 vera, vt nec bãnitum imperfecte à iudice poſſit reſtitui,ſed neceſſaria ſit principis conſultatio, & ita probatur in l. 1. vbi Bar.& alij.ff.de quæſtio.Ruin.conſi. 21.num.2.lib.4.cuius rei ratio eſt, quia quoad ipſum iuſdicentem, qui ſuo functus eſt officio, is bannitus cẽſetur, ſed & ad principem ſolum ſpectat bannitum ex cauſa etiam ciuili reſtituere vt per Bar.in d.l.ambitioſa nu.8. quia iam cauſa eſt deciſa, & ſuo munere functus eſt iudex.

5 Poterit tamen iudex bannitum rebannire,ſi ei à principe eſt conceſſum. Bar.d.l.ambitioſa nu.8.Soc.ſen. cõſ. 83. num.3.lib.4. etſi enim quæ principi sũt reſeruata, in generali poteſtatis conceſſione non veniant, veniunt tamen in ſpeciali,vt probant oẽs in l.1 in prin. ff. de off. eius imò ſermone multum generali transferri etiam principi reſeruata reſpondit.Soc. iun. conſil. 80. num. 40. libro tertio.

6 Ex magna verò cauſa poteſt bannitus à iudice reſtitui.Bart. d. l.ambitioſa. Rom.ſing.537. & pœnam ob egregiẽ geſta temperare, minuere, vel remittere delin-

Digitized by Google

delinquenti potest iudex vt docuit. Tiraq.in l. si vnquam in verb. donatione largitus num.54. C. de reuoc. donat. & ob iustam suam causam poterit iudex bannito concedere facultatem veniẽdi ad ciuitatem. Affl.dec.4.nu.2. ex Bar. loco præcitato.

DVBITATIO CCXV.

SVMMARIVM.

1 *Principis placita seu priuilegia, vel instrumẽta antiqua, an constituant opinionem, & famam.*

2 *Consuetudo, & obseruantia generalis probatur per testes etiam singulares.*

3 *Consuetudo generalis per totum mundum, etsi probari non possit tamen sufficit, quòd constet de consuetudine vrbis Romæ, vel aliarũ vicinarum prouinciarum.*

4 *Roma est caput, & communis patria.*

1 PRincipis placita, seu priuilegia vel etiam instrumenta antiqua an constituant opinionem, & famam?

Opinionem, & famam constituere priuilegia, & instrumenta antiqua firmant. Bal. & Salv. in l. cum aliquis. C. de iur. delib. ideò in probationibus de antiquo etiam libri antiqui faciunt probationem c. cum causam de probat. c. ad audientiam de præscript. & l. census. ff. de probat. & eo maximè, quando tractamus de probando aliquid, quòd nõ tendit in alterius præiudicium, quo casu etiam pręturæ lapidibus insculptę inducunt probationem vt in simili dicit. Inno. in Rub. extra de consecr. eccl. vel alt. quando tractatur de probando, vtrum ecclesia sit consecrata. gl. & Abb. in d.c. cum causam de probat. sola etenim fama in probationibus de antiquo inducit plenam probationem vt dicit. Bal. in Auth. quas actiones ad fin. C. de sacrosc. & eccl. & in l. bonæ fidei. col. fin. C. de reb. credit. & notant communiter scriben. in l. siquidem. ff. solut. matrim.

Hinc firmãt Doctores, quòd consue-
2 tudo, & obseruantia generalis probatur per testes etiam singulares, vt pulchrè concludit. Alex. in consil. 172. col. pen. volum. 2.

Et licèt impossibile videatur probare consuetudinem generalem per vniuersum mundum, tamen sufficit, quòd constet de consuetudine vrbis Romæ,
3 vel aliarum vicinarum prouinciarum, vt signanter declarat. Io. Andr. in Nouell. in rub extra de consuetud. ad fin. ad quòd facit glos. in c. consuetudo 1. dist. & est tex. expressus in l. de quibus. ff. de legi. dum dicit, quòd quando in aliquo loco nõ est lex scripta, & casus nõ potest decidi per similia, tunc recurrẽdum est, ad ius quo vtitur vrbs Romana est verum, quod ille text. videtur intelligendus de consuetudine Romanorum generali prout ibi aliqui declarãt licèt. Bar. ibi in repetitione in 2. col. videatur intelligere illum tex. procedere etiam in consuetudine particulari vrbis Romæ motus, quia Roma est ca-
4 put, & censetur communis patria. l. Roma. ff. ad munic.

Quicquid tamen sit, omnes in hoc concordant, quòd si sit consuetudo generalis Romanorum, illa trahitur ad omnes prouincias, est benè verum, qđ in subsidium recurritur etiam ad particularem consuetudinem vrbis Romæ quando deficit lex scripta, vel consuetudo particularis, sed vbi constat de cõsuetudine generali vrbis Romæ, non solum in subsidium obseruantur sed ẽt simpliciter, & absolutè, prout dicitur de consuetudinibus feudalibus, quæ cum sint generales consuetudines Romanorum, clam resultat conclusio, qđ seruandæ erunt in omnibus alijs prouincijs in quibus non constabit de particulari consuetudine contraria.

DVBI-

Digitized by Google

DVBITATIO CCXVI.

SVMMARIVM.

1 *Principis placitum seu priuilegium de non soluendo gabellas, an totaliter excuset.*
2 *Gabellæ principis rescripto non remittuntur, declara, vt ibi.*

1 PRincipis priuilegium de non solummodo gabellas, an totaliter excuset.

Teneri soluere gabellas eum qui habet a principe priuilegium, ne teneatur, ea siquidem ratione quia gabellæ principis rescripto non remittuntur firmat tex. in l. omnium, & ibi Doct. præcipuè. Bal. & in l. quicquid, & ibi Salyc. C. de vectig. & commiss. Idemque dicitur in collecta, vt ibi, & in l. in fraudè. vbi Bar. C. de anno. & tribut. lib. 10. & l. 1. C. de indict. & l. vacuatis. C. de decur. lib. 10. Bald. in l. etiam. C. de execut. rei iud.

Quod verum intelligas nisi dicto casu contra ius cõmune principis rescriptum loquatur cum clausula non obstante l. omnium. C. de vectig. secundũ gl. Bar. & Docto. in l. omnis in fin. C. de aquæduct. lib. 11. & in l. rescripta. C. de præci. Imp. off. per Bald. & tenet. Bar. in Auth. hoc inter libero. C. de testam. vel verius vt practicatur satis est apponere clausulam non obstante aliqua lege in contrarium faciente secundum. Bar. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. pub. vbi dicit secùs esset in sola clausula, non obstante aliqua lege.

Item si sit clausula ex certa scientia, quæ facit præsumi principem velle ētsi deficit clausula non obstante tali lege secundum Bal. in l. omnes, C. de quadr. præscript. & in l. non solum. § finautem ff. de excus. tut. per glo. in d. l. fi. l. si contra ius vel vtil. pub. & tenet Bar. in l. idē Vlpianus. §. sunt & alij. ff. de excus. tut. & quod notatur per Barto. in auth. quod sine. C. de testam. & faciunt notata per Bal. in c. 1. colum. 2. qui feud. dar. poss. in vsib. feud. & in d. l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ.

DVBITATIO CCXVII.

SVMMARIVM.

1 *Papæ placitum, seu rescriptum iubens, quòd emphyteota non soluens canonem non cadat à iure suo, an sit validum.*
2 *Priuilegiatus de iure communi non debet soluere gabellas non obstante pacto.*

3 PApæ placitum, seu rescriptum iubens, quòd emphyteota non soluens canonem non cadat à iure suo, an sit validum.

Non valere rescriptum impetratum à Papa, quòd emphyteuta non soluens Canonem nõ cadat à in iure suo notat Bal. in l. si à te. C. de pact. int. empt. & vend. Franc. Cremen. sing. 107. Bertach. in tract. de Gabell. in 7. parte sub num. 18. emphyteota etenim nõ soluens canonem infra tempus priuatur etiamsi habeat priuilegium à Papa, quòd res emphyteotica non reuertatur ob canonem non solutum secundum Bal. d. l. si à te.

2 Infertur hinc, quòd non debet soluere gabellas, qui dẽ iure communi est priuilegiatus, ne soluat, non obstante tali pacto, & si fiat pactum, quod quilibet teneatur ad gabellas non obstante aliquo priuilegio ei concesso, sicut fieri solet in locationibus gabellarum, intelligitur de priuilegio non clauso in corpore iuris vt notat in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. Bart. in l. 2. §. legatis. ff. de iudi. & in extrauag. ad reprimen. in versic. non obstantibus & Paul. de Cast. in l. 1. ff. de legib.

DVBI-

Digitized by Google

DVBITATIO CCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta impetrata à petentibus exiſtentibus in curia Romana an ſint nulla ipſo iure quando agitur de præiudicio tertij.*
2 *Reſcriptum à duobus impetratum quorum alter eſt excommunicatus, an in totum valeat. vel tantum in parte non excommunicati.*
3 *Reſcripta large interpretamur niſi ſint contra ius commune.*

1 PLacita, ſeu reſcripta impetrata à potentibus exiſtentibus in curia Romana, an verum ſit, quòd nulla ſint.

Et an reſcriptum à duobus impetratum, quorum alter eſt excommunicatus, an in totum valeat, vel tantum in parte non excommunicati, reſcriptaq; an largè interpretamur vbi ſint contra ius commune.

Redeò ad primum & reſoluo, quòd reſcripta impetrata à potentibus exiſtẽtibus in curia Romana, ſint ipſo iure nulla, quando, ſcilicet, inferunt alicui præiudicium probatque hoc tex. optimus in argumentum in l.1. C.de fund. limit.lib.11.in verb. quicquid vel potẽtia vniuſcuiuſque & ſequitur Bar. ibid. Ant. Corſet. ſingu. in verb. reſcriptum tertio.

2 Ad ſecũdúm dico, quòd illud quod dicitur, excommunicatum non habere legitimam perſonam agendi, vel impetrandi reſcriptum eſt verum, niſi ille ſit excommunicatus ab illo, qui ideò excommunicauerit, vt inhabilitaret eum, timore, ne contra eum ageret, qa tunc poteſt agere, & impetrare aduerſus eum, & quemcunque alium Specu. in tit.de reſcript.præſent.§.rationes impetrantis verſic.ſed pone col. 10.nu.37. Rom. ſing. 724.

Vt vero ſciatur, an reſcriptum à duobus impetratum quorum alter eſt excommunicatus in totum valeat, quia reſcriptum ab excommunicato impetratum eſt nullum c.1. de reſcr. in 6. diſtinguendum eſt, aut reſcriptum eſt impetratum ſuper re communi diuiſibili, & valet reſpectu non excommunicati, allegatur tex.in l.ſi Titio.ff.de leg.2.aut eſt impetratum ſuper re communi indiuiſibili, & nihil valet, vt l.1.§. Trebatius, & §.item quæritur.ff.de aq. quotid. & æſti.& cap.ad probandum de re iud. Rom.conſi.506.in 5.dubio.Fely.in c.ſi. col.2.fallentia 4. de except.& in c.olim, col.fin.de reſcr. diſtinctionem præmiſſam docet Ioan. And. in capit. vtile de regu. iur.

Rota tamen admittit quemlibet excommunicatum ad impetrandum reſcriptum licèt illo repellatur ab agendo deciſ.2.num.1.de ſent.excommu.in antiq.

In Francia exceptio excommunicationis non habet locum, vt per deciſ. Tholoſ.189. Bononiæ quoque non habet locum imo extat ſtatutum, vt per Bald.in l.placet.C.de ſacroſ.eccl. quod dicunt canoniſtę non valere Dec.in c. eccleſia col.20.verſi.12.de conſti.

3 Reſcripta verò duntaxat largè nos interpretari niſi ſint contra ius commune. notat Rom.ſing.210.nu.2.

DVBITATIO CCXIX.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, ſeu reſcriptum ſi ſuper aliqua re impetrari lege prohibeatur, an valeat, ſi in eo ponatur clauſula, non obſtante lege, & quòd iudex debeat admittere.*

1 PLacitum, ſeu reſcriptum ſi ſuper aliqua re impetrari lege prohibeatur an valeat, ſi in eo ponatur clauſula, non obſtante lege, & quòd iudex debeat admittere.

Vbi aliqua lex prohibet aliquod reſcriptum, ſeu priuilegium impetra ſuper aliqua re, & prohibet iudicies remittere,

mittere,tunc impetrandum pro cautela erit reſcriptum in quo inſeratur clauſula, non obſtante lege, quæ prohibet impetrari,vel concedi,& quòd fiat mẽtio,quòd iudex debeat admittere, quia ſi nulla mentio fieret de iudice, iudex poſſet non admittere, vel audire iuxta tex.ſing.& ibi Bar. in l.nomine.C.de cano.fru. vrb. Rom. lib. 11. & per notata per Canon.in c.nonnulli de reſcript. & per Io. And.in c. vn.de exceſſ. præla.in 6.in nouell.& per Bar. & alios in l.fi. C. ſi contra ius vel vtil.pub.& in extrauag. ad reprimen. in verſi. legibus non obſtantibus,& Bal.in l.humanum. C.de legi.gl.eſt celebris in l.omnes.C.de aqueduct.lib.11.vbi Bar. per illum glo.dicit, quòd licèt lex expreſsè prohibeat, ꝙ reſcriptum principis conceſſum ſuper tali negotio etiã ex certa ſcientia non valeat ipſo iure,tamẽ ſi princeps reſcribit, & in reſcripto dicit, non obſtante tali lege,valet.Doct.in d.l.fi.C.ſi contra ius Bart. in d. extrauag. ad reprimen. in verb.non obſtantibus, Bal.& Doct.in l. ſed & ſiquis.§.quæſitum. ff.ſiq.caut.Bar. & Doct.in l. ſiquis in principio teſtamẽti.ff.de leg.3. Bal.in d.l. humanum & in l.ſancimus.C.de teſtam. Bal. & Doct.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1. Aret.inſtit.de act.§. in bonæfidei.

DVBITATIO CCXX.

SVMMARIVM.

1 *Principis reſcripto, quod ſit contra ius commune, an ſit obediendum, vel ſit expectanda ſecunda iuſſio a principe.*

2 *Apoſtolicum reſcriptum ab vno impetratũ ſi mandet prouideri de primo beneficio vacaturo in Diœceſi Bononienſi,an hic præferatur alij, qui impetrauit aliud reſcriptum de primo beneficio vacaturo in eccleſia Cathedrali , ſi vacet beneficium in Cathedrali eccleſia.*

3 *Diſpoſitio vtraque vbi ſolum venit verificanda in certa ſpecie licèt altera ſit magis generalis quoad verba, non habet locum illa regula,generi per ſpeciem derogatur.*

PRincipis reſcripto, quòd ſit contra ius commune, an ſit,obediẽdum, vel ſit expectanda ſecunda iuſſio à principe, & an reſcriptum apoſtolicum ab vno impetratũ ſi mandet prouideri de primo beneficio vacaturo in Diœceſi Bononienſi, an hic præferatur alij, qui impetrauit aliud reſcriptum de primo beneficio vacaturo in eccleſia Cathedrali, ſi vacet beneficium in Cathedrali eccleſia.

Clarum eſt, quòd ſi reſcriptũ ab aliquo impetratur, & ſit contra ius com- 1
mune non valet, nec iudex ad quem dirigitur, debet obedire, quouſque ſecunda iuſſio fiat ſibi per principem. l.fin. C.ſi contra ius, vtil.pub. §.competens in auth.de mand.princip §.at verò iubemus in auth. vt omnes obed. in ꝓuin. l. ſicut l. ſcripta. C.dè paga. l. iubemus in fin.C.de ſacroſ.eccl.

Si verò quidam impetrauit reſcriptũ à ſede apoſtolica, in quo mãdatur prouideri impetranti de primo beneficio 2
vacaturo in Diœceſi Bononienſi, quidam verò alter impetrauit aliud reſcriptum, in quo mandatur prouideri impetranti de primo beneficio vacaturo in eccleſia Cathedrali Ciuitatis Bononiæ, & contingat, quod vacet beneficium in eccleſia cathedrali,tunc prima facie videtur dicendum, quod ſecundus debeat præferri primo, per regulã, generi per ſpeciem de reg.iur.in 6 c. 1. & c. paſtoralis.§.quoniam. c. Abbatem de reſc.l.alimenta.§.baſilicæ.ff.de alim. & cib. lega.l. ſanctio legum. ff. de pœn. tamen in contrarium adducitur celebris theorica.Bart.in l. ſi domino. ff. de leg.1.qui mouetur.

Hanc ratione, quòd vbi vtraque diſpoſitio ſolum venit verificanda in cer- 3
ta ſpecie, licèt altera ſit magis generalis quoad verba, non habet locum illa regula, generi per ſpeciem, & optimè

facit

facit tex.in d.l.si domino,& in l.si hæres ff.de opt.lega.& pro illa Theorica.Bar. adducitur casus iuncta glo.in c.ex parte il 1. de off.deleg. & illum text.iuncta glos.ad hoc ponderat ibi Abb. qui idē voluit in d. cap. pastoralis. §. quoniam, ex quo sumenda est Theorica, quòd licet dispositio sit generalis, si tamen non potest verificari sub qualibet specie contenta sub illo genere illa gratia dicitur specialis, & non generalis.

DVBITATIO CCXXI.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, vel rescriptum, an teneat contra trā sactionem aut sententiam.*

2 *Supplicans principi, vt retractetur sententia, quę transiit in rem iudicatam caret impetratis, & incurrit infamiam declara, vt ibid.*

3 *Sententia lata secundum consilium Doctoris electi ex forma statuti poterit retractari si appareat consilium Doctoris magis periti.*

4 *Qui facit lege permittente, pœnam non meretur.*

PLacitum, vel rescriptum, an teneat contra transactionem, aut sententiam;

1 Non valere rescriptum contra transactionem probat text.in l.causas.C.de transact.nec contra sententiā voluit tex.in l.fin. C.sent.rescin.nō pos. hinc Castren.in l.fin. C.vt lit. pend.per illū tex.valdè notandū dicit, ꝙ ille qui supplicat principi, vt retractetur sentē-

2 tia, quæ transiuit in rem iudicatā non solum caret impetratis,sed etiam incurrit infamiā quem tex.vti mirabilem celebrat Castr. qui dicit semper tenendū esse menti, quia si infamis, ergò testis esse non potest, & sic incurrit præiudicia de quibus in regula infamis de reg. iur.in 6.

Quando tamen talis sententia fuisset lata ex veris,& proprijs probationibus, putarem procedere præmissa, secùs si esset lata ex probationibus priuilegiatis, quia tunc non transit in rem iudicatam, quia semper, & quandocunque talis sententia superuenientibus veris, & proprijs probationibus contrarijs potest retractari, vt in cap. 2. de purg. nul. & ibi. Abb.& per Papienses in l.admonendi. ff.de iureiur. vbi inter cætera dicunt, quòd sententia lata secundum consilium sapientis, puta Doctoris electi ad consulendum ex forma statuti, vel de voluntate partium sem-

3 per & quandocunque poterit retractari, si appareat consilium Doctoris alterius magis periti in contrarium factū cum talis sen entia nunquam transeat in rem iudicatam,quòd dictum est singulariſſimum secundum.Alexan.in l.si ab hostibus colum. 3. ff. sol. matrimon. quia quotidie feruntur sententiæ secundum consilium sapientis, statuta communiter disponunt, quod si petatur consilium sapientis præstari debeat, & loco præcitato Papienses referunt alios casus in quibus sententiæ latæ re-retractari possunt;ideò crederem,quod in istis casibus talis hoc modo supplicans non careret impetratis,nec incurreret infamiam, cùm à iure sit permissum, quòd talis sententia retractari possit, quia qui facit lege permittente pœnam non meretur l. Grachus. C.de adult.

DVBITATIO CCXXII.

SVMMARIVM.

1 *Principis priuilegium, an deceat esse perpetuum.*

2 *Priuilegium vbi sit concessum alicui per quod reducitur ad illud ius, quod sibi antiquitus competebat, an possit legitimè conqueri ille cui ex hoc generatur præiudicium.*

3 *Imperatoris dispositio etiam sine causa valet vbi facit de incapace capacem.*

PRincipis placitum, seu priuilegium, an deceat esse perpetuum, & vbi sit concessũ alicui per quod reducit ad illud ius, quod sibi, antiquitus competebat, an possit legitimè conqueri ille cui ex hoc generatur præiudicium?

Priuilegiũ principis, vt paucis expediam, decet esse perpetuum, §. illud in
1 auct. cõstit. quæ de dignit. l. quod semel. ff. de decr. ab ord. facien.

Quando verò priuilegium concedit
2 alicui per quod reducitur aliud ius qd sibi antiquitus competebat, si hoc facit etiam in præiudicium alterius, non tñ potest ille, qui sentiet damnum ex tali priuilegio dicere, vel conqueri, quòd ex hoc rescripto ius suum lædatur ita signat. gl. in l. si vnus. §. pactus ne peteret in verb. quòd in specie. ff. de pact. facit tex. in c. ab exordio 35. dist. vbi etiam est glossa memorabilis in proposito, quòd non fit iniuria rei si restituitur ad pristinum statum?

Ideò infertur, quòd quando imperator, seu princeps non aufert de directo
3 ius alicui competens, sed potiùs procedit remouẽdo obstaculum ab eo, cui tale ius potest competere faciendo de incapace capacem sine dubio valet dispositio imperatoris etiam sine causa, istud probatur in l. quæris. ff. de natal. restit. & tot. tit. C. progb. caus. seru. pro premio libert. accip. & in l. fin. C. de sentent. pass. & hoc etiam potest princeps facere præiudicando iure alterius, quia ista concedendo ei cui concedit nihil dat, sed cum à lege, vel ex aliqua causa priuatum pristinæ naturæ restituit §. siquis verò in auth. quib. mod. nat. effic. legi.

DVBITATIO CCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Principe concedente gratiam in præiudicium alterius, an debeat liquidè constare, quòd id facit de plenitudine potestatis, vel ex certa scientia.*

2 *Solus princeps legem condit, & priuilegia concedit nullo citato.*

3 *Citationis defectus non vitiat actum vbi materia est talis, quòd in ea potest princeps præiudicare alicui inuito.*

4 *Spurij legitimatio fieri potest à principe in præiudicium eorum quibus est quæsitum ius in spe, ipsis non citatis princeps, an possit sine causa auferre ius quæsitum alteri ex ipsius principis sola voluntate declara, vt ibi.*

PRincipe concedente gratiam in præiudiciũ alterius, an debeat liquidè cõstare, quòd id facit de plenitudine potestatis, vel ex certa scientia; & an sine causa possit auferre ius quæsitũ alteri ex ipsius principis sola voluntate.

Fateri cogimur oportere, quòd ap-
1 pareat principem vti plenitudine potestatis, quando concedit gratiam in præiudicium alterius non vocati. glos. & Bart. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. quia in dubio non præsumitur velle nocere tertio etiam in iure sibi competenti spe tantum. l. 2. in verb. non facilè. ff. de natal. restit. sufficeret tamen clausula ex certa scientia, quæ habet eandem vim quam habet clausula de plenitudine potestatis. gl. & Bal. in l. eos in prin. C. de appell. tex. est in l. quidam. ff. de re iud. Bar. in l. conficiũtur in prin. ff. de iur. codic. dicit credendum esse, p vero id, ꝙ princeps facit ex certa scientia, & in consi. 196. idem Bart. ait, quod confirmatio ex certa scientia tollit omne obstaculum, imò subdit. Bal. in tit. de pace. Constan. in verb. non admittimus quòd supplet omnes solemnitates nec aliquid potest opponi, & validat inualidum, vt inquit Inn. in c. 1. de transact. idem tenent. Abb. & Fely. latissimè in hac materia in c. cum inter de excep. & cum adest huiusmodi clausula de plenitudine potestatis, & certa scientia tũc clarissimum

clariſſimum eſt, quòd Imperator vult derogare iure tertij, & tunc non eſt neceſſaria citatio eorum de quorum ꝓiudicio tractatur, vbi etenim priuilegiũ conceditur, non eſt de more, nec de iure, quòd aliquis citetur, quia eſt donum ſuperioris. Bald. in d. l. nam ita diuus col. 1. ff. de adopt. & in Rub. extra de reſcr. col. 1. & in l. fi. C. qui res iud. nõ noc. dicit idem. Bald. quòd ſicut ſolus
2 princeps legem condit, ita ſolus priuilegia concedit nullo citato, quia actus priuilegiandi eſt ſupremæ poteſtatis, quam alterius præſentis contradictio non impediret. Bal. in l. fi. ad fi. verſi. extra oppone. C. de fruct. & lit. expen. meritoque dixit. Innoc. in c. Albericus de teſtib. quòd diſpenſationes, & priuilegia cõceduntur nomine vocato. Abb. in c. cum olim de re iud. & conſi. 80. col. pen. vol. 1. Rom. conſi. 369.

Facienda tamen eſt alia veriſſima concluſio, quòd vbi materia eſt talis, ꝙ
3 in ea poteſt princeps præiudicare alicui inuito, & conſtat, quòd vult præiudicare, defectus citationis non vitiat eius actum. Abb. in c. inter quattuor. col. 1. de maior. & obed. Rom. d. conſil. 369. Ratio, & fundamentum ſumitur ex regula qui poteſt inuitis. ff. de regul. iur. ob quam rationem legitimatio ſpu
4 rij, vel naturalis quæ de plenitudine poteſtatis fieri poteſt à principe, & in præiudicium eorum quibus eſt quæſitum ius in ſpe, poteſt fieri ipſis non citatis, & ita firmant. Bar. & communiter cæteri in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. delib. & poſtl. & nos etiam in dubitatione 74. & alijs ſub hoc titul. & §. noſtro differuimus, prout & quandoque iam diximus, quòd princeps ſine cauſa poteſt auferre id quòd eſt quæſitum alteri ex voluntate ipſius principis, quando etenim princeps ex ſua voluntate fuit
5 cauſa, quòd aliquod ius alicui quæratur, tunc ius ipſum poteſt ſola voluntate auferre ita decidit. Ang. in l. Lucius. ff. de euict. vbi tenet, quod Imperator poteſt auferre ſine cauſa rem acquiſitã ex præſcriptione, ſeu vſucapione, quia talis modus acquirendi fuit inductus ab eo, & ideò ab eo poteſt etiam ſine cauſa auferri idem voluit. Bald. in l. fin. col. pen. verſ. ſed immediatè oppono. C. ſent. reſcin. non poſſ. vbi dicit, quòd quædam ſunt quæ quis poteſt acquirere etiam contra principis voluntatem, quia acquiruntur de iure gentium, ſicut dominia, & iſta non poſſunt auferri ſine cauſa, ſecùs in his quæ ſunt de iure ciuili vt iudicia, & ſententiæ, & ideo infert, quòd licèt ex ſententia ſit tranſlatum dominium tamen valet reſcriptũ principis reſcribentis non obſtante sẽtẽtia, & ex ipſa perdet dominium, quia venit conſecutiuè ad ſententiam, & reſciſſo principali reſcinditur acceſſoriũ l. ſi ex cauſa. §. 1. ff. de mino. & ideò dicit. Caſtr. in l. cum hæredes. ff. de acqu. poſſ. ſe conſuluiſſe, quod princeps ſine cauſa poteſt legitimando ſpurium, vel aliter auferre illi hæreditatem qui per aditionem ab inteſtato eam acquiſiuit, ꝙ talem acquiſitionem, introduxit ius ciuile, eiuſdem ſententiæ eſt. Abb. conſi. 85. ad fin. vbi tenet, quòd ſi princeps diſponit in conſequentiam tollendo ius priuati, valet eius diſpoſitio vbi illud ius erat quæſitum mediante iure ciuili, ſicut quando ſignat ſupplicationem, vt reuideatur ſententia, à qua non poterat appellari, & ſic fecerat ius inter partes. l. res iudicata. ff. de reg. iu. & contra eam reſtituit in integrum. c. cum ex litteris, & c. auditis de in int. reſtit. & licèt hoc dictum poſſit habere aliquid difficultatis poſteaquam dominium eſt perfectè acquiſitum, tamen clariſſimum eſt quando lex dedit modum acquirẽdi dominium, & ipſum modum tollit princeps antequam quis dominiũ acquiſierit, puta, ſi tollit venientibus ab inteſtato ius adeundi, quod eſt de iure ciuili. l. obuenire. ff. de verb. ſign. & non dicitur eſſe in bonis noſtris. l. prætia rerum. ff. ad l. Fal. de quo facit feſtum. Bal.

in Auth.si qua mulier in fi.C. de sacrosc. eccl.vnde legitimando spurium etiam sine causa potest tale ius tollere, quia non est quæsitum dominium, ita pulchrè declarat.Fely.in c. quæ in ecclesiarum col. 18. in vers. quinta declaratio est extra de const.

DVBITATIO CCXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Remissione generali criminum facta, an in ea comprehendantur qui crimina geminarunt.*
2 *Comentariensis, an teneatur si sine iudicis aut curiæ authoritate excarceravit.*
3 *Custos carceris non tenetur si carcerati miraculosè euaserint de carcere.*
4 *Condemnatus ad furcas, & suspensus, qui rupta, & scissa miraculosè resti, in terram cecidit vinus, liberandus est.*
5 *Condemnatus ad mortem liberatur ad petitionē puellæ etiā meretricis illū in virum postulātis.*

PRincipis placito si in sua noua ciuitatis intrata, seu recenti introitu fiat generalis remissio criminum, & liberatio carceratorum, an in tali remissione generali cōprehendantur qui crimina geminarūt, & an tunc commentariensis teneatur si sine iudicis aut curiæ auctoritate ex carcerauit, & quid si miraculosè quis euaserit de carcere, an custos carcerum seu commentariensis teneatur, & quid dicendum de condemnato ad furcas, & suspenso, qui rupta, & scissa miraculosè resti, in terram cecidit vinus.

Quoad primum dubium concludē-
1 dum, quòd sub tali generali remissione non comprehendant de stricto iure criminosi, qui plures reiterauerunt delicta, de quibus aliàs fuerant per principem liberati, & in remissione vltima nullam fecit mentionem vt voluit. Castrens.in l. nemo ante fin. vers. item est argum.C. de epis. aud. Barbat. in c. ex literis de reser. vbi dicit vidisse Bono-niæ hominem decapitari, qui habuerat grā de homicidio, quia non fecerat mentionē de alio homicidio de quo similē habuerat gratiam, sequitur.l.fi.in l. nec damnosa.C.de præci.imp.off. intelige tamen, quando nullam penitus fecit mentionem, secùs si in genere imò remissio hæc generalis extenditur ad omnes falsitatis criminosos quoad vindictam publicam, non quoad interesse partis pro quo adhuc retineri quis debet in carceribus iuxta notat.in l. diuus ff.ad syllan.& Bar.consi.167. tamen cō-
2 mentariensis non tenetur si ex generali criminum remissione per principem in noua alicuius ciuitatis intrata, seu nouo suo ingressu facto excarcerauit, siue liberauit, & extrà careeres posuit, etiam sine iudicis aut curiæ authoritate vt tenet Paris de Put.in synd.in verb. carcer cap.licèt dicatur colum. 1. circa med. vers. posset denique per notat. in l.Domitianus,& in l.Lucius vbi. Bar. ff. ad Turpil.& in l.2.ff.de custo. reo.

Nec etiam in propolito tenebitur
3 custos carceris si carcerati miraculosè euaserint de carcere vt de Beato Petro Vincto sacrosancta cantat ecclesia, qa quæ spiritu Dei aguntur non sunt sub lege c. duæ sunt vers. spiritus quidem Dei lex est 29. quæst.2.& sic tenet. Paris de Put.loco præcitato.

Et huic concordat quæstio de con-
4 demnato ad furcas,& suspenso, qui rupta,& scissa miraculosè resti, in terram cecidit vinus, quia liberandus est, etsi princeps sit consulendus. Paris de Put. in synd.in verb. pœna cap. an si iudex post medium versic.Dec.in l. fauorabiliores reorum.8.ff.de reg. iu. quem etenim Deus liberat, denno suspendi non est promittendum. Liberatur etiam quandoque condemnatus ad mortem
5 ad alicuius puellæ petitionem, & requisitionem etiam meretricis, & ipsum habere in virū postulātis secūdū. Masuer. in sua prax i tit.de pœnis.Paris de Put. in synd.in verb.pœna c.an si index.

DVBI-

Digitized by Google

DVBITATIO CCXXV.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio quoad bona, & honores, & quoad emendam parti adiudicatam, an possit fieri principis placito.*

2 *Superior non potest remittere in totum, priuato inuito, emendam applicandam pro parte fisco, & pro parte alteri priuato habenti iurisdictionem.*

3 *Confiscationem datam seu alteri donatam fisco-que antea adiudicatam potest princeps abolire.*

4 *Confiscatio prohibetur impetrati ante condemnationem.*

5 *Iudex non potest remittere partem applicandam laeso ex vulnere, nec ipse princeps potest.*

6 *Poenam fisco applicandam potest dumtaxat princeps remittere, & eius supremus magistratus ex causa.*

PRincipis placito, an possit fieri restitutio quoad bona, & honores, & quoad emendam parti adiudicatam.

Principem posse expressè non solum ad honores, & famam restituere, sed ēt
1 ad bona probat text. in l. relegati ff. de pœn. & Fely. in c. inter quattuor colu. 2. vers. in quantum de maio. & obed. & in c. fraternitatis col. 5. circa med. de testib. D. præceptor meus Men. de arb. quæst. 92. num. 3.

Quo verò ad pœnam seu emendam parti adiudicatam non posse principē remittere, cùm sit parti adiudicata, firmat tex. in l. venia. C. de in ius vocan. & ibi hoc tenuit gl. quam Bart. Alexan. & Castr. ibi sequuntur.

Hinc infertur, quòd superior nō po-
2 test alterare, & remittere in totum, priuato inuito, pœnam siue emendam applicandam pro parte fisco, & pro parte alteri priuato habenti iurisdictionem ita. Abb. sicul. consil. 6. col. 2. vers. ex prædictis infero ad decisionem secundi dubij vol. 2.

Benè potest princeps confiscationē
3 datam seu alteri donatam fiscoque antea adiudicatam abolire vt per Fely. in c. super eo de off. deleg. Aegid. Bellam. decis. 743. quam siquidem confiscationem solent nobiles, vel curiales ante
4 condemnationem, & declarationem à principe impetrare, quòd iure prohibitum est l. 1. C. de petit. bon. subl. li. 10. vbi Bar. Bal. Angel. & alij sequuntur.

Concludendum ergò est, quòd cum agitur de pœna remittenda: quæ ob damnum alicui datum ipsi damnum passo deferenda applicandaque est, vt putà si quis ob illatum vulnus puniendus est pœna ducentum pro dimidia fisco, & pro altera dimidia læso deferēda, pars illa læso applicanda à iudice arbitrium habente remitti non potest,
5 quoniam nec supremus ipse Princeps sic potest ita glo. in d. l. venia, & ibi oēs præsertim Dec. num. 9. C. de de ius voc. & hoc idem affirmasse Iserniam, Baldum, Paris de Puteum, & alios recenset Grammat. consil. 34. numer. 1. & 2. & Barbat. cons. 11 colum. pen. l. 4. Dec. cōs. 520. num. 2. Ruin. cons. 167. num. 20. lib. 1. Paril. cons. 1. num. 42. lib. 4. imò scribit Gramm. d. cons. 34. num. 2. Principem hanc pœnam parti læsæ applicandam remittere peccare mortaliter, quòd sētit Sot. lib. 4. de iust. & iur. quæst. 5. art. 4. qui vir maximi nois inter sacrę Theologiæ professores sentit, Principem teneri ad restitutionem ipsi læso, quem bonus Princeps debet recompensare, ideo scribit Aristot. lib. 5. Ethicorum. c. 5. quod quando homines vident nō sibi per iniicta compensari iniurias, in seruitute se viuere arbitrantur.

Rectè solum potest princeps pœnā
6 fisco applicādam remittere, vt per Ias. in l. 1. nu. 3. C. de precib. imp. offer. Deci. in c. de causis nu. 18. de off. delega. dum vult etiam maiores magistratus posse pœnam fisco applicandam remittere ex causa per legatur. D. meus Meno. de arbi. quæst. 96. ad quem te remitto.

DVBI-

Digitized by Google

DVBITATIO CCXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Principis placito, an concedi possit quicquid vult ipse princeps, & potest mandare cuilibet, vt de facto procedat, nulla iuris seruata solemnitate.*

2 *Verba illa, concedimus, vt ea possis, quæ nos possumus, indicant absolutam potestatem intellige, vt ibid.*

3 *Verba, procedas de facto. arguunt facultatem procedendi manu regia.*

4 *Princeps sicut legibus viuere debet, ita & is cui suas mandauit vices.*

5 *Ius positum naturalem redolens æquitatem non potest à principe immutari.*

6 *Actus principis præsumitur ab omni malitia alienus.*

7 *Tria requiruntur in vero principe.*

8 *Princeps si mandet de facto posse procedi qualiter intelligatur.*

9 *Intellectus absurdus est fugiendus etiamsi nis litteræ inferatur.*

10 *Verba illa de facto, inferunt iustitiam esse obseruandam positpositæ iudiciorum formæ.*

1 PRincipis placito, an possit concedi quicquid vult ipse princeps, ita vt possit mandare cuilibet, vt de facto procedat, nulla iuris seruata solemnitate, velut, si rescripserit, cõcedimus, vt ea possis, quæ nos possumus.

Principem posse quicquid vult satis patet hoc. §. nostro, insti. de iu. nat. gen. & ciu. si verò alteri vices suas mandet princeps, videtur illi data facultas faciẽdi ea, quæ facere potest ipsemet princeps, veluti, quando dixerit, concedimus, vt ea possis, quæ nos possumus,
2 quę verba indicant absolutam potestatem, sic Barto. in l. creditor. §. Lucius. ff mandat. Abb. in c. intelleximus. nu. 11. de iudic. in c. expositi de dilat. Afflict. decis. 305. num. 4. quæ verba etsi specialem mandatum tribuere videantur, vt relati omnes affirmant, in dubio tamen concessio intelligitur solùm quòad ea, quæ iure, & ratione regulantur.

3 Prout & liberam ac absolutam potestatem tribuunt verba illa, procedas de facto, quia his verbis data videtur facultas procedendi manu regia, nulla iuris seruata solemnitate, ita opinatur Bart. in extrauag. ad reprim. in verb. videbitur. num. 12. & in consi. 82. num. 2. lib. 1. Alex. consi. 199. in fin. lib. 6 Ruin. consi. 13. num. 6. lib. 2. Dec. consi. 434. nu. 4.

Etsi verò hæc facultas data videatur cùm tamen soleat princeps legibus viuere. l. princeps. ff. de legi. & l. digna vox C. eo. sequit, quòd sicut leges princeps
4 ipse debet seruare, sic & is, cui suas mãdauit vices, quare si non licet principi, minùs illi, quod probant verba Theodosij, & Valent. in d. l. digna vox in fine, ibi, & oraculo præsentis edicti, quod nobis licere non patimur, alijs indicamus, & ille tex. in l. princeps. ff. de legi. intelligitur solum in solemnitatibus rigoris, quę non substantiam, & in terminandis litibus æquitatem, sed solum illum rigorosum modum procedendi recipiunt, quod doctè declarauit Ioan. Corasius lib. 2. Miscellan. iur. cap. vlt. vnde nec licere principi ius positiuum,
5 quòd naturalem sapit æquitatem, immutare, post alios scripsit Crau. in trac. de antiq. temp. 1. part. prin. in prin. num. 45. & Didac. Couar. lib. 2. varia. resolu. cap. 1. num. 8. quare cum præsumatur, principem velle, quòd actus suus sit ab
6 omni malitia alienus. §. illud in auth. de constit. quæ dign. & tradit Crau. loco præcit. num. 13. quo etiam loci sub num. 19. subdit in vero principe tria esse debere, potentiam, sapientiam, ac diuinum cultum, dicendum ideò est, q̃ si
7 mandet de facto posse procedi, intelligi ęquitate ac naturali ratione seruata, spreta quidem illa iuris communis solemnitate stricta, quia in quauis ampla
8 & absoluta potestate intelligitur, dummodo ne quid turpe, ne quid illicitum, ne quid iure prohibitum fiat l. 1. ff. de mil.

Digitized by Google

mil.testa.iuncta. l.dotalem. l.in fraudē. & l.si à milite.§.1. & 2. ff.de milit. testa.l. 3. §. si procurator . ff. quod quisque iur. absurdus etenim intellectus est fugiendus etiamsi vis litteræ inferatur. l. scire oporter.§. aliud.ff. de excusa.tuto.vnde Bal.in d.l. 1. ff.de milit.testam. intelligit
10 verba illa,de facto, in iudice,iustitiam esse obseruandam postposita iudiciorum forma.

DVBITATIO CCXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Principis placitum, an iustificetur ex sola Principis assertione .*
2 *Iudici asserenti se ex arbitrio dato feciſſe,quando credendum .*
3 *Patris donantis filio assertioni, vt habeat ex causa peculij Castrensis, an sit standum.*
4 *Prælato asserenti rem Ecclesiæ præcedentibus legitimis tractatibus distractam esse non creditur .*
5 *Iudici creditur , vbi agitur de modico præiudicio.*
6 *Iudici asserenti se aliquid ex sua potestate feciſſe creditur,& se ex causa qua facere potuit , feciſſe .*
7 *Præsumptio stat pro iudice in his de quibus iudicare potest .*
8 *Damnum passi iuramento licet sit standum , contrarium tamen potest probari .*
9 *Iudici asserenti non verisimile non est credendū .*
10 *Verisimile, quòd non est speciem habet falsitatis .*

PRincipis beneplacitum, an iustificetur ex sola ipsius principis assertione, & quid dicēdum de iudice asserente se ex arbitrio sibi dato feciſſe, an ei sit credendum,& quid de prælato solam principis assertionem sufficere ad eius beneplacitum
1 iustificandum probatur per Soci. sen. consi.4.col.4.versic.primum probatur. lib.3.& consi.84.col.4. versi. secundum probat libro. 3. respondit idem Socin. esse credēdum assertioni principis donantis,de causa donationis,ex quo donare potest,& multis alijs in casibus de iure respondendo doctrinam Bart.in l. ambitiosa num. 27. ff.de decr. ab ordi. fac.secutus probauit Ruin. consi.35.nu. 38.consi.50.in fi. consi.175.num.14.lib. 1.consi.117.num.8.lib.3.consi.98.num. 716.lib.4.consi.3.num.1.& consi. 95.nu. 10.lib.5.

2 Similis resoluitur quæstio de iudice cui asserenti se ex arbitrio sibi dato feciſſe,credendum esse sensit Bar.d.l.ambitiosa num.27.ff.de decr.ab ordin.fac. cui tamen iudici non creditur de eius iurisdictione cùm circà substātiam est dubium,quia hoc à sua potestate,& facto non pendet, sed à facto superioris iurisdictionem concedentis quod probatur ex reg.l.si fortè. ff.de Castr.pecul. quo loci scriptum est, non esse standū
3 assertioni patris donantis filio, vt habeat ex causa peculij Castrensis vnde eo loci colligit Bar. non credi assertioni donantis ex causa bene meritorum, cùm sine ea donare non potest, cuius doctrinam sequuntur omnes,vt latè & doctè legimus apud Dec. in l. si donatione num.18.C. de collat. Ferrat.caut. 33.nu.3. Parit.consi.73.num.66.lib.1.Tiraq. in l. si vnquam in verb. donatione nu.88 C.de reuoc.don.

4 Simile est,quod subijcit idem Bar.in d.l. si fortè in fi. non credi prælato asserenti præcedentibus legitimis tractatibus rem ecclesiæ, quæ aliter alienari non potest, distractum fuisse, sequitur. Gramm.decis.79.nu.20.

5 Creditur siquidem iudici cum modicum versatur præiudicium, secùs verò vbi de graui præiudicio ageretur, vt in simili declarando tex. in d. l. si fortè. ff. de Castr. pec. docuit Purpur. in l. 1. nu. 549.versi.ideò secunda; ff.de off.eius.

6 Creditur etiam iudici asserēti se aliquid ex sua potestate feciſſe, cùm partes præsentes non dissentiunt ita Crau. de antiq.temp.2. parte prin. in prin.nu. 26. prout & iudici asserenti se ex causa

aliquid

aliquid feciſſe creditur cum ex ea cauſa facere potuit, ratio eſt : quia hoc à ſe ipſo,non ab alio pendet,ita ſenſit Dec. in l.1.in prin.num.69.ff.de off.eius:quia cum ad libitum facere hoc potuerit, nec in arbitrarijs iudex poſſit reprehẽdi, ſequitur ei omnino eſſe credẽdum totum enim ab eius voluntate dependet,hinc dicimus ſtandum eſſe illius aſſertioni de eo,quod in animo ſuo,ſuaque voluntate dependet gl.in §.ſed iſtę vbi Iaſ.nu.54. inſti.de act. præterquam, quòd maxima ſtat præſumptio pro iu-
7 dice in his de quibus iudicare poteſt. l. Herennius.§.Caia.ff.de euic.latè Alcia. tract.præſumpt. reg.3.præſump.9.Soci. ſen. conſi.96.col.4.lib.1. Dec. in c. quæ in eccleſiárum nu. 28. de conſtit. generaliter autem probatio contra aſſertionem alicuius admittitur,vt ſi ex diſpoſitione ſtatuti credendum ſit aſſertioni cum iuramento damnum paſſi,contra-
8 rium tamen probari poſſit,ita poſt glo. in l.2.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxal.cauſ.agatur & ibi Caſtren.Alex.Soci.& Iaſ.Plot. in l.ſi quando num.754.C.vn.vi.& probat Oſaſc.deciſ.60.nu.8.Clar.lib.5. practi.crim.§.fi.de ſtat.pœnal.circa damna data quæſt. 66.

9 Imò & iudici aſſerenti etiam non veriſimile non eſt credendum : quia veriſimilitudo repugnat, & quod veriſimile non eſt, ſpeciem habet falſitatis Iaſ. in l.ſi extraneus.nume. 6.ff.de condict. indebi.

DVBITATIO CCXXVIII.

SVMMARIVM.

3 *Diſpenſatio ſuper iuramento, an poſſit fieri principis ſecularis placito.*

2 *Lex vim apoſtolici obtinet, vt iuramentum remittat.*

3 *Princeps in caſu belli inferendi, vel ſuſtinendi non poteſt à ſubditis pecunias mutuo, vel aliàs de facto pro ſua guerra capere, ſed priùs debet de ſuo expendere,& in defectum eiuſdem poteſt à ſubditis capere,& poſtea tenetur eis reſtituere.*

4 *Dux Sereniſſimus Sabaudiæ commendatur liberalitate.*

5 *Epiſcopis non licet proprios ſubditos fruſtrare ſa leis niſi magna ex cauſa, vt charitat uum ſubſidium tantum exigatur in caſibus expreſſus.*

6 *Papa cum bellum gerit nihil à ſubdit ſubſidijs charitatiui poteſt exigere.*

7 *Prælatus,vt ad concilium, vel Romam accedat ſubſidium charitatiuum non poteſt exigere.*

PRincipis ſecularis placito , an poſſit fieri diſpenſatio ſuper iuramento, & an princeps exigẽs in ſui ſubſidiũ à ſubditis teneatur reſtituere,& quid dicendum vbi exi-
1 geret princeps in caſu belli inferendi, & ſuſtinendi, quòd princeps ſecularis poſſit ſuper iuramento diſpenſare probare videtur caſus expreſſus in l. Imperatores in prin.quæ eſt lex fin.ff.ad munic.& facit tex.in l.fi.ff.de re milit.quod fortè verum erit, quando diſpenſatio fundatur in principe non autem in parte , quia in iuramento authoritas ſuperioris intelligitur excepta. c. venientes & c. peti. extra de iureiu. lex etenim cũ
2 Apoſtolici obtinet, vt iuramentum remittat glo.in l. adigere. §.fi.ff.de iurepa. & notat Bald. in l. nec patronus. C. de oper.libert.& ita ſe vidiſſe obſeruari teſtatur.Guid.Papæ q.194.

In caſu verò belli inferendi,vel ſuſtinendi non poteſt princeps alicuius pa-
3 triæ à ſubditis pecunias mutuò, vel aliàs de facto pro ſua guerra facienda capere,ſed priùs debet de ſuo expendere,& in defectum eiuſdem poteſt à ſubditis capere , & poſteà tenetur eis reſtituere Guido Papæ. q.551. in fi. refert & ſequitur D. meus Menoch. de arb. caſ. 178. num. 7. vbi affirmat ſic vidiſſe ob-
4 ſeruari à Sereniſſimo Sabaudiæ Duce dum ciuitatem Taurini recuperaturus eſſet , qui ita piè , & ſanctè egit Dux ille liberaliſſimus,vt exacta à ſubditis cũ annuis eorum cenſibus præſtari conſuetis

fuetis compenſaret, non etenim nec ipſismet Epiſcopis licèt proprios ſubditos fruſtrare taleis, & exactionibus niſi
5 magna, & iuſta cauſa probabiliſque neceſſitate vrgente, vt charitatiuũ ſubſidium dumtaxat exigatur cum agitur de recuperandis eccleſiæ bonis, vel cũ agitur de emendo caſtrum, vel oppidũ munitiſſimum, quo hoſtes proculcarẽtur, vel cum prælatus à Rege euocatur pro ſeruitio exercitus bellici, vel cum Rex apud prælatum hoſpitatur, vel cũ lis magna eccleſiæ mouetur, & prælatus, qui ex ſe litem & bellum ſuſtinere poteſt, charitatiuum ſubſidium clericis nõ poteſt indicere, cùm ipſemet ſupremus Pontifex nihil à ſubditis ſubſidij
6 charitatiui exigere poſſit, cùm bellum gerit, & prelatus dices, vt ad concilium vel Romam accedat ſubſidium huiuſ-
7 modi charitatiuum non poteſt exigere, vt ſigillatim de ſingulis omnibus præmiſſis ſcribit copioſiſſimè pro more ſuo D. meus Menoch. de arbit. præcit. caſ. 178.

DVBITATIO CCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Principum placita vbi incerta, obſcura, vel ambigua ſunt, an & qualiter & contra quem ſit faciẽda interpretatio. ibid. late.*
2 *Conſuetudinis ad interpretationem recurritur ceſſante principis interpretatione.*
3 *Conſuetudo optima legum interpres, & illa ceſſante iudex interpretatur.*
4 *Interpretatio fit ſecundum mentem ſi de ea apparere poſſit.*
5 *Interpretatio fit in benigniorem partem dumtamen mens non offendatur.*
6 *Excommunicatio eſt pœna medicinalis non mortalis de alijs pœnis ibid.*
7 *Crimen, quando committitur contra principem vel Reſpub. interpretatio fit in duriorem partem.*

1 PRincipum placita vbi incerta, obſcura, vel ambigua reperiantur, an & qualiter & contra quem ſit faciẽda interpretatio. ſi loquimur de priuilegijs tunc interpretatio pertinet ad eum, qui priuilegium conceſſit, l. ex facto circa p. in. ff. de vulg. & l. Neratius. ff. de reg. iur. & in auth. de rapt. mul. in princ. & in c. cum venillent de iudic. quo ceſſante, ſi eſt, vel eſſe poteſt talis interpretatio, quæ ius alterius in totum nõ tollat, vel quæ ius fiſci, vel ius publicum non lædat, quæ tamen aliquid indulgeat, quæ aliũ graui damno non afficiat, ſatis poteſt ille interpretationi ſtari arg. l. nec auus. C. de emanc. & l. nec damnoſa, & l. reſcripta. C. de preci. imp. off.

Si loquimur de beneficiis, ſeu gratijs, tunc aut in ambitioſis, & fiet ſtricta interpretatio, vt patet in gratijs impetratis ſuper beneficijs c. cũ in illis de præben. c. is cui. c. ſi motu proprio ſecundo reſponſo, & c. ſi pluribus de prẽben. in 6. patet etiam in diſpenſationibus. c. ſi is cum quo de fil. preſbyt. c. non poteſt, & c. is cui de prẽben. in 6. aut non in ambitioſis, ſed fauorabilibus, & tunc ſi ſine læſione tertij concedantur, & non ſunt contra ius commune, plena eſt faciẽda interpretatio. l. beneficium. ff. de conſtit. princ. c. decet de reg. iur. in 6. & c. cum dilectus de donat.

Si verò adſit ambiguitas in verbis à lege prolatis, tunc ad ſolum principem pertinet interpretatio neceſſaria, quę omnes conſtringit. l. 2. §. exercitum. ff. de his qui not. infam. l. 1. & fin. C. de leg. c. inter alia de ſent. excomm.

Ceſſante verò interpretatione prin-
2 cipis recurritur ad interpretationẽ conſuetudinis, quæ eſt optima legum in-
3 terpres. l. ſi de interpretatione. ff. de legi. c. cum dilectus de conſuet. c. certificari de ſepul. qua ceſſante quandoq; interpretatur iudex, vt in l. & ideò. ff. de legi. l. 1. ff. ſi cer. pet. vbi quandoq, interpretatur magiſter vt in l. vn. C. de profeſſ.

Digitized by Google

qui in vrbe Constant.lib. 10. qui iudex vel magister, debent interpretari secundum mentē si de ea apparere pos-
4 sit.l.scire.l.contra legem. ff.de legi.l.nō aliter. ff.de leg.3. l.scire oportet.§.aliud. ff.de excus. tut. aliàs fit interpretatio in benigniorem partem taliter tamen, qp
5 mens non offendatur.l.benignius. ff.de legi.c.fin.de transact.

Vbi verò loquimur de pœnis, tunc aut versamur in pœnis medicinalibus
6 vt in excommunicatione, quæ est medicinalis non mortalis. c. cum medicinalis de sent.excom.in 6. & tunc in duriorem partē fit interpretatio. c. si quē de sent.excom.

Et est ratio, quia illa est vtilior, & securior animæ ideò sequenda, c.ad audientiam de homic. cum concord.ibi alleg.aut versamur in alijs pœnis,& vbi potest liquere de modo pœnæ, de illa debet intelligi.l.2.§.ignominię vers.sed etsi cum. ff. de his qui not.infam. l.milites §. missionum vers. sed si sine ff. de re mil.aut non potest liquere, & tunc vbi incertitudo,vel dubietas vertitur circà quantitatem,vel qualitatem pęnæ imponendæ tunc in benigniorem partē, & pœnam interpretatio est facienda. l.si prętes,& l.interpretatione.ff.de pęn. c.in pœnis de reg.iur.in 6.

Quando tamen crimē committitur contra principem, vel rem publicam tunc fit interpretatio in duriorem partem,& latè vt per Dyn.in c.odia de reg. iur.in 6.& in c.in obscuris eod.tit.notat idem Dynus distinguendo vt ibi videre poteris.

DVBITATIO CCXXX.

SVMMARIVM.

1 *Princeps vtrum possint, vel debeant secundum conscientiam suam iudicare.*
2 *Sententia principis præsumitur iusta ideò ab ea non appellatur.*
3 *Princeps semper præsumitur incorruptibilis, & quòd iustè faciat.*
4 *Iudex qui facit secundum mandatum principis non peccat.*
5 *Princeps, & quilibet dominus, cuius dictum habetur pro lege in territorio suo, debet in causis coram eo vertentibus iudicare secundum conscientiam, alias peccaret.*

PRincipes huiusmodi placita vtrum possint, vel debeant secundum conscientiam suam iudicare?

Solent distinguere Doctores, aut quærimus vtrum princeps possit, vel debeat secundum conscientiam suam iudicare de potestate ordinaria, & dicitur, quòd non, nisi prout alij inferiores possunt arg. l.digna vox.C.de legib. & c.nos si incompetenter 2. quæst. 7. & c.si quando de rescr. & c.tum ex literis in verb.perspeximus de in int.resti.

Aut de potestate absoluta, & tūc est dicendum, quòd princeps potest secūdum conscientiam suam iudicare.c.cū à nobis in fin. de testib. c.cum dilectus, & c.cum venerabilis de consuetu. quia tunc quicquid principi placet, legis habet vigorem. l.princeps ff.de legi. l.1. ff. de constit.prin.nostro.§.sed quod principi instit.de iur.nat.gent.& quòd princeps possit secundum suam conscientiam iudicare tenuerunt scribentes in l.rescripta. C.de præcib.imp. off. ea ra-
2 tione, quia sententia sua semper præsumitur iusta, vnde ab ea non appellatū, & quia est super legē, & qa semper pręsumit incorruptibilis, & est pręsumptio
3 p eo, qp iustè faciat qcquid facit, ita qp non admittatur probatio in contrariū si tamen iniquè iudicet, peccat, tamen iudex qui facit, vel iudicat secundum eius mandatum non peccat, quia princeps est lex animata in terris vt in Auth.de consul. in fin.

Non omittam singulare dictum. Nicol.de Milis in suo repert. aur. in verb. princeps sub num. 37. vbi dicit formiter, quod princeps, & quilibet dominus

cuius

cuius dictum habetur pro lege in territorio suo debet in causis coràm eo vertentibus iudicare secundum conscientiam, aliàs peccaret.

DVBITATIO CCXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio gratiæ seu priuilegij vtrum possit fieri parte aduersa absente.*
2 *Principi dicere non possumus, cur ita facis?*
3 *Priuilegiati omne id percipere debent, quòd præsentes percipiunt, quia priuilegium facit censeri residentem licèt non interessentem diuinis.*

1 PLaciti seu priuilegij, beneficij, vel gratiæ interpretatio vtrum possit fieri parte aduersa absente, & an priuilegiati omne id percipere debeant, quod præsentes percipiunt, licèt diuinis officijs non interfint.

Resoluo primum dubium distinguẽdo, quandoque fit interpretatio extrajudicialis, quandò, scilicèt, quæritur de interpretatione Papæ priuilegium cõcedentis, vel alterius principis, & tunc non est necesse partes citari, vel esse præsentes, & tamen præiudicium facit, & coguntur ad eam obseruandam, & ita loquitur tex. in c. olim de verb. sign. & c. cum tibi, & c. ex parte vestra, & c. dilecto, & c. tua nobis eo. tit. quæ potius dicitur declaratio, quàm interpretatio argu. l. hæredes palàm. §. 1. ff. de testam. quandoque fit interpretatio secundum verborum propriam significationem, & hæc etiam omnibus præiudicat, & ius facit, ex quo fit à principe siue fiat in iudicio siue extra iudicium vt patet in c. 1. & 2. & in c. cum clerici & c. quærenti, & c. venerabili, & c. super quibusdam, & c. nouimus de verb. sign.

Quandoque fit interpretatio super alio dubio, & tunc si motum sit dubiũ inter partes in iudicio, aut in iudicio inferioris iudicis principe, & tunc nunquam debet fieri interprætatio nisi partibus præsentibus siue quæratur de dubio sententiæ iudicis inferioris vt in c. ex parte il 2. de verb. sign. quia ille iam functus officio suo siue benè, siue malè non habet se amplius intromittere arg. eorum quæ notantur in c. in litteris in fi. de off. deleg. siue de dubio cõpositionis vt in c. ex multiplici de decim. siue de dubio priuilegij vt in c. ex parte il 2. & c. cum olim, & c. abbate de verb. sign. talis enim interpretatio semper fieri debet præsentibus partibus, cũ præiudicet, & sit diffinitiua aliàs non valeret. c. adhæc. §. fi. de off. Archid. l. 2. §. 1. & 2. ff. quis ordo in 6. post. seru. l. de vno quoque. ff. re iud.

Aut fit interpretatio super dubio moto inter partes in iudicio principis, & tunc si sit surreptitia, puta, quia de lite pendente non fiat mentio, non valebit argumentũ eorum quæ leguntur, & notantur in c. dudum de priuil. & c. cautam quæ de testibus. cap. fin. vt lit. pend.

Si autem princeps ex certa scientia
2 procedat non possumus ei dicere, cur ita facis? c. in memoriam 19. distinct. valebit ergò omninò etsi præiudicet. c. duo simul de offic. ordin. secundum Innoc. gloss. penult. cap. olim de verbo. signif.

Priuilegiati verò omne id percipere debent, quòd præsentes percipiunt, licèt diuinis officijs non interfint, vt sic priuilegium facit priuilegiatum censeri
3 residentem licèt non interessentem diuinis ita tenet. Io. And. in præcitato c. olim de verb. sign.

DVBITATIO CCXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus succedens non priuilegiato, an vtatur proprio priuilegio circa omnia.*

2 *Priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato, an vtatur proprio priuilegio quantum ad præſcriptionem.*

Et quid quoad obligationes. ibid.

3 *Ius patronatus laici deueniens ad eccleſiam efficitur eccleſiaſticum.*

VIb dubitatione p̄miſſa 199. deſcripſimus, an priuilegiatus vtatur ſuo priuilegio cōtra æquè pariter priuilegiatum, modo iuuat quærere, nunquid priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato, 1 vtatur proprio priuilegio circà omnia.

Vberioris diſtinctionis medio reſoluenda venit, præſens dubitatio per me antèà facta ſub dubitatione 77.

Aut quærimus de vtendo priuilegio circà præſcriptiones, aut circà obligationes, aut circa alia, primo caſu aut quærimus pro tempore præterito, aut pro tempore futuro, ſi pro tempore p̄terito dicamus, quòd priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato, non vtetur proprio priuilegio. l. fiſcus cum in priuati. ff. de iur. fiſc. & l. ſicut. C. de præſcri. 30. vel 40. ann. ſi pro tempore futuro, tunc aut priuilegiatus ſuccedit non priuilegiato ex parte præſcribentis, aut ex parte eius contra quem præſcribitur, ſi ex parte præſcribentis, aut priuilegiatus non vult vti acceptione ſui authoris, & tũc vtetur ſuo priuilegio, aut vult vti, & tunc non vtetur, ſic loquitur tex. in l. cum notiſſimi §. 1. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. arg. l. Pomponius. §. cum qs ff. de acq. poſſ. Ex parte verò eius contra quem præſcribitur, tunc diſtinguas, aut impeditur præſcriptio in totum, vel in tempus incertum, aut retardatur in aliquod tempus certum, aut non impeditur.

Primò caſu, ſcilicèt, quando impeditur præſcriptio in totum, vel in tempus incertum, tunc priuilegiatus non vtetur priuilegio ſuo vt eſt caſus in l. ſi fundum. ff. de fund. dot. 2. caſu, ſcilicèt, quãdo retardatur in aliquòd tempus certum, vtitur priuilegio ſuo, vt in præcitata. l. ſicut. C. de præſc. 30. vel 40. an. & c. vn. de iurepat. in 6. Tertiò caſu, ſcilicèt, quando non impeditur, habet locum diſpoſitio. Auth. quòd ſi quibuſdã. C. de præſcr. long. temp. vt, ſcilicèt, idẽ ſit de parte temporis quoad partem, quòd de toto quoad totum.

Et circà præſcriptiones nunquid priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato 2 vtatur proprio priuilegio quantum ad præſcriptionem videnda ſunt notata p̄ Bal. in Auth. quas actiones colu. 3. verſ. quæſtio ſtat in hoc. C. de ſacroſ. eccl. & per Bar. ibid. circa fin. & in l. cum filius ſa. §. in hac ſtipulatione. ff. de verb. obl. & in l. fiſcus. ff. de iur. fiſci, & Salyc. in l. cum quidem. §. fiſcus. ff. de vſur.

Vbi verò quærimus de vtendo priuilegio in obligationibus, tunc aut q̄rimus de tempore præterito, aut de futuro, ſi de præterito, tunc non vtetur priuilegio, vt in l. fiſcus cum in priuati 2. reſponſo. ff. de iur. fiſc. & l. 3. in fin. ff. ad Trebell.

Si de futuro, tunc aut contrahitur obligatio propter factum, aut propter non factum, primo caſu vtitur priuilegio ſuo, vt ſi minor ſuccedat maiori, reſtituatur, l. cum filius. §. in hac. ff. de verbo. obl.

Secundò caſu ſubdiſtinguo, aut priuilegium eſt ſibi conceſſum intuitu p̄ſonæ tantum, aut intuitu Reipublicæ ſi intuitu perſonæ tantum, tunc non vtetur priuilegio ſuo, exempli gratia, maior promiſit mihi ſoluere ad diem ſub pœna, interim decedit, & minor ſibi ſuccedit, & minor ipſe non ſoluit ad diem, certè incidit in pœnam, nec vtetur priuilegio in integrum reſtitutionis vt in l. 2. C. ſi adu. vend. pign. & l. Aemilius. ff. de mino. ſi verò habet priuilegiũ intuitu Reipublicæ vt fiſcus, tunc in iſto caſu vtitur priuilegio ſuo, vt l. cum quidam. §. ſi debitores. ff. de vſur. & l. fiſcus cum in priuati. ff. de iur. fiſci.

Quando autem verſamur circà alia, tunc

tunc regulariter pro tempore præterito, scilicèt, sui prædecessoris, non vtetur priuilegio suo, sed pro suo tempore vtetur, vt probatur in c. vn. §. fi. de iurepatro. in 6. vbi habemus, quòd iuspatronatus laici deueniens ad ecclesiam vel monasterium, iuspatronatus ecclesiasticum efficitur, & iurispatronatus ecclesiastici censetur. 3

Ratio autem diuersitatis inter præscriptiones, & obligationes est, quia tota obligatio formata fuit in persona minoris, & idcò non sic vtitur quis suo priuilegio ibi sicut in præscriptione in qua totus cursus præscriptionis non est completus in persona maioris non priuilegiati, vnde quia non est præscriptio tota formata in sua persona sed formãda venit in persona priuilegiati, vtitur priuilegiatus suo priuilegio in pscriptionibus, & pro ista ratione facit tex. in l. 3. §. 1. ff. de mino.

Ratio verò diuersitatis in obligationibus inter facta, & non facta est quia tanta est differentia inter ea, quanta interens, & non ens, nam ex quo factum est ens, & potest respicere personã eius qui facit, ideò si persona est priuilegiata, potest respicere eam, & habita consideratione suæ personæ vtetur priuilegio. Sed non factum est non ens, & nõ ens non potest concernere aliquam pionam, hinc que inferas, quòd si minor qui succedit obligato non soluit, non vtitur priuilegio suo, cum nõ ens istud nihil suam personam respiciat, & ex pmissis discussa, & clara remanet proposita dubitatio de qua etiam præscrib. in c. dilectus de præben.

DVBITATIO CCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Papæ seu Sanctæ Sedis Apostolicæ priuilegia, an possint per alium quàm per Papam cognosci, & iudicari.*

1 PApæ priuilegia seu Sanctæ Sedis Apostolicæ placita, an possint per alium quàm per Papam cognosci, & iudicari si quærimus de priuilegijs siue prærogatiuis à Deo, vel à Papa, vel à cõcilijs Romanę eccłę collatis, vel de iuribus sibi quomodolibet cõpetẽtibus, tũc de illis solus Papa, vel ipsius Cõmissarius in hac parte habet cognoscere & iudicare, vt legitur, & notatur in c. 1. de transla. epis. vel ele. & c. quod ad translationem de offi. leg. & c. huic sedi 17. dist.

Vbi verò quærimus de priuilegijs, seu exceptionibus à Papa ecclesijs, seu collegijs, vel personis singularibus cõcessis tunc aut quærimus, vtrum alius, quàm Papa, vel ipsius Commissarius in ea parte possit de eis cognoscere seu iudicare principaliter, & directè, puta si sit quæstio, an valeant, vel non, vel an potuerint concedi, vel non, vel si sit dubium de interpretatione dubiorum ibidem contentorum, & tunc dicendum, quòd non; & ita intelligunt Innoce. & Hostien. textum in c. cum veniissent de indic. Aut quærimus an alius quàm Papa, vel ipsius commissarius in hac parte possit de eis cognoscere, vel iudicare incidenter, & indirectè, puta, si contra priuilegia in modum probationis exhibita, opponatur, quòd sunt falsa, & sic indirectè, & incidenter quæritur, an sint vera vel falsa, vt in c. super litteris de reser. & in c. inter dilectos de fid. instr. vel si quęratur, an iuuent causam, de qua agitur, & dicendum omninò, quod sic, vnde de talibus, iudex potest cognoscere, & eis non obstantibus iudicare super causa principali pendente coram eo, ita vt de priuilegijs non faciat mentionem, & sic de incidenti cognoscat, & de principali pronuntier, secundum Inno. & Hostiẽ. ac alios scrib. in c. cum veniissent de iudic.

DVBI-

DVBITATIO CCXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, seu rescriptum vni concessum, an cõpetat alteri ex litigantibus, ita vt alter possit, & debeat eo vti.*
2 *Personarum acceptio non est habenda in iudicijs.*
3 *Priuilegiatus non trahitur extrà suam diœcesim. extende vt ibi.*

1 PLacitum, seu priuilegiũ vni concessum, an competat alteri ex litigantibus ita vt alter possit, & debeat eo vti hac quæstione, etsi sub dubitatione 200. præcedẽti videamur tetigisse, quòd clariori tamen intelligentia supplendo superaddimus, vt in iudicijs ambigendum non eat, & breuiter distinguamus, qđ omissimus.

Et quàmuis Dyn. in c. in iudicijs de reg. iu. in 6. & Doct. in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. aliquas recitent opiniones, tandem concludunt omnes esse distinguendum sic.

Aut priuilegium cõtinet ius iniquũ: quia in alterius præiudicium & lesionẽ concessum, & tunc si ad partis postulationem conceditur, debet impetrans vti eodem iure, si verò sine postulatione conceditur, tunc non cogitur eodẽ iure vti, vt in l 1. & 3. ff. quod quisq; iur.

Aut priuilegium non continet ius iniquum, sed fauorẽm illius cui conceditur, & aliquam iuris communis relaxationem, & tunc siue ad postulationem, siue sine postulatione concedatur, prodest impetranti tantum & non alij cum non contingenti, vt in hoc nostro. §. sed quòd principi insti. de iu. nat. gen.

Iterum prodest non illi solũ cui conceditur, sed etiam secum litiganti occasione controuersiæ, quæ inter eos versatur, & inæqualitatis vitandæ, & ita loquuntur. tex. in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. & l. in sacris & l. vnicuiq;. C. de proxi. sacro. scri. lib. 12. & notãt scriben. per illum tex. in c. prudentiam de mut. petit. quæ connexitas & extensio priuilegij procedit, quia non est habenda in iu
2 dicijs acceptio personarum, vt in præcit. c. in iudicijs de reg. iur. in 6. & videtur hoc tangere gl. in hoc §. nostro sed quod principi insti. de iu. nat. gen. & in d. l. fi. C. de fruct. & lit. expen. in 1. glo. in 2. solutione, quæ est verior, & per præ-
3 missa soluitur quæstio de priuilegiato ne trahatur extrà diœcesim suam per litteras Apostolicas, qui extrà ipsam alium trahit, ille alius vult seipso tueri priuilegio, quod habet actor, quod potest, si ad actoris instantiam, sit datum priuilegium, aliàs secùs. l. quod fauoré. C. de legi. Abb. in d. cap. prudentiam de mut. petit.

Idem dicendum si ille alius reconueniat eum, quod licitè facere potest per tex. in d. c. prudentiam, si illud priuilegium ad sui instantiam fuit sibi concessum.

DVBITATIO CCXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Placito, seu priuilegio an quis se tueri possit quominùs excommunicatos euitare teneatur.*
2 *Excommunicatos minori excommunicatione quis non tenetur euitare de excommunicato excõmunicatione maiori distingue.*
3 *Si illud de quo magis videtur inesse, nec inest, nec id, de quo minùs.*
4 *Excommunicato, nec Aue dicendum Papa non potest destruere ius diuinum.*
5 *Sed ex causa potest illud modificare, & declarare.*
6 *Papa participando cum excommunicato non peccat, imò videtur absoluere.*

PLacito, seu priuilegio, an quis se tueri possit, quominùs excõmunicatos euitare teneatur.

1 Minori excommunicatione percussos quis vitare non tenetur, nec

peccat

peccat etiam venialiter cum eis partici-
2 pando, cùm non ſint excluſi à communione hominum, ſed tantum à participatione Sacramentorum. c. à nobis de except. c. ſi celebrat de cler. excom. min.

Vbi verò quis ſit excommunicatus maiori excommunicatione, tunc aut quæritur de priuileg o non in corpore iuris clauſo, aut de priuilegio in corpore iuris clauſo, ſi de priuilegio non in corpore iuris clauſo, tunc aut de cõceſſo per Epiſcopum, vel alium, quam Papam, & tale non excuſat arg. c. nulli de ſent. excom. quod loquitur de priuilegio apoſtolicæ ſedis, quod eſt maius, & ſi illud de quo magis videtur ineſſe, nec ineſt, nec id de quo minùs. c. imi-
3 tare 6. q. 1. c. ſi ergò 8. quæſt. 1. c. ſi paulus 32. q. 5.

Vnde ſi Epiſcopus præcepit mihi, vt communicem alicui, puta, Titio, quẽ ſcio excommunicatum, & in ſuo præcepto adiungit excommunicato errorem in ſententia exprimendo non debeo obedire. c. per tuas de ſent. excom. c. vah qui dicitis 11. q. 3. & ſi ꝓpter hoc me excommunicat, non tenet ſentẽtia, vt in d. c per tuas ſi vero non addidit excommunicato, egò tamen ſcio illum excommunicatum, non debeo obedire, imò illum vitabo. c. cum non ab homine de ſent. excomm. idem notat. Archid. in c. qui iuſtus 11. q 3. & Io. And. in c. cum deſide. es de ſent. excõ.

Aut quæritur de priuilegio conceſſo per Papam, & tunc aut de priuilegio ſpeciali, & ex cauſa conceſſo, & illud excuſat, vt patet in eo, quòd legitur, & notat in c. ſignificaſti verb. aiunt enim de elect. & in c. cum plantare. §. quòd ſi templarij de priuile. ſecundum Innoc. Abb. & alios in c. ſi verè de ſent. excõ.

Aut quæritur de priuilegio generali, vt quòd omnibus excommunicatis cõmunicare liceat ſine cauſa conceſſo, vel de priuilegio ſpeciali ſimpliciter ſine cauſa conceſſo, & tale non excuſat, nam ſecundum Ioannem Apoſto-
4 lum, excommunicato, nec aue dicendum eſt, c. omnis, qui 24. q. 1. c. excommunicatos 11. q. 3. nec cum eo debemus cibum ſumere c. multi 2. q. 1. c. ad menſam 11. q. 3. & ſecundum Chriſtũ Dominum Noſtrum Matth. c. 18. ſi nõ audierit eccleſiam, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus de quo in c. nouit de iud. ſecundum. Innoc. Hoſt. & Io. And. hoc ergò ius non poteſt Papa deſtruere licet ipſum ex cauſa poſſit modificare, & declarare, arg. c. ſicut ſancti Euã-
5 gelij 15. diſt. c. ſi ea deſtruerem. 25. q. 2. nec prodeſt appellatio contraria. c. Parochianus de ſent. excom. nec conſuetudo c. cum inter vos de conſuetu. & c. fin. eo. & c. fin. de præſcr.

Et eſt ratio, vt ibi notatur & in cap. extirpandæ §. cum igitur de præben. ſecundum. Hoſt. & Io. And. & quòd Papa non poſſit totum illum Canonem in genere tollere, dicit Abb. verum ſine generali concilio.

Si autem quæramus de priuilegio in corpore iuris clauſo, tunc illo poteſt, quis tueri in caſibus, vt patet in eo, ꝙ legitur, & notatur in c. quòd in dubijs, & c. inter alia, & c. cum voluntate de ſent. excom. addit etiam Hoſtien. in d. c. nulli de ſent. excom. quòd Papa parti-
6 cipãdo cum excommunicato nõ peccat, quia ſi ignorat hoc, excuſatur, ſi verò hoc ſcit, videtur talem abſoluere arg. c. ſi aliquando de ſent. excom. ſed dicas, quòd propter hoc non videtur abſoluere, vt notat. Henr. Bouhic in d. c. ſi aliquando de ſent. excom.

DVBITATIO CCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium lite pendente impetratum valeat, necne.*
2 *Ius non habens non poteſt illud transferre.*

Nona-

Digitized by Google

NOnageſima tertia dubitatione terigimus, an ſi placitum, vel reſcriptum ad lites fuerit impetratū, debeat in eo neceſſariò fieri mentio de litis pendentia; nunc vtiliter cenſemus, quærere,
1 an priuilegium lite pendente impetratum valeat, necnè.

Paucis negotium reſtringendo dicamus, aut impetratur priuilegium ante litem inchoatam, & tunc valet, niſi ſit aliud, quòd obſtet, vt notat. Hoſtien. c.dilectus ſuper verb.non obſtante, vt lit.pend.& facit rubr.eiuſdem titu.vt lit. pend.nil innouetur, & text.in d.c.dilectus arguendo à contrario ſenſu;

Aut impetratur lite pendente,& tūc aut impetratur ius, vel priuilegium à ſuperiore, aut ab alio, quam à ſuperiore primo caſu, aut ex tali impetratione nulli fit præiudicium, & tunc valet, vt notat Inno.in c. dudum il 2.ſuper verb. electionis tempore de elect. Aut ex tali impetratione fit alicui præiudicium, & tunc aut quæris, vtrum valeat in prejudicium alterius iuris, quam illius ſuper quo pendet lis,& tunc valet, vt notat.Hoſtien.d.c. dilectus ſuper verb. nō obſtante vt lit.pend.

Aut quærimus vtrum valeat in præiudicium litis pendentiæ, vel illius iuris ſuper quo lis pendet, & tunc aut eſt obtentum ex certa ſcientia principis, aut non. Si ſic, aut eſt tale ius vel priuilegium, quòd princeps ex certa ſcientia concedere, ſeu indulgere poteſt, & tunc valet, vt in d.c.dilectus, ſecundū. Innoc.& alios. Aut eſt tale ius, vel priuilegium, quòd princeps etiam ex certa ſcientia cōcedere, ſeu indulgere nō poteſt, & tunc non valet, vt in l.quoties. C.de præci.imp.off.quod verò ius, ſeu priuilegium Princeps poſſit indulgere, & quod non poſſit, videbis notata in c.cū acceſſiſſent vbi Henr.Bouhic de conſtit.

Si eſt obtentum non ex certa ſcientia principis, tunc non valet, vt eſt caſus in d.ca.dilectus, vt lit.pend. & in §.ſi verò in auth.vt in me lit.non fi. fat. for. aut ſa. iuſt.& in c.cauſam, quæ de teſti. & l.auctoritatem. C.vn. vi.l.ſi qua loca. C. de fund. & ſalti rei dom. & c. placuit. 16. quæſt.5. ſecundum. Innoc. Hoſt. & Io.And.in d.c.dilectus.

Quando verò impetrat illud ius ab alio, quam à ſuperiore, tunc aut impetratur à tertio habente ius in proprietate rei, & tunc valet, impetrans eo poterit ſe iurare, & ita notatur plenè in c. Abbate ſanè de re iud. in 6. ſecundum Hoſtien.in d.c.dilectus.

Aut impetratur à tertio non habente ius aliquod in re, & tunc non valet, quia ex quo ille ius non habet, ius non
2 poteſt transferre. l. nemo plùs iuris.ff. de reg.iur.l.traditio.ff.de acq.rer.dom.& c.nuper de don.int.vir.& vx.

DVBITATIO CCXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ, vel Ciuitates, vel alia loca ſacra, vel prophana ſi deſtruantur, vel ad alia loca tranſferantur, an amittant ſua priuilegia.*

2 *Res non pro locis, ſed pro rebus loca amanda ſunt.*

3 *Exemptio vtrum probetur, & duret probatio, quod de mandato Papę eccleſia plenè cum perſonis exempta tamen magiſtris deſtituta conceditur ordini, vel collegio non exempto.*

1 DIlacita, ſeu priuilegia ſua, an amittant eccleſiæ, vel Ciuitates, vel alia loca ſacra, vel prophana ſi deſtruētur, vel ad alia loca transferantur.

Et primo dicendum eſt, quòd ſi quęratur de his, quę deſtruuntur auctoritate ſuperioris propter delictum eorum, & tunc nullus de cętero debet vocari clericus illius eccleſię, vel municeps illius loci, & ille locus priuilegium ſuum perdit, vt in c.cum ex iniuncto de nou. oper.

oper.nun.& c placuit de conſecr.diſt.1. & c. & hoc diximus 16.q.7.l.ſi vſufructu Ciuitati. ff. quib. mod.vſufr.amitt.& ita intelligendũ eſt quod notatur per Inn. & Hoſtie.in c.abbate ſanè § fin.de verb. ſign. & hoc procedit ſi poſteà non reædificetur, reædificatum enim auctoritate ſuperioris eadem priuilegia habet ſecundum Innoc.d. c.abbate.§.fin. & per ea quæ notantur in l.ex his, & l. ſeq. ff. de legib. ſicut dicitur de Lazaro reſuſcitato, quòd omnia recuperet ſaltem de æquitate, vt notat.Bart.in l.iura conſtitui.ff.de legib.

Vbi verò deſtruantur ab hoſtibus,& tunc retinent omnia priuilegia ſua, & antiqui clerici remanent ibi clerici. ca. paſtoralis 7. q.1. & c. quæ ſemel 19. q.3.

Quando autem agimus de his, quæ transferuntur auctoritate ſuperioris ad alium locũ,vél aliis minuuntur & tunc pariter retinent omnia ſua priuilegia, vt notatur de eccleſijs in cap. 1. ne ſed. vacan.& c. quia monaſterium de relig. domin. & idem intellige de ciuitatibus, & alijs locis prophanis argum.l. æde ſacra.ff.de contrahæmpt.

Ad hæc faciunt ea, quæ dicuntur de vniuerſitate, quia vniuerſitas, vel collegium eſſe deſinit,quando eſt diſſolutum, vt l.pater filiũ. §. Tuſculanus. ff.de leg.3. c.abbate ſanè in fin.de verb.ſign. & c.fin. §.fin.25.q.2. niſi vbi iã ad vnionem redierit, quia tunc ſumit naturam vniuerſitatis. l.ſicut municipium. §. fin. ff.q; cuiuſq; vniu. nom. ſicut omnes de vniuerſitate, qui interfuerunt ordinationi ſint mutati, nam eadem vniuerſitas cenſetur non altera. l.proponebatur.ff.de iud.c.deniq; 7.q.1.

Idem quod dictum eſt de locis, quæ deſtruuntur ab hoſtibus, quòd retinẽt priuilegia ſua intelligas, quando deſtruuntur terræmotu, vel alias, quam auctoritate ſuperioris per tex.in d.l.ęde ſacra.ff.de contrahen.empt.& quod dictum eſt de his quæ transferuntur ad alium locum, quod retinent omnia priuilegia ſua, intelligo de perſonis, & rebus translatis, & locis ad quæ fit tranſlatio non de illis locis à quibus fit tranſlatio, illa enim priuilegia amittunt arg. eorum, quæ leguntur, & notantur in c. translato de conſtit. non enim pro lo-
2 cis res,ſed pro rebus loca amanda ſunt c.nouit 12. diſt.nec locus ſanctificat hominẽ,ſed homo locũ c.nõ loca 12.diſt.

Et vtrum probetur, & duret exẽptio
1 probato, quòd de mandat Papæ eccleſia plenè cum perſonis exempta tamẽ magiſtris deſtituta conceditur ordini, vel collegio non exempto tunc diſtinguas, vt plenè notat Io. And. in c.cum perſonæ in glo.pen.de priuil.in Nouel. lib.6. videas etiam per me notata, quæ deſeruiunt præmiſſæ dubitationi ſub dubitatione 26. 28. & 36. hoc §.noſtro.

DVBITATIO CCXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Placita, ſeu priuilegia conceſſa vrbi, an extendantur ad ſuburbia, vicos, & comitatum.*
2 *Vrbs propriè dicitur, quæ muris cingitur.*
3 *Arbitraria conceſſio eſt, quid extra ordinarium, & contra ius commune.*
4 *Statuti verba, vel priuilegia contra ius commune diſponentia ſunt propriè intelligenda.*
5 *Ciuibus virgines deoſculantibus ſi pœna mortis indicitur, non comprehenduntur Caſalia, ideſt, continentiam habitantes.*
6 *Frumentum ſi teſtator relinquat, quòd habet in Ciuitate, ſoluendum deberur, quod eſt in vrbe, non quod eſt in continenti 5.*
7 *Vacaturam impetrans in Ciuitate non poteſt conſequi vacaturam in continentijs in Ciuitatem per nouos muros incluſis.*
8 *Morbo affecti prohibiti eſſe in ciuitate prohibentur etiam eſſe in ſuburbijs.*
9 *In indictis conceſſa Ciuitati erit conceſſa, & continentibus, & vicis ac comitatui.*
10 *Ciues dicuntur nati, & habitantes in Caſtris, & Villis Ciuitati ſubiectis.*
11 *Vicis moderari, & regi ſtatutis Ciuitatis eui ſubſunt.*

Digitized by Google

12 *Ciuium appellatione non veniunt Comitatenſes in odioſis.*

13 *Legatum etſi ſtrictè interpretandum, tamen factum conſanguineis largam admittit interpretationem.*

PLacita, ſeu priuilegia conceſſa vrbi, an extendantur ad ſuburbia, vicos, & comitatum.

Non extendi præcipuè quando datũ eſſet arbitrium pro criminibus in vrbe, vel territorio commiſſis, ad commiſſa extra vrbem, vel territoriũ, extrà quod nulla eſt iudicis poteſtas, & imperium nullum per tex. in l. extra territorium. ff. de iuriſd. om. iud. concludit Bal. nullum arbitrium extra vrbem cõceſſum cenſeri, in c. Rodulphus num. 7. de reſc. vbi Fely. num. 2. & intelligit ibi Bal. extra vrbem, quatenus vrbs muro cingit:
2 quia vrbs propriè dicitur, quæ muris cingitur. l. 2. l. vt Alphenus. l. ædificia. ff. de verbo, ſign. ex eo etiam quia arbitrij conceſſio eſt, quid extra ordinarium &
3 contra ius commune, vt dicit præcit. loco Bal. & verba ſtatuti, vel priuilegij cõtra ius commune diſponẽtis ſunt pro-
4 priè intelligenda. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. Alex. in Rub. ff. fol. matr. num. 13. qui affirmat in priuilegijs contra ius commune ciuitati conceſſis non comprehendi ſuburbia, & ſic arbitriũ non ſe extendi ad illa, ita vt ſi adſit etiam ſtatutum, quo pœna mortis indicitur ciuibus virgines de oſculantibus, non comprehendat caſalia, ideſt, continentia
5 habitantes, imò dicit Bal. in d.c. Rodulphus num. 8. & ibi Fely. nu. 3. quòd ſi teſtator relinquat frumentum quod habet in ciuitate, ſolum debetur, quòd eſt
6 in vrbe, non autem quod reperitur in continentijs ſicque in ſuburbijs, & ſigs impetrat primam vacaturam in ciuitate, non poteſt conſequi vacaturam in-
7 continentijs deinde in ciuitatem per nouos muros incluſis ex gl. l. ſed & probari. §. fi. ff. de excuſa. tut. cui tamen dicto aduerſatur Bar. in l. 2. in fi. prin. ff. de verb. ſign. dùm docuit, ciuitatis nomine appellari ſuburbia nouis muris incluſa.

Quando tamen iuſta accederet ratio tunc arbitrium, vel priuilegium cõceſſum in ciuitate extenderetur ad ſuburbia, ſeu ad delicta in eis, ſeu incontinentibus commiſſa, vt in caſu c. ſi ciuitas de ſent. excom. in 6. ita Abb. in d.c. Rodulphus num. 13. & Fely. ibi num. 4.
8 morbo, puta exempli gratia, affecti prohibiti eſſe in ciuitate, prohibentur etiã eſſe in ſuburbijs cum ratio prohibitionis hoc oſtendat, ne ſcilicet, ciuitas inficiatur ita Bald. in c. ſignificauit nu. 12. de reſcript.

Vbi verò, vt in priuilegijs vel beneficijs principum, & in materia largam admittente interpretationẽ verſamur tunc ſi iuriſdictio puta ciuitati concedatur, erit etiam conceſſa in continentibus l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. Bar. in l. 2. in prin. in 1. oppoſ. & ibi Alcia. nu. 1. ff. de verb. ſign. Abb. & Fely. in præalleg. c. Rodulphus, velut ſi priuilegio beneficium hoc conferat princeps alicui, vt ſuo arbitrio poſſit diffinire aliquod genus cauſæ in ciuitate poterit & diffinire, quæ ex continentijs vrbis orientur. quia beneficium latam admittit interpretationem. l. beneficium vbi laſ. nu. 25. ff. de conſti. prin.

Iuriſdictioque conceſſa in ciuitate complectitur, & vicos ac comitatum: quia vt partes ciuitatis iudicantur. l. qui ex vico. ff. ad munic. hincque Fely. in d. c. Rodulphus num. 6. poſt Bart. in l. 1. ff. ad munic. & in l. non dubito. ff. de cap. voluit ciues dici in Caſtris & villis ciui
10 tati ſubiectis natos, & habitantes idem vult Boer. quæſt. 13. num. 26. & 49. vicos etenim regi, ac moderari ſtatutis, legi-
11 buſque ciuitatis, cui ſubſunt, ſcripſit laſ. in §. rurſus num. 42. Inſti. de act. gl. in l. ex ea. ff. de poſtul. quam communiter receptam cenſuit Soci. ſen. conſi. 7. col. 1. & conſi. 74. col. 1. lib. 1. Dec. conſi. 389. nume. 7.

Propriè

12 Propriè tamen loquēdo ciuium appellatione non veniunt comitatenſes præcipuè in odioſis, & pœnalib. Socin. ſen. conſi. 86. nu. 1. & 2. lib. 4. vbi habes de communi.

In ſimili ſolemus dicere, quòd legatum etſi ſtrictè ſit interpretādum. l. vnū ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. 2. & l. nummis. ff. de leg. 3. Dec. in l. in teſtamentis.
13 ff. de reg. iu. attamen ſi legatum fiat cōſanguineis & affinibus largam admittit interpretationem l. ſi ſeruus pluriū. §. fin. ff. de legat. 1. l. Aurelius. §. Titius vbi Bar. ff. de liber leg. Dec. conſi. 92. Craue. conſi. 297. nu. 1. & 2.

DVBITATIO CCXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, ſeu priuilegium vel arbitrium datum in cauſis cognoſcendis, ac in ciuitate finiendis, an extendatur ad loca confœderata, ſeu adhærentiata.*

2 *Princeps non poteſt collectas loco fœderato indicere, nec arbitrium exercere.*

3 *Confœderatio non inducit de ſui natura ſubiectionem, ſed ſolum protectionem.*

4 *Ciuitas recepta ſub protectione, non efficitur ſub iuriſdictione.*

5 *Bannitus commigrari poteſt in fœderatam ciuitatem, quia bannitus ex vna ciuitate alteri fœderata non eſt ex altera bannitus.*

6 *Caſtrum committens ſe protectioni, ac defenſioni, non transfert aliquam iuriſdictionem.*

7 *Populus vnus ſi alteri eſt ſuperior, & fœdus ſit impar tunc damnatus ſi ſe conferat infœderatam ciuitatem, poteſt ibi puniri.*

1 PLacitum, ſeu priuilegium, vel arbitrium datum in cauſis cognoſcendis, ac in ciuitate finiendis, an extendatur ad loca confœderata, ſeu adhærentiata?

Principem cum quo fœdus initum, ſeu adhærentia facta eſt, vel eius arbitrum, vel ordinarium datum in cauſis cognoſcendis, & finiendis in ciuitate non poſſe ius dicere, & per conſequēs collectas loco fœderato indicere reſpondit Natt. conſi. 301. lib. 2. imò nec
2 arbitrium in loco fœderato exerceri poſſe conſuluit Abb. conſi. 51. lib. 2. dū reſpondit, ex fœderatione facta ab oppido Scarlini cū oppido Plumbini nō potuiſſe illos Magiſtratus Plumbini ex arbitrio ſibi in loco Plumbini tributo, ſuo arbitrio punire delinquentes Scarlini, quoniā nec in eos ordinario iure dicere ius poterant, per text. in l. nō dubito. ff. de capt. & poſtl. reu. & in c. ex parte tua de priuil.

3 Ratio eſt, quia confederatio non inducit de ſui natura ſubiectionem, ſed ſolum ſub illius protectione recipi ſignificat, ita Brun. conſi. 86. nu. 3. ob id ſi ciuitas aliqua recepta fuerit à Rege ſub
4 ſua protectione, non efficitur ſub iuriſdictione Regis, Brun. d. cōſi. 86. per tex. in c. ex parte il 1. de priuil.

Intelligimus propterea, quòd quando fœdus inter duas ciuitates fit, vt vna alterius, & è contrà maieſtatem comiter tueat̄, vt vna alterius hoſtes non adiuuet, bannitos vnius ciuitatis in alterā commigrare non patiatur, quòd ſanè fœdus idem operare videmus, ac ſi expreſſa lege municipali cautum foret, ne bannitus in fœderatam ciuitatem
5 commigrare poſſit, vt huius ſtatuti meminit Bar. d. l. non dubito nume. 3. ff. de capt. & poſtl. reuer. & in l. cunctos populos num 44. C. de ſum. Trin. & fid. Cath. & cum eo ſenſerunt Soci. ſen. conſi. 86. nu. 4. lib. 4. ita intelligo Brunum d. conſ. 86. num. 5. & 6. & plura ſcribit Marſil. in pract. crim. §. oportunè num. 36. ſicque hi populi fœderati ſuos retinent magiſtratus, & ob id magiſtratus populi Roma. in eos ius non dixiſſe, ſed ſi is damnatus reus Romam ſe contuliſſet in eū Romani magiſtratus animaduertere poterant, ideirco rectè Bart. in d. l. non dubito nu. 2. ff. de capt. cenſuit bannitum, vt noſtri vocant, ex vna ciuitate alteri fœderata non eſſe ex altera ban-

Digitized by Google

nitum rectè inquam intelligit Bar. si tamen de æquo fœdere scripsit, & intendit dicere, & clarius interpretatur Bald. in l. de quibus num. 25. ff. de legi. hac ergò præsupposita æqua fœderatione dicendum est non posse habentem arbitrium in sua ciuitate, eo vti in altera fœdere hoc æquo vincta, cum vtraq; suos magistratus, & suam æqui potestatem retineat, nec iurisdictionem in aliam transferat vt refert Iacob. à S. Georg. in innest. feud. de adhærentibus, & confœderatis col 2. vers. subsequenter quæro. & simili in casu respondit Rom. consil. 444. col. 2. & Socin. sen. consil. 74. col. 3. versic. præterea dictum castrum lib. 1. qui alijs Bart. & Bald. authoritatibus respondit Castrum committens se protectioni ac defensioni, sicque fœdus cum ciuitate percurrens, non transferre aliquam iurisdictionem in eam cõtra se, sed liberum remanere idem censuit Dec. consil. 564. num. 11. Soci. iun. consil. 11. num. 6. lib. 1. Paris. consil. 16. num. 25. lib. 4. res enim ex his fœderibus, quæ recommendationes appellamus feudalis nõ efficitur, sed libera remanet. Brun. consil. 86. nu. 3.

Vbi vero fœdus sit impar, vt, scilicet, vnus populus sit alteri superior, tunc imperium semper apud superiorẽ est, & ideo non mirum si superius dixi, ꝙ si damnatus reus Romam se contulisset, in eum Romani magistratus animadvertere poterant, quia tunc fœdus præsupponitur impar, quia Romani erant superiores, ita explicat Budæus in annotat. ad d. l. non dubito. ff. de capt. & postli. reu. & hoc ostendunt verba proculi in d. l. non dubito in fi. ibi, atti fiũt apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis possent animadvertere, quæ verba Alcia. in lib. 1. parerg. iuris cap. 14. intelligit, vt rei damnati à suis ciuitatibus populo Romano fœderatis plecti possent, non tamen si ex ciuitate federata aliquis dòmi delictum patrasset, à populo Rom. damnari poterat: quia illi non licebat in fœderatos iusdicere, sed dum taxat damnatum punire, vt ex præmissis colligitur.

DVBITATIO CCXL.

SVMMARIVM.

1 *Facultas data à principe indici super magna quantitate, an ad minorem data censeatur, & è conuerso, an iudex paruæ possit esse iudex magnæ summæ, vel quantitatis.*

2 *Qui potest, quod est plus potest vtique, quòd est minus.*

3 *Iurisdictio tributa iudici speciali super damnis datis censetur data cumulatiuè, & non priuatiuè.*

4 *Albæ Pompeiæ fuit concessa iurisdictio, ac merum & mixtum imperium cumulatiuè.*

5 *Iurisdictio quando dicatur tributa priuatiuè.*

6 *Facultatem habens cognoscendi de minori summa non censetur habere pro maiori declara, vt ibi remissiuè.*

1 PLacito principis si detur facultas iudici super magna quantitate, an ad minorem data censeatur, & è conuerso, an iudex paruæ possit esse iudex magnæ quantitatis, seu summæ.

Existimandum ideò erit, iudicem super parua summa posse iudicare, qui datus est, super magna ea ratione, quia qui potest, quod est plus, potest vtiq;
2 quod est minùs, quòd procedit etiamsi extaret statutum, quòd iurisdictio tributa sit alicui iudici iudicandi super summis minimis, quoniam iurisdictio hæc non dicitur data illi minori priuatiuè, sed cumulatiuè, vt docet Bart. in l. 1. C. de offi. præfect. vrb. vbi habes, statutum quo iurisdictio tribuitur iudici speciali super damnis datis, censetur dare cumulatiuè, & non priuatiuè, ideò iudex
3 ordinarius poterit etiam cognoscere, idem videtur respondisse Dec. consil. 3. nu. 3. in materia statuti Florentini prout cumulatiuè & non priuatiuè fuit cõcessa

4 ceſſa ab Imperatore Federico de anno 1222. ciuitati Albæ Pompeiæ iuriſdictio, ac merum & mixtum imperium, & ob id ipſum Imperatorem poſſe in cognoſcendo ipſam ciuitatem præuenire, ſic refert Brun. conſi. 47. nume. 3. & de prętore Papię, quòd poſſit etiam de leuibus cognoſcere vult Rip. tract. peſtis tit. de remed. præſeruatiuis nu. 6.

5 Vbi verò priuatiuè iuriſdictio eſſet vni conceſſa, maior magiſtratus nō poſſet ſe intromittere in ea, & priuatiuè tunc dicitur tributa iuriſdictio, cum ex preſsè ęſt dictum, quòd ipſe ſolus & nullus alius cognoſcat, vel quando aliter conſtat, vt tradit Rom. ſing. 23. & conſi. 293. Gram. deciſ. 30. nu. 9. Fely. in c. paſtoralis col. 2. verſ. limit. 3. de off. ord. non tamen ſufficit ſola taxatiua ad hoc vt excludatur iuriſdictio maioris magiſtratus Dec. conſi 3. nu. 4. Ang. in l. 1. C. vbi & apud quem.

6 Habens autem facultatē cognoſcendi de minori ſumma, non dicitur, nec cenſetur habere pro maiori Bar. Ias. & alij in l. ſi. ff. de iuriſdi. om. iud. quod tamen declaratur dupliciter, vt per Zaſiū in d. l. ſi. nu. 16. & 20.

DVBITATIO CCXLI.

SVMMARIVM.

1 *Facultas iudicandi, vel procedendi conceſſa ſuper cauſa principali, an etiam conceſſa cenſeatur ſuper incidenti, emergenti, dependenti, & connexa quæſtione.*
2 *Incidentia, & emergentia ſunt eiuſdem naturæ.*
3 *Cauſa principalis ſi eſt tractanda ſummariè ita etiam tractanda ſunt incidentia, & emergentia, & nu. 5.*
4 *Connexorum idem & par eſt iudicium.*
6 *Emergens quæſtio quæ dicatur, & quæ incidens.*
7 *Dependens quæſtio, & quæ connexa dicatur.*

1 PRincipis placito ſi concedatur facultas iudicandi, vel procedendi ſuper cauſa principali, an etiam conceſſa cenſeatur ſuper incidenti, emergenti, dependenti, & connexa q̄ſtione.

2 Cùm incidentia, & emergentia ſint eiuſdem naturæ, concludendum eſt facultatem tributam ſuper cognitione cauſæ principalis, eſſe etiam cōceſſam ſuper illis ita Bar. in extrauag. ad repri. in verb. ſummariè nu. 20. quem ſequitur Ias. in l. 2. nu. 5. in fi. C. de edict. Diu. Adr. tollen. dum firmant, quòd ſi cauſa
3 principalis ſummariè tractanda eſt, ita etiam tractanda eſſe incidētia, & emergentia.

Idem dicendum eſt in cauſa dependenti, quoniam qui habet facultatem cognoſcēdi in cauſa principali, habet etiam in dependēti ab ea, & qui vnius iudex eſt, alterius pariter erit clem. diſpendioſam, & ibi Doctores de iudi.

4 Idem concludendum eſt in quæſtione connexa vt facultatē in vna habēs, etiam in altera habeat. l. nulli. C. de iud. quia connexorium idem & par eſt iudicium: ideò, quod de vno dicitur, de altero intelligitur. l. cum actum. ff. de nego. geſt. l. plerumq; ff. de ædil. edict. c. tranſlato de conſtit.

5 Vbi verò cauſa principalis plenariè tractanda eſt, an tunc etiam tractanda ſit plenariè quæſtio emergens, & incidens notat & decet latè explicādo Bar. in extrauag. ad reprim. in verb. ſummariè nu. 20. vſque in finem.

6 Emergēs autem quæſtio dicitur, quæ poſt litem motā orta eſt, puta, an teſtis recipiendus ſit, vel non. gl. in l. de quare. ff. de iudic. & in l. quod iuſſit. ff. de re iudicat.

Incidens verò quæſtio dicitur, quæ habet ortum ante litem motam, puta an actor ſit ſeruus, vel liber gl. in d. l. de qua re approbata per Azon. & per Bar. in l. 1. nu 5. C. de ord. iud,

7 Dependens quæſtio illa dicitur, quæ quoquomodo negotium principale tangit, & ab eo originem trahit, veluti quæſtio dotis, quæ à matrimonio pendere dicitur. clem. diſpendioſam de iudic.

Digitized by Google

nitum rectè inquam intelligit Bar. si tamen de æquo fœdere scripsit, & intendit dicere, & clarius interpretatur Bald. in l. de quibus num. 25. ff. de legi. hac ergò præsupposita æqua fœderatione dicendum est non posse habentem arbitrium in sua ciuitate, eo vti in altera fœdere hoc æquo vincta, cum vtraq; suos magistratus, & suam æqui potestatem remeat, nec iurisdictionem in aliam transferat vt refert Iacob. à S. Georg. in innest. feud. de adhærentibus, & confœderatis col. 2. vers. subsequenter quæro. & simili in casu respondit Rom. consi. 444. col. 2. & Socin. sen. consi. 74. col. 3. versic. præterea dictum castrum lib. 1. qui alijs Bart. & Bald. authoritatibus respondit Castrum committens se protectioni ac defensioni, sicque fœdus cum ciuitate percutiens, non transferre aliquam iurisdictionem in eam cõtra se, sed liberum remanere idem censuit Dec. consi. 564. num. 11. Socin. iun. consi. 11. num. 6. lib. 1. Paris. consi. 16. num. 25. lib. 4. res enim ex his fœderibus, quæ recommendationes appellamus feudalis nõ efficitur, sed libera remanet. Brun. consi. 86. nu. 3.

6

Vbi vero fœdus sit impar, vt, scilicet, vnus populus sit alteri superior, tunc imperium semper apud superiorẽ est, & ideo non mirum si superius dixi, q̃ si damnatus reus Romam se contulisset, in eum Romani magistratus animaduertere poterant, quia tunc fœdus præ- 7 supponitur impar, quia Romani erant superiores, ita explicat Budæus in annotat. ad d. l. non dubito. ff. de capt. & postli. reu. & hoc ostendunt verba proculi in d. l. non dubito in fi. ibi, atti nũt apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis possent animaduertere, quæ verba Alcia. in lib. 1. parerg. iuris cap. 14. intelligit, vt rei damnati à suis ciuitatibus populo Romano fœderatis plecti possent, non tamen si ex ciuitate fœderata aliquis domi delictum patrasset, à populo Rom. damnari poterat: quia illi non licebat in fœderatos iusdicere, sed dumtaxat damnatum punire, vt ex præmissis colligitur.

DVBITATIO CCXL.

SVMMARIVM.

1 *Facultas data à principe iudici super magna quantitate, an ad minorem data censeatur, & è conuerso, an iudex paruæ possit esse iudex magnæ summæ, vel quantitatis.*

2 *Qui potest, quod est plus potest vtique, quòd est minus.*

3 *Iurisdictio tributa iudici speciali super damnis datis censetur data cumulatiuè, & non priuatiuè.*

4 *Albæ Pompeiæ fuit concessa iurisdictio, ac merum & mixtum imperium cumulatiuè.*

5 *Iurisdictio quando dicatur tributa priuatiuè.*

6 *Facultatem habens cognoscendi de minori summa non censetur habere pro maiori declarata, vt ibi remissiuè.*

1 PLacito principis si detur facultas iudici super magna quantitate, an ad minorem data censeatur, & è conuerso, an iudex paruæ possit esse iudex magnæ quantitatis, seu summæ.

Existimandum ideò erit, iudicem super paruta summa posse iudicare, qui datus est, super magna ea ratione, quia qui potest, quod est plus, potest vtiq;, 2 quod est minùs, quòd procedit etiamsi extaret statutum, quòd iurisdictio tributa sit alicui iudici iudicandi super summis minimis, quoniam iurisdictio hæc non dicitur data illi minori priuatiuè, sed cumulatiuè, vt docet Bart. in l. 1. C. de offi. præfect. vrb. vbi habes, statutum quo iurisdictio tribuitur iudici speciali super damnis datis, censetur dare cumulatiuè, & non priuatiuè, ideò iudex 3 ordinarius poterit etiam cognoscere, idem videtur respondisse Dec. consi. 3. nu. 3. in materia statuti Florentini prout cumulatiuè & non priuatiuè fuit cõ-

cessa

4 cessa ab Imperatore Federico de anno 1222. ciuitati Albæ Pompeiæ iurisdictio, ac merum & mixtum imperium, & ob id ipsum Imperatorem posse in cognoscendo ipsam ciuitatem præuenire, sic refert Brun. consi. 47. nume. 3. & de prætore Papiæ, quòd possit etiam de leuibus cognoscere vult Rip. tract. pestis tit. de remed. præseruatiuis nu. 6.

5 Vbi verò priuatiuè iurisdictio esset vni concessa, maior magistratus nō posset se intromittere in ea, & priuatiuè tunc dicitur tributa iurisdictio, cum expressè est dictum, quòd ipse solus & nullus alius cognoscat, vel quando aliter constat, vt tradit Rom. sing. 23. & consi. 293. Gram. decis. 30. nu. 9. Fely. in c. pastoralis col. 2. vers. limit. 3. de off. ord. non tamen sufficit sola taxatiua ad hoc vt excludatur iurisdictio maioris magistratus Dec. consi. 3. nu. 4. Ang. in l. 1. C. vbi & apud quem.

6 Habens autem facultatē cognoscendi de minori summa, non dicitur, nec censetur habere pro maiori Bar. Ias. & alij in l. fi. ff. de iurisdi. om. iud. quod tamen declaratur dupliciter, vt per Zasiū in d. l. fi. nu. 16. & 20.

DVBITATIO CCXLI.

SVMMARIVM.

1 *Facultas iudicandi, vel procedendi concessa super causa principali, an etiam concessa censeatur super incidenti, emergenti, dependenti, & connexa quæstione.*

2 *Incidentia, & emergentia sunt eiusdem naturæ.*

3 *Causa principalis si est tractanda summariè ita etiam tractanda sunt incidentia, & emergentia, & nu. 5.*

4 *Connexorum idem & par est iudicium.*

6 *Emergens quæstio quæ dicatur, & quæ incidens.*

7 *Dependens quæstio, & quæ connexa dicatur.*

1 PRincipis placito si concedatur facultas iudicandi, vel procedendi super causa principali, an etiam concessa censeatur super incidenti, emergenti, dependenti, & connexa q̄stione.

2 Cùm incidentia, & emergentia sint eiusdem naturæ, concludendum est facultatem tributam super cognitione causæ principalis, esse etiam cōcessam super illis ita Bar. in extrauag. ad repri. in verb. summariè nu. 20. quem sequitur Ias. in l. 2. nu. 5. in fi. C. de edict. Diu. Adr. tollen. dum firmant, quòd si causa

3 principalis summariè tractanda est, ita etiam tractanda esse incidētia, & emergentia.

Idem dicendum est in causa dependenti, quoniam qui habet facultatem cognoscēdi in causa principali, habet etiam in dependēti ab ea, & qui vnius iudex est, alterius pariter erit clem. dispendiosam, & ibi Doctores de iudi.

4 Idem concludendum est in quæstione connexa vt facultatē in vna habēs, etiam in altera habeat. l. nulli. C. de iud. quia connexorum idem & par est iudicium: ideò, quod de vno dicitur, de altero intelligitur. l. cum actum. ff. de nego. gest. l. plerumq; ff. de ædil. edict. c. translato de constit.

5 Vbi verò causa principalis plenariè tractanda est, an tunc etiam tractanda sit plenariè quæstio emergens, & incidens notat & docet latè explicādo Bar. in extrauag. ad reprim. in verb. summariè nu. 20. vsque in finem.

6 Emergēs autem quæstio dicitur, quæ post litem motā orta est, puta, an testis recipiendus sit, vel non. gl. in l. de quare. ff. de iudic. & in l. quod iussit. ff. de re iudica.

Incidens verò quæstio dicitur, quæ habet ortum ante litem motam, puta an actor sit seruus, vel liber gl. in d. l. de qua re approbata per Azon. & per Bar. in l. 1. nu 5. C. de ord. iud,

7 Dependens quæstio illa dicitur, quæ quoquomodo negotium principale tangit, & ab eo originem trahit, veluti quæstio dotis, quæ à matrimonio pendere dicitur. clem. dispendiosam de iudic.

Digitized by Google

dic. ſimiliter præparatorium dicitur eſſe dependens ipſius præparati Alexan. conſ.197.in fi.lib.2.alia adſert exempla gl.in d. clem. diſpendioſam, & vt dicatur quæſtio dependens debet tractari pendēte negotio principali, aliàs eſſet queſtio principalis,non dependens ita Bal.Ang.Caſtr.& Alex.in l.1.ff.ſol.mat. Ruin.conſi.164.nu.10.lib.5.

Connexa verò quæſtio illa dicitur, quæ ad alterius determinationem venit,puta,ſi promitto tibi centum, pacto appoſito, quòd per me eas Romam,ita clarè Ruin. d.conſ.164.nu.11.lib.5.poſt Bald.in l.2.C.de iudi.& in l.ampliorem. C.de appell.

DVBITATIO CCXLII.

SVMMARIVM.

1 *Facultas iudicis ordinarij delegati, vel arbitri extraiudicialiter electi ſi data ſit principis, vel ſuperioris placito, an huiuſmodi facultas tranſeat ad ſucceſſores, cùm is iudex cauſam diffinire non potuit.*

2 *Iuriſdictio radicata dicitur in iudice ordinario, & eam tranſmittit idem dicitur in adiuncto ordinarij.ibid.*

3 *Facultas data delegato non tranſmittitur in eius ſucceſſorem.*

4 *Electa induſtria perſonæ ab ea non receditur, & quando cenſeatur electa.*

5 *Delegati poteſtas non tranſit in eius ſucceſſorem etiam ſub nomine dignitatis conceſſa, & quando tranſeat.ibid.*

6 *Arbitrium perſonæ etiam Cardinali datum non tranſit in ſucceſſorem,& quando tranſeat.ibi.*

7 *Arbitrium, quòd iure proprio competit cedi ēt poteſt.*

PLacito principis,vel ſuperioris, ſi data ſit facultas iudicis ordinarij,delegati, vel arbitri extraiudicialiter electi, an cùm is iudex cauſam diffinire non potuit, tran-
1 ſeat huiuſmodi facultas ad ſucceſſores.

Pro reſolutione preſentis queſtionis poſſunt ſeruire,& conferre per nos exarata ſub dubitatione 179. & 180.

Verùm breuiùs ſuplendo primo addamus iam deductis,quòd ſi loquimur de iudice ordinario, eo non diffiniente controuerſiam, facultas, & poteſtas illius tranſibit ad ſucceſſorem, quia in ordinario iudice radicata dicitur iuriſ-
2 dictio, & iure proprio eam habet, ideò mirum ſi eam tranſmittit.c.2.de off.deleg.Dec.in l. more num. 10. & 14. & ibi Iaſ. num. 18. ff.de iuriſd.om.iud. Alc.in Rub.de off.ord.num. 5. Quòd procedit etiam in adiuncto ordinarij, nam ſicut tranſit in ſucceſſorem poteſtas ordinarij, ſic & adiunctus eam retinet quoad ſecundum ordinarium illi primò ſuccedentem. Fely. in c. relatum in fin. de off.deleg.

Facultas verò data delegato non trā-
3 ſmittitur in eius ſucceſſorem. Bart. d. l. more num.7.& ibi.Dec.num.52. clariùs Iaſ.nu.65. ea ratione quia cenſetur electa induſtria perſonæ.§. & hoc verò iubemus in Auth.vt nulli iudic. & electa
4 induſtria perſonæ,ab ea non receditur. l.inter artifices.ff.de ſolut. ideò nec vaſallus poteſt de iure ſeruire per ſubſtitutum,quia propria hominis induſtria fuit electa. Alexan conſi.10.lib.5.Crau. conſi.303.num.1. præcipuè ergò in cōtrouerſijs diffiniendis agitur de induſtria electi, quia ingenium ac hominis peritia reſpicitur.d.l.inter artifices.ff.de ſolut.Idem dicitur, quando aliquid ratione confidentiæ alteri committitur quia tunc illius induſtria electa dicitur c.vlt.§.pen.de off.deleg.Bald.conſi.128. lib.3.prout, & induſtria cenſetur electa illius cuius conſcientia oneratur. Alc. in l.à iudice n.4.& ibi Iaſ. col.pen.verſi. 5.limita.C.de iudic.Soc.ſen.conſi.59. li. 1.Iaſ.in l.ſi ſic legatum nu.12.ff. delega. 1.Dec.in l.certum num. 14.ff. ſi cer.pet. Vant.de nullit.tit.de nullit. ſent. ex defect.iuriſd.deleg.num.21. Idem dicitur quando negotium indeterminatum mandatur.Crau.d.conſ.303.num.3. vbi etiam

etiam idem dicit,quando grauia, & ardua mandantur.

Imò delegati poteſtas non tranſit in
5 eius ſucceſſorem etiamſi ſub nomine dignitatis,& proprio nomine concedatur.Iaſ.d.l. more num. 65. & Dec. num. 55.de iuriſd.omn. iud. prout nec tranſit delegatio incognito facta contemplatione dignitatis,nec facta pluribus. Iaſ. d.l.more,& Dec.conſi.383.num. 3. Rui. conſi.163.num.9.lib. 2.

Si tamen ſubiecta materia poſtularet,hoc eſt, quando reſpiceret dignitatem,tunc enim ſi nomen proprium expreſſum videatur,attenta tamen ſubiecta materia trãſit ad ſucceſſorem. Dec. d.l.more num. 53.& in c. quoniam Abbas de off. deleg.

Delegatio tamen facta ſub nomine dignitatis tranſit in ſucceſſorem etiãſi res integra eſſe deſierit,vel quando delegatum fuit negotium aliquod facti ita Abb.d. c. quoniam Abbas vbi Dec. num.54.quòd tamen non procedit, qñ eſſet facta delegatio obtinenti dignitatem nomine alterius.Iaſ.d.l.more num. 65.& Dec.ibid.num. 54. & in c.quoniã. Abbas num. 9. de off. deleg. vbi habes de magis recepta.

Quando etiam delegatio facta eſſet amico, vel conſanguineo tunc quia delegans cauſam cõſanguinitatis potiùs quam dignitatis conſideraſſe videtur ob confidentiam, huiuſmodi delegatio non tranſit in ſucceſſorem. Iaſ. d. l. more num. 65.

Si autem loquamur de arbitro extra
6 iudiciali electo non arbitrante, dicas, arbitrium perſonæ etiam Cardinali datum non trãſire,in ſucceſſorẽ illius poteſtatem arbitrandi, quia illud arbitriũ eſt quid perſonale, & perſonæ inſertũ, quòd perſonam non egreditur.l. in cõpromiſſis.ff.de arb.Abb.conſi.80. num. 4.lib.2 & l.ſiquis arbitratu. ff. de verbo. obl. ideò arbitrium nec tranſit in hæredem illius, qui extrà iudicium arbitrari debuit. Bart. in l. ſi ſtipulatus fuerim in prin.nu. 5. ff.de verb. obl.imò nec trãſit in ſucceſſorem arbitrium extraiudiciale datum etiam ſuper accidenti alicuius negotij ita.Bald.Rom.& Alex. in d. l.ſiquis arbitratu.ff.de verb. obl.

Benè arbitrium in ſucceſſorem tranſit cum defectu vnius partium, primus arbiter arbitrium ſuum proferre non potuit.Bar.& Iaſ.d. l. ſi quis arbitratu ea ratione,quia conditio habetur pro impleta,cum;per eum ſtetit ne impleretur cui onus hoc ſpectabat l. hæc venditio in fin. princ.;ff. de contrahen.empt. ſic videmus in conditione legato adiecta l. iure ciuili. ff. de conditio. & demonſtr. Grammat. deciſi. 102. numero 109. quia mora, & culpa vnius partium alteri nocere non debet.c.alteri de regu. inr.in 6.

Fauore dotis etiam electo non arbitrante,ſucceſſor declarare poterit,cùm hoc caſu liceat etiam ad boni viri arbitrium cõfugere. Iaſ.d. l.ſiquis arbitratu nu.10. Soc.iun.conſ.141. nu.9. lib.1.

Prout & arbitrium re non integra in ſucceſſorem tranſit fauore dotis, vt in ſimili videmus mandatum, quòd deſijt eſſe integrum, morte non finiri.l.mandatum. C.mand.Ruin.conſ.115. nu.14. 15.lib.1.& in caſu dotis eſt tex.in l.1.pro oneribus.ff.de iur.dot.

Tranſit inſuper arbitrium in ſucceſſorem ratione præambulæ conceſſionis, vt ſi dicas, promitto tibi, quod mihi debet Sempronius, & quid mihi debeat Sempronius, ſit Caij arbitrio, poterit etenim arbitrari Caius, quid debeat Sempronius ex obligatione præambula ſic poſſt Roma. conſ.502. dixit. Iaſ.d.l.ſiquis arbitratu nu. 13. Dec.cõſ. 404. nu.14. Pariſ.conſ.30.nu.34.lib.2.

De iure etiam Canonico arbitrium, ſeu facultas arbitrandi tranſit in ſucceſſorem Soc.d. l.ſiquis arbitratu num.28. Ruin.conſ.142.nu.3.lib.4. Afflict.deciſ. 337.nu.9.

Inſuper arbitriũ, quod iure proprio
7 competit, cedi ẽt poteſt,vt per Alex.in l.ſi ſic

Digitized by Google

l.si sic legatum nu.23. ff.de leg.1.

Et ex his supplcatur materia præmissarum dubitationum.

DVBITATIO CCXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Creatus iudex à quo tempore incipiat habere iurisdictionem, seu exercitium iurisdictionis.*

1 PLacito principis quoties creatur iudex ordinarius, an & à quo tẽpore incipiat iste iudex creatus habere iurisdictionem, seu exercitium iurisdictionis.

Si creatus est iste iudex ordinarius sine administratione, talis vtique ex tenore sui priuilegij recipit vires suas, ideò non nisi vitis priuilegijs possumus iudicare, vt patet in l. vnic. C. de man. prin. vbi principis mandatum, vel priuilegium non potest probari, nisi per scripturam, c.cũ in iure de off. deleg. & c.porrò de priuil.

Si creatus est iudex ordinarius cum administratione incerta prouincia, vel Ciuitate, vel loco, seu oppido, talis secundum omnes Doctores communiter à tempore cõmissionis iurisdictionem habet voluntariam, & à tempore ingressus vrbis, vel loci, habet contentiosam, imò voluntariam habet etiam antequam ingrediatur prouinciã quoad exercitium, sed contentiosam non habet, vt ipsam exercere poterit, habet tamen eam quoad commissionem, vnde, & ipsam potest committere, vt expressè probat in §. prohibemus ad hoc in auth. de collat. alias vt eccl. & licèt aliqui videantur aliter sentire, tamen sic nos intelligamus. l.1.2.4. in §.fin.& l. aliquando ff. de off. procons. & leg. secundum Hostien. in c. nouit de off. leg. & Specul. tit. de legato. §. nunc dicamus in prin. & ita notant scriben. in c. mandata de præsumpt. vbi præcipuè Bobic sub num.7. addit præmissis, quod commissio facta per Papam Archidiacono his verbis, vices nostras in tali prouincia tibi committimus, est realis nõ personalis, quia Papa faciendo talem concessionem concedit personæ, & non loco, & ita videtur realis, nisi concessio obstaret, credit tamen ibid. Bohic commissionem factam esse verã, & procedere hanc declarationem, cũ eo facta nõ proprio nomine expresso.

DVBITATIO CCXLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, seu priuilegium concessum monasterio de admittendis familiaribus ad diuina tempore interdicti, an extendatur ad familiares assumptos post datam priuilegij.*

2 *Subrogatum sapit naturam subrogantis qualiter intelligatur.*

1 PLacitum, seu priuilegiũ concessum monasterio de admittendis familiaribus ad diuina tempore interdicti, an extendat ad familiares assumptos post datam priuilegij.

Sub breuitate proponitur veritas, & dicitur, quòd si assumpti post priuilegium subrogati sunt loco illorum, qui extabant tempore priuilegij tunc ad illos extenditur arg. l. minor autem. §. nõ solum, & l. seq. ff. de minor. c. ecclesia il 1. extra, vt lit. pend. cum concord. aliàs priuilegium non esset perpetuum, contra regulam aliàs per nos probatam, q priuilegium decet esse perpetuum; q etiam subrogatum in omnibus, & per omnia sapit naturam eius in cuius locum subrogatur tàm quoad ius, quam
2 quoad personas, & priuilegia. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. & tàm in actiuis, quam in passiuis, vt latius per Ial. in l. licèt imperator num. 25. & seq. ff. de leg. 1.

Si verò familiares sint illis adiuncti, vel super additi, aut ex causa rationabile,

Digitized by Google

bile, tunc idem quoque dicendum erit, vt ſcilicet, huiuſmodi priuilegium etiã ad illos extendatur. c. cum in de conſt. & c. quanto de cenſib. cum ibi notatis extraordinariè de furno, vel molẽdino.

Aut nuda voluntate aſſumpti fuerũt poſt priuilegium, & tunc ad illos non extenditur, ne cenſura ſic eneruetur. c. fin. de verb. ſign. c. tuarum de priuil. & c. cum & plantare. §. de confratribus eod. tit. de priuil.

DVBITATIO CCXLV.

SVMMARIVM.

1 *Placito, ſeu priuilegio Papæ, vel prælati, vel cõſuetudine loci vtrum quis poſſit habere, quod in loco interdicto poſſit celebrare diuina; &, num. 2.*

3 *Priuilegiati tempore interdicti, vt poſſint ſubmiſſa voce diuina officia celebrare, vtrum poſſint eo tempore alios ſecum admittere ad diuina.*

1 PLacito, ſeu priuilegio, Papæ, vel prælati, vel conſuetudine loci, vtrum qs poſſit habere, quòd in loco interdicto poſſit celebrare diuina; & vtrũ priuilegiati, quòd interdicti tempore poſſint ſubmiſſa voce diuina officia celebrare, poſſint eo tempore alios ſecum admittere ad diuina.

Redeo ad primum dubium, & diſtinguo, aut quæritur de priuilegio, & tunc
2 aut quæritur de priuilegio conceſſo à Papa, & tunc dicendum eſt affirmatiuè poſſe celebrare diuina tàm ſubmiſſa, q̃ alta voce, vt in c. vt priuilegia de priuil. & c. cum & plantare. §. in eccleſijs, & c. porrò eo. tit. de priuil. quia Papa habet plenitudinem poteſtatis c. ad honorẽ de auth. & vſu pal. ſecundum Innoc. & Hoſt. in d. c. vt priuilegia vbi, & alij notant, quòd per illud priuilegium, interdictũ id non erit relaxatum, ſed eo manente celebratur arg. à ſimili c. petiſtis in fin. & d. c. vt priuilegia de priuil.

Aut quæritur de priuilegio conceſſo ab Epiſcopo, vel alio inferiore à Papa, & tunc dicendum, quòd nõ licet in loco interdicto celebrare diuina, quod intelligas loco interdicto etiam quoad priuilegiatum manente, ſecùs ſi relaxetur, vt notant ſcriben. in c. ad hæc quoniam de appell.

Aut quæritur de cõſuetudine, & tũc aut quæritur vtrum poſſit ex conſuetu-
2 dine aliquis habere, quòd tempore interdicti celebrat ſubmiſſa voce, & dicit, quod ſic, aut alta voce, ianuis apertis, & cãpanis pulſatis, & dicitur, quòd non poteſt hoc habere ex conſuetudine, cum ex ea rumpatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. c. cum inter vos de conſuet. & quia hoc redundaret in grauamen eccleſiæ generalis. c. 1. de conſuet. ita diſtinguit Inno. in d. c. vt priuilegia de priuil.

Sed dicit Hoſtien. quòd obtentu alicuius conſuetudinis nemo poteſt habere, quòd tempore interdicti celebret etiam ſubmiſſa voce, vt patet in eo, qđ legitur, & notatur in c. cũ inter vos de conſuet.

Quoad alterum dubium vide notata in c. licet de priuil. in 6. & Specu. de leg. §. iuxta verſ. illud quoque notãdum eſt ibi ſi clerici, & vtrum illi, qui ſunt de loco interdicto poſſint alibi audire diuina diſtinguas, vt notatur in c. ſi ſententia. §. 1. & c. alma mater. §. adijcimus de ſenten. excomm. in 6.

DVBITATIO CCXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ ne ſoluantur, vtrum quis poſſit priuilegiari à Papa, vel ab Epiſcopo, &. nu. 5.*

2 *Decimæ debentur ex præcepto diuino.*

3 *Papa tenetur vſque ad animam, & ſanguinem defendere.*

4 *Papa in temporalibus ad eccleſiam ſpectantibus*

bus potest statuere, & disponere sicut placet.

6 *An spensator bonorum ecclesiæ est Papa.*

7 *Remittere est dare, & sic laico priuilegium de decimis alteri ius percipiendis ad tempus, vel perpetuo dare, vel remittere non potest Episcopus secùs ducendum est si sic disponat in ecclesiasticæ persona.*

8 *Priuilegium concessum de & super decimis nõ soluendis, an extendatur ad nonalia.*

1 PLacito Papæ, vel Episcopi vtrũ possit concedi priuilegium super decimis non soluendis; & vtrum priuilegium concessum de & super decimis non soluẽdis, vel percipiendis extendatur ad nonalia.

Si quæramus quoad primum dubiũ, de Papa, tunc aut concedit Papa priuilegium super decimis personalibus, & potest qualecunq; voluerit siue de eis nemini præstandis, siue de eis præstandis alteri ecclesiæ, quam illi cui de iure communi debentur, nam illæ non debentur excepto, sed potius ex interpretatione, & ideò in talibus obstat consuetudo, & sic potest intelligi text. in c. in aliquibus §. fi. de decim. vt notat Hostien. ibi, & in c. pastoralis super verbo, deducendas, & in gl. fin. ac in sua summa eod. tit. ergò multò fortiùs obstare poterit priuilegium papæ, vbi non obstaret consuetudo, vt legitur, & notatur in in c. quanto de consue. & in c. fin. de transact.

Aut Papa concedit priuilegium super decimis prædialibus, & tunc aut Papa dat priuilegium de decimis alteri ecclesiæ, quam illi cui debentur, soluendis, aut dat priuilegium de decimis simpliciter non soluendis, primò casu, aut dat priuilegium de decimis soluendis alteri ecclesiæ, quam illi, cui de iure communi debentur, vt quia dat priuilegium aliquibus religiosis percipiendi decimas alicuius territorij, vel parochiæ, & tunc nulli dubium, quod potest, & valet priuilegium cõcessum per rationem præmissam, quia & consuetudo in hoc casu valeret cap. ad aures de præscr. a. ad apostolicæ in fin. c. cum sint, & c. cum contingat de decim. & c. audientibus de priuil. nam etiam Episcopos cum capitulo tale priuilegium posset cõcedere c. dubium de reb. eccl. non alien. in 6.

Si verò Papa dat priuilegium laico de de decimis huiusmodi percipiendis tunc si laicus habet priuilegium Papæ siue ad tempus, siue in perpetuum, licitè exigit, & licitè soluitur ei, sicut in priuilegio continetur sic intelligitur. text. in c. à nobis de decim. & c. Adrianus 63. dist.

Et licèt decimæ debeantur ex præ-
2 cepto, & lege diuina, quia dominus præcepit in leuitico eas dari leuitis, vt sit cibus in domo domini c. reuertimini 16. q. 1. & c. peruenit de decim. & sic videatur, quod Papa non possit cõtinuenire. c. quæ contra mores 8. dist. & c. litteras. §. opinioni de resti. spol. imò tenetur vi-
3 que ad animam, & sanguinem defendere c. sunt quidam 23. q. 1. Nihilominùs in præceptis, in quibus non versatur aliqua vtilitas temporalis siue priuata, vt in decimis, primitijs, oblationibus, & similibus per quæ nemini paratur præiudicium, & temporalitas ad ecclesiam spectet, & ad dominum, cuius vicarius vniuersalis est Papa potest in his statuere, & de eis disponere sicut
4 placet c. 1. & 2. & 3. de transl. episc. & c. cuncta per mundum 9. qu. 3. & sic sine cuiusquam iniuria potest concedere laico, quòd decimas alicuius loci per-
5 cipiat, vel non det, sed debet hoc facere nisi ex causa, puta fauore fidei, vt in præallegatis iuribus probatur, & sic Papa, cùm decimæ sint bona ecclesiæ, est
6 dispensator principalis bonorum, & sic decimarum ecclesiæ, & sic tam religiosum quàm laicum potest à decimis eximere, vel cui mauult dare eas, seu remittere in totum.

Si quæratur de episcopo, & inferiore à

re à Papa, teneas, quòd poteſt ille cum conſenſu capituli, & alia ſolemnitate ſeruata de qua in c. dudum de reb. eccl. non alie. in 6. dare priuilegium vni ecclesiæ ſeu dignitati vel perſonæ eccleſiaſticæ de decimis alterius eccleſiæ percipiendis ad tempus, vel perpetuo. Laico autem dare huiuſmodi priuilegium non poteſt, quia remittere eſt dare. l. 2. ff. de calumn. & c. veniens de teſt. quòd epiſcopus non poteſt facere c. fraternitatem de donat.

7

Quoad vltimum dubium dicas, qd

8 non extenditur ad noualia, quando priuilegium eſt odioſum, vt quia conceditur laico priuilegium ne de terris ſuis det decimas alicuius Parochiæ, & ibi fiunt noualia. c. tua de decim. ſecundū. Hoſtien. ibid.

Bene extenditur ad noualia, quando priuilegium eſt fauorabile, vt quia conceditur alicui loco religioſo, ſiue tunc priuilegium ſit de decimis non ſoluendis, ſiue de decimis percipiendis vt legitur, & notatur in c. ex parte tua de decim.

DVBITATIO CCXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum religioſis alicuius ordinis de trahendo eorum fratres tempore interdicti eccleſiaſticæ ſepulturæ, an extēdatur ad omnes fratres, vel ad quos.*

2 *Conuerſi laici gaudent priuilegio quo religioſi, & tales verberans, etiam remanentes in ſeculo incidit in canonem ſiquis ſuadente.*

3 *Dantes inter viuos omnia bona ſua retento vſufructu. quamdiù vixerint gaudent beneficio eccleſiaſtico.*

4 *Legem extendere non eſt noſtrum.*

6 *Donati, vel oblati non gaudeant priuilegio ordinis niſi omninò tranſeant ad eorum religionem.*

6 *Oblati qui dici poſſint.*

PLacitum Papæ ſeu priuilegium conceſſum religioſis alicuius
1 ordinis, vel collegij, vel conuētus de tradendo eorum fratres tempore interdicti eccleſiaſticæ ſepulturæ an extendatur ad omnes fratres, vel ad quos, & an tales fratres perſonæ eccleſiaſticæ reputentur, & an gaudeāt priuilegio ſeu exemptione veris religioſis illius ordinis conuentus, vel collegij competenti.

Primò ideò loco dicamus, quòd qui effecti ſunt fratres eiuſdem religionis,
2 & habitus etiamſi de illis ſint laici cōuerſi, nulli dubium, gaudent illo priuilegio quo, & alij de collegio, vel conuentu, quia religioſi ſunt. c. non dubiū de ſent. excomm. & c. parochianos. eo. titul. & c. per exemptionem de priuil. in ſexto.

Si verò loquamur de illis qui ſunt in ſeculo remanentes, tunc aut quæritur, vtrum ad eos extendatur priuilegium eccleſiaſticæ ſepulturæ, vel vtrum eccleſiaſticæ perſonæ reputentur, & tunc aut eorum ordine ſunt oblati, ſeu donati cum effectu, vt quia cum effectu donauerunt aut obtulerunt eccleſiæ ſe & ſua iuxta formam c. 1. in fin. extra de decim. & ad tales extenditur priuilegium illud, quòd poſſint tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ tempore interdicti, vt not. in c. vt priuilegia de priuil. argu. c. quòd Deo pari 33. q. 5. ſecundum. Inno. & Hoſt. d. c. vt priuilegia. Et tales largo modo perſonæ eccleſiaſticæ cēſentur arg. c. vt lex 27. q. 1. & c. duo ſunt genera 12. q. 1. ſi tamen tales contraxerint, tenet matrimonium argu. c. conſuluit, & c. ruſtns extrà qui cler. vel vouen. verò verberans incidit canonem ſiquis ſuadente, & c. non dubium de ſenten. excomm. licèt non reneantur continere d. c. non dubium.

Si verò loquamur de illis qui non ſūt donati ſeu oblati eorum ordini cum
3 effectu, ſi tales dederūt inter viuos omnia bona ſua eis retento quamdiù vixerint,

xerint, vsufructu tunc illi debēt gaudere beneficio ecclesiasticæ sepulturæ vt in d. c. vt priuilegia in vers. vel eis quia alterum sufficit per se habitum mutare, vel bona dare, c. inter cæteras de resc. cum concord.

Si verò non dederunt omnia bona sed aliqua, tales non debent gaudere prænarrato priuilegio vt in d. c. vt priuilegia in versi. ne si de quibuslibet licèt quidam dicant contra, si maiorem partem dederint arg. l. propter litem. ff. de excus. tut. & c. frequens. §. illum autem de restit. spol. in 6. sed nostrum non
4 est legem extendere. l. si verò negotiũ §. de viro. ff. solut. matr. quia si Papa hoc voluisset, hoc expressisset arg. c. ad audientiam de decim. Tales autem personæ ecclesiasticæ non censentur. d. c. duo sunt genera.

3 Tales autem donati, vel oblati non gaudent priuilegio, seu exemptione, veris religiosis illius ordinis conuentus, vel collegij competenti, nisi omninò
5 transeant ad eorundem religionem. c. cum & plantare. §. deus fratribus, & c. quidam vbi sic tenet. Innoc. & Host. de priuil. si tamen sint donati, vel oblati cum effectu, vt quia enim effectu donauerunt, aut obtulerunt ecclesiæ, se & sua, debent gaudere priuilegio, seu exẽptione illi ecclesiæ competenti. c. per exemptionem primo responso de priuil. in 6. seu illis religiosis aut ordini, cõuentui, vel collegio competenti vt no. Io. And. in d. c. per exemptionem super verb. perpetuò in nouella dicens, quòd
6 isti oblati possunt dici hi qui familiæ vocatur. c. cum olim de arb. vndenos diuersarum religionum habet conuersos illique portasse habitum religiosorum.

2 Si verò non sunt donati, vel oblati cum effectu, & tunc non gaudent priuilegio præmisso, nec sufficeret, quòd bona sua donassent manentes in seculo, nisi quantum ad priuilegium sepulturæ, & præmissa de priuilegijs seu exẽptione intelligas vera, etiam in donatis seu oblatis ecclesiæ secularis. d. c. per exemptionem, quòd loquitur etiam de seculari ecclesia, & hoc est verum, nisi ex tenore priuilegij, vel exemptionis amplioris, vel strictioris aliud appareret, puta, quia soli monaci, vel canonici sunt priuilegiati, vel exempti.

DVBITATIO CCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum seu priuilegium, an possit concedi ecclesiæ, vel rei quæ non est.*
2 *Priuilegiorum duæ species*
3 *Priuilegium quid sit.*
4 *Priuilegia singulorum legem communem non possunt facere.*
5 *Priuilegiorum subdistinctio latè.*
6 *Tenor priuilegiorum probatur etiam per testes.*

1 PLacitum seu priuilegium an possit concedi rei, vel ecclesiæ, quæ non est.

Consueto distinctionis fœdere sic dicamus. Aut quæritur vtrum priuilegium possit concedi ita quod in instanti habeat vires, & dicitur, quòd non, vt in c. ad audientiam extra de eccles. ædifican. & arg. l. si seruitus. §. futuro. ff. de seruit. vrb. præd.

Aut quæritur, vtrum possit concedi modo non vt in instanti vires habeat, sed vt in futurum vires habere incipiat puta in casu d. c. ad audientiam, & dicitur, quod sic, arg. l. hæredes. §. an ea stipulatio. ff. famil. ercisc. secundum Host. in d. c. ad audientiam, vel dicatur secũdum. Innoc. ibid. quod ideò Papa non concedit priuilegium ecclesiæ futuræ, quia non iubito, sed cum deliberatione concedi debet, hanc tamen concordantiam nil facere, & pertinere tantum, quod legitur, & notatur in c. cum adeo de resc. & c. 1 & 2. 25. q. 2. & c. 1. ne sed. vac. voluit. Henr. Bohic. in d. c. ad audiẽtiam de eccl. ædific.

Et

Digitized by Google

Et aduertas sciendum exinde esse, ne mireris concessa alicui ecclesiæ, vel
2 collegio dici priuilegia, quia duæ sunt species priuilegiorum, aliud dicitur priuilegium generale, aliud speciale, generale est quod corpori, vel collegio cõceditur vt in c. cum & plantare, & c. si de terra, & c. porrò, & c. in his de priuil. speciale est, quòd personæ conceditur, & extinguitur cum persona vt l. priuilegia. ff. de reg. iur. & hoc nostro. §. sed qđ principi init. de iur. nat. gen. priuilegiũ
3 namque est priuatum, & singulare ius contra commune indultum, nec enim est priuilegium nisi aliquod indulgeat speciale, nã debet semper aliquid specialiter operari. c. in his de priuil. & c. abbate sanè. §. contra quòd fuerat de verb. signif. l. 1. ff. ad munic. & l. 1. C de Thesaur. lib. 10. dicitur quæ priuilegiũ quia priuatam legem tribuit, & quod in priuato feratur, c. priuilegia 3. dist. & ex eo, quòd priuatam legem singuli gerunt. c. vlt. vers. priuilegia 25. q. 1. priuilegia etenim singulorum legem cõ-
4 munem non possunt facere. c. non exẽplo 26. q. 2.

Horum autem generalium, & specialium priuilegiorũ aliud dicitur reale, aliud singulariter personale, aliud singulariter, & communiter corporale, aliud tantum communiter corporale, reale est, quod ecclesiæ dignitati, ciuitati, vel alicui loco, vel aliquibus personis occasione loci siue cuiuscunque rei conceditur. c. cum olim c. 2. & c. sequ. de priuil. & c. cum olim de consuet. & tale priuilegium perpetuum est & rei adhæret, & sic semper durat, nisi forte res perimatur, vel destruatur. c. 1. 2. & 3. 25. q. 2.

Singulariter personale priuilegium potest dici, quod alicui, vel aliquibus personis certis, & proprijs nominibus expressis personaliter conceditur c. nolentes de off. lega. & talem personam illius cui concessum est, non egreditur etiamsi obtentu dignitatis cõcedatur c. ad hoc de aut. & vsu palb. in quo etiã casu si aliam dignitatem adipiscatur, priuilegio concesso non vtitur: c. bonæ il 2. §. fi. de postul. prælat. tale etiam priuilegium ad successorem non transfertur, nisi hoc exprimatur sicut fit in c. 1. vt lit. pend. quia singulariter personalia cum personis extinguuntur, nec ad alios extendũtur. c. petisti 7. q. 1. & cap. constitutus de concess. præben. nisi in casu speciali fauore legati sedis Apostolicæ aliud dicatur. c. quoniam. §. pen. & fi. de off. deleg. & quòd talia cum personis extinguantur, realia verò cum rebus transeant probatur. in c. cum venissent de institu. & l. priuilegia. ff. de reg. iuris.

Communiter personale priuilegiũ vocatur, quòd certis personis communiter certis ex causis, & incertis articulis conceditur proprijs nominibus nõ expressis, vt potest poni exemplum in minoribus 25. ann. qui gaudent priuilegio restitutionis in integrum. l. 1. & per tot. ff. de min.

Item in absentibus causa Reipu. vt l. 1. ff. ex quib. cau. maio. per tot. & in priuilegijs Macedoniani, & Velleyani. ff. ad Maced. & ad Velleya. per tot. singulariter, & communiter.

Corporale priuilegium est illud, qđ alicui vniuersitati corpori, vel collegio sic conceditur, quia quilibet singularis de vniuersitate potest tali priuilegio se iuuare. c. si diligẽti de for. comp. & c. contingit de sent. excom.

Communiter tantum corporale dicitur illud, quod sic competit vniuersitati, quòd eo ipso vniuersitas potest, & non singuli se iuuare c. qui manumittitur. 12. q. 2. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. & l. sicut municipium. ff. quod cuiusque vniu. nom.

Insuper priuilegium aliud limitatũ aliud indeterminatum, limitatum priuilegium terminos suos non transgreditur. c. 1. ad fi. de sepul. linies autem ex quatuor consideratur ex persona, ex-

causa,

cauſa, ex loco, extempore. c.1. & 2.29. diſt. Indeterminatum autem ſemper & vbique locorum habet niſi aliquid detrahatur. c. dilecti & c. antiqua. §. dominicæ de priuil.

6 Ex lectione autem priuilegiorum, & non aliter apparebit, quæ ſit ſpecies priuilegij. c. porro de priuil. & c. fin. de vſu pal. niſi & tenor probetur per teſtes. c. cum olim eſſemus in fin. de priuile. vel per aliud ſumptum inſtrumentum & publicatum c. 2. de fid. inſtr. ſecundum Hoſtien. ita diſtinguentem in ſum. eod. tit. de priuil. §. quot ſunt ſpecies.

DVBITATIO CCXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, ſeu ſcriptura, an & propter quod vitium, vel quem defectum debeat, vel poſſit reprobari.*

2 *Filius fa. debet facere teſtamentum ſibi & poſtea filio ſuo impuberi & ſi confecerit, non valebit.*

Præpoſterationis vitium quando noceat ibi.

3 *Falſæ latinitatis defectus, an & quando noceat, & quid de omiſſione litteræ dictionis vel ſyllabæ, vel orationis.*

4 *Vitium raſuræ, deletionis, vel cancellaturæ an noceat.*

5 *Reſcriptum Apoſtolicum continens defectum ſolemnitatis ſi, ſi non valet, quid ſi contineat vitium præpoſterationis, falſæ latinitatis, vel omiſſionis litteræ vel orationis. ibid.*

6 *Reſcriptum Apoſtolicum vitiatur vitio obſcuritatis intollerabilis, & vitio raſuræ ibid.*

7 *Scriptura non vitiatur vitio latinitatis niſi inducatur obſcuritas intollerabilis, vel alius, & diuerſus intellectus.*

1 PLacitum, ſeu reſcriptum, vel ſcriptura, an & propter, quod vitiũ vel quem defectum debeat, vel poſſit reprobari.

Si vitium eſt viſibile, quòd acuto ingenio, & perſpicaci oculo cerni poteſt ſi eſt vitium falſitatis poteſt, & debet reprobari reſcriptum, vel ſcriptura huiuſmodi, vt in c. licet & c. ſuper eo de crim. falſ. & c. inter dilectos de fid. inſtr.

Si eſt vitium alterius defectus, tunc aut quæritur de ſcriptura libertatis, aut de ſcriptura vltimæ voluntatis, aut de ſcriptura Apoſtolici reſcripti, aut de aliis litteris reſcriptis, vel ſcripturis.

Si quærimus de ſcriptura libertatis, tunc non nocet vitium, vel defectus, dummodo de voluntate manumittentis appareat, & conſtet vt l. Imperator Titus. ff. de ſtatu hom.

Si quærimus de ſcriptura vltimæ voluntatis, tunc aut eſt vitium, vel defectus ſolemnitatis, aut vitiũ vel defectus præpoſterationis, aut falſæ latinitatis, aut omiſſionis litteræ ſyllabæ, vel dictionis, vel orationis, aut raſuræ deletionis, ſeu cancellaturæ.

Si vitium eſt, vel defectus ſolemnitatis, tunc ſi eſt ſolemnitatis ſubſtantialis vel neceſſariæ nocet vel ex imperfecto & l. ſi vnus & l. hac conſultiſſima. C. de teſta. & l. ex imperfecto. ff. de leg. 3.

Si eſt defectus ſolemnitatis non ſubſtantialis, tunc non nocet vt l. præpoſteri. & l. ambiguitates. C. de teſta.

Si eſt defectus præpoſterationis contra ordinem neceſſarium, & ſubſtantialem rei vel actus de quo agitur ex natura ipſius rei vel actus, vel ex diſpoſitione iuris inductum, & talis præpoſteratio vitiat & nocet. l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup. vbi habes, quòd filius fam. debet
2 facere teſtamentum ſibi, & poſteà filio ſuo impuberi, q̃ ſi contrafecerit, non valebit per eandem viam. l. generaliter §. quid ergo. ff. de fideicom. lib. l. 1. C. de edict. Diu. Adr. toll. ſicque conſequenter ſi eſt præpoſteratio non contra ordinem neceſſarium, & ſubſtantialem rei vel actus, de quo agitur tunc nõ nocet vt l. quidam in teſtamento. ff. de pecul. lega. l. errore & l. ambiguitates. C. de teſtam.

3 Si verò vitium, ſeu defectus eſt falſæ latinitatis non nocet dummodo conſtet

ſſet de voluntate teſtantis arg.l.impera tor Titus.ff.de ſtat.hom.prout idem dicitur ſi eſt vitium vel defectus omiſſionis litteræ vel ſyllabæ dictionis, vel ora tionis.l qui habebat.ff.de manum.teſta. l.errore.C.de teſta.noceret tamen quãdo talis omiſſio obſcuritatem intollerabilem induceret.l. duo ſunt Titij. ff. de teſta: tut. vel induceret alterum, vel diuerſum ſenſum, aut intellectum vtl. quoties.ff.de hære.inſti.

Si erit vitium raſuræ deletionis, vel
4 cancellaturæ ſi procedit ex voluntate teſtatoris nocet in eo, quòd raſum, deletum, vel cancellatum eſt, aut nõ procedit ex voluntate teſtatoris, & tũc nõ nocet dum appareat alias de teſtatoris voluntate.l.1.ff de his quæ in teſta. delen.l.ſi vnus.§. 1.C de teſta.

Reſcriptum verò apoſtolicum ſi cõtineat vitium, ſeu defectum ſolemnitatis ſtyli, qui debet obſeruari tunc nocet
5 nec valet reſcriptum indiſtinctè vt c. quod ſuper his de fid.inſtru.vbi Hoſt.c. quam graui de crim. falſ. ſi contineat vitium præpoſterationis, non nocet c. cauſam quæ de reſcr. ſi vitium falſæ latinitatis nocet, & reſcriptum nõ valet, ſed hoc eſt ſpeciale in litteris Papæ ſecùs autẽ in litteris Imperatoris, & aliorum ſecundum Hoſtien. in ſum. de reſcri.§. quod continet verſ. 6 ſi continet vitium vel defectum omiſſionis litteræ vel ſyllabæ, vel dictionis, vel orationis, talis defectus non nocet, quando non inducit alium intellectum, ſeu ſenſum, c.ex parte de fid.inſtru.vbi verò non cõſtat de intellectu Papę, vt qa talis omiſſio inducit alium intellectum, ſeu ſenſum, tunc nocet, c.inter dilectos de fid. inſtru. vnde magis attendimus intellectum & ſenſum, quam ſcripturam in cap. ſedulo 38. diſt.

6 Si vitium in reſcripto Apoſtolico ſit obſcuritatis intollerabilis tũc vitiatur reſcriptum Hoſt. in c. quoniam Abbas in fi. de off. deleg. ſi autem ſit vitium raſuræ cum eſt facta per alium, quam per Papam vel vicecancellarium vel eius officiales nocet, & vitiat reſcriptum c. dura de crim. fal.

7 Si quæritur de alijs litteris ſiue inſtrumentis ſi eſt vitium latinitatis propter hoc non vitiatur ſcriptura, vel reſcriptum quando tamen non inducit obſcuritatem intollerabilem, vel alium & diuerſum intellectum, quia tunc ſecùs arg.l.quoties.ff.de hære. inſtitu. & l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut.

DVBITATIO CCL.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis noua, an ſit ſequenda, ſeu etiam an reſcriptum nouiter emanans ſit omnino ſequendum.*
2 *Falſo reſcripto vtens debet detineri, & mitti ad principem.*
3 *Reſcriptum contra ius ſtatim eſt abijciendum.*
4 *Reſcriptum non ſuſpectum de falſitate ſi eſt præter ius, tunc eſt expectandum ſecundum mandatum.*
5 *Monialis illa præſumitur, quæ reperitur inter alias moniales.*
6 *Notarius bona fide cedulam falſam acceptam in actis inſerens vel ſcribens non punitur de falſo.*
7 *Producens cedulam, quòd nõ dixerit falſa acta, vel falſum inſtrumentum confici non eſt accuſandus de falſo.*
8 *Falſitas ſine dolo commiſſa non ſit punienda iudicis arbitrio.*
9 *Error potiùs præſumitur, quam dolus & conſequenter falſitas.*
10 *Falſarius nemo præſumitur niſi eſſet diligens, & verſutus.*

1 PLacitum, ſeu reſcriptum, vel etiã decretalis, ſi nouiter emanat, & appareat, an ſit omnino ſequẽdum, ſeu ſequenda.

Reſcriptum, placitum, ſeu etiam decretalis, ſi eſt ſecundum ius æquum, certum, & indubitatum, tunc omnino eſt ſequendum, ſeu ſequenda, vt patet in c.ſi

c.si quãdo & c.cum dilecta de reſcr. ca. prudentiã & c.venerabili de off.deleg. & de decretali patet in c. paſtoralis de fid.inſtr.quæ tamen intelligas ſecundũ ius diuinum vel canonicum c.qualiter il 2.de accuſ.c.ſuper eo de vſur.c. ſignificaſti de elect. & c.1. de iura. cal.vel ẽt ſecundum ius ciuile diuino,vel Canonico non contrarium vt in c. 1.de nou. op.nun. & c.1.& 2.10.diſt. vel ſecũdum rationem naturalem deficiente iure c. conſuetudo 1.diſt.§. quòd verò naturalis ratio inſti.de iur.nat. ſiue ſecundum conſuetudinem c. cum dilectus de cõſuetudi.

2 Si verò non eſt reſcriptum,ſeu decretalis ſecundum ius,eſt diſtinguendum, quòd ſi quæritur de reſcripto ſuſpecto de falſitate,& tunc cõſulendus eſt princeps,& vtẽs falſo debet retineri, & mitti ad principem c.2.de reſcr. & c. ſuper eo de crim. falſ.

3 Si autem agatur de reſcripto non ſuſpecto de falſitate,tunc ſi eſt contra ius ſtatim eſt abijciendum , c. reſcripta 25. q.2.& eſt auferendum de manu tenentis & dandum principi vt l. ſicut. C. de paga.niſi dicatur in reſcripto , non obſtante tali iure c.nonnulli de reſcr. & l. ſiquis in prin.teſtamenti.ff.de leg.3.

4 Si verò reſcriptum nõ ſuſpectum de falſitate eſt præter ius, & eſt alias iniquum, tunc eſt expectandum ſecundũ mandatum c. ſign.de reſcr.

Vbi verò quæratur de noua decretali,ſi certum eſt eam eſſe decretalẽ, tunc iudicandum eſt ſecundum eam dummodo non ſit cõtraria iuri diuino,vel naturali.c.1.19.diſt.& c.1.de conſti. per tot. ſi autem certum eſt eam non eſſe, decretalem , tunc ſtatim eſt abijcienda aut eſt dubiũ,an ſit decretalis, vel non, & tunc aut inſerta eſt inter alias decretales ita, quòd omnes libri communiter habent illam,& tunc præſumitur
5 decretalis, ſicut illa præſumitur monialis, quæ reperitur inter alias moniales c.quem progenitores 20.q.1.

6 Cæterùm, quia in antecedenti dubitatione per trãſennam , & per modum tranſeuntis tetigimus in principio de vitio falſitatis viſibilis , in ea materia, nunc ſupplendo in hoc præcipuè propoſito decretalis inſertæ inter alias decretales,inferas, q falſitas cõmiſſa non dr à Notario,qui bonafide cedula falſa, accepta,eã in actis inſeruit , vel ſcripſit. cũ falſum ſine dolo non cõmittat,& in Notario dolus non adfuerit,& per cõſequens,inſtrumentum non eſt effectũ falſum,vt producens cedulam de falſo poſſit puniri etiamſi adeſſet ſtatutum,q ſiquis fieri fecerit falſum inſtrumentũ puniatur, vel quicunq; fecerit , vel mãdauerit fieri chartam falſam puniatur & ideò ſic sẽſit Boſſius tract. cauſ.crim. tit.de delicto num.36. & tit.de falſis nu. 100. & Ruin.conſ.83.nu.5. lib.4. qui admonent, quòd quãdo hic caſus occurret,non erit accuſandus producens ce-
7 dulam,quòd mandauerit falſa acta,vel falſum inſtrumentum confici, quia verè falſum non eſt & licet Alcia.in l.1.§. ſed ſi mihi in fin.ff.de verbor.oblig.doceat eſſe puniẽdam iudicis arbitrio fal-
8 ſitatem ſine dolo commiſſam.Corn.tamẽ Pariſ. Anchar.videntur ſentire,nec extrà ordinem pœna ſtellionatus huiuſmodi committentem ſine dolo eſſe puniendum, ſed D. meus Menoch. de arb.caſu 309. cum Alciato tenet in dubio , quia in dubio error potius præſumitur , quam dolus, & conſequenter
9 falſitas glo.in c.accedens de crim. falſi, quæ dicit falſarium aliquem non præſumi , niſi tamen is qui dicitur falſum commiſiſſe, eſſet diligens, & verſutus,
10 quoniam ex dolo feciſſe potius præſumitur, quam per errorem perſonæ , & huius qualitatem iudicis arbitrio remittit Menoch.loco.præcit.

DVBITATIO CCLI.

SVMMARIVM.

1 *Duobus reſcriptis impetratis , an & quod alteri præ-*

præ-

præiudicet, seu an vnum impediat alterum valere.

2 *Priuilegium additum priuilegio non tollit, sed augmentat primum.*

3 *Concedens non est verisimile, quod velit limitare primum rescriptum, vel priuilegium immoderatum aliud inmoderatum.*

4 *Duo rescripta si sunt aduersa in modo commissionis, & procedendi tunc superſedendum, & superior consulendus intelligе, vt ibid.*

1 PLacitis, seu rescriptis duobus impetratis, an quæ, seu quod alteri præiudicet, seu an vnum impediat alterum valere.

Vbi alterum ipsorum rescriptorum sit nullum, vel tale, quod per exceptionem elidi potest, tale nō impediet alterum valere. c. ex parte de rescr. aut non est tale, & tunc si priuilegium vtrūque est gratiosum, tunc aut vtrunq; est super beneficijs, aut super alijs factis gratiosis primò casu si super beneficijs aut ab vno aut à diuersis impetratur, & latius distinguas declarādo, vt per scriben. præcipuè per Bohic in ca. sicut de rescrip.

Si verò agimus de rescriptis gratiosis non beneficialibus tunc si impetrātur ab vno, & sunt diuersa, vtrunque valebit, c. cum, & plantare §. in ecclesijs in fin. & c. cum capella de priuil. quia priuilegium additum priuilegio non tollit, sed augmentat primum, l. senatores
2 ff. de senator. & l. 4. in fin. C. de proxi. sacro. scri. lib. 12. vbi tamen priuilegium est moderatum, & secundum limitans vel amplians primum, est moderatum, nam tunc non valebit secundum non faciens mentionem de primo, quia est verisimile, quòd concedens limitaret
3 primum immoderatum si de eo recorderetur per secundum immoderatum intelligit Innoc. in cap. veniens de præscript.

Si verò rescripta duo impetrata sunt aduersa quoad diuersos fines, vt quia vna pars ex vno facto narrat vnum, & alia pars aliud, tunc similiter idem iudex cognoscet. c. oblatæ §. si ita, quòd si appellans de appel. & si sunt aduersa in
4 modo cōmissionis, & procedendi tunc vtrique superſedendum est, & superior est consulendus c. 2. de off. deleg. quod intelligas verum quando ambo rescripta sunt eiusdem datæ, si verò sunt diuersarum, & secundum rescriptum nullam mentionem facit de primo, vel facit, sed minùs sufficientem, tunc primum valet, & non secundum, vt in c. ex parte Decani. §. petente verb. procurator nobilis de rescr. sed si secundum facit mentionem de primò sufficientē, tunc secundum valet d. c. ex parte, à cōtrario sensit.

Vbi autem impetrantur rescripta ad diuersos iudices, nec apparet quod sit primum, vel quod sit secundum, tunc mutuò se impediunt, vel secundū Hostien. princeps est consulendus c. 2. de off. deleg. quod credendum est verum, dummodo pars de hoc excipiat, & hoc requirat; reliquia in hac materia vide latè in d. c. sicut de rescr. per scrib. ibid.

DVBITATIO CCLII.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum, seu priuilegium impetratum contra religiosos, de ipsorum ordine, seu priuilegio non facta mentione, an valeat.*

2 *Papa non est verisimile, quod ignoret priuilegium clausum in corpore iuris.*

3 *Oblivio exemplorum nō autem iuris fallit quēlibet principem imò, & Papam.*

1 PLacitum, rescriptum, seu priuilegium impetratum contra religiosos, de ipsorum ordine, seu priuilegio, non habita mē-
1 tione an valeat.

Nulli dubium est, quòd impetrans priuilegium ꝯ Religiosos de eorū ordine debet facere mentionem, aliàs nō valeret priuilegium impetratum, vt in

Digitized by Google

c..cum ordinem de reſcr.& in c. veniẽs vbi notat Innoc.de præſcript.

Sed ſi fiat mentio de ordine, ſed nõ de priuilegio ordinis,& impetrantur literæ de communi iuſtitia contra religioſos ſuper decimis, puta, ſuper quibus ſunt priuilegiati,tunc ſufficit, ꝙ de ordine fiat mẽtio,nec eſt neceſſe de priuilegio facere mentionem ſicut,nec de aliis exceptionibus peremptorijs,vt patet in tex.d.c.cum ordinem ibi,ordinis, & non dicit priuilegij, ſed ordinis, ſecundum.Hoſt.& Io.And.ibid.

Si verò eſt indulgentia ſpecialis, ſeu priuilegium, quæ ſeu quod impetratur contra priuilegium ipſorum, tunc aut priuilegium illud religioſorum contra quod impetratur non eſt in corpore iuris clauſum, & tunc oportet, quod etiã de ipſo priuilegio fiat mentio, aliàs nõ valet, vt in c. cùm inter monaſterium. de re iud.& in c.ex parte de priuil.& ita intelligas opinionem.Inno.& Io. And. in d.c.cum ordinem. Aut illud priuilegium religioſorum contra quod impetratur, eſt in corpore iuris clauſum, & tunc ſufficit, quòd fiat mentio de eorum ordine, licet de priuilegio nulla mentio fiat, quia non eſt verilimile, ꝙ Papa ignoret illud priuilegium, quod eſt in corpore iuris clauſum, quale eſt
2 illud in c.ex parte de decim. arg.cap.p. de conſtitut.in 6. cum Papa, & quilibet Princeps preſumatur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui. l. omnium.C. de teſtam.& exemplorum duntaxat nõ autem iuris obliuio fallit Summũ Pontificem,vel principem quemlibet,& ita intelligitur tex.in c.præterea 23.diſt.

DVBITATIO CCLIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, ſeu reſcriptum impetratum per procuratorem conſtitutum per excommunicatos, an valeat.*

2 *Conſtituens procuratorem ſi eſt excommunicatus publicè ſiue occultè, non valet reſcriptum.*

3 *Cauſa vniuerſitatis non eſt ſingulorum.*

PLacitum, ſeu reſcriptum impetratum per procuratorem
1 conſtitutum per excommunicatos, an valeat.

Quãdo eſt vnus ſolus ad quem pertinet, ſeu qui conſtituit procuratorem tunc non valet reſcriptum ſi tempore conſtitutionis procuratoris conſtituẽs
2 erat excommunicatus, ſiuè publicè, ſiue occultè.cap. 1. de reſcr.in 6. cum ibi nota.per Card.& Io.And.

Si verò ſunt plures ad quos pertinet conſtituere procuratorem, ſi omnes ſunt excommunicati, tunc idem erit dicendum per tex.in d. c.1. Aut aliqui ipſorum ſunt excommunicati, alij nõ, & tunc aut ſoli excommunicati conſtituunt,& tunc idem dicendum eſt aut ſoli non excommunicati coſtituunt, vel authoritatem præſtant alij excommunicatis excluſis, & tunc valet conſtitutio procuratoris,& valet etiam reſcriptum etiamſi eſſet vnus ſolus non excõmunicatus conſtituens, & omnes alij eſſent excommunicati, quia hoc caſu ius vniuerſitatis recidit in vnum, ſolũ vt l.ſicut.ff.quod cuiuſque vniu.nom.

Si verò conſtitututio procuratoris, vel auctoritas conſtitutionis, vel expreſſio nominum per excommunicatos, ſiue de ipſis ſimul, & mixtim vnà cum nõ excommunicatis eſt facta,tũc ſi illi excommunicati erat tempore cõſtitutionis procuratoris publicè excõmunicati,non valet,ſed ſi erant occultè excommunicati tunc valet nihilominus reſcriptum arguẽdum à contrario ſenſu in c.conſulti in verb.aut ſciẽs de procurat.

Ratio differentiæ quare ſecùs in publicè excommunicato, & ſecùs in occulto,illa eſt, quia in primo caſu poteſt culpa, ſeu delictum imputari ipſis non excommunicatis argumento c.ſcriptũ eſt de elect. in ſecundo verò caſu non,

vt

vt in c. apostolicæ de cler. excom. min. secundum. Hostien. & faciunt scripta p Bohic in c. illa quotidiana de elect.

Si verò tempore constitutionis procuratoris non erant excommunicati, sed nunc sunt tempore datæ rescripti, valebit rescriptum, dummodo excommunicatorum nomina non exprimantur in rescripto, quia cautà vniuersitatis, non est singulorum. c. qui manumittitur 12. q. 2.

3

DVBITATIO CCLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Placitum, seu rescriptum, an & quando valeat, vel non distingue iuxta casus ibi latè relatos.*

PLacitum, seu rescriptum, an & quando valeat, vel non valeat, generaliter querendum nobis est præter alias sub eodem §. no
1 stro tacta.

Aut ideò quærimus de rescripto falso, seu obreptio, hoc est, ꝙ de conscientia illius à quo concessum dicitur, nullatenus emanauit, & quòd tale rescriptum, non valeat, probatur per text. in c. licet de crimin. falſ. & per tot. nec virtute ipsius iudex poterit de principali cognoscere, & si fecerit, non valebit, sed de precum qualitate cognoscere poterit, ratione dubij fortè etiamsi falsitas esset notoria, & in nullo dubia per confessionem, vel alias, quia tunc posset condemnare impetrantem in expensis, vnde hoc solum non est ratione dubij, sed ad damnificandum Innocentem, arg. l. siquis ex aliena. ff. de iud. & hoc tenet Innoc. in cap. super literis de rescrip. & Specul. in titu. de rescript. præsentat. §. vlto in fin. versic. quod si excipitur.

Aut quærimus de rescripto verò, & veraciter à concedente concessio, tunc si non habet forma debitam, & necessariam, seu stylum debitum puta incarnationem Domini, diem & consulem, seu principis nomen, & solitum stylum seruandum in huiusmodi litteris, non valet, dummodo talia non fuerint per consuetudinem abrogata, vt l. sacri affatus. C. de diuer. resc. & l. fi. C. eo. & de stylo legitur in c. quam graui de crim. falſ.

Si verò habeat formam debitam, & stylum debitum, & sit impetratum secundum ius, vel præter ius aliqua falsitate non expressa, nec aliqua veritate tacita, tunc valet, argumento à contrario sensu in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtil. pub.

Si verò est impetratum aliqua veritate, tacita, vel falsitate expressa, & sic de conscientia concedentis emanauit tacita tamen veritate, vel suggesta falsitate tunc si rescriptum veritate tacita, vel suggesta, falsitate per fraudem, vel malitiam est impetratum, iudex poterit cognoscere de veritate precum, sed non de principali vt notatur, & legitur in c. super litteris. §. nos igitur de resc. dummodo de surreptione opponatur, & appelletur, si surreptionis exceptio non mittatur aliàs secus secundum. Innoc. d. c. super litteris.

Vbi autem tacita veritate, vel expressa falsitate per simplicitatem, vel ignorantiam rescriptum fuerit impetratum tunc si veritate tacita si expressa fuisset, vel falsitate expressa, si tacita fuisset, rescriptum nihilominùs habuisset, valebit huiusmodi rescriptum, & poterit iudex virtute ipsius cognoscere de principali non secundam formam litterarum, sed secundum ordinem iuris, vt in d. c. super litteris in verb. inter alios, & in l. 2. C. si contra ius, vel vtil. pub. & l. 3. C. si ex falſ. instr.

Et quoties rescriptum non habuisset & rescriptum esset gratiosum vt priuilegium, tunc non valet. l. sed si hac lege §. patronum. ff. de in ius voc. l. siquis obrepserit. ff. ad l. Corn. de falſ. & notatur plenè in c. ad audientiam de resc.

Digitized by Google

Si verò reſcriptum contineat ius cõmune, & talis falſitas eſt expreſsa, vel vel veritas tacita quæ reſpicit proceſſum iudicij, vt quia lite pendente iudicem impetrauit non habita mentione de litis pendentia, non valebit reſcriptum, vt de principali cognoſcat, dummodo de ſubreptione opponatur.

Sed benè cognoſcet, iudex de præcum qualitate. c. cæterum de reſcrip. & tot. tit. C. vt lite penden. Si verò reſcriptum tangat negotium principale, vt quia actor tacuit de pacto de non petendo, quòd fecerat debitori ſuo, tunc valet reſcriptum, & cognoſcet iudex delegatus de principali, & ita ſecudum Azo. & alios loquitur text. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtil. pub.

DVBITATIO CCLV.

SVMMARIVM.

1 *Perpetuato iuriſdictione in vna cauſa, an cenſeatur perpetuata in alijs.*

2 *Hæreſis in cauſa, fauore fidei, perpetuatio actionis in vno caſu ſiue contra vnum, operatur perpetuationem in alijs caſibus, & contra alios.*

PLacitum ſeu reſcriptũ ſi eſt impetratum, & committuntur plures cauſæ ſiue nominatim, ſiue per clauſulam generalem, an
1 perpetuata iuriſdictione in vna, perpetuetur in alijs.

In primis tenendum eſt, quòd ſi reſcriptum eſt impetratum contra plures & perpetuata eſt iuriſdictio contra vnũ ſiue in vna cauſa, ſiue in pluribus, & q̃ritur, vtrum per hoc perpetuetur contra alium, vel alios reſpondendum, tenendumque eſt negatiuè, quòd ſcilicèt, non perpetuetur vt in c. relatum de o. ſt. de leg. Abb. & alij in c. licèt vndique eo. tit.

Si verò reſcriptũ eſt ppetuatũ cõtra vnum in vna cauſa, & q̃ritur, vtrũ p hoc [illegible] aliis cauſis, & perpetuet contra eum in [illegible], tunc ſi citatio eſt generalis cõprehẽdens cauſas omnes contentas in reſcripto perpetuatur in omnibus. arg. l. fin. C. de ann. except. ſecundum. Io. And. & Hoſtien. in d. c. licèt vndique.

Si verò citatio eſt particularis ſeu ſpecialis in vna cauſa ſiue in pluribus cauſis, perpetuatur iuriſdictio in alijs negotijs ſeu cauſis connexis vigore impetrati reſcripti: arg. l. ſi communem. ff. quemad. ſerui. amitt. l. fi. C. de duob. reis in alij verò cauſis non connexis, tunc non perpetuatur iuriſdictio ſecundũ. Hoſtienſ. & Io. And. in d. c. licèt de off. deleg. Specul. eo. tit. de off. deleg. reſtat videre verſ. quid ſi ſuper duobus.

Et iſta omnia ſunt vera, præterquam
2 in caſu hæreſis, in quo eſt ſpeciale fauore fidei, quòd perpetuatio iuriſdictionis in vno caſu, ſiue contra vnum operetur perpetuationem in alijs caſibus & contra alios vt probatur in c. ne aliqui de hæret. in 6.

DVBITATIO CCLVI.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratui ſumma data facultas in pœnalibus, an & ad quam pœnam extendatur, & nunc. 1.*

2 *Index non poteſt punire delinquentem plusquam à lege fuerit, vel à ſtatuto conſtitutum.*

3 *Pœna mitior eſt eligenda in dubio.*

4 *Mortis pœna non poteſt imponi etiam in crimine atroci nondum conſumato.*

5 *Atrociora delicta indicantur ex circumſtantijs.*

PRincipis vel ſuperioris placito facultas data ſummo magiſtra-
1 tui in pœnalibus, an & ad quã pœnam extendatur.

Non ignorandum pro declaratione erit, quòd cùm pro delicto à iure communi, vel municipali pœna mortis non eſt indicta, non poteſt iudex plùs punire delinquentem quàm à lege fuerit,
2 vel à ſtatuto conſtitutum argu. l. continuus.

nuus.§.cum ita.ff.de verb. obl. & in dubio mitior pœna eſt eligenda. l. inter-
3 pretatione.ff.de pęn.nec ob id pœnam mortis poterit imponere etiam in crimine atroci nondum tamen conſu-
4 mato,ita declarando text.cum glo.in §. in ſumma inſtit.de iniur.rectè affirmāt. Bal. & alij relati à Dec. in c. ex litteris. nu.4.& Fely.nu.24.de conſt.Bal. conſil. 443.lib.3.Alex.conſil. 15. lib.1.& res eſt clara quòd hoc caſu iudex nō pōt pęnā mortis imponere vigore præſuppoſitæ facultatis ſibi datæ;quando ideò pro ſolo conatu ius cōmune certā imponit pœnam,ita vt pœnam mortis prohibere videatur tunc iudex non poterit pęnam mortis indicere, quia non poteſt lege refragari.Si autem pęna nō eſt certa à lege communi indicta,tūc, cum in dubio ſimus, creditur data facultas, vt mitiorem partem iudex ſequatur, nec plus arbitretur, quàm ſimilibus in caſibus lex communis facit.

In caſu verò dubij noſtri, quando ſupremo magiſtratui data eſſet facultas, tunc illa extenditur uſque ad pœnam mortis ita Rol.à Val.conſi.99. num.28. li.1 ſicut is tunc poteſt omnia bona publicare,eſt tamen aduertendum, quod Rolan.ibi ſolum loquitur de pęna corporali, non autem de morte, ſed nulla eſt differentiæ ratio, vbi talis eſſet magiſtratus qualitas, & poteſtas vt poſſit aliàs pœnas mortis indicere,citatur etenim à Rol auctoritas Bald.in l. 1.C.ne ſine iuſſu princ. qui de pęna corporali ne quidem verbū habet,quando tñ facultas ita fuerit data expreſsè, vt poſſit, ſi vult, pęnam etiam mortis indicere, tunc abſolutè iudex, vel ſummus magiſtratus ſic etiam poterit, & ita intelligas tex.in l.1.C.de ijs qui latro.occult. & ibi Bal.præcipuè in atrocioribus delictis,
5 quę ſcilicet, atrocia iudicantur ex circumſtantijs, vt reſpondit. Crau. conſil. 220.num.14.& Dec conſi.100. in fin. vt in crimine ſacrilegij,quòd atrox,& grauę eſt vt probat l.placet in ſi.C.de pedaiudi.& in crimine receptantium latrones.l.1.ff.de receptat.& in crimine repetundarum.l.Iul.§.hodie.ff.ad l.Iul. repetun. & huiuſmodi delictis ſimilia in quibus ſiquidem atrocioribus locus non eſt regulæ. l. interpretatione. ff. de pęn. vt declarat.Dec.in l.ſemper in obſcuris num.10.ff.de regu.iur. & clariùs docet. Neuz.lib.6.ſylvæ nup.nu.47.

DVBITATIO CCLVII.

SVMMARIVM.

1 *Facultas conceſſa in diffiniendo, & exequendo an cenſeantur conceſſa in cognoſcendo, & ſic an executor datus poſſit cognoſcere.*
2 *Clauſula,ſi res ita ſe habet, vim habet illius, ſi præces veritate nitantur, & demandata tunc ſimul dicitur cognitio.*
3 *Executione mandata in cauſa de qua iam eſt cognitum,non venit ipſa cognitio.*
4 *Commiſſio ſi facta eſt ad falſas præces,non tribuitur iuriſdictio;declara vt ibi.*
5 *Executor non cognoſcit ſuper exceptione nullitatis oppoſita ex falſis allegationibus.*
6 *Mandata nudi facti executione ſuper cauſa cognoſci non poteſt.*
7 *Executor poteſt cognoſcere ſuper notoria nudi facti exceptione.*
8 *Executor poteſt cognoſcere ſuper exceptione ex communicationis.*
9 *Executor poteſt cognoſcere in cauſa capitali,quã do videt periculum damnumque irreparabile.*
10 *Executor ex cauſa de nouo ſuperueniente poteſt de exceptione ac de falſi reſcripti exceptione cognoſcere.*

PLacito principis ſi concedatur facultas in diffiniendo, & exequendo,an etiam cenſeatur cõceſſa in cognoſcendo, quod
1 idem eſt, ac ſi quæratur, an & quando executor datus poſſit cognoſcere.

Et certè de cauſa poſſe executorem, cognoſcere, quando nulla alia præceſſit cognitio, voluit Bar. & cum eo omnes in l.à Diuo pio in prin.num. 4. ff.de re

re iud.& l. etsi non cognitio. C. si cõtra ius vel vtil.pub potissimum si adsit clausula, si res ita se habet, tibi committimus, vt talem ad suam possessionem restituas, quia hæc clausula habet vim illius,si præces veritate nitantur, & tunc demãdata simùl dicitur cognitio. Dec. in c.2.num.3.de rescr.& consil. 323. nu. 2.Innoc. in c. de cætero de re iud. imò. Dec.in eod.consi.323.num.2.vult executione mandata, censeri etiam mandatam cognitionem, cùm nulla plena præcesserit cognitio, nam executione mandata in causa de quà iam est cognitum, non venit ipsa cognitio vt notatur in d.l. à Diuo pio prout, & quando commissio esset facta ad falsas præces non tribuitur iurisdictio. Salyc. d. l. etsi cognitio.

Benè in auxilium iurisdictionis mãdata executione super oppositis exceptionibus contra eam cognosci poterit, prout cognosci poterit etiam super oppositis exceptionibus solam executionem respicientibus, vel sententiam directò infringentibus, quamuis super exceptionibus oppositis contra sentẽtiam executor non iudicet, sed principali iudici remittat,vt latè per Barto.& alios in d.l. à Diuo pio §. in venditione ff.de re iud.

Nec etiam cognoscet executor sup exceptione nullitatis opposita ex falsis allegationibus ita. Alex. in d. l. à Diuo pio nume. 11. Sed tunc super oppositis exceptionibus cognoscet executor, cùm maiorem habebit potestatem ipso iudice Alex.d.l.à Diuo nu.15.& Feli. in c.pastoralis.§. quia verò num. 17. de off.deleg.& in c.de cætero num.3.de re iudic. regula enim stat semper firma, q̃ mandata nudi facti executione super causa cognosci non potest l.executorẽ l.si vt proponis, C. de exec.rei iud. quia omnis iam præcessit cognitio, & nuda supersest executio quæ sola mandata dicitur ita Bal. d.l.etsi non cognitio Bart. Alc.& Lal.d.l.à Diuo in prin. Fely.in d. c.pastoralis.§.quia verò num.17.versic. executor merus.de offi.deleg.super tamẽ exceptione notoria nudi facti executorem posse cognoscere voluit Feli. d.§.quia verò num.17.Abb.in c. de cætero nu.5.de re iud.Rom.consi.51. prout etiam super exceptione excommunicationis potest executor cognoscere Fely.d.§. quia verò num. 17. & in causa capitali potest executor etiam cognoscere,cum periculum damnumque videt irreparabile Fely.d.§. quia verò nu. 17.Abb.d.c.de cætero num.5. imò Fel. in c.si quando col.2.versi.3.fallit de off. deleg.censuit tunc licere iudici resistere quoniam ei parẽdo damnum sequeretur irreparabile, & in d. §. quia verò num. 17. docet Felyn. ex causa de nouo superueniente posse de exceptione cognoscere ac de falsi rescripti exceptione.

DVBITATIO CCLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facultas data cognoscendi super conuentione, an extendatur ad reconuentionem.latè ibid.*

2 *Reconuentioni locus est super actione orta post rescriptum impetratũ ab actore, etiamsi actor vellet à conuentione desistere.*

1 PRincipis, vel superioris placito si data sit facultas cognoscendi super conuentione an extenda tur ad recõuentionẽ. Causam reconuentionis non habere parem rationem, saltem quoad vim probationum cùm causa conuentionali, quæ si possit probari leui probatione,non sic, causa reconuentionalis, quæ sui natura requirit pleniorem & efficaciorem probationem,declarat Soci.tract.fallẽ. reg. 332. fallentia 3. vnde cùm quoad vim probationum non sit paritas, saltẽ quoad eas facultas data super conuentione,non censebitur data super reconuentione,quãdo scilicet reconuentio

requi-

requirit ſpecialem commiſſionem de ſui natura, vt per glo. in c. diſpendia.§. reus de reſcr. in 6.& per text.in c.ſi Epiſcopus 6.q.4.& c.1.& 2.de confirm.vtil. vel inut.hinc videmus,quod cum data eſt poteſtas finiendi controuerſiã, non poteſt ſuper reconuentione cognoſci de reconuentione, quæ expreſsè non eſt comprehenſa in compromiſſo c.cũ dilectus de arb. Rom.ſingu. 149.& 776. Barba.conſi.3.col. pen.lib.4. proutetiã quando data eſt facultas ſuper certo & determinato articulo, tunc ad cauſam reconuentionis non extenditur data facultas ex l. teſtium. C. de teſti. Socin. tract.fall.reg.332.fallen.12. Idemque dicitur de facultate data ſuper cauſa,quę celeritatem deſiderat,& cuius periculũ eſt in mora, ſi cognitio differatur, quia tunc datus iudex non cognoſcit ſuper reconuentione vt per Soci. d. reg.332. fallen.11.

Tamen eſt aduertendum,quòd quãdo impetratur iudex delegatus ſiue ab actore ſolo, ſiue communi actoris, & rei conſenſu,facultas data ſuper conuẽtione, extenditur etiam ad reconuentionis cognitionem vt per Socin. ſen. à quo non eſt recedendum quicquid in contrarium ſenſerit in auth & conſequenter. C. de ſent. & interl. om. iud. Socin.inquam ſen.in tract de mut.peti. col.13.verſic.10.declaratio, & quòd facultas data ſuper conuentione habeat etiam locum in reconuentione, patet ex l.pen. C.de ſent.& interlo.om.iud.& c.accuſatores.§.cuius 3.q.8.ratio illa eſſe videtur quam affert glo.in c.prudentiam de mut.petit.videlicet,quia iudex in cauſa reconuentionis prorogatã habet iuriſdictionem, quæ cõſtitutio procedit non ſolum in iudice ordinario ſed etiam in delegato vt notãt omnes in auth. & conſequenter. C. de ſent. & interlo.om.iud. & eſt tex.in c.1. de mut. petit. vbi Abbas ſic intelligit.

2 Reconuentionali inſuper locum eſſe ſuper actione orta poſt reſcriptum impetratum ab actore probat Socin.d. tract.de mut.petit.col.10.verſ.4.declaratio imò etiamſi actor à conuentione deſiſtere vellet, reconuentioni locum eſſe cenſet idem Socin. ibid. verſ. 7.declaratio. Alex.in l.3.in prin. nu. 7. ff.qđ quiſque iur.Afflict.deciſ.173.in fi.

DVBITATIO CCLIX.

SVMMARIVM.

1 *Data facultas in cognoſcendo, an cenſeatur data in exequendo.*

2 *Ordinarius etiam lata ſententia ſua retinet iuriſdictionem in exequendo quam delegare non poteſt.*

3 *Delegatus lata ſententia dicitur functus officio ſuo.*

4 *Delegati diffinitiuam exequitur ordinarius.*

5 *Delegatus inferioris non habet facultatem indicendi mulctam pro executione ſententiæ.*

6 *Delegatus inferioris poteſt exequi eam pœnam ad hoc ne eius iuriſdictio impediatur,& poteſt mittere in poſſeſſionem ex 1.decreto.*

7 *Delegatus principis de iure Canonico, & Cæſareo,poteſt ſuam ſententiam exequi.*

1 REſoluta fuit quæſtio antecedens, an facultas cõceſſa in diffiniendo & exequendo, cenſeatur cõceſſa in cognoſcendo,modò è conuerſo quærimus an facultas data in cognoſcendo etiã cenſeatur data in exequendo?

Si propterea loquimur de ordinario
2 iudice clariſſimi iuris eſt,quòd facultas ei data in cognoſcendo & iudicando eſt etiam data in exequendo, ita vt ipſe, non alius ſuam ſententiam exequatur, vt per text. in l. à Diuo Pio in prin. ff. de re iud. quia ordinarius etiam lata ſententia ſuam retinet iuriſdictiouem in exequendo quam delegare non poteſt.l.pen.ff.de off. præſid. & ſic de iudice à lege conſtituto res eſt claram.

Si vero loquimur de iudice dato ab
3 homine, ſi ab inferiore detur, certè iſte

Digitized by Google

iſte delegatus inferioris datus ad cognoſcendum,exequendi non habet poteſtatem, quia delegatus lata ſententia functus dicitur officio ſuo l. ſi vt propo nis la 1.C.quom.& quando iud.eius ergo diffinitiuam exequetur ordinarius, vt probatur ex. in l.à Diuo Pio in princi. vbi Bart.nu.14. Alex.nu.6. & 7.Iaſ.nu.3. & 5.ff. de re iud. qui quidem delegatus inferioris non habet facultatem indicẽ di mulctam pro executione ſententiæ vt per Alex.d.l.à Diuo Pio num.6.& elicitur ex l.2.§.fin.ff.de iudic.& l.aliud eſt fiaus.§. inter mulctam. ff.de verb. ſigni. benè poteſt delegatus inferioris exequi eam pœnam ad hoc, ne eius iuriſdictio impediatur atque ita habet coértionem illam permiſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto: ita ſentit Dec.in l.iubere nu.12.ff.de iuriſd.omn. iud. ex ſecundo verò decreto non facit miſſionem in poſſeſſionem delegatus inferioris Barto.in l.2. ff.de iuriſd.omn. iud.Iaſ.in d.l.iubere num.18.& ibi Dec. nu.8.vbi habes de receptioni.

Vbi verò loquamur de delegato principis de iure Canonico poteſt ſuã ſententiam exequi,& ſic facultas eſt cõceſſa in diffiniendo cenſetur etiam cõceſſa in exequendo per tex.in c.in litteris & cap. paſtoralis. §. præterea de offi. delega.

Iure autem Cæſareo ex recepta magis Doctorum opinione,principis delegatus exequitur ſuã ſententiam Dec. in c.ſignificaſti 3.notab. de offi. delega. Iaſ.in d.l.à Diuo Pio in prin. num.10.& per tex. in l.fin.in fi.C. de iud.ibi,in illis verbis,& executore negotij cui mandata eſt cauſæ examinatio imminente.

1 *Commiſſio ſimplex totam cauſam comprehendit, vt videmus in eo,qui interrogatus,an heres ſit, & reſpondeat eſſe, intelligitur inſolidũ non pro parte.*

2 *Mandata cauſa,vt in ea inſtitiam faciat,cognitio & diffinitio mandata cenſetur.*

3 *Delegatio principis cognitionem & diffinitionẽ comprehendit.*

4 *Delegatio facta ad vniuerſitatem cauſarum cognitionem & diffinitionem habet, & huiuſmodi delegatus eſt inſtar ordinarij.*

5 *Facultas data à ſuperiore ſuam poteſtatem ignorante,an valeat.*

6 *Dubitans & ignorans æquiparantur.*

7 *Ordinarius ſententians, & credens ſe delegatũ, ſententiam profert nullam.*

8 *Iudex ſi habeat ordinariam,& delegatam poteſtatem,valet tunc actus omni meliori modo.*

9 *Sententia non annullatur, etſi ordinarius ignoret qualitates, & accidentia ſuæ iuriſdictionis ſecùs in delegato. ibi.*

10 *Delegatum ſe dicens Epiſcopi cum eſſet delegatus Archidiaconi, ſententiam profert nullam.*

11 *Sanctus Io.Baptiſta celebratur & triplici aureola decoratur.*

DVBITATIO CCLX.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſa facultate in procedendo,& cognoſcendo,an cenſeatur conceſſa facultas in ſententiando.*

SVccesſiuè quærendum eſt,an conceſſa placito principis, vel ſuperioris facultate in procedendo, & cognoſcendo conceſſa cenſeatur facultas in ſententiando; & an facultas data à ſuperiore ſuam poteſtatem ignorãs valeat, & his diſcuſſis in hoc ſacro ieiunio præcurſoris, ſeu celebri vigilia feſtiuitatis Sancti Ioannis Baptiſtæ patroni originariæ patriæ meæ, qui protector dicitur præcurſor tanquam vox, quæ eſt vehiculũ verbi nam Ioannes Baptiſta, de ſeipſo dixit ego vox clamantis in deſerto, qñ quidem verbum non profertur niſi primò audiatur vox, ſtatimque poſt ſonitum vocis venit verbum ideò ſanctè locutus eſt Dux Theologorum Doctor Auguſtinus vbi eſtatus eſt,q vox eſt vehiculum verbi,vox etenim ideſt Sãctus Ioannes Baptiſta fuit præcurſor verbi ideſt D. N. Ieſu Chriſti.

In

In vtriusque igitur nomine,& ad vtriusque gloriam ergò primo loco dicamus,quòd Doctores absoluũt quæstionem propositã, an iudex datus ad procedendum,& cognoscendum datus, ẽt censeatur ad sententiandum, in l. qui procuratorem.ff.de procur.& in l.à Diuo Pio in prin.vbi Bartol.num.11.& 12. Alex.num.18.Ias.nu.13.ff.de re iud.

Baldi verò distinctionem sequentes in d. l. qui procuratorẽ sic explicemus. Aut cognitio causæ mandata est à lege, aut ab homine, primo capite mãdatum cognitionis continet ẽt diffinitionẽ & sniam, ratio est,quia hic iudex ordinarius censet, sed ordinaria iurisdictio,vt fauorabilis cplectitur diffinitionem, vt cognitionem: altera ratio est, quia de qua recognouerit iudex,de eadem pronuntiare debet l. de qua re. ff. de iudic.

Aut causæ cognitio ab homine mãdatur, & vera tunc crebriorq; est sentẽtia,delegata cognitione causæ non cẽseri delegatam sententiam,& obid collatam facultatẽ delegato iudici in cognitione, non extendi ad causæ diffinitionem, vt per gl.in d.l.qui procuratorem, & per Bart.Bald.& Castren in d. l.à Diuo pio Salic.in l.1.C.si contra ius vel vtil. pub. Abb.in c.cum super nu. 8. de caus.poss.& propr.Vbi tamen mandata esset absolutè causa vertens inter partes,tunc dicitur mandata cognitio, & diffinitio,ita Bartol. d. l. Diuo Pio in prin.num.11. & ibi Alex.num.18. & ita intelligendus est Dec.in c. significasti 2. notab.de off.deleg.ea ratione, quia cõmissio simplex totam causam comprehendit, vt videmus in eo, qui interrogatus, an hrs sit, & respondeat esse intel ligitur insolidum, non pro parte si defensor §.1.ff.de interrog.act.

Insuper quando mandata fuerit causa, vt in ea iustitiam faciat, cognitionem,, & diffinitionem esse mandatam censent 1. tex.in c. quoniam de immu. eccl.in 6. Ias. d.l. à Diuo Pio in prin.nu. 15. eadem Ias.in l.iustitia num. 11. ff.de iust.& iur.& in l.causas nu.4.in fin. C.de transact. Dec.in c. 1. 1.not.& in c.significasti 2.not.de off.deleg.Alex.cons.84. in fin.lib. 1. prout idem dicendum, & affirmandum est,in delegato principis, cuius vtique delegatio cognitionem,& diffinitionem comprehendit,vt testantur relati à Bald.in d.l.qui procuratorẽ. ff.de procur. & refert Alex. in d. l. à Diuo Pio in princ.num.18. quia difficilius est habere copiam principis, quam inferioris c.si contra vnum. §.pen.in glos. Episcopũ de off. deleg.in 6. & quia delegatio à principe facta est fauorabilis, & obid latam recipit interpretationem ex vulgata iuris reg.fauores ampliandi odia restringenda. Idem quoq; tenendum est indelegatione facta ad vniuersitatem causarum, quæ cognitionem, & diffinitionem habet, quia est instar ordinarij huiusmodi delegatus Fely. in c.super quæstionum in princ. nu.3. de off.deleg.sicut enim ordinarius nõ potest recusari, ita nec delegatus ad vniuersitatem causarũ, vt per Ias.in l.apertissimi num.3.C.de iud.

Deuenio ad alterum dubium,& brevius quo fieri potest, affirmo, quod facultas data à super ore, qui principis iura obtinet, & si suam potestatẽ ignoret, vel erret, vel eam credat non valere, tamen valet, arguendum à traditis per Bald.in l.falsus in fin.vers.ad primũ redeo.C.de furt.arguendo etiam à text. in l.qui se pupillum.ff.de acq.hæred.ratio est, quia error non impedit voluntatem, vt in d.l.qui se pupillum, & ibi notat.Bart.

Si verò loquamur de ordinario cui à statuto tributa est facultas, tunc concludendum est non valere sententiam vbi suæ iurisdictionis fundamentum ignorat, ita firmat.Barto.in l.1.§.1.ff.de iudic.& in l.sed si de sua in fin.ff.de acq. hære. & in l.multum interest. ff.de condit.& dem.Rom.sing.13. Alex.cons.40. lib.7.Vant.de null.in tit.de nullit.ex de-

ſectu iuriſd.ord.num.167.

Idem dicendum in iudice de ſua iuriſdictione, & poteſtate dubitante circa principale fundamentum ſuæ iuriſdictionis, nam adhuc eius ſententia eſt nulla. Vant.loco citato nu.169.quia dubitans, & ignorans æquiparantur. l.fin. ff. de cond. ind. ſic de procuratore dubitante reſpondit.Bart.conſ.73. nu.2.in fin.lib.1.Alex.conſ.14.num.4. lib.5.imò ordinarius ſententians, & credens ſe delegatum, ſentẽtiam profert nullam. Vant.loco præcitato nu. 170. quando pariter iudex ordinariam, & delegatã, & ſic vtranque habet poteſtatem, valet tunc actus omni meliori modo Vant. qui ſuprà nu.171. & ſententia non annullatur, & ſi ordinarius ignoret qualitates, & accidentia ſuæ iuriſdictionis. Bart. in l.multum intereſt num.2. ff. de cond. & dem.Soc.ſen.conſ.39.in fin.lib. 4.ſecùs tamen dicendum in delegato cuius ſententia eſt nulla,cum ſuam poteſtatem ignorat, imò & cum ignorat accidentia ſuæ poteſtatis; ita omnes in c.cum ſuper de off.deleg.& in c.cum ex officij de præſcript. Alex. conſ.213. nu. 10.l.2.vbi affirmat idem in eo,qui dixerit ſe delegatum Epiſcopi, cũ eſſet delegatus Archidiaconi.

Et ex iis expedita, & materia huius.§. noſtri ad meram gloriam Redemptoris Noſtri, Deiparæ ſemper virginis, ac Sancti Ioannis Baptiſtæ cuius ſolẽnia hodie in primis veſperis inchoantur, & merito natiuitas celebrat̃, quia inter natos mulierum non ſurrexit maior, cum ſit puer magnus coram Domino, & manus Domini cum ipſo ſit, vt in eius vitæ progreſſus indicauit, nam triplici aureola decoratur, prima quia virgo, ſecunda quia fuit prædicator, tertia qa martyr ſicut declarat, & probat Sanctus Ambroſius canẽs in Hymno, Serta.terdenis alios coronant, ſcilicet, bonos coniugatos, qui habent in cœlis coronam triginta lapidum prætioſorum, & ſic triginta fructuum corona refulgent; Aucta cremẽtis duplicata quoſdam,ſcilicet, fideles continẽtes ſexageſimum, Terena centeno cumulata fructu, te ſacer ornant, habes, videlicet, o Sancte Ioannes Baptiſta trecenteſimum fructum, ideſt, tripliceẽ aureolam, hoc eſt, coronam, & quãlibet centum lapidibus exornatam ita refert Cardin Hoſtien.in c.cauſam matrimonij nu.9 de probat. Vnde ego minimus ſupplex ad inuocandum voce ſancti Io.Baptiſtæ vt eius præcibus mihi preſto adſit verbum,ideſt D.N. Ieſus Chriſtus, & ita alludendum ad illud, ego vox clamantis in deſerto, & ad illud dictum ſancti Auguſtini dicentis, quod vox eſt verbi cuiuſdam verbi, per modum orandi ſic componebam ego Alphonſus Moditius.

Poſt ſonitum vocis verbum mox aduenit inde,
Prompto vox, verbo, dicitur ipſa rebi,
Præcurrit verbo vox hinc te ego conuoco vocem.
Facpia fac verbi perſonet aura mihi.

Finis huius §. Principum Placita.

DVBI-

Digitized by Google

DVBITATIONES IN §. MAGISTRATVVM, seu prætorium edicta.

Inſt. de iure natur. gent. & ciuili.

AB ALPHONSO MODITIO MONTISFERRATENSI, I.V.D. CLARISSIMO.

Non vulgariter tractatæ, ac ſolutæ.

DVBITATIO I.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus quare inſtituti, quis honor eis debeatur, & an ſubditi neceſſe habeant Magiſtratui parere, & quo iure.*
2 *Homines nulla re propiùs ad Deum accedunt quàm ſalutem hominibus dando.*
3 *Meum & tuum frigidum dicitur verbum, gignens bella.*
4 *Homo creaturarum nobiliſſima creatura.*
5 *Magiſtratus inſtituti, vt proſint ſubditis, non vt obſint.*
6 *Magiſtratus iuſtitiæ ſacerdotes non iniuriarum auctores.*
7 *Magiſtratus adinuenti pro communi bono.*
8 *Iuriſconſulti dicuntur ſacerdotes, & quare.*
9 *Magiſtratus, ſeu princeps Dei imago.*
10 *Subditi neceſſariò iudici debent obedire.*
11 *Contumaces non obedientes magiſtratui puniuntur.*
12 *Iudici parendum, nunquam reſiſtendum.*
13 *Eripiens damnatum à iudice punitur.*
14 *Violentiam iudicis metuens appellet.*
15 *Omnis poteſtas à Deo eſt.*
16 *Magiſtratui parendum, etiamſi dubium eſſet, vtrum illius præcepta iuſta an minùs forent.*
17 *Obtemperandum magiſtratui, etſi damnum eſſet irreparabile.*
18 *Præſumptio in dubio eſt pro iudice.*
19 *Parendum magiſtratui dummodo nil ſuprà iuriſdictionem ſuam notoriè faciat.*
20 *Eccleſiæ licet eripere innocentem iudicatum ad mortem.*
21 *Iniuſta, vel turpia vti impoſſibilia creduntur.*
22 *Magiſtratui parere tenemur lege naturæ.*
23 *Natura in nobis omnia membra non paris honoris fecit.*
24 *Virilis ſexus muliebri dignior.*
25 *Filius patri obediens, iuuenis ſeni, diſcipulus præceptori.*
26 *Apes principem vnum habent.*
27 *Grues principem ſuum ordine litterato ſequuntur.*
28 *Pars inferior ſeruit ſuperiori etiam in rebus inanimatis.*
29 *Parendum obſequijs magiſtratus niſi Chriſti præcepta pugnent.*
30 *Magiſtratus Dei miniſter & ſi malus, ei parendum patienter.*
31 *Officialibus principis excedentibus metis officij ſui eriam arma a manu licet reſiſtere.*
32 *Filius patri, & ſeruus domino in atrocibus obtemperare non tenetur, & ſi obtemperarent puniuntur.*

PRo exordio præſentis apparatus, quærẽdum primo ingreſſu condignè exiſtimauimus quare magiſtratus sũt inſtituti, & qui honor ac reuerentia Magiſtratui debeatur, & an ſubditi neceſſe habeant Magiſtratui parere, & quo iure.

1

2 Nulla rẽ propius ad Deum homines accedere, quàm ſalutem hominibus dando teſtatum reliquit pater eloquentiæ, vt conſequenter fateri cogamur, improba mẽte, hominis naturam, quę eſt prona ad malum, ad mecum, & tuum

3 frigidum illud verbum gignens bella, aſpiraturam, hominemque homini inſidiaturum, niſi naturæ decreto, & gentium iure, humano generi per Magiſtratuum iura prouiſum iret, pro tutela vitæ, & bonorum, & in primis pro Dei Opt. max. ac Sanctorum Triumphantium, cultus obſeruatione, ad quã

4 tenetur homo qui iuxta philoſophium, creaturarum nobiliſſi. dicitur creatura, cum propterea propoſita materia vti res grauiſſ. ac vtiliſſ. omnium animos ſuaui ſoleat iucunditate demulcere, exordiamur, & rutè affirmemus, quòd

5 inſtituti ſunt magiſtratus, vt ſubditis p-ſint, non vt obſint, vt iuſtitiæ ſint ſacerdotes, non iniuriarum auctores, vt bonum æquumque, ament, illicita repro-

6 bent vt in l. 2. §. poſt originem iuris. ff. de orig. iur. & in l. 1. in prin. ff. de iuſt. & iur. & in l. meminerint C. vn. vi. ſuntque ad-

7 inuenti magiſtratus pro communi bono, ideo nec ſubditis contra ſe poſſunt adimere defenſionem, quòd malum graue nimis eſſet contrarium eorum inſtituto, ſubditiſque perniciosum. l. quòd fauore. C. de legib. & l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. & d. l. meminerint, ob

8 id iuſtitiæ ſacerdotes dicuntur iuriſcõſulti. l. 1. ff. de iuſt. & iur. quia vt ſacerdotes ſacrorum, & religionum ſunt interpretes vt ſcribit Cicero. 2. de legi. ita bo-

ni, & æqui interpretes ſunt iuriſconſulti; inſuper imago Dei eſt Magiſtratus

9 ſiue princeps, cui ſi reuerentia, & honor debitus, non mãſerint integri, ciuitatis, & Reipub. decus peribit, vt videtur probare. l. 2. in d. §. poſt originem. ff. de iuſtit. & iur. & l. ſemper. ff. de iur. immunit.

Proinde legiſlator edocet, ſubiectos

10 neceſſariò iudici obedire oportere. l. non videntur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur. c. quòd quis mandato de reg. iur. in 6. l. ſi quis quaſi. ff. ad ſyllan. puniuntur ete-

11 nim qui contumaces non obediunt magiſtratui. l. 1. ff. ſiq. iuſdic. non obtẽp. l. contumacia in prin. ff. de re iudic. l. ſi quis ex alie. ff. de iud. l. non poteſt dolo carere. ff. de regu. iur. Accedit namque iudici ex geſtis eius non ſolum bona quædam opinio, ſeu iuris præſumptio, ſed etiam publica cum vtilitate coniuncta authoritas, cuius gratia illi eſt

12 omninò parendum, reſiſtendum autẽ neutiquàm. l. ſeruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebell. l. ſi prætor iuſſerit in princ. ff. de iudic. l. ſi. §. & licèt. C. ad l. Iul. repet. l. ſi. ff. neq. in loc. pub. l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. l. 2. ibi, quod non arbitramur. C. de off. ciuil. iudi. §. nos autẽ inſti. de Attil. tut. c. in preſentia extra de renuntiat. l. Herennius. §. Caia vbi gloſa fi. in fi. ff. de euict. l. 1. ff. de off. præfect. prætor. ideòque cui crimini detur, qui à iudice capitis damnatum, eſt ſupplicio

13 vim eripere fuerit admiſſus, docet tex. in l. addictos. C. de epiſc. aud. & l. addictos. C. de appell. nec leuiora in illos ſtatuuntur, qui vel latrones, vel alijs criminibus obnoxios occultarunt, iudicique poſcenti non obtulerunt, aut inquirenti reſtiterunt. l. 2. C. de his qui latro. vel alijs crim. reos occultar. l. ſiquis in hoc verſic. quòd ſi multitudo. C. de epiſc. & cler. hinc conſulunt leges metuenti violentiam iudicis in appellando, vt vim eius ac fœuitiam abſque vlla vi contraria deuitet, eumque non

14 accedat, ſed libellis appellatorijs pu-

blicè

blicè propoſitis ſuam voluntatem appellandi teſtetur. l. cum quidam. ff. de appell. l. 2. ibi, qui verò. C. de his qui propter met. iudi. non appell.

Adeò inſuper verum eſt ſubditos neceſſario debere parere magiſtratui: vt etiam de iure diuino ſic diſponatur, & à lege naturæ, iure diuino vtique quia
15 omnis poteſtas à Deo eſt, vt ſcribit Apoſtolus ad Rom. 13. & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit vt ibid. per Apoſtolum, & reprobatur in l. 1. ff. ſiq. iuſdic. non obtemp. imò Magiſtratui eſt parendum, etiamſi dubium eſſet
16 vtrum illius præcepta iuſta aut minùs forent, & dubium quoque eſſet, vtrum id, quòd ageret, ad ſuam iuriſdictionẽ, vel officium ſpectaret. l. ſiquis ex aliena vbi gl. ff. de iudi. l. de iure in prin. 2. reſp. ff. ad munic. Dyn. in c. quòd quis mandato, & in c. ea quæ fiunt de reg. iur. in 6. Salyc. in l. 1. in fi. C. vn. vi imo obtemperandum eſt Magiſtratui, etſi damnũ
17 irreparabile eſſet, vt in l. non tantum. ff. de appell. etiamſi quid in officio, & iuriſdictione ſua agat iniquè contra leges, de quo tamen expreſſum, ſeu notoriè non conſtet, vt ex decreto ſceuolæ habetur in l. 2. ibi ſi contra leges iudex iunct. gloſſ. de appell. recipien. gloſ. in l. non videntur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur. l. præſes vbi, & glo. in verb. conſtitutiones. ff. de re iudic. l. cum prolatis. C. de ſent. in dubioque parendum eſt omninò iudici publicæ vtilitatis gratia,
18 quia in dubijs cauſis præſumptio eſt pro iudice vt rectè agat. l. 2. ibi, quòd nõ arbitramur. C. de off. aud. iudi. Bald. in l. tutores. C. de confirmat. tut. vtcunque enim damnum ſit irreparabile dummodo magiſtratus nihil ſuprà iuriſdi-
19 ctionem ſuam notoriè faciat, iudici eſt obtemperandum. l. addictos. C. de epiſc. aud. nam quando certum atque indubitatum eſt quem pati iniuriam, vel tuiſſe iudicatum ad mortem, iniuſtè, & iniquè, manifeſtè & notoriè, tunc licitum erit eccleſiæ, & cuilibet eripere innocentem, iuxta illud Salomonis
20 eripe eum qui dicitur ad mortem. cap. non inferenda 23. q. 2.

Ea etenim quæ iniuſta ſunt, aut turpia non poſſe exequi, velut impoſſibi-
21 lia credimur. l. filius qui. ff. de condit. inſtit. ideoque in his nec eſt parendum Magiſtratui. l. ſi cum dies. §. compromiſſo. §. ſed etſi in aliquem. ff. de recep. arb. & Bart. in l. hoſtes num. 15. ff. de capt. ait, quod ſi deſciſcant ſubditi à Rectore ciuitatis, aut prouinciæ, non quidem propter ſummum principem, ſed propter ipſum rectorem, vel præſidem, qui malè eos tractet, nolintque ei obedire, nõ propterea illos ſummi principis hoſtes iudicandos.

Inſuper iure nedum vt præmiſimus poſitiuo, & diuino, ſed lege naturæ te-
22 nemur Magiſtratui obtemperare, quia magiſtratuum ordinatio à lege naturæ profecta cernitur id ipſum in corpore humano, neque enim paris honoris oĩa membra in nobis fecit natura, ſed hoc quidem infirmius, illud verò excel-
23 lentius, illud eminentius, cætera autẽ illi ſubiecta. l. vulneris magnitudo ibi, veluti oculo. ff. de iniur. §. atrox verſ. nõ nunquàm inſtit. de iniu. eo. ti. & l. ſiquis in metallum. C. de pœn. extrà corpus noſtrum idem videmus in coniugibus, reliquiſque hominum ordinibus, vxor namque eſt viro inferior, & virilis ſe-
24 xus muliebri dignior. l. 1. ff. de ſenator. filius patri obediens, inuenis ſeni, diſci-
25 pulus præceptori. l. velut. ff. de iuſt. & iu. & l. ſemper. ff. de iur. immun. l. 2. §. primus Diuus Auguſtus verſ. huic nec amplæ. ff. de orig. iur.

26 Idem in brutis conſpicitur, apes principem vnum in ſingulo quoque earum examine habent, Grues princi-
27 cipem ſuum ordine litteræo ſequuntur. c. in apibus. 7. q. 1. imò id iuris quoque natura ſeruat in rebus inanimatis
28 vt pars inferior ſeruiat ſuperiori. l. 1. §. denique verſ. ſi tñ lex. §. ſed etſi vicinus. §. item ſciendum il 1. ff. de aq. plu. arc.

Subdito-

Digitized by Google

Subditorum igitur est non niti aduer
sus magistratus siue boni, seu iniqui sint
nam semper eorum obsequijs est parē-
28 dum, nisi tamen præceptis Christi re-
pugnent, nam tunc Deo magis quam,
hominibus obedire oportet, nam si
Magistratui eiusque decretis contrairi
poterit, hoc nimirum pacto via crimi-
nibus patuerit, quòd ferendum non
est l.1.§.sed etsi quis ibi nam si aliter ob
seruetur.ff.de Carbon. edict. l. cum lis,
ibi ne circumueniatur oratio. ff. de trā-
sact.l.ait prætor la 1.in prin.ibi aliorum
ff. de iureiur. atqui nec iudici iudex in
his etiam, quæ perperam fiunt, violen-
ter resistet.c.si quando extrà de off.iud.
deleg. ideò etiam in foro poli mortali-
ter peccaret Christianus, si non obedi-
30ret magistratui, cum sit Dei minister
Rom.13.& vtrunque mali sint ipsi magi
stratus parendum est eis nihilominus
patienter prima petr. 2. vbi sic legitur
serui subditi estote in omni timore do-
minis, non tantum bonis & modestis,
sed etiam discolis facit tex.in cap.nulli
fas est 19.dist.

31 Officialibus tamen principis metas
sui officij excedentibus priuatos homi
nes, quorum interest, etiam armata ma
nu, & vi posse resistere videtur probare
tex.in l.defensionis facultas.C.de iur.fi-
sci lib.10.& l.deuotum.C.de metatis, &
Epidimeticis lib. 12. videmus enim in
simili filium patri & seruum domino
32 in atrocibus obtemperare non oporte
re.l.ad ea quæ non habent in prin.ff.de
regu. iur.l.seruus non in omnibus.ff.de
act.& obli.glo.in l.liber homo la secun
da in prin.ff.ad l. Aqu.& si in huiusmo-
di atrocibus obtemperarent sunt pu-
niendi.l.seruos. C.ad l.Iul.de vi publi.

DVBITATIO II.

SVMMARIVM.

1 *Magistratui, an & quando possit resisti.*
2 *Iudex si non tāquam iudex sed tanquam extra-
neus aliquid fecerit, vti priuatus reputetur.*
3 *Factum à iudice extrà iudicium ratum non est.*
4 *Officialis factum vbi non velatur iustitiæ præ-
sumptione, potest ei de facto resisti.*
5 *Officiale magistratibus suis illicita præcipienti-
bus ne quaquam obedire tenentur.*
6 *Iniuria vel damnum quando est irreparabile ma-
gistratui erit resistendum.*
7 *Facta semel non possunt reddi infecta.*
8 *Magistratus seruum nimis accusatur iniurius qui
iam necem vel tormenta alicui intulisset.*
9 *Resistendum iudici iniquè agenti etsi damnum
pereminens esset recuperabile.*
10 *Sententiam nullam exequenti meritò potest re-
sisti.*
11 *Deo magis, quam hominibus obedire oportet.*
12 *Deo priùs, postea Cæsari parendum, imò & Cæ-
sari non parendum in pace, nec in bello, vbi cō-
tra conscientiam præciperet.*
13 *Iudici quando non parendum.*
14 *Notorium quod censeatur.*

1 MAgistratui, an & quando pos-
sit resisti, & nō obtemperari.
Temporibus nostris præ-
puè calamitosissimis parcè
semper & cum reuerentia est agendū
de magistratibus quiqui illi fuerint,
siue boni, siue mali, reperiunt attamen
magistratus aliqui seu iudices, vel offi-
ciales adeò eorum auctoritate inflati,
qui iuris terminos legumque limites
transgrediuntur in perniciem, & vim
subditorum; quibus etsi nō liceat à ma-
gistratibus se defendere ex receptissi-
ma nihilominus Doctorum sententia,
si non tanquam iudex aliquid fecerit,
non tanquam magistratus, sed tanquā
extraneus ille, & vti priuatus reputatur
2 glo.in l.non videatur.ff.de reg.iu.Castr.
& Dec.in l.vt vim.ff.de iust.& iu.& Do-
cto.in c.si quando de off. deleg.& factū
3 à iudice extra iudicium ratum non est.
l. factum ff. de reg. iur. imò quando fa-
ctum officialis non velatur præsum-
ptione iustitiæ, poterit ei de facto resisti
l. decretum. C. de metat & Epidimeti-
cis lib.12.glo.in c. ex litteris verti.denū

tieris.

Digitized by Google

tietis extra de off. deleg. etiam armata vi vt in l. defensionis. C. de iur. fisc. lib. 10. & officiales debent omnibus modis magistratui suo illi cita præcipienti, vel contra leges facienti nequaquam obedire, sed resistere, alioquin neque illis neque magistratibus ipsis id foret inultum. l. quoniam iudices in fin. C. de appell. l. omnes ad fi. C. de decur. lib. 10. l. 1. §. officium. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam milit. l. his quidem versi. & qui iu sceperint, ibi, vicinis etiam, l. qui milit. post lib. 12. in dubioque magistratui et
6 resistendum quando iniuria, aut damnum irreparabile foret Cast. in l. vt vim ff. de iust. & iu. veluti quando magistratus agit de morte, aut tortura, quoniam
7 semel facta non possunt vlla postmodum ratione reddi infecta glo. in l. liqs prouocationi. C. de appell. l. 2. ff. de appell. recip. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & ideò minus accusaretē in iudicio magistratus iniurius, qui iam tormēta, vel necem alicui dudum intulisset arg. l. 1.
8 ibi, & quod ferum est punire iudicio. C. quādo lic. vnicuique sine iudi. te vind. l. de pupillo. §. siquis riuos. ff. de ope. no. nun. quinimò resistendum est iudici inique agenti quamuis iniuria & damnum ab eo prominens esset recuperabile Rom. in l. 1. ff. de re iud. per tex. in l. 3. §. omnibus cum l. seq. ff. ne quis eum qui in ius vocat. prout & vi contraria ineri
10 to potest resisti iudici exequenti sententiam nullam, c. ex litteris versi. denuncietis de off. deleg. mu. to que minus parendum est in his quæ iudex contra Dei
11 leg. in imperaret, oportet enim Deo magis obedire, quam nominibus c. siquis metu, c. nolite timere, c. qui iustus est §. idem est, quando, c. si dominus ea iubet & ibi glo. c. qui resistit potestati c. si his qui. præcit 2. q. 3. & hoc proprium est, quod sensit Federicus Imper. in autho. habita ibi, ad obediendum Deo, & nob. s c. ne fil. pro pat. quo loci Bal. in §. notab. dicit, inde colligi ex ordine ver-
12 borum textus prius Deo, quam Cæsari esse parendum, idcirco si Cæsar præciperet, quod esset contra cōscientiam, illi nec in pace, nec in bello esse obediendum Idem Bald. in prooemio digestorum. num. 19. asserit, subditos parere domino debere, nisi sæuè ac Tyrannicè in illos dominus veteretur iurisdictione magistratui vtique inferiore etiam iure ciuili non licèt quicquam contra superioris legem moliri. l. normam. C. de off. præfec. præto. orien. ergò multò minùs Imperatori tale quippiā aduersus legem Dei permissum esse debet. Obtemperandum ideo est iudicis præcepto dummodo manifestè, seu notoriè contra legem non sit, puta, lege cautum est, ne iudex extrà territoriu n suū existens iudicat, item ne suprà su um iurisdictionem, veluti, ne de maiore tum
13 ma, quam ei concessa iurisdictio patitur, iudicet, aut ne contra legem superioris quid præcipiat, ergò si contra huiusmodi leg s decreta fecerit, ei non est obediendum. l. duum iurium. C. de decurio. lib. 10. l. factum à iudice. ff. de reg. iu. l. vn. ibi, nec præcepto cognitorem datum patientiam accommodare censemus. C. qui pro sua iurisdi. iudic. dat. dari ve possit. l. nn. ff. de off. præfect. vrb. l. extrà territorium. l. si idem cum eodem. ff. de iurisdi. omn. iud. Castren. in l. vt vim nu. 6. lat. num. 19. Dec. num. 26. ff. de iust. & iu. quippè transgrediens notoriè officium suu. n iudex agit velut priuatus aliquis. l. nec magistratib. ibi, vel quasi priuatus. ff. de iniur. est bonus tex. in simili in l. qui tundum. §. si tutor. ff. pro em pto. tunc vero dicitur magistratus expressim & notoriè contra legem facere vbi in iudicialibus actis id continetur sicque probatione nulla indiget, quod ex actis patet Innoc. in c. ex insinuatione de appella. Rol. à Val. consi. 41. num. 30. & consi. 70. num. 7. vol. 1. & alib. legitur notorium illud censeri, qđ
14 ex facti euidentia, quæ ter giuersatione aliqua non possit celari deprehēdatur c. nu. extra de cohabit. cler. & de mul. c.

vetita

veſtra eo.tit.quibus caſibus magiſtratui iuſtè non eſt parendum.l.2.ibi & minorem 24.ann. teſtamentum facere.C. qñ prouoc. non eſt neceſſ.l.1. in prin. & in verſi. ſed ſi prætor. ff.de feriis, l.1. §.item cum contra ſacras. ff. quæ ſent. ſine appella.reſcind.

DVBITATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus, ſeu etiam princeps, an priùs fuerint conſtituti à Deo, quam populi & gentes.*
2 *Rex vel princeps nemo eſt, qui non habet populum quem regat, aliàs qualitas abſque ſubiecto poneretur imperitè.*
3 *Primus, ſeu princeps propriè dicitur quem nemo in ordine ſequitur, vel antecedit, vel quem aliquis ſequitur.*
4 *Vnus etſi principium ſit numeri, numerum tamen vel pluralitatem non facit.*
5 *Vnus eſſe intelligitur caput & finis ſui ordinis.*
6 *Reges à populis & gentibus & Magiſtratus ab illis gentium iure, Dei permiſſu fuere conſtituti.*
7 *Pop. Romanus vni Imperatori detulit imperium.*
8 *Populi ex cauſa Tyrannidis poſſunt abrogare iuriſdictionem & imperium Regibus dummodo alium non agnoſcant.*
9 *Romanus populus concordibus ſuffragijs in Tyrannos Imperatores ſtatuit condigna ſupplicia.*

1 MAgiſtratus, ſeu etiam principes, an priùs fuerint conſtituti à Deo, quam populi & gentes?

Populos, ſeu gẽtes in populos priùs fuiſſe diſtinctas quàm eſſent magiſtratus & Imperatores ſeu principes conſtituti: probat tex. in l. ex hoc iure ibi, diſcretæ gentes, regna condita. ff. de iuſt. & iur. quod etiam recto ſenſu poteſt demonſtrari euidenter, nam neminem.

2 Regem vel principem verè appellamus, qui ſubiectum, quem regat, populum non habet, aliàs qualitatem vt dicitur, abſque ſubiecto videremur imperitè ponere. l. ſi ſeruũ. §. 1. ff. de act. empt. l. eius §. fi. ff. ſi cer. pet. ſicuti nõ dicimus illum propriè primum, ſeu principem, quem nemo in ordine ſequitur, cum ſit

3 vnus, ſed proprio ſermone illum vocamus primum, aut principem, quem nemo antecedit, & aliquis ſequitur. l. 2. §. deinde M. Cato princeps. ff. de orig. iu. l. 1. §. proximus autem. ff. vnd. cogn. l. ipa donem. §. ſi ciuitatis princeps in prin. ff. de excuſ. tuto. ratio huius obſcura non

4 eſt, quia vnus licet ſit principium numeri, numerum tamen vel pluralitatẽ non facit glo. in l. ſiquis ante verſi. ſolũ. ff. de acq. hære.

5 Ideoque caput & finis ſui ordinis eſſe hic vnus intelligitur l. pronuntiatio in fi. ff. de verbo. ſign. & ſic quemadmodum primus, ſiue princeps ita & Rex verè, & propriè eſſe non poteſt abſque ſubiecto priùs aliquo perſonarum numero, quas dignitate antecedat, regatq; Vnde in propoſito Reges à populis &

6 gentibus, & Magiſtratus ab illis gentiũ ſcilicet ipſarum iure, Dei permiſſu fuerunt conſtituti. d. l. ex hoc iure ſicuti, & vni, quem demum Imperatorem nominauit, imperium populus Rom. rebus ita exigentibus, olim detulit l. 1. §.

7 nouiſſimè. ff. de orig. iur. l. 1. ff. de conſti. prin. ergò cum Reges ab ipſis populis iuriſdictionem & Imperium iure gentium habeant, merito illud eis poſſent

8 populi abrogare ex cauſa legitima, veluti Tirannidis, dummodo populi non agnoſcant alium ſuperiorem. l. quod ſemel. ff. de decret. ab ordin. facien. l. eius eſt nolle. ff. de regu. iur. Bartol. & Caſtren. in l. non ambigitur. ff. de legib. idem Barto. in l. hi qui num. 6. ff. de iur. immun. id certè, quòd ſenatus populuſq; Rom. non ſemel in Tyrannos imperatores cõcordibus ſuffragijs grauiter ſtatuit, vnde ſenatus iuſſu, de Ne-

9 rone crudeli, de Iuliano infami, & auaro, de Maximino Tracenſi homine Se-

nibar-

mibarbaro condigna supplicia historici scribunt.

DVBITATIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Magistratu, an necessario opus sit in ciuitate.*
2 *Parum est ius esse in ciuitate, nisi sint qui iura reddant.*
3 *Solon, & Draco leges certissimas Græcis tulerunt.*
4 *Socrates capitali pœna damnatus.*
5 *Barbaræ gentes, vt est Turcica lues, præficiunt etiam magistratus, qui ius dicant.*
6 *Deus iura suo populo reddi voluit per Moysen, Iosue, Iudam Dauidem, & alios.*
7 *Iura sine exscripto siue ex non scripto constent auctoritatem sum à magistratu accipiunt.*
8 *Euangelia quatuor priusquam essent conscripta, erat nihilominus in ecclesia Euangelium omnisq; ecclesiæ potestas ac iurisdictio in ore, & corde fidelium.*
9 *Ecclesiæ potestas antiqua non est adempta propter Euangeliorum scripturam, imò euangelia ab ecclesia sumpserunt auctoritatem, & fidē. vt dici debeant Euangelia Christi, & ecclesiæ.*
10 *Magistratus authoritas maior est legis potestate, & vbi lex deficit, magistratus potest supplere.*
11 *Ius finis est legis, lex principij, seu magistratus opus, princeps autem imago Dei.*
12 *Magistratu necessario opus est in ciuitate ut nemurq; illi obedire.*

MAgistratu, an necessariò opus sit in ciuitate.

Affirmādum nobis est
1 quòd sunt in nostro ciuili iure Romano scriptæ leges manifestæ claræ ac minimè ambiguæ, & tamē pro illis interpretandis, proque iure ex ipsis reddendo, constituti publica authoritate fuerunt necessariò magistratus in vrbe, duobus potissimum de causis; prima est, quoniam parum esset, ius esse
2 in ciuitate, nisi sint qui iura reddere pos sint, altera, quia per eos, qui iuri dicendo præsunt, effectus rei accipitur. l. 2. § post originē iuris. ff. de orig. iur. ita apud
3 Græcos quibus Solon, & Draco leges longè certissimas tulerunt, magistratus, qui earum ministri essent, sunt ordinati, à quibus, & Socrates capitali
4 pœna fuit damnatus imo, & barbaræ gentes, vt est Turcica lues, idem planè obseruant, vt latis legibus præficiant
5 magistratus, qui ius dicant parum sanè fuerit (voluit dicere iurisconsultus loco citato) iura esse in ciuitate si desint magistratus, qui ea populo reddant, si cuique improbo leges interpretari licebit, si leges iudicabunt, & non magistratus, si quisque popularium ex legibus magistratum, non autem magistratus populares iudicabit, omnia, infert iurisconsultus, erunt perturbata in ciuitate, Sursum deorsum concta agentur, ciuitas sine legibus illa erit dicenda, quoniam nullus tum earum effectus legum, nullus vsus bonus erit, neque aliam rationem, aliumq ordinem ad hoc in lege diuina præstitutū a Deo opt. max. cernimus, nam vtrumq; leges expressas, claras, apertas, indubitatas Iudaico populo Deus tulisset, nihilo-
6 minus per Moysen, Iosue, Iudam, Saulem, Dauidem, atq; alios id genus, magistratus iura populo suo reddi voluit.

Iura siquidem siue ex scripto, siue ex non scripto cōstent, authoritatem suā
7 à condictoribus (hoc est à summo magistratu) accipiunt, non illa magistratui eandem æquè conferunt. l. si quando in prin. ibi Romanum principem, qui iura tuetur. C. de inoff. testam. l. de quibus. § inueterata. ff. de legi. l. 2. § post originem. ff. de orig. iur. l. normam. C. de off. præfect. præto. oric. hoc non. § prætorum, ibi, quod qui honores gerunt magistratus, auctoritatē huius iuri dederunt, insti. de iur. nat. gent. vnde scimus, quòd & priusquam illa quatuor
8 Euangelia essent conscripta, erat in ecclesia nihilominus Euangelium, omnisque

nisque ecclesiæ potestas ac iurisdictio in ore, & corde fidelium, neq; propter Euangeliorum scripturam eadem potestas ecclesiæ est adempta, imo cùm sic exscripta fidem auctoritatemq; ab
9 ecclesia sumpserint suam, atq; retineãt, quia illis ob ecclesiæ approbationem credimus, necessariò ac consequenter firmandum est, vt ecclesia auctoritate, & dignitate Euangelica præest, simul etiam sint ac dici debeant Euangelia Christi ecclesiæ argu.l.1.§ omnia enim nostra meritò facimus. C. de vet. iura. enucl.l.ius ciuile vers. itaque cum aliquid addimus. ff. de iust. & iur. non autem è contrà possumus ecclesiam Euãgeliorum nominare, sed ecclesiã Christi, & sponsam, hæc dicta sint vt intelligamus sicut magistratus auctoritas
10 maior est legis potestatẽ, & vbi lex deficit, magistratus potest supplere l.1. C. de legi. l. 1. ff. de iurisd. om. iu. l. ius autẽ ciuile. §. ius prætorium. ff. de iust. & iur. ita planè ecclesiam multò latiùs, quam Euangelij scripturam patere, vnde vtique cognoscere licet ecclesiam nõ sic Euangelij scripturæ obnoxiam alligatamque esse, vt non possit illud interpretari, & in casibus euangelij scriptura non comprehensis, pro Reipublicæ Christianæ vtiu, Spiritus Sancti ore Põtifices statuerunt Concludamus ergo bonorum, quæ Deus hominibus elargitur, nullum fructum, nullumuè rectum vsum absque lege iure, Principe, & magistratu, ius etenim finis est legis,
11 lex principis, seu eius magistratus opus, Princeps autem imago Dei cuncta administrantis sicut propterea magistratu necessariò opus est in Ciuitate, ita, &
12 illi obedire tenemur pro obseruantia religionis, vtique appareat bonum ad bona adipiscenda.

DVBITATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus, vel etiam vassallus malè administrans, vel tractans malè subditos, an officio, & auctoritate, seu etiam feudo iustè sit priuandus per dominum.*

2 *Sathanas miseris mortalibus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.*

3 *Sathanas suadere suis artibus tentat, vt à sacrosancta Rom. ecclesia Christi sponsa naui salutis æternæ recedant subditi à principum Romanorum, & magistratuum obedientia.*

4 *Sathanas è pinnaculo templi hoc est à timore Dei studet diuertere magistratus, & vassallos vt mittant sese deorsum per falsam suari ie suggestionem, & peruersam administrationẽ.*

5 *Magistratus, seu principes, vel vassallos malos Deus iratus populo præficit, & bonos eripit*

6 *Peccata populi dant causam mali principis secularis, vel spiritualis.*

7 *Deus regnare facit hypocritam ob peccata populi.*

8 *Regum lapsus pœna est populorum.*

9 *Princeps, & magistratus, etsi impij non propter, sed propter Deum venerandi, & metuendi.*

10 *Inspiciendum est, quod fieri debet non, quòd iniquè fit.*

11 *Subditorum nemini priuata auctoritate, & defensionis causa licet occidere etiam Tyrannũ, sed illi ac iusto principi parendum.*

12 *Ius dicere nemini licet in propria causa.*

13 *Subditi puniuntur necantes Tyrannum, vel bonum principem prætextu Tyrannidis.*

14 *Pertinax Imperator à suo milite necatus.*

15 *Alexander imperator optimus à Tyrancensi homine necatur.*

16 *Sancti Imperatores militum crudelitate obtruncati.*

17 *Tyrannus secundum Cicero. à quocunq; iustè interimi potest computatur ibid.*

18 *Inferior non valet quicquam contra, aut præter legem superiori decernere.*

19 *Dictum de Rege extenditur habere locũ in principe, eius magistratu, & vassallo ob rationis paritatem.*

20 *Iudex malè administrans potest priuari administratione per dominum.*

21 *Vassallus malè subditos tractans feudo priuatur à domino suo.*

22 *Subditis ex Sancto Thoma licitum, & meritorium est interficere dominum ipsos intollerabiliter*

liter opprimentem contrarium tenet Sanctus Augustinus, & Concilium ac Doctores.

23 *Dominus si grauabit suum Vassallum atrociter in carcere, superior potest illum à sua iurisdictione totaliter eximere ex officio, etiam, quòd talis oppressus non conqueratur.*

24 *Sæuitia moderata permissa dominis in subditos.*

MAgistratus, vel etiam vassallus malè administrans, vel tractans malè subditos, an officio, & auctoritate, seu
1 etiam feudo iustè sit priuandus per dominum.

Sicut Sathanas miseris mortalibus,
2 tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, nihil magisq; laudare suis astibus tentat, quam vt à sacrosancta Romana ecclesia vnica Christi spõsa certa, & summa auriga, nauiq; salu-
3 tis æternæ tutissima recedant, eiusq: ac Romanorum principum magistratuũque obedientia humana corda conatur soluere per impostu ras, & manifesta præstigia, vt in Tartara sese præcipites subdin mittant, ita è pinnaculo, & summitate templi hoc est à timore Dei studet diuertere magistratus, & Vassal-
4 los, vt ab ecclesia Dei eiusque sanctissimis institutis magistratus, vassalli iubẽtes mittãt sese deorsum per falsam auaritiã, quæ dicitur Idolorum seruitus, suggestioni per malam administrationem, & peruersam, quandoque tractationem erga subditos quorum peccatis sunt adscribenda mala, quæ accidũt, nam principes, seu magistratus, vel vassalos malos Deus iratus populo præficit, bonos verò eripit, dabo inquit Dominus oseæ 13. tibi Rege i furore meo, & auferam in indignatione mea; peccataq; populi cautam dant mali principis, seu magistratus spiritualis siue se-
6 cularis Deus enim regnare facit hominum hypocritam propter peccata po-
7 puli Iob. 34. ideo Regum laptus, pœna
8 est populorum, sed nec obid dato mil-lies, quod princeps esset Tyrannus, debet eius maiestas, nec eius magistratus contemni, sed etsi crudeles, vel impij essent, licèt nõ propter se, propter Deũ tamen, qui eos elegit sunt venerandi,
9 & metuendi principes, & magistratus, inspicereq; in principe nos conuenit, quod ab eo fieri deberet non, quòd ini-
10 què fiat l. ius pluribus vers. prætor quoque ff. de iust & iu. & memini obid subditor; permittitur priuata auctoritate etiam defensionis causa occidere etiã Tyrannũ, sed illi perinde ac iusto prin-
11 cipi est obtemperandum, vt in l. 1. & 2. C. de crim. sacril. aliàs vnusquisq; posset sibi ius dicere in sua causa, quod tamẽ
12 non licet l. vn. C. nequis in sua caus. cũ concord.

Etsi hæc licentia necandi Tyrannũ, priuatis hĩbus impunita foret, haud du-
13 biè nam raro accideret, vt boni frugique principes à nefarijs quibusq; obiecta falso Tyrannidis nota, trucidarentur, quod accidit in Pertinaci, qui etsi
14 domi belliq; rebus gestis Princeps bonus, & clarus esset, ab immanissimo milite suo fuit ferro necatus; quod pariter Alexander imperator optimus à Ma-
15 ximino Thracensi homine tyranno ad Rheni Germanici ripam est passus, qđ etiam simili vitæ exitu testantur Maximus, & Albinus sancti ac venerabiles senes, claritudine generis, atq; egregijs
16 meriti ad imperij Romani fastigium prouecti, militum crudelitate obtruncati fuere nec moueat Ciceronis sententia existimantis Tyrannum regem
17 posse à quocunq; iustè interimi, quia, hæc & alia huius generis, quam plura in ciuili hominum vita Ethniæ philosophorum excitati visa fuere probabilia æqua, honesta, quæ tamen pietas Christiana tum veteri tum noua, lege Dei reprobauit, præterquam, quod in-
18 ferior non valet quicquam contra aut præter legẽ superioris decernere. l. norma. C. de off. præfect. prætor. orien. l. nam magistratus ff. de recept. arb. cum similib. ideò, quod dicimus de Rege,

idem extẽdimus habere locum in prin-
19 cipe eius magistratum vassallo ob rationis paritatem.

Cæterum si aliquis iudex malè ad-
20 ministret potest priuari administratione per dominum, sicut & vassallus qui si malè subditos tractet, feudo pri-
21 uari à suo domino potest. Affic. decis. 265. num. 72. & ideò. Bal. in c. 1. §. publici latrones de pace tenen. dixit, quòd si habens Castrum in feudum malè tractat Burgenses Castri, quòd dominus potest ipsum monere, vt eos tractet debito modo & consueto, aliàs Curia domini potest sibi Castrum auferre.

Imò mirabilius est, quòd dicit Sanctus Thomas in 2. sententiarum artic.
22 penult. quòd licitum, & meritorium est subditis interficere dominum ipsos intollerabiliter opprimentem: sed contrarium tenet Sanctus Augustinus in tract. de potestate eccles. quæst. 54. artic. 3. vers. omnia autem ista, & contra Beatum Thomam fuit decisum in Concilio Constantiensi, & ita refert, & transit Ioly. in c. cum nobis col. 3. extra de præscript. & vide. Cur. in trac. feud. in 6. par. prin. 11. col. vers. quæro ergo, & Bal. in c. 1. qualiter dom. propriè priu. & est text. in l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. quòd dominus, qui abutitur dominio, facit se indignum dominari, idem sequitur. Iacob. de Sancto Georg. in trac. de Homag. per sex colum.

Si verò dominus grauaret, suum vassallum atrociter in carcere, vel alias, dominus superior potest ipsum totaliter à sua iurisdictione eximere, & hoc faciet ex officio, etiam quòd talis oppressus non conquæratur. Guido Pap.
23 decis. 62.

Qui loquitur si dominus atrociter tractat, ex quo moderata sæuitia videtur permissa dominis in suos subditos. Aret. in §. in potestate col. 3. vers. in ea glo. instit. de his qui sunt sui vel alie. iur.

DVBITATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Rusticus magistratum contemnens, an excusetur præcipuè, quando corrumpit album prætoris, vel amouet litteras ex valuis palatij, vel ecclesiæ quibusque in casibus sit dignus excusatione.*

2 *Contemnere magistratus est contra rationem naturæ.*

3 *Inobedientia, & contemptus mandatorum sæuitiam præsupponit.*

4 *Simplicitas rustici, quando excusat qui à dolo, & deinde ab ea pœna se vul. excusare, imperitiam probare debet. ibid.*

5 *Dolus verus est, qui claris, & manifestis probationibus detegitur.*

6 *Rusticus excusatur si non edidit iura, cum edere iussus est.*

7 *Rustico subuenitur per restitutionem in integrum.*

8 *Versuti, & callidi rustici sunt indigni excusatione.*

9 *Simplices rustici excusantur nec obligantur obligatione sine causa.*

10 *Rusticus simplex præsumitur ignorari valorem rei suæ.*

11 *Rusticus excusatur à præsumpta fraude vsurarum, & ad vera contumacia.*

12 *Rusticus ex interuallo potest reuocare sui Aduocati errorem, seu erroneam confessionem.*

13 *Rustici confessio non nocet si errorem allegat.*

14 *Excusatur rusticus si arma solita defert.*

15 *Positionibus data earum copia, & consulto aduocato potest rusticus respondere, & excusatur si non respondet data copia earum nec præsente aduocato.*

16 *Qualificata responsio rustici admittitur cum respondet positionibus.*

17 *Rustici tanquam succurritur non ex priuilegio sed ex æquitate.*

1 MAgistratum contemnens rusticus, an excusetur præcipuè, quando corrumpit Album prætoris, vel amouet litteras ex valuis palatij, vel ecclesiæ quibuscun-

Digitized by Google

buſcunq; in caſibus ſit dignus excuſatione.

Contra naturæ rationem eſſe magiſtratus contemnere. l. veluti. ff. de iuſt. & iu. ob id ruſticus non deberet excuſari ob eius ſimplicitatem, dum tamen ſciret ruſticus illud eſſe Album prætoris, & ſuo iuſſu, ne amoueatur, propoſitũ, cùm inobedientia, & contemptus mãdatorum ſcientiam præſupponat, hincque infertur, ruſticum periæpè excuſari, ſi aduerſus epiſcopi mandata literas monitoriales ab eccleſiæ valuis amoueret, vel prætoris proclamata parieti affixa laceraret, quòd intelligas, vt excuſetur ã pœna ordinaria, non autẽ extraordinaria iudicis arbitrio excuſat namque ſimplicitas ruſtici, dum ille ignorat album, & in eo deſcripta, vnde qui à dolo, & deinde ab ea pœna ſe excuſare vult, imperitiam probare debet. l. 1. ff. de dolo regulariter tamen excuſatur is qui per ruſticitatem Album prætoris corrupit, vt eſt caſus in l. ſiquis id quòd. ff. de iuriſd. omn. iud.

Quia non per dolum ſed per ſimplicitatem corrupiſſe præſumitur ita. Iaſ. & Dec. in d. l. ſiquis id quòd nu. 32. Rip. in tract. de peſte in tit. de remed. præſeruat. contra peſtem num. 232. qui generalem hanc iuris propoſitionem inde colligunt, ruſticitatem à dolo præſumpto excuſare, dolus enim verus eſt qui claris, & manifeſtis probationibus deregitur. l. dolum. C. de dolo. Bal. in l. quòd Nerua num. 14. ff. de poſit.

Ruſticus excuſatur etiamſi non edidit iura, cum edere iuſſus eſt vt in l. 1. §. fi. ff. de eden. quia prætoris ædictum de edendo eſt in iure poſitiuo, non autem naturali fundatum ſubuenitur etiam ruſtico, non ipſo iure ſed per reſtitutionem in integrum, ſi tamen talem prætor nouerit ruſticitatem quæ excuſationem mereatur, quòd ſenſit, & Rip. d. tract. & tit. præcitato num. 246. indigni enim ſunt quacunque excuſatione ruſtici qui verſuti, & callidi adeò ſũt, vt non agros coluiſſe, ſed ſtudijs operam dediſſe videantur, hos ſagaces, ſquadratos vulgò appellant, atque hos non mereri excuſationem probat l. Athletæ, §. de ruſticis. ff. de exc. tut. Dec. in d. l. ſiquis id quòd num. 34. ff. de iuriſd. om. iud. & in c. ſuper litteris num. 7. in fin. de reſc. Plo. in l. ſi quando num. 443. C. vn. vi. excuſetur etenim tantum ruſtici ſimplices vt per Plot. ibid. & Barban conſi. 55. in fi. lib. 2. & hi ſimplices non obligantur obligatione ſine cauſa. Bald. in c. ſi cautio num. 4. de fid. inſtr.

Item ruſticus ſimplex præſumitur ignorare valorem rei ſuæ, vt poſſit iuuari remedio l. 2. C. de reſcin. vend. vt notat. ibi Bal. excuſat ẽt à præſũpta fraude vſuratum. Iaſ. in d. l. ſiquis id quòd numero 32. ff. de iuriſd. omn. iud. Cæpoll. in tractat. de ſimulat. contract. caſu 6. prin. ex glo. in l. cum allegans. C. de vſur. excuſatur etiam ruſticus à vera contumacia. l. 2. §. fi. ff. ſiq. in ius voca. nõ ierit. Rip. d. tract. peſtis de remed. præſeruat. num. 229. ratio eſt, quoniam vera contumacia dolum requirit qui dolus non præſumitur in ruſtico ita declarat Curt. iun. d. l. 2. §. fi. nu. 6. ff. ſiq. in ius voc. non ierit. contra Dec. in c. ſuper litteris num. 7. de reſcr. volentem hoc procedere, cum ruſticus errauit non parendo, ſed verior videtur opinio & ratio Curt. præcit. vt ſatisfacit Mantua in d. c. ſuper litteris num. 18. excuſatur etiã ſimplex ruſticus à præſumpta falſitate Iaſ. d. l. ſiquis id quod num. 32. & ruſticus ex interuallo poteſt reuocare ſui aduocati errorem, ſeu erroneam confeſſionem, etſi de iure incontinente regulariter reuocari debeat. l. error. C. de iur. & fact. ign. l. 1. & 2. C. de error. aduo. de ruſtico ait Bal. in c. fi. nu. 25. de confeſſ. imò ruſtici confeſſio non nocet, ſi errorem allegat vt per Bal. ibid. nu. 14. excuſatur etiam ruſticus ſi arma ſolita defert Bal. in c. 1. §. ſiquis ruſticus de pace tenen. Cepoll. conſi. 32. nu. 5. Iacob. Nouell. tract. ad defenſam in tit. ad indi

tia

tia pro reo danda nu.70.

15 Rusticus etiam potest respõdere positionibus,data earum copia,& consulto aduocato,& excusatur si non respõdet data copia earum nec præsente aduocato Hostien.in c.dilecti de iudic.& responsio rustici qualificata admittitur

16 cum respondet positionibus ita Soci. sen.in l.1.nu.8.in fi.ff. de vulg. qui alios recensetur in hac materia.& Bal.in l.reos nu.19. C. de accusat. aduertendum tamen,quòd de se non est priuilegiata rusticitas, sed ei succurritur ex æquitate, & ita habes ex præmissis quando excusetur rusticus etiam magistratum contemnens vel album prætoris corrumpens, vel huiusmodi committens cum simplicitate abstrahendo ab eodem rustico sagacitatem & versutiam ac proteruitatem.

DVBITATIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus virum arguit, an magistratum cũ vir dicatur à virtute obtinere possint illiterati, an magistratus partem ciuitatis faciant, & de imperitia teneantur, & an per imprudentiam peccans puniatur.*

2 *Imperiti & illiterati non possunt nec debent obtinere magistratus.*

3 *Venecti ciues qui obtinent magistratus in vrbibus & prouincijs causas non iudicant: sed eorũ assessores, qui si pro imperitiam egerint, tunc ipsimet magistratus tenentur.*

4 *Magistratus partem ciuitatis faciunt, & ex illis ciuitas constituitur, & periti esse debent.*

5 *Magistratus seu iudices duo debent habere sales, vnum scientiæ alterum conscientiæ.*

6 *Iudex imperitè absoluens reum ab obseruatione iudicis punitur arbitrio iudicis, & tenetur ad damnum actoris.*

7 *Iudex vel arbiter per imperitiam iudicans tenetur erga partem læsam, etiamsi condemnatus appellare possit vel petere reductionem ad arbitrium boni viri.*

8 *Magistratus vel iudex per imperitiam iudicans tenetur etiamsi eius sententia per alias duas confirmetur.*

9 *Iudex tunc imperitè non dicitur iudicare, nec facit litem suam si ob vanitatem opinionum, vnam sequatur.*

10 *Iudex faciens quod alter prudens eiusdem conditionis faceret, excusatur.*

11 *Iudex non tenetur si quid leuissima culpa egit.*

12 *Arbitrio suo iudicare valens non tenetur si per imperitiam quid egit.*

13 *Iudex qui cum de eret cõsilium assessoris sequi, imperitè iudicauit, tenetur.*

14 *Magistratus peccans per imprudentiam punitè extrà ordinem & tenetur refcere damna parti læsæ inquantum facere potest declara vt ibi.*

1 PRudentissimi Catonis notissimum est axioma, quòd Magistratus virum arguit, seu ostendit, & vir dicitur à virtu [illegible] quæro ideo an magistratum obtinere possint illiterati & an Magistratus partem Ciuitatis faciant,& de imperitia teneantur, & an imprudentiam peccans puniatur.

2 Imperiti & illiterati nõ possunt, nec debent obtinere magistratus, vt dicit tex.in §.1.in auth.de iudic. & si aliquando olim euenit apud Romanos, vt & hodie apud Venetos, ipsimet ciues qui litteris & studijs operam non nauarũt, magistratus in Prouincijs, & vrbibus obtinerent non ipsi tamen causas iudi-

3 cabant, sed eorum assessores. l. nullus iudicum.C.de assessor. & ipsimet magistratus tenebantur si quid per imperitiã illi egissent, l.2. vbi Docto, omnes.ff.qđ quisque iur.

4 Magistratus etenim partem Ciuitatis faciunt,imò ex illis Ciuitatem constitui concedit vaconius Roma. lib.1. declara.iuris cap.31.& latiùs cap.30.vbi & clarius sic affirmat,quibus propterea demandatum est munus iudicãdi causas ciuiles ex ipsâ legum peritia, sequit, quod illi duntaxat non autem omnes ignari, & illiterati possunt obtinere illos magistratus, & ob id periti esse debent,

bent,cauſaque ſtudiorum in eos cadit, illisque neceſſariò conuenit priuilegiũ ſtudiorum,teſtante & referente D. Præceptore meo Menoc. de arb. caſu 237. ſub nu.13. & 16.lib.2.cent.3.

5 Magiſtratus autem ferè iudices duo
5 debent habere ſales,vnum ſcientiæ,ne ſint inſipidi, alterum conſcientiæ, ne ſint diabolici,vt per Bald.in l.2.nu.7.C. de ſent. ex breuit. recit. & Iaſ.in l.rẽ nõ nouam num.6.C.de iudic.

6 Iudex etenim imperitè abſoluens rerum ab obſeruatione iudicij punitur arbitrio iudicis & condemnatur erga ipſum actorem ob illatum illi damnũ ita Bald.in l.ſiquis in conſcribendo nu. 7.C.de pact.quem ſequuntur Saly.Caſt. & Alex.ibid.& Dec.

7 Et iudex vel arbiter, qui per imperitiam iudicauit tenetur erga partem læſam, etiamſi condemnatus appellare poſſit,vel petere reductionem ad arbitrium boni viri ita Bar. in l. item ſiquis nu.3.ff.de alien. iud.mut. cauſ.fact. Bal. in c.1.§.iudices nu.7. de pace iura. firm. Soci.ſen. conſi.24. col.3.verſi.2. principaliter lib.1.Barba. cõnſi.12. col.1. & 2. lib. 4.

8 Imò etiam tunc tenetur magiſtratus vel iudex per imperitiam iudicans etſi eius ſententia per alias duas confirmetur Bald. in d. l. ſiquis in conſcribendo num.6.C.de pact Alex.in l.4.ff.de dam. infect.Dec.in c.ſæpè nu.10. de appella. imo & tenetur iudex qui per imperitiã iudicauit etſi ſua ſententia per ſecundã fuit cõfirmata Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci quæſt.28.ff.de off.procon.Marſi. ſingul.646. Dec.in d.c. ſæpè num.10.de appell.

9 Quando tamẽ opiniones varię ſunt ſi ob illarum varietatem, vnam forte iudex ſequatur etiam deteriorem opinionem, tunc iudex imperitè non dicitur iudicare,nec facit litem ſuam, Bal.in c. 1.§.iudices nu.4. de pace tenen. in vlib. feud.idem Bald. in l.obſeruare.§. proficiſci quæſt.30. ff.de off. proconſu. ratio eſt, quia quando dicimus de imperito iudice,loquimur in caſu cum per imperitiam aliquid agit, quæ ſanè imperitia latam culpam ſolum continet, ac ſi faci-
10 cit, quod alter iudex prudens eiuſdem conditionis faceret,certè excuſatur,vt per Bart.in l. quod nerua.num.16. ff.de poſit.ideò non tenetur iudex ſiquid le-
11 uiſſima culpa egit. ita Bald.d.§. iudices num.1. prout nec tenetur ille, qui ſuo arbitrio cauſam iudicare poteſt, ſiquid
12 egit per imperitiam Bal.d.§.iudices nume.5. nec etiam tenetur ille iudex, qui cum deberet ſapientis conſilium ſequi, ob illud imperitè iudicauit,vel ex con-
13 ſilio Aſſeſſoris Bart. in l.ſi conuenerit. num.9. ff.de re iud. Bal.d.l.obſeruare.§. proficiſci quæſt. 31. ff.de off. procon.& per tex.in l.2. vbi Dec. & cæteri omnes ff.quod quiſque iur.

14 Per imprudentiam etiam peccans magiſtratus, ſeu iudex punitur extra ordinem arbitrio iudicis.l. fin.ff. de var.& extraord. cogn. Boer.quæſt.153. nu.12. tenetur etenim parti læſę reficere damna,non inſolidum,ſed inquantum facere poteſt glo. in l.fi. ff. de var.& extraor. cogn.l. ſi iudex. ff.de iudic.niſi hæc imperitia, vel imprudẽtia qua partem aggrauauit ſit ex lata culpa, quæ dolus præſumptus appellatur,quia tunc inſolidũ tenetur.Alexan.in l.4.§.cum in fin.ff.de dam infect.Dec.in l.1.§.hæc autem verba num.3.ff quod quiſque iur. Clar.§.fi. pract. crim.quæſt.83. verſic.iudex malè ante eum Boſſ.tract.cauſ. crim.tit.de official. corruptis nu.23.

DVBITATIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus, an durante officio poſſit in ius vocari,ſeu conueniri.*

2 *Vocari in ius, nec conueniri poteſt magiſtratus durante officio re ulariter num.6. & ſeq.declara.*

3 *Magiſtratus non tenetur per procuratorem comparere*

qui, ſeu an prætores noſtri tẽporis præualeant antiquis.

Varia poſſunt hinc inde argumenta adduci, per affirmatiua, & negatiua, & ego dum ſcholaris ſtudere Papiæ memini vtranque opinionem publicè ſuſtinuiſſe inter alia iuris vtriuſque Theoremata per me defenſa.

Et eandem poſthabitis pro nunc argumentis dicebam pro ſolutione quæſtionumcunque difficultatum promotarũ pro vtraque parte, conciliandum eſſe hoc negotium triplici conſideratione, & primo conſiderabam poteſtatem, ſecundo dicebam eſſe reſpiciendam edicti auctoritatem, tertio inſpiciendum eſſe modum procedendi. Primo loco conſiderando poteſtatem, duo data moderatione antiquos & hodiernos prætores fore pares, quia non tantum prætores antiqui, ſed etiam hodierni habent exercitium imperij, intelligendo prætores ciuitatum præferentes maiorem magiſtratum, ſecus in Rectoribus, vel prætoribus alicuius municipij quibus inconſulto principe, vel ſenatu hoc non licet. l. 1. §. de qua re. ff. de poſtul. & hæc reſolutio elicitur à traditis per Bar. & Bald. in l. 1. ff. de iuſt & iur. vel ſaltem hoc nõ licet exercitium imperij, niſi iuſtiſſima cauſa ſuperueniente, vt ex Bar. in l. ambitioſa. ff. de decr. ab ord. fac. & per eund. Bart. in l. non omnes. §. 1. ff. de re milit.

Secundo loco reſpiciendo edicti auctoritatem, prætores antiqui & hodierni non poſſunt dici pares, quia in edictis prętorum ſunt tria tempora, primũ tempus ab initio edicti facti, Secundò tempus legis Corneliæ, Tertiò tempus compilationis iuris noſtri, in primo tẽpore edicta erant annalia, in ſecundo effectu fuerunt perpetua, nam lex Cornelia edicta prætorum confirmauit, & perpetua reddidit. Tertiò tempore effectum eſt, vt prætorum edicta haberent iuris auctoritatem, & non tantũ eſſent perpetua, ſed etiã eſſent pars iuris; ita tua tempora non verificantur in prętoribus hodiernis, quia iura hæc non loquuntur, ideò nõ ſunt pares, potiſſimũ; quia prætores antiqui indicebant bannis, & mulctas, & temperabant pœnas vt in l. qui reſtimere. ff. de rei vindi. & l. reſpiciendum. ff. de pœn. l. ius autem. §. ius prætorium. ff. de iuſt. & iu.

2 Sed quod antiquitus per prætores fiebat approbatione populi, hodiè fit approbatione ſuperioris, cuius poteſtas ſemper cẽſetur reſeruata. l. formam. C. de off. præfect. præto. vbi quæritur, an præfectus prætorio potuerit condere
3 legem, & reſpõdetur, ibi, hoc licere ei, dummodo non cõtradicat legibus igitur, quod antiquitus dicebatur de populo, hodie dicitur de ſuperiore, & in hoc erunt pares antiqui, & moderni prætores.

Tertio loco principaliter conſidero modum procedendi, in quo non ſunt pares quoad editionẽ edicti, quia prætores antiqui edicebant, ſed expectabant iuſſum populi, prætores hodierni ſua auctoritate decernunt, nec expectant aliam approbationem quam datam à iure ex officio ſuo, & ſtylo communi, Auctoritas etenim iuſdicendi cõ
4 ſideratur dupliciter, complexiuè & diſtributiuè, primò loco eſt abſolutè, & cum tota poteſtate, diſtributiuè vero prout diſtribuitur in vnoquoque iudice, primus caſus pertinet ad ſupremũ principem, in ſecundò verò caſu poteſtas ſtatuendi intelligitur ſecundũ qualitatẽ iudicis, qui debet apponere manum. l. nulli. C. de ſent. Alex. in l. 1. num. 11. & 12. ff. de iuriſd. om. iud.

Secundò loco conſidero modum procedendi in dandis ſententijs, & tùc fuerunt, & ſunt pares antiqui & hodierni prętorès, quia neque antiqui, nec hodierni, prætores poſſunt recedere à lege in ſententijs, niſi ex cauſa maximi momenti, & ita procedit locus Bar. in l. ambitioſa. nu. 7. ff. de decr. ab ord. fac.

Tertiò loco conſidero modum proceden-

cedendi post sententiam latam, & tũc eadem fuit potestas prętorum antiquorum & hodierni temporis, nam primo debet obseruari text. in l. in fraudem. §. fiscalibus. ff. de iure fisci, vbi fiscalibus debitoribus petentibus aliquod tempus miserationis gratia, duo, vel tres menses dantur; obseruanda etiam est secunda Theorica Bar. in l. Antiochensium. ff. de priuil. credit.

Vltimò tunc cõsiderabam modum procedendi, vt post sententiam non fiat alteratio pœnæ iniunctæ, sed auctoritate, & indulgentia principis ꝓcedat, quia lata sententia non potest reuocari, nec potest iudex esse seuerior, nec clementior, ideò adeũdus est princeps l. diuus Ia 2. ff. de fals. l. 1. §. fi. ff. de quæst. & l. Diui. ff. de pœnis, & gl. in l. hodie. ff. eo. tit. de pœn.

Prętores verò antiq; ꝗbus certis casib. iudicarent. & regulariter illos non iudicasse, sed iudices dedisse, necnon & prætores certam iudicandi formulam iudicibus à se datis præscribere solitos, hodieverò iudicandi munus priuatos mandare non posse, vt nec magistratus nisi speciatim eis permissum sit, hæc singula exactè scribit. D. meus præceptor. Meno. de arb. quæst. 2. lib. 1.

DVBITATIO X.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus, an suam iurisdictionem pœna proposita tueri possint, & an ex persona assessoris, excusare se possit Magistratus si quis assessoris consilio iniquam sententiam tulit.*
2 *Magistratus seu iudex potest tueri suam iurisdictionem proposita pœna, & contumaci multa indici potest. ibi.*
3 *Iudex causæ, & personarum qualitatem consideret, & obseruet, ne ob contumaciam condemnet illum contumacem vt tota causa cadat.*
4 *Modus indicendæ multæ.*
5 *Magistratus non potest se excusare ex persona assessoris, si consilio illius iniquam sententiam tulit, quia tenetur eligere assessorem qui sit iureconsultus peritus, & in foro versatus.*
6 *Assessor debet esse externus, nec enim potest esse illius patriæ.*

1 MAgistratus, an suam iurisdictionem pœna proposita tueri possint, & an ex persona assessoribus excusare se possit magistratus, si ipsius assessoris cõsilio iniquam sententiam tulit.

Magistratum seu iudicem posse tueri
2 ri suam iurisdictionem proposita pœna disponit tex. in l. 1. ff. siq. iusdic. non obtemp. & contumaci posse indici multam iudicis arbitrio voluit. Alciat. in l. si qua pœna num. 5. ff. de verb. sig. per tex. etiam in l. aliud est §. inter multam. ff. eo. Iudex propterea causæ, & personarum qualitatem considerabit, & sta-
3 tuet, quòd iustum, & æquum erit, illudque obseruabit, ne ob contumaciam condemnet illum contumacem, vt rota causa cadat per gl. in d. l. 1. §. fin. & ibi Curt iun. num. 13. ff. siq. iusd. non obtẽp. per Dec. in l. 2. nu. 30. C. de ęden. Barba. cons. 3. column. 4. lib. 2. Crauett. consil. 103. numero. 8. & modum indicen-
4 dæ multæ suggerit. Alciat. d. l. aliud. §. inter multam. ff. de verb. sign.

Magistratus deinde non potest se excusare ex persona assessoris, si consilio illius iniquam sententiam tulit, quia te-
5 netur eligere assessorem qui sit iurecõsultus peritus, & in foro versatus, & cũ his terminis transit. Alex. consi. 64. lib. 1. & per Doctores omnes in l. 2. ff. quòd quisque iur. nec necessariò requiritur in assessore dignitas doctoratus, sed sufficit, quòd sit peritus, & versatus ita Sal. in l. 1. C. de pęna iud. qui malè iud. benè requiritur, quòd de iure communi vt
6 assessor sit externus nec enim potest esse illius patriæ vt per tex. in l. in consiliarijs. C. de off. assess.

DVBI-

DVBITATIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Corrumpens, vel auferens prætoris, vel magistratus proclamata, an & qualiter puniatur. Et quid dicendum de corrumpente, vel delente insignia familiæ alicuius, & quid de abradente insignia proditorum.*

2 *Album seu etiam proclamata, vel etiam admonitiones præfor bus ecclesiæ positis corrumpens punitur pœna quinquaginta coronatorū.*

3 *Insignia familiæ collocata in ecclesiis alibue celebri loco corrumpens, & delens pœna iudici arbitrar. apunendus.*

4 *Arma seu insignia proditorum, etsi abradi debeant tamen abrasio non debet fieri absque superior. s authoritate.*

MAgistratus seu prætoris proclamata corrumpēs, vel auferens, an & qualiter puniatur, & quid dicēdum de cor
1 rumpente, vel delente insignia familiæ alicuius, & quid de abradente insignia proditorum?

Determinatur in l. siquis id, quòd ff. de iurisd. om. iud. quod pœna quinqua-
2 ginta coronatorum est puniendus album seu etiam proclamata, vel etiam episcoporum admonitiones præ foribus ecclesiæ positæ corrumpens vt p Ias. & Dec. in d. l. siquis id quòd nu. 8.

Insignia verò alicuius familiæ collocata ad perpetuam memoriam in ec-
3 clesijs, alioue celebri loco corrumpens & delens pœna iudici arbitraria est puniendus vt per Curt. iun. d. l. siquis id qđ num. 6. & per Rom. sing. 474. etiamsi essent arma seu insignia proditoris, nam
4 etsi de iure ad suæ familiæ honorē collocata arma deleri atq; abradi debeāt. l eorum. ff. de pœn. & ibi Bart. & scribit. Rom d. sing. 474. & sing. 666. & Tiraq. de nobilit. c. 10. nu. 120. attamen non debent abradi, & deleri absque principis, & superioris auctoritate, quia hæc sunt iurisdictionis, quæ à priuato non possunt exerceri ita per Gomes. in §. pœnales nu. 5. instit. de actio.

DVBITATIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus seu prætores, an teneantur pro facto suæ familiæ.*

2 *Prætor, vel eius minister manipularius siquid extorsit, tenetur pœna legis Iuliæ repetundarum.*

3 *Publicanus, & vectigalium dominus tenetur pro facto sui serui.*

4 *Magistratus videns suos officiales aliquid iniustè agere, debent eis resistere, ne ipsi eorum causa teneantur.*

5 *Pater pro filio, dominus pro seruo, nisi expressè contradicat, tenetur.*

6 *Custos carceris tenetur si eius filium carceratū relaxauit quem sibi commendauerat pater, vel eumdem carceratum ipse filius effugere dimisit.*

7 *Statutum, quòd filius pro patre teneatur, valet.*

8 *Consuetudo, quòd vnus pro altero teneatur valet.*

9 *Constitutiones rigorosæ strictè interpretandæ.*

1 MAgistratus seu prætores, an teneantur pro facto suæ familiæ?

Legis Iuliæ repetundarū. pœna tenetur magistratus seu prætor,
2 vel eius minister manipularius si aliqd extorsit. l. 1. C. ad l. Iul. repetun. sic etiam publicanus, & vectigalium dominus
3 pro facto sui serui tenetur. l. 1. §. familiæ. ff. de publica. & sic absolutè in prætore, & altero causarum iudice, vt teneatur pro facto suæ familiæ scribunt. Felyn. in c. Petrus num. 2. de homicid. Alcia. tracta. præsumpt. regul. 3. præsumpt. 40. in fin.

Hinc censuit. Bar. in l. quoniam iudices. C. de appell. quod quando Magistratus videns suos officiales aliquid in
4 iustè agere, debent eis resistere, ne ipsi eorum causa teneantur, & idem Bar. in

Digitized

tract.repręſal.in 2.q.7.q.prin.conſulit,vt proteſtentur, quando hæc iniqua fieri videntur ſic in cæteris muneribus publicis patrem pro filio, dominum pro ſeruo teneri, niſi expreſsè cõtradicat, cum ad aliquod officium patre,vel domino ſciente,aſſumitur, vult text.in l.1. ff.ad munic.& ita reſpondit. Iaſ. conſil. 27.in fi.lib.3.& Boer.quæſt.217.num.11. in fin.dicit cuſtodem carceris teneri, ſi eius filius carceratum relaxauit quem ſibi commendauerat pater, vel eundē carceratum ipſe filius effugere dimiſit exinde inferas, quòd valet ſtatutum, filius pro patre teneatur,ita Dec.in l.filius num.2.C.de pact.qui tamen rigoroſum eſſe dicit idem Dec.in hextrà territorium num.5.ff. de iurisd.omn. iud. & conſi.359.Boer.quæſt.127.num.1.Marſil.ſing.224. & ſing.362. prout, & valet conſuetudo, quòd vnus pro altero teneatur.Rom.conſi.30.Chaſſan.conſi.1. lib.4.num.38.& ſequ.ſunt tamen hæ rigoroſæ conſtitutiones ſtrictè interpretandæ ita.Barba.conſi.17.col.2.lib.2.

DVBITATIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus noſtri temporis, an hodie aliquam habeant iuriſdictionem, & magiſtratum qui habere dicantur.*

2 *Magiſtratus, & priores ciuitatis non poſſunt mutare ordinem conſuetum ciuitatis.*

3 *Priores ciuitatis dicuntur magiſtratus municipales.*

4 *Magiſtratus non dicitur niſi iudex ordinarius, non autem delegatus, niſi eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, & nu.6.*

5 *Magiſtratum habere quis dicatur.*

7 *Præfecti Vigilum, vel annonæ magiſtratum nõ habent.*

8 *Delegatus principis non poteſt teſtes punire.*

MAgiſtratus noſtri temporis, an hodie aliquam habeant iuriſdictionem, & magiſtratum, qui habere dicantur.

1 Magiſtratus noſtri temporis hodie nullam habere iuriſdictionem, niſi per ſtatutum ſit eis conceſſa reſpõdit. Dec. in conſ.72.col.1.vbi etiam firmat,quòd magiſtratus,& priores ciuitatis habentes iuriſdictionem ſuper bono, & pacifico ſtatu ciuitatis,non poſſunt mutare 2 ordinem conſuetum ciuitatis, & allegatur.Bar.in l.ambitioſa col.3. ff. de decr.ab ord. facien. qui ſiquidem priores ciuitatis dicuntur magiſtratus municipales per gl.in l.item magiſtri.ff.de pac. 3 & Bal.in l.1.C.de emanc.lib.quia magiſtratus nõ dicitur niſi iudex ordinarius, 4 non autem delegatus niſi eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. Alex. in l.cum qui.ff de iuriſd.om.iud.

Magiſtratum habere quis dicitur,cui 5 de certis negotijs dicendæ ſententię, & iudicandi atque imperandi permiſſa, eſt poteſtas,poteſtas autem hæc ſolemni more maiorum tribui ſolet ita poſt. Ariſtot.lib.4.Politic.cap.15.declarat Coraſius in l.2.§.eo tempore nu.1.ff. de orig.iur.& è contra eos non habere magiſtratum dicimus, qui extrà ordinem ad ius dicendum conſtituuntur, & hoc probat tex.in l.ſi aliquam.§.fin.ff.de off. 6 proconſ. hinc delegatus non dicitur habere magiſtratum, ideò non poteſt delegatus,nec magiſtratum habens ſubijcere teſtes quæſtioni, prout nec præfecti vigilum, & annonæ, cùm extrà 7 ordinem ius dicerent, magiſtratum nõ habebant.l.2.§.& hæc omnia.ff.de orig. iur.cùm igitur delegatus quoque extrà ordinem ius dicere ſolent, verè magiſtratum habere non dicitur loquendo de delegato inferioris ſecũdũ aliquos, ſed nec delegatum principis poſſe teſtes punire cenſet D. Meus Menoc. de 8 arb.quæſt.91.ſub nu.17. ea ratione quia delegatus principis ipſius principis perſonam refert ſolum in cauſa ſibi delegata,

gata, & ratione illius est maior ordinario, non autem in causa sibi non demandata, cùm tunc priuati loco sit, & cum hæc coercitio ei delegata non fuerit dicere non possumus eum principem referre, & obid pœnam illam indicere posse.

DVBITATIO XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus, seu iudex, an possit pœnam fisco applicandam remittere.*
2 *Præsides, & prætores habentes merum, & mixtum imperium possunt pœnam fisco applicandam remittere.*
3 *Carolus I. Neapolitanorum R ex iussit laqueo suspendi iudicem, qui pœna mortis plectendum, manum ei abscindi solum iusserat.*
4 *Maior magistratus pœnam potest minuere commutare, vel temperare ex iusta causa, & nu. 6. & 7.*
5 *Iudex debet esse clementior lege vbi fert ratio legis, & iustitiæ.*
8 *Delegatus principis potest minuere, vel commutare pœnam ex causa.*
9 *Delegatus inferioris magistratus non potest inconsulto principe remittere, vel mutare pœnã, intelli e, vt ibid.*

1 MAgistratus, seu prætor, vel iudex, an possit pœnam fisco applicãdam remittere.

Magistratus maiores minime posse pœnam fisco applicandam remittere, veluti præsides, & prætores
2 habentes merum, & mixtum imperiũ probat. Dec. in c. de causis nu. 18. de off. deleg. nam horum potestas etsi magna sit, tamen à principe dependet, & sic illis non videtur data potestas lædendi fiscum, vel Reimp. iure suo, imò qui minorem pœnam, quam à lege sancitum sit, indicit, infamis efficitur. l. seruos. C. ad l. Iul. de vi publ. vnde memoriæ proditum est Carolum huius nominis primum Neapolitanorum Regem iussisse
3 laqueo suspendi iudicem, quendam, qui pœna mortis plectendum manum ei abscindi solum iusserat, cuius rei meminit Clar. §. fin. pract. crimin. quæst. 85. vers. vlterius quæro, pœnam tamen potest minuere maior magistratus ex ali-
4 qua iusta causa, vel eam temperare, seu in aliam commutare, communem testatur Viu. lib. 1. comm. opin. opinione 165. & clar. loco præcitato ratio est, qa quatenus fert ratio legis, & iustitiæ iu-
5 dex esse debet clementior ipsa lege scripta, vt per Arist. lib. §. & Hico. cap. 5. ẽt si pœna esset indicta à statuto eam etenim ex causa põt iudex minuere Dec.
6 in d. c. de causis nu. 19. de off. deleg. Didac. lib. 2. variar. resol. cap. 9. nu. 8. Clar. d. quæ. 85. vers. vlterius quæro.

Aduertendum tamẽ, quod maiores magistratus exercentes merum, & mi-
7 xtum imperium, principem non recognoscentes possunt pœnam fisco applicandam remittere vt ex. Dec. in d. c. de causis num. 18. de off. deleg. Ias. in l. 1. nu. 8. C. de præcib. imp. off.

In iudicibus verò inferioribus res est clara, quod nullo modo pœnas legales minuere, vel mutare possunt, ita omnes Canonistæ in d. ca. de causis, & Ias. loco præallegato.

Delegatus verò principis potest mi-
8 nuere, vel commutare pœnam ex causa tamen, nam ex quo maior magistratus iure dicitur, hãc potestatem habet, vt cæteri maiores magistratus ita Inno. in c. 1. de constit. vbi Felyn. nu. 49. & tũc præcipuè, quando huic delegato datũ est arbitrium, & pœna non est determinata à lege, vel consuetudine, quoniam tunc is pro suo more eam indicit ita Spec. in tit. delegato §. generaliter.

Delegatus autem inferioris magistratus non potest inconsulto principe, re-
9 mittere, vel mutare pœnam, nisi delegans sit ex maioribus magistratibus, & delegato arbitrium tribuat ita Bero. in d. c. de causis de off. deleg.

DVBI-

DVBITATIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus, seu prætoris gesta, an valeant, cũ in ciuitate publicè illum inhabilem esse constat.*
2 *Idoneus si sit reputatus in loco magistratus eius gesta valent.*
3 *Notarius in Alemania si falsita is reus munere tabellionis priuatus Florentiam se conferat, vbi hoc ignoretur, instrumenta, quæ ibi confecit inter ignorantes rata manent.*
4 *Communis error facit ius, etiamsi solus is, qui cum posset, creauit eum quem ignorabat esse inhabilem, populusq; inhabilem esse sciret.*
5 *Communis error, quando non faciat ius.*
6 *Gesta ab eo, qui nondum declaratus fuit inhabilis, non valent pendente processu super crimine.*
7 *Gesta imperatoris tenent, si ab omnibus verus imperator existimatur.*
8 *Actus retractatur ob dolum eius cuius gratia actus geritur, & qui sciebat illum esse inhabilem, vel excommunicatum.*
9 *Ciuitas aliqua si communi opinione credat se habere priuilegium studij tamen non habeam, & istud ego sciam, in eaque vrbe doctoratus insigniat sumpserim, non mihi prodest illi cõmunis error, qui hoc casu non faceret ius.*

MAgistratus, seu prætoris gesta, an valeant cum in Ciuitate publicè inhabilem illũ esse constat;

1 Gesta magistratus valere etsi in sua Ciuitate publicè inhabilem illũ esse constet, dũmodo in eo loco, in quo magistratum gerit, cõmuni opinione idoneus
2 putetur ita videtur innuere glo. in c. ad nostram il 3 in verb. obseruandus de iureiur. quod specialiter declarat. Abb. in c. sciscitatus nu. 13. de rescr. Iaſ. in l. Barbarius nu. 68. & Bald. ibi post num. 10. ff. de off. prætor. & in l. 1. post num. 6. C. de testa. vbi constanter asseuerat, quod si notarius in Alemania falsitatis reus
3 peractus, & munere tabellionis priuatus Florentiam se conferat, vbi hoc ignoretur, instrumenta, quæ ibi confecit, inter ignorantes rata manere, & in auth. habita nu 3. C. ne fil. pro pat. quæ vera esse omnino censet idem Iaſo. loco præcit. num. 68. in fin.

Ratio præmissorum est, quia communis error facit ius d. l. Barbarius etsi solus is, qui cum posset, creauit aliquẽ
4 veluti præsidem, ignoraret inhabilem esse, vtque populus eum inhabilem esse sciret, gesta enim ab hoc valent satis enim est, quod princeps, qui creauit eum, seu eum elegit, ignoret, vt refert Iaſ. in d. l. Barbarius post num. 65.

5 Iste tamen communis error non faceret ius, quando contra magistratum lata fuisset sententia, declarans illũ fuisse inhabilem anteà, nã gesta ab eo me-
6 dio tempore non valent, ita visus ẽ annuere. Barto. in tract. de Tyran. in 11. q. num. 35. & 36. & Iaſ. d. l. Barbarius post num. 67. vt refert Gabr. concl. 8. nu. 39. de probat. lib. 1. vbi Gabriel hoc intelligit, quando pendet processus super crimine, ex quo venit ferenda sententia declaratoria magistratum à die patrati criminis fuisse inhabilem, nam gesta pendente tali accusatione, vel processu non valent, secùs si sententia non declaret, sed priuaret. in hoc consuluit etiam Ruin. cons. 48. nu. 11. & seq. vol. 4.

Idem dicendum est de ipsomet im-
7 peratore, cuius gesta tenent, si ab omnibus verus imperator existimatur. Bar. in repet. d. l. Barbarius vbi etiam nota. Bald.

Quando tamen is gratia cuius actus
8 geritur, sciebat illum inhabilem, vel excommunicatum, hoc actus tunc ob eius dolũ retractatur ita limitat. Rom. sing. 767. Felyn. in c. Rodulphus nu. 40. de rescr. hinc q, infertur, quod si aliqua
9 ciuitas communi opinione credat se habere priuilegium studij, tamen non habeat, & istud ego sciam, in eaq; vrbe doctoratus insignia sumpserim, non mi-

hi

hi prodeſt ille communis error, qui in hoc caſu non faceret ius ita Felyn.in c. ad probandum poſt nu.8.de re iud.

DVBITATIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus mandatum, & iuſſus, an excuſet delinquentem.*
2 *Iuſſus, & mandatum magiſtratus excuſat delinquentem à pœna ordinaria in atrocioribus.*
3 *Excuſatur, qui iuſſum magiſtratus aliquẽ quæſtionibus ſubiecit.*
4 *Dolo non facit qui iudici obtemperat, & ceſſante dolo, ceſſat pœna ordinaria.*
5 *Mandatum magiſtratus in leuioribus delictis excuſat etiam à pœna extraordinaria.*
6 *Pœna violati ſepulchri eſt extraordinaria, & arbitraria intellige, vt ibi.*

1 MAgiſtratus mandatũ, & iuſſus, an excuſet delinquentem?

Iuſſum, & mãdatum magiſtratus excuſare delinquentem à pe-
2 na ordinaria in atrocioribus ita ſenſit glo.in l.liber homo la 2. ff.ad l.Aqu.vbi etiam Bal ſcribit illum excuſari, qui iuſ-
3 ſu magiſtratus aliquem quæſtionibus ſubiecit, ſimilia recenſet. Ial.conſ.236. colu.1. lib.1.Clar.§.fin.pract.crim.queſt. 60. & horũ ſentẽtiam probat text. in l. non videtur.§.qui iuſſu.ff.de reg.iur.dolo etenim non facit, qui iudici obtem-
4 perat, ſi ceſſat dolus, ergo, & pœna ordinaria auth.hodie.C.de cuſtod reo.

Illud etiam notandum eſt, quòd in leuioribus delictis,& criminalibus mã-
5 datum magiſtratus etiam à pœna extraordinaria excuſat ita per glo in l. quod principis. ff.de aq.pluu.arc. & glo. in l. ait prætor.§.permittitur.ff.de minor. & gl.in l.liber homo la.2.ff.ad l.aq. & hoc caſu intelligas latè tradita per Grammat.deciſ.36. num.81. vbi inquit,quòd ſi magiſtratus iuſſit aliquem decapitari, militem,hoc eſt, executorem excuſari, idem ſenſit Tiraq.tract.de pœnis legum cauſa 34. nu. 4. & probat hanc ſententiam tex.in l. ſiquis id quod ff.de iuriſd. om.iud.& ibi.Dec.nu.35. dùm inquit iudicis iuſſum excuſare à pœna illius ædicti, quæ extraordinaria videtur, hodie ſaltem probant, & hanc ſententiã præcitatæ leges, & l.quanquam & l. qđ principis.ff.de aqu.plu.arc.quibus intelligimus iuſſum magiſtratus excuſare à pœna violati ſepulchri, quę extraordinaria, & arbitraria eſt, hæc tamen intelligenda videntur, quando magiſtratus,& iudex vti publicæ perſonæ, & iuxta munus ſuum hæc iubent, & mandant; at contrà, ſi tanquam priuati iuberent id quod annotarunt. Dec. in l. non videtur. §.qui iuſſu in fi.& Cagnol. ibi num.1. ff.de regul. iur.& Crau.conſ. 719. num.11.

DVBITATIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus, an illatam ſibi iniuriam uendicare poſſit.*
2 *Iniuria illata magiſtratui dicitur atrox.*
3 *percutiens magiſtratum ob iniuriam, quam cum eo gerebat, capite multandus.*
4 *Pœna ubi eſt arbitraria, arbitrium poteſt extẽdi uſque ad mortem.*
5 *Magiſtratus ipſemet punire poteſt iniuriam dignitati ſuæ illatam declarando vt ibi.*
6 *Appellans, qui conuictus eſt iudici aſſerendo illum odio, & pretio iniquè iudicaſſe, & his ſimilia punitur extraordinariè ibi elige ibi ſecundum. Bald.*
7 *Syndicatus tempore non dicitur eſſe in magiſtratu, ſed ſuſpenſus ideò illum iniurians puniri non poteſt pœna atroci ordinaria.*

1 MAgiſtratus, an illatã ſibi iniuriam vendicare poſſit.

Iniuria illata magiſtratui nõ eſt dubium, quòd atrox
2 creditur. l. prætor edixit. §.fi. ff. de iniur. quoad auctoritate Ariſtotelis ꝓblem.

19.

Digitized by Google

19. cap.14.in fin.confirmatur,idem ſcribit. Bar.in l.non ſolum.§.ſi mandato. ff. de iniur.Bald.in ca. 1. §.iniuria de pact. iura. firm. qui atrocem adeò hanc eſſe dixit iniuriam, vt percutiens magiſtratum ob inimicitiam, quam cum eo gerebat, capite mulctandus ſit, quam aſſertionem, vt admodum notabilem commendauit.Rui. conſi.81. n.6.li.4.q dixit hoc caſu pœnam eſſe arbitrariã,& arbitriũ, poſſe extendi vſq; ad mortem, idem tradit Iaſo. in l. qui iuriſdictioni colu.1.ff.de iuriſd. om. iud. in l.principalibus num.4.ff.ſi cert.peta. & in l.1.1. notab.C.de præci.imp. off.

Et quia dignitati tunc illata dicitur iniuria,eam ipſemet magiſtratus punire poteſt ita.Pariſ.conſi.147.num.7.lib. 4. & Pariſ. de Put. tracta. ſyndicatus in verbo. iniuria,quòd intelligendum, & declarandum eſt ſecundum.Abb. in c. cum veniſſent num.9.de iudic.Caſtr.in l.illud.ff.de appell.

Imò qui appellando conuinciatus eſt iudici,aſſerendo illum iniquè, odio & pretio iudicaſſe, & his ſimilia punitur extraordinariè vt in addit.& annot. per Grauat. ad praxim octauia. veſtrij. lib.7.cap.3.num.31. quæ ſententia procedit etiam cum magiſtratus ex toto magiſtratum non depoſuit, vt cum eſt in ſyndicatu ita.Iaſ.dict. l.principalibus num.4.ff.ſi cert. pet. & in l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus quinto notab. ff. de verb. obl. Baldus tamen à quo deiumpta videtur hæc doctrina in l. obſeruatione.§.proficiſci.num.6.verſ. 7. quæritur. ff.de off. proconſ. intelligit eſſe verum, quando contemplatione officij magiſtratus fuit iniuria affectus, aliàs non, & rectè quidem, nam tempore ſyndicatus non dicitur eſſe in magiſtratu,ſed ſuſpenſus, ſuſpendi enim ſeu interdici ei debet officium ita. Pariſ. Put. tract.ſyndic.tit.de off.ſyndic.pag.4. Tamen crederem hunc magiſtratum ita ſuſpenſum non puniri pœna illa ordinaria,& atroci,qua regulariter puniuntur iniuriantes magiſtratum qui reipſa magiſtratu fungitur, ſed potiùs pœna extraordinaria iudicis arbitrio, quod à fortiori probat tex. in l. iudici. ff. de iniur.& l.illud. ff.de appellat. & ibi clarè. Bartol.

DVBITATIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus ſeu prætor, vel iudex, an vltrà ſalarium debeat recipere aliquid durante officio, vel poſt.*
2 *Iudicium iuſtum, vel iniuſtum nemini vendere licet.*
3 *Magiſtratus accipiens pecuniam à faneratore gratis,& pro eo ſententiam etiam iuſtam tulit,dicitur committere baratariam.*
4 *Barataria præſumitur etiam contra mutuantes pecuniam iudici.*
5 *Iudices contenti eſſe debent ſuo publico ſtipendio,& gratis miniſtrare priuatis.*
6 *Baratariam commiſiſſe quis dicatur.*
7 *Iudex licitè dat,& accipit à ſubditis pro ſuæ familiæ ſuſtentatione ob ſalarium tenue.*
Carceratum relaxauit quem ſibi commendauerat pater,vel eundem carceratum ipſe filius effugere dimiſit.
7 *Statutum,quod filius pro patre teneatur,valet.*
8 *Conſuetudo,quòd unus pro altero teneatur, valet.*
9 *Conſtitutiones rigoroſæ ſtrictè interpretandæ.*

1 MAgiſtratus ſeu prætor, vel iudex, an vltrà ſalarium debeat recipere aliquid,durãte officio,vel poſt?

Nihil penitùs exceptis ſalarijs,tàm in adminiſtratione poſiti, quàm poſt depoſitum officium pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis, quam gratuitò meruerint,accipere debent, vt in l.fi.C.ad l.Iul.repe.quia iudicium iuſtum,vel iniuſtum nemini vendere licet, vt inquit text.in c. non licèt 2 11.q.3.& c.lex Iulia 14, q. 5.& c. cum nõ ab homine de vit. & hon. cler. Bald.& Angel.

Angel. in l. generaliter. ff. de calumn. in auth. ſed nouo iure. C. de pęn. iud. qui malè iudic.

Quod procedit etiamſi magiſtratus acciperet pecuniam à fœneratore gra-
3 tis, & pro eo propterea ſententiam tulerit etiam iuſtã, quia tunc dicitur committere barratariam, vt per Bald. in l. venales num. 5. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. quæ barrataria præſumitur
4 etiam contra mutuantes pecuniam iudici. Bald. in l. quisquis ibi quando emptor legum, C. ſi cert. pet.

Iudices etenim debent eſſe contenti ſtipendio ſuo publico, & priuatis gratis miniſtrare iuſtitiam, vt per Boſſ. in prac. crim. tit. de offic. corrup. nu. 1. cum ſeq. Bald. conſ. 21. vol. 5.

Et committere dicitur barratariam
6 etiamſi illiam non perfecerit, ſed ſolum fuerit aggreſſus, vt quia accepit pecuniam, & nondum tulit ſententiam, vt dicit. Bal. in d. auth. ſed nouo iure. C. de pœn. iud. qui mal. iud. l. generaliter. §. 1. ff. de calum.

Quando tamen magiſtratus recipit à
7 ſubditis ad ſuſtentationem ſui ipſius, & familiæ ſuæ, quam ſuſtentare non poteſt ob tenue ſalarium tunc eſt licitum dare, & accipere. l. plebiſcitũ. ff. de off. præſid. & notatur in l. ſi aliquam. §. fin. ff. de off. proconſ. & leg. prout & excuſa-
8 tur, quando officialis recepit aliquid ab amico ſuo gratia amicitię. capit. etſi quęſtionis de ſimo. poteſt etiam recipere iudex pecuniam poſt ſentẽtiam, dũ-
9 modo non probetur de aliquo pacto Felyn. in c. tua nos in fin. verſ. 3. limita de Simon. nam tunc præſumitur datum loco remunerationis, & impenſi
10 obſequij, quia donatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex accipientis petitione proceſſit. C. ſi Epiſcopum q. 2. prout nec dicitur commit-
11 tere baratariam iudex, quando nollet adminiſtrare iuſtitiã ſine pecunia, quæ ſibi debetur de ſuo debito ſalario, & quæ ei detur corã teſtibus, & Notario ita Bald. in c. fin. de appell. & Feli. in d. c. tua nos de Simon.

DVBITATIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus, ut damnari poſſit de corruptela, uel barataria, an requirant probationes, an ſufficiant præſumptiones, & coniecturæ, & qualiter poſſit probari.*
2 *Coniecturas, & præſumptiones ſufficere ad probandum crimen baratariæ.*
3 *Delictis, quæ ſunt difficilis probationis admittuntur probationes, quæ aliàs non admitterẽtur intellige, ut ibid.*
4 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores, cum pro eis multum præſumatur.*
5 *Teſtis quando non poſſit eſſe contra officialem.*
6 *Barratatria etiam per ſolam fugam officialis cũ iuramento habentis intereſſe.*
7 *Fuga facit ut ſi officialis poſteà captus fuerit, poſſit torqueri.*
8 *Iudex conuincitur de baratatria etiam ſine fuga per ſolum iuramentum accuſatoris.*
9 *Crimine baratatriæ delictum patris nocet filio.*

MAgiſtratus, vt damnari poſſit de corruptela, vel barata-
1 ria, an requirãtur probationes, an ſufficiant præſumptiones, & coniecturæ, & qualiter poſſit probari.

Coniecturas, & præſumptiones ſuffi-
2 cere ad probandum crimen barratariæ, edicitur ex l. dolum. C. de dolo, & à Boſſ. in ſua pract. crim. tit. de offic. corrupt. nu. 14. quia eſt de delictis illis, quæ ſunt difficilis probationis, vnde admittuntur probationes, quæ alioquin non
3 admitterentur, vt oſtendit. Bart. in l. ea mente col. fin. ff. de furt.

Intelligas tamen iſtud procedere, quando agitur ciuiliter pro intereſſe, & damno paſſo, ſecùs ſi agatur criminaliter ad pœnam tripli, vel exilij, quia tũc
5 probationes debent eſſe luce meridia-

Digitized by Google

na clariores, cum per eis multũ præ-
sumatur. Bald. in l. obieruare §. proficiſci 11. qſt. de off. procon. & leg. l. fin. C. de probat. c. per tuas c. ad aures de ſimo. Sed aduertendum, quòd teſtes, qui ad probandum hoc delictum producuntur non debẽt eſſe ſuſpecti. c. licèt Heli & c. per tuas de ſimo. hincque colligimus, quòd teſtis non poteſt eſſe contra officialem in huiuſmodi materia, qui
5 libellum, vel petitionem dedit contrà eum, quia eſt ſuſpectus, vt in c. meminimus de teſtib.

Imò barrataria probatur etiam per
6 ſolam fugam officialis cum iuramento habentis intereſſe, vt §. ſuper hoc in auth. de collat. nam per illam fugam in ſuſpicionem adeo incidit magiſtratus,
7 vt ſi poſteà captus fuerit, poſſit torqueri, vt notatur in l. bonæfidei. C. de iureiur. & in l. admonendi. ff. eo. conuinciturq; iudex de barrataria etiam ſine fuga, & per ſolum iuramentum accuſatoris.
8 Felyn. in c. licet cauſa de probat. Hyppol. Marſ. ſing. 112.

Scias etiam quod tantæ eſt abomina
9 tionis crimen barratariæ, vt delictum patris ſit nociuum etiã filio in hoc crimine, vt not. gl. in auth. nouo iure. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. ſecundum. Bal. ibid.

DVBITATIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus ſi intrà illos dies per quos debet ſtare ad ſindicatum, fugam arripuit, & inuitus ſit per ductus ad illum locum à quo aufugerat, an ex illa fuga contra ipſum aliqua delicti probatio inducatur.*

2 *Delictum non probatur ex fuga etiamſi contrarium eſſet cautum lege municipali.*

3 *Nemo præſumptionibus damnari debet, niſi eſſent manifeſta delicta contra fugientem, & delicti genera mortem poſtularent.*

4 *Magiſtratus fugiens habetur proconfeſſo.*

5 *Fuga magiſtratus arrepta antequam ſe abdicet à magiſtratu, inducit, vt puniatur tanquam committens crimen læſæ maieſtatis.*

6 *Magiſtratus fugiens intra quinquaginta dies per quos debet ſtare ad ſyndicatum, ſi per ductus ſit inuitus ad locum ex quo fugerat, ex illa fuga contra ipſum nulla delicti probatio inducitur, ſed delictum, vt condemnetur legitimè debet probari limita vt ibid.*

MAgiſtratus ſi intrà illos dies per quos debet ſtare ad ſyndicatum, fugam arripuit, & inuitus ſit per ductus ad illũ locum à quo aufugerat, an ex illa fuga
1 contra ipſum aliqua delicti probatio inducatur.

Regula eſt, quòd delictum non probatur ex fuga, l. vn. §. ſinautẽ poſſ. C. de
2 rapt. virg. & in l. raptores vbi Bart. C. de Epiſc. & cler. Fely. in c. nullus in prin. de præſumpt. Diaz. in ſua reg. 208.

Etiamſi lege municipali cõtrarium eſſet cautum, vt ex fuga probaretur delictum, nemo etenim de iure communi
3 ni ex præſumptionibus debet damnari. l. abſentem. ff. de pœn. & l. 1. §. diuus & l. fin. ff. de quæſt. niſi tamen eſſent manifeſta delicta contra fugientem, & delicti genera mortem poſtularent, tunc enim valeret ſtatutum, & ſic extra eo probatur delictũ per fugam, vt per Fel. & Dec. ac alios in c. ſicut de prob. quos refert, & ſeq. Duen. in reg. 209. ſiue 389. in 1. ampliatone.

4 Magiſtratus ideò fugiens habetur pro confeſſo, vt in l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. imò fuga magiſtratus arrepta, antequam è magiſtratu ſe abdicet, inducit, vt puniatur tanquam committens
5 crimen læſę maieſtatis ita probat tex. in §. ſiquis autem in auth. de adminiſt.

Imò Magiſtratus fugiens intrà quinquaginta dies, per quos debet ſtare ad
6 ſyndicatum, ex forma iuris communis. l. 2. C. vt omnes iudices, & §. neceſſitatẽ in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. & in d. l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. ſi per ductus ſit inuitus ad locum ex quo fugerat,

rat, ex illa fuga contra ipſum nulla probatio delicti inducitur, ſed delictum, ad hoc vt condemnetur, debet legitimè probari, ita innuit tex in §. neceſſitatē in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. ſecus autem ſi non fuit reductus ad locū, à quo fugit, tunc enim ex illa fuga inducitur tamē probatio delicti, vt iuramentum illi additum ſatis ſit ad eū condemnandum, vt per Laſin l. admonendi num. 177. Fely. in c. nullus num. 2. de præſumpt.

Et ex his Impoſitus ſit finis reſolutionibus poteſtatis. §. magiſtratuū, ſeu prętorium edicta.

Ad laudem ſupremi iudicis, & magiſtratus cœleſtis triunphantis Curiæ.

Clementiſſimam Celi Reginā orēt, eius officium aſſiduè recitando;

Frequenter ſumant citharam confeſſionis peccatorum.

Doctorem in magiſtrum eligant, qui non ſit pompoſus in ſuis lectionibus, ſed vtilis, Chriſtianus, & fidelis, ac illū colant, vt genitorem, & conentur habere benevolum, illum audiant diligēter, & intrent cuncta conſiderantes.

Non gaudeant, ſaltem pro tempore quo erunt ſcholares, in vſu multos habere libros quorum multitudo diſtrahit, ſed textus gloſas cum Bartolo apprehendant tantum, cum opus fuerit.

Nunquam calamo parcant, quia nō omnia poſſunt memoriæ mandari.

Locos communes ingenij gratia habeant, & materiarum ſedes probè ſciāt.

Diſputent aſſiduè cum iuuenibus.

Regulas intelligant, ſeruent, & colligant.

Doctores effecti ſint pij, humiles, officioſi erga pauperes, ac etiam ipſi velint etſi non ſint, eſſe pauperes, ſciantque quòd ipſi ſunt ſacerdotes, ſacra ſelicet iura miniſtrātes, & quòd legis ſubiectum eſt communis hominum vtilitas, ac diuina æquitas.

Præ oculis habeant diuinam iuſtitiā, & in primis partium concordię potiùs, quam lucro, & æmulationibus ſtudeāt.

Deum tandem timeant, illi famulādo cum amore, timore, & tremore nā ex veritate, quæ Deus eſt, veritatē inuenient, & ſic hæc iuris ſcientia ſecum perſeuerabit in cœlis, vt teſtatur Sanctus Hyeronimus in prooem. Bibliæ propè fin.

Et hæc ſufficiant in gratiam lectoris ſtudioſi.

Finis huius §. Magiſtratuum, ſeu præt. ædict.

DVBITATIONES
IN §. RESPONSA PRVDENTVM.
Inſt. de iure natur. gent. & ciuili.

AB ALPHONSO MODITIO
MONTISFERRATENSI, I.V.D. CLARISSIMO.

Non vulgariter tractatæ, ac ſolutæ.

DVBITATIO I.

SVMMARIVM.

An iuriſprudentes ſint nobiles, & in dignitate conſtituti dicantur.

1 *Infamis non poteſt eſſe Doctor.*
2 *Doctor dicitur Nobilis.*
3 *Doctor & aduocatus inter egregias perſonas cenſetur.*
4 *Doctor quis eſſe nõ poteſt niſi ſit legitimè natus.*
5 *Doctoratus per principis reſcriptum, uel bullam non gaudet inſignijs doctoratus.*
6 *Ad creandum Doctorem ſex requiruntur.*
7 *Doctor gradatim nõ per ſaltus debet promoueri.*
8 *Doctor eſt nobilis, & illuſtris.*
9 *Officium Doctoris eſt nobile.*
10 *Doctor non poteſt officium tabellionis exercere.*
11 *Doctores dicuntur ſacerdotes.*
12 *Doctor debet ſtuduiſſe per quinquennium.*

An iuriſprudentes ſint nobiles, & in dignitate conſtituti dicantur.

1 IVriſprudentes, an dicantur in dignitate conſtituti, & in nobilitate, ſuperuacaneum eſſet dubitare, quia ars aduocationis, & doctoratus clariſſimum eſt, quòd eſt nobilis, & dignitas, in qua infamis intrare, & ſtare non poteſt, vt per Fely. in c. quando nu. 1. de magiſtr.

2 Et Doctor dicitur nobilis, vt ex Ale. conſi. 94. lib. 1. refert & ſeq. Dec. in c. propoſuiſti in fi. de probat. vbi plures citat ad probandum, quòd doctoratus eſt, dignitas, vt tangit etiam Borgn. Caual. de cif. 41. nu. 5. par. 1. pag. 158. & ſeq. Guid. Pap. quæſt. 88. ſub nu. 8.

3 Imo inter egregias perſonas cenſendus eſt Doctor & aduocatus, vt per glo. d. l. ad perſonas. ff. de iurciu. etiam depoſito officio Aduocatus egregia perſona dicitur, vt per D. meum præceptorẽ Menoc. de arbit. caſ. 70. nu. 9. vbi declarat ſub nu. 2. perſonæ quæ egregiæ dicantur.

4 Et ad Doctoratum non debet promoueri, niſi qui ſit legitimè natus. l. honor. §. de honorib. ff. de mun. & honor. admittitur tamen illegitimus qui ſpecialiter ſit diſpenſatus ad laudũ, vt quotidie cernimus, ſed aduertatur, quòd

5 Doctoratus per bullam, vel principis reſcriptum nõ debet gaudere inſignijs Doctoratus per tex. in l. ſi ita quis. §. fi. ff. de leg. 2. Ioan. Fab. in tit. inſti. de iur. na. gen. & ciui. in hoc noſtro. §. reſponſa verſic.

Digitized by Google

verſic. item quomodo iſtud.

6 Et ad hoc facit: quia ad creandum Doctorem ſex requiruntur, ſcilicet, q̃ promotores iurati deponant eum ſufficientem, & quòd examinetur, quòdq; examinatio approbetur. vt in l. nemini. C. de aduoc. diuer. iud. Item, quòd biretum in ſignum ſplendoris capiti imponatur, & q̃ cathedra inueſtitura poſſeſſionis tradatur, & quòd liber veluti materia conferatur, traditio autem annuli, oſculum, & benedictio non ſunt de ſubſtãtia, quia vt inquit Bal. in proœm. decret. mulieres oſculãtur, deſponſantur, & benedicuntur, & tamen non doctorantur ita referente Port. in §. filiuſfam. in 2. addit. ſuper fin. glo. in verſi. militauerit inſti. quib. mo. ius pat. pot. ſolu. Bar. in l. magiſtros. C. de profeſſ. & med. lib. 10. & facit in hoc propoſito quod legitur, & notatur in l. nemo. C. de aduo. diuer. iud. vbi gl. ſi. quòd Doctor debet gradatim & non ſatyricè, ideſt, per ſaltus promoueri, aliàs non gaudet priuilegijs doctoralibus.

8 Viuere igitur nobiliter dicuntur & nobiles ſunt Doctores legũ Guid. Pap. quæſt. 383. nu. 6. & Illuſtres Aduocati vt notatur in proœmio tit. de offi. aduoc. & refert ſequendo Rip. in l. centurio num. 15. ff. de vulg. & eorum officium
9 eſt Nobile. l. laudabile. C. de aduoc di-
10 uer. iud. in tantum vt officium Tabellionis exercere non poſſint Barto. in l. vniuerſis. C. de decurio. lib. 10. & dicun-
11 tur ſacerdotes. l. 1. ff. de iuſti. & iu. eo q̃ ſacra reſponſa dent quaſi dona Dei diſtribuentes, vt in d. l. 1. ff. de iuſt. & iur. & in l. 2. ff. de legit.

12 Debent tamen ſtuduiſſe per quinquennium, tùm ex diſpoſitione iuris communis de quo in l. neminem & l. petitionem. C. de aduoc. diuer. iudic. & cenſet Franc. Mar. deciſ. 791. q̃ etiã ex diſpoſitione patriæ Motiſferrati poſit. ſub tub. ſuper ſolution. Aduoc. & procurat. decret. 41.

DVBITATIO II.

SVMMARIVM.

Iuriſprudentes, ſeu Aduocati, an ſint Immunes à ſubſidijs, & in quibus ſint priuilegiati.

1 *Nihil refert an nobilitas habeat naturaliter, vel ex accidenti.*
2 *Doctores, ſeu Aduocati ſunt immunes & exempti à ſubſidijs patriæ & prouinciæ.*
3 *Doctores militare dicuntur.*
4 *Doctores connumerantur inter egregias perſonas.*
5 *Doctores, ſeu aduocati vſurpantes paſſim aduocationis officium, non ſunt exempti à ſubſidijs.*
6 *Aduocati ſunt immunes ab oneribus perſonalibus.*
7 *Aduocati erga ſuos clientes non tenentur vltra quàm facere poſſunt.*
8 *Lucrum quod percipitur ex aduocatione dicitur quaſi caſtrenſe non communicatur fratribus, nec vſusfructus acquiritur patri.*
9 *Aduocatus habere, & conſequi poteſt ſalarium etiam ſi non fuerit paſſus laborem in conſulendo vel aduocando.*
10 *Doctor non poteſt torqueri etiam depoſito aduocationis officio.*
11 *Doctoris priuilegia multa ſunt.*
12 *Doctor non poteſt detineri pro debito ciuili.*
13 *Immunitas conceſſa legum profeſſoribus eſt etiã conceſſa aduocatis, & eorum vxori.*

Iuriſprudentes, ſeu Aduocati an ſint immunes à ſubſidijs, & in quibus ſint priuilegiati.

1 QVia Aduocati debent cenſeri nobiles nobiliter viuentes, quia non refert, an nobilitas habeatur naturaliter, vel ex accidenti, vt per gl. & Bar. in l. ſocietatis. ff. pro ſocio. & facit l. proximos, ibi litterata militia. C. de proxi. ſacroſcrin. lib. 12. & gl. in l. prouidendum. C. de poſtul. dicit, quòd ſciẽtia nobilitas,
2 Ideò immunes ſunt, & exempti à ſubſi-

dijs

dijs patriæ, ſeu prouìnciæ,vt tenet Gui. Pap. quæſt.88. & quæſt.378. nec tenentur contribuere: quia militare dicuntur non minùs, quàm faciunt milites gladijs, & clypeis in Caſtris & priuilegio militum gaudent. l. Aduocati, & l. fori.C.de aduoc.diu.iud. Bald.in l.cum oportet in verſi.de tertio genere. C. de bon.quæ lib.

4 Hinc enumerantur vt dixi in præcedenti dubitatione inter egregias perſonas, vt per Guid. Pap. quæſt. 88. & not. Iaſ.in l.1.& ibi Bart.C. de aduo.diu.iud. ad tex.in l.ad egregias.ff.de iureiu.

5 Nec tamen exempti ſunt à ſubſidijs Doctores aduocationis,& procurationis officium paſſim vſurpantes, vt per glo.1.in l. vniuerſos.C. de decur.lib.10. & per Guid.Pap.d.quęſt.388.

6 Ab oneribus etiam perſonalib. ſunt immunes aduocati per text. in l. ſancimus & ibi Barto. C.de aduoc.diu.iud.& præferendi ſunt cęteris non aduocatis, nec Doctoribus vt refert Rol. Cauagn. obſeru.ad decr.41.§.2.num.6. & ſeq.vbi refert plura priuilegia conceſſa à iure communi Aduocatis, quòd erga ſuos
7 clientes non teneantur vltrà quàm facere poſſunt.l.miles vbi Bar. ff.de re iu-
8 di.eorumque lucrum dicitur quaſi Caſtrenſe, & ſpeciali, quodam fauore nō eſt communicandum fratribus, nec patri quæritur vſusfructus per Bald.in l.cū oportet. C.de bo.quæ lib. & in l.fori. C. aduoc. diu.iud.

9 Habet, & hoc priuilegium aduocatus,vt debeat ei præſtari ſalarium,etiāſi non fuerit paſſus laborem in aduocando, vel conſulendo vt per Cauagn. loco præcit.num.15.

10 Nec poteſt torqueri aduocatus etiam depoſito officio aduocationis Cauag. ibid.nu.16.quòloci tandem potes vide
re eleganter non minùs quam doctè, & laconicè authorem referre 24. priui
11 legia aduocatorum, vt ſit aduocatus expectandus,quamdiù eſt abfuturus vt aduocatus per mortem ipſius tranſmittat ad hæredes ſalarium totius anni, vt debeat ſedere ad dexteram iudicis, qui illum aduenientem ſalutare & aſſurgere debet, vt ianua principis Aduocatis aperta eſſe debeat, vt priuilegium Doctoribus, & aduocatis conceſſum ad eius liberos, & vxores tranſeat, viuente,ſcilicet,patre.

Vt filij aduocatorum & Doctorum debeant præferri cæteris in honoribus officijs, & quòd filij Doctorum non debent aliquid dare pro ſumptibus cum legunt ordinariè, vel extraordinariè, vel examinantur, vt fabrum ſtrepitantem iuxta domum poſſit aduocatus & Doctor expellere, vt Doctores,& aduocati poſſint vti vehiculo etiam in loco vbi princeps exiſtit, & poſſint non tamen coguntur Doctores & Aduocati vti toga,& velari veſte.

Vt aduocati gaudēt illis priuilegijs, quibus gaudent Doctores actu legentes Franc.Marc.deciſ. Delphin.585.volum. 2.

Item,quòd eximātur à ſubſidio charitatiuo, ne aliàs diuerti contingat ab officio aduocationis, nec minùs poteſt ei imponi aliqua peræquatio, Franc. Marc.deciſ. Delphin. 1023. num.1.& 4. part. 1.

Vt non teneantur ad guardias, vel cuſtodias, minuſque ad recipiendum hoſpites.l.fi.§.fi.ff.de mun.& hon. idem Marc.deciſ.636.nu.5.par.1.

Addo ego, quòd nec tenentur ſtare ad portas Ciuitatis ob peſtis ſuſpicionē Bal.in l.ſancimus la 1.C. de aduoc.diu. iud.Hiero.præuid. tract. de peſte cap.1. num.1. in 18.to. tract.de his, quæ ad ſalubr.ciui.perti.

12 Addo etiam quòd Doctores vel Aduocati non poſſunt detineri pro debito ciuili ex relatis per Nart.conſi.65.nume.1. quod extenditur ad filios & vxores iplorum aduocatorum. Matthęſil. ſing.59.ſequitur Marſil.pract.crim.§.attingam num.68.etiam poſt obitum parentum Guid. Pap.quæſt. 88.nume.2.&

quæſt.

Digitized by Google

quæst.389.tenet & comprobat D.meus Menoch.de arbit. casu 379.num.3.& 5.
13 vbi scribit immunitates concessas legum professoribus, esse etiam cõcessas Aduocatis,& eorum vxori,& plures citat pro crebriore calculo & sub nu. 1. ibid.

Firmat idem Menoc. quòd arbitrio iudicis puniẽdi sunt perturbantes immunitates iurisconsultorum.

Addo etiã quod Doctor,in ius vocatur scriptura non verbo. Barto.in l.1. C.de dign.lib.12.

DVBITATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Doctor inuitus,an possit cogi ire ad aduocan.extrà Ciuitatem, & nunquid possit inuitus compelli ad consu en.*
2 *Ad officium necessarium potest quis compelli, vbi non habet iustam excusationem falli:, vt infrà.*
3 *Doctori coacto consulere,debetur salarium nisi partes essent adeò pauperes vt non possent soluere.*

1 DOctor inuitus, an possit cogi ire ad aduocandum extrà ciuitatem & nunquid possit inuitus compelli ad consulendum.

Quoad primum caput resoluo breuiter ex Bald.in l. 1. in fi. & ex Bart.post gl.in l.sed & hæ.§.non solum, versi. vltimò noto.ff.de procura.quòd non potest cogi aduocatus ire extra ciuitatẽ ad aduocandum,nisi promiserit victoriam causæ, quo casu inquit. Bald. ibit equester sumptibus sui clientuli refert & sequitur.Rol. Cauagn. obseru.ad decr.41.§.5.

Quoad alterum caput dico affirmatiuè, quod Doctor potest inuitus compelli ad consulendum per glo.in l.2.C. de proxi.sacro. scrin.li.12.ratio est quia quiquid dixerit. Bal. in l. sancimus la 1. C.de aduoc.diuer.iudi.quòd cuius opinio etiamsi eadem cum Specu. non ta-
2 men est vera, ad officium necessarium potest quis compelli vbi non habet iustam excusationem tot.tit.ff. de mun. & hono. modò quando consilium non est necessarium, dicitur officium necessarium arg.c.1. de off. deleg. ergò, & ita tenent.Bar.& Salyc.in d.l. sancimus, & Bart.in d.l.2. C. de proxi. sacro. scrin. libro 12.

Non tamen hoc procederet si iste requisitus pro consilio fuisset aduocatus alterius partis,vt voluit.Bar.in l.proximè in fi.ff. de his quæ in test.a. dele. & Salyc.in l.si ascribatur.C.de appell.

Tunc etiam non procedit præmissa per me conclusio, quando Doctor nõ est subditus,quia nõ potest cogi ab ordinario iudice illius loci, per tex. in l.2. C.qui pro sua iurisdict.

Prout iustè se excusat Doctor,quando esset aduocatus vnius partis vt ex c. postremò de appell.

3 Huiusmodi quàm Doctori hoc modo coacto debet dari salarium per tex. in l.vn.C.de suffr.& in c. non licèt 11. q. 3.nisi partes essent adeò pauperes, qd soluere non possent hoc voluit.Host.& Abb.in c.1.de off. iud.

DVBITATIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctor,qui fecit consilium,vtrum possit illud reuocare, antequam sit pronuntiatum, & quid agendum vbi in loco non sunt Doctores.*
2 *Doctor non potest reuocare consilium sine causæ cognitione.*
3 *Sapientis est mutare propositum.*
4 *Consilium sapientis æquiparatur testimonio, qd testis reuocare non potest ex interuallo.*
5 *Quæ incontinenti fiunt, videntur imò dicuntur eadem.*
6 *Doctor potest reuocare consilium ex ratione expressa.*
7 *Qui declarat, nil de nouo addit.*

8 Do-

Digitized by Google

8 *Doctores vicini, sunt consulendi vbi in loco non extarent Doctores.*
9 *Vicini qui dicantur.*
10 *Locus vicinus quis dicatur, & quæ vicina domus.*

DOctor qui fecit consilium, vtrum possit illud reuocare antequàm sit pronuntiatum, & quid agendum vbi in loco non sunt Doctores, quòd regulariter non possit illud reuocare firmat. Bal. in c. si pro debilitate de off. deleg. & Bart. in l. de tutela. C. de in integ. restit. mino. vbi dicit, quòd non
1 2 potest reuocare sine causę cognitione.

Et licèt sapientis sit mutare propositum c. cum cessante de appella. & c. in
3 malis 23. q. 5. tamen consilium sapientis
4 æquiparatur testimonio, sed testis non potest reuocare dictum, ex interuallo, iuribus notissimis ergò idem dicendũ in Doctore, quia præsumitur in fraudẽ velle reuocare, nisi incontinẽti vellet: allegatur tex. in c. officij de elect. & l. lecta. ff. si cer. pet. quæ enim incontinenti fiunt dicuntur eadem vt est gl. in c. præ
5 dicator 17. q. 1.

Et de hoc verbo, incontinenti latè. Fely. in c. veniens de testi. Soc. consi. 68. vers. circa secundam quæstionem circa prin. in 1. parte.

Vbi etiam Doctor vellet reuocare
6 ex ratione expressa, tunc posset per tex. in l. nonnunquam. C. de collat. bon.

Vbi etiam Doctor vellet consilium declarare, hoc ei liceret per tex. in l. hę redes palàm. ff. de test. ita sentit. Bald. in d. c. si pro debilitate de off. deleg. vbi di-
7 cit, quòd qui declarat, nihil de nouo addit.

Quando autem in loco non extarẽt Doctores, qui super nata controuersia de iure possint interrogari adeũdi, vel
8 vocandi sunt vicini, illique Doctores vicini sunt cõsulendi iuxta tradita per Dec. in l. iuris ignorantia 2. lec. num. 23. C. de iur. & fact. ignor. prout, & iudices è loco vicino vocandi sunt, cùm in loco non extant vt legitur in c. 1. & 2. 6. quæst. 4.

Vicini verò qui dicantur vel ratio-
9 ne domus, vel certi actus, vel personæ, vel locorum, de huius disceptationis effectu plenè, & diligenter explanatum reliquit D. meus Menoch. de arbit. cas. 222. lib. 2. centu. 3. vbi habet quis locus
10 dicatur vicinus quis ratione domus, & vicinum dici posse quantum vox exaudiri potest, iudicisq; arbitrio relinqui, an ex loco vicino vox exaudiri possit, & quæ dicantur domus vicinæ, & sicut domus pars posterior non consideratur vt alteri vicina dicatur, & quis dicatur vicinus, vt teneatur emendare dãnum ex dispositione legis, vel statuti, hæc omnia sufficienter tacta habes ibi per Menoc. sed ne iam per eum doctissimè congesta referam, transeo remissiuè.

DVBITATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Doctor, an possit conueniri ob consilium iniustũ dolo, vel culpa datum etiamsi adhibuit omnem diligentiam pro cliente. Quid dicendum de arbitro malè arbitrante, & an iudex teneantur sequi consilium, an iudicare pro veritate.*
2 *Doctor de iure, & in foro conscientiæ potest conueniri ob iniustum consilium dolo, vel culpa datum.*
3 *Conscientia singulorum est, & non facit ius, lex verò est vniuersalis ad omnes.*
4 *Iudex sequi debet conscientiam informatam a notorio.*
5 *Iudex suprà leges potest præponere conscientiã actis.*
6 *Princeps solus mandare potest, facias sic, alij verò dicunt, facias iustitiam.*
7 *Iudex teneatur imitari conscientiam in criminali. intellige vt ibi.*
8 *Iudex poterit iudicare secundum conscientiam indistinctè in iurisdictione voluntaria, & quãdo etiam sic possit ibid. latè.*

9 Te-

Digitized by Google

9 *Testis deponentis cum pallore iudex dicat, quòd non intendit dictum sequi.*
10 *Iudex debet iudicare secundum acta, & probata qualiter hæc regula procedat declarat .*
11 *Arbiter malè arbitrando facit litem suam, & potest contra eum agi .*
12 *Arbiter negligens infrà terminum arbitrari facit litem suam, sicut malè arbitrando.*
13 *Arbitrator tenetur de dolo, & lata culpa .*
14 *Lata culpa est ignorantia iuris .*
15 *Arbiter, quando læsit in modico, non tenetur, & quando teneatur. ibi.*
16 *Dolus præsumitur vbi esset læsio enormis.*

DOctor , an possit conueniri ob consilium iniustum dolo , vel culpa datum etiamsi adhibuit omnem diligentiã
1 pro cliente, & quid dicendum de arbitro malè arbitrante , & an iudex teneatur sequi consilium , an iudicare pro veritate ?

2 Quòd Doctor possit conueniri propter consilium iniustum dolo , vel culpa datum etiamsi adhibuit omnem diligentiam pro cliente qui succubuit ex illo malo consilio ita. Specul. in titu. de requisit. consilij. §. consiliarij. & Bar. in l. ex maleficij. §. si iudex. ff. de act. & oblig. Idem dicendum in foro conscientiæ. Specul. in tit. de aduoc. §. fi. vers. quòd si per imprudentiam. Host. in summ. de postulan. §. fin.

Illud namque consilium iniustum dat causam, quod cliens succumbat, & sic condemnetur à iudice qui habet pronũtiare secundũ acta, & probata omissa conscientia, quia conscientia singu-
3 lorum est, & non facit ius, lex verò est vniuersalis ad omnes. l. lex est. ff. de legi. gl. Bar. & Bal. in l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsi. nisi tamen conscientia iudicis esset informata à Notorio, quia illã sequi debet, dummodo de illo notoriè constet iudici vt iudici, non vt priuato: quia tunc non possunt probationes tales eneruare notorium . c. quandoque 2. q. 1. nisi etiam esset iudex supra leges,
5 quia iste indistinctè potest præponere conscientiam actis, vt de hoc est decisio. Bar. & Bald. in l. 1. C. vt quæ des. adu. par. iud. suppl. & sic in quocumque domino cuius dictum habetur pro lege in suo territorio. Innoc. in c. cum inter R. de elect. & ponit. Bal. in l. 1. C. quom. & quãdo iud. vbi dicit, quòd solus prin-
6 ceps mandare potest, facias sic, alij verò dicunt, facias iustitiam .

Iudex etiam tenetur imitari conscię
7 tiam in criminali vt per Innoc. in c. pastoralis de off. deleg. nisi pro crimine esset pœna pecuniaria quia tunc cessat ratio. l. liber homo. ff. ad l. aqu. iudex ẽt tunc poterit iudicare secundum conscientiã indistinctè in iurisdictione vo-
8 luntaria vt cum agitur de aliquo emãcipando, quia iudex potest sequi conscientiam suam , vbi nemini nocet per gl. in l. bonorum. C. qui adm. Bal. in l. fi. col. pen. C. de pęn. iud. qui malè iudic. poterit etiam iudex secundum conscię tiam iudicare , qui posset pronuntiare in scriptis, & sine scriptis, & staretur simplici dicto suo. Bar. in auth. nisi breuiores. C. de sent. experic. recit. Bal. in l. iubemus. §. sanè. C. de sacros. eccl.

Tunc etiam iudex potest iudicare secundum conscientiam si probatio in sua formatione vnum ostendat completa, & aliud ostendat, dum fit, quia potest limitare iudex id quòd ostendit in fieri, non quoad completa, & sic iudicabit secundum conscientiam putasi testis deposuit cum palliditate, tamen be-
9 nè probat, probat illud ad quod inducebatur quamuis apparebat, quòd tremulentus deponebat. Inn. in c. quoniã de probat. Baran l. Lucius. ff. de his qui not. infam. Bal. in l. cum magistratus. C. quando prouo. non est nec, & ibi dant cautelam, quam faciant sibi hoc, scilicèt, quod non intendit sequi dicta illorum testium , quia cum pallore deponunt, & sic defendetur in syndicatu iudex qui non fuerit secutus dicta istorũ testium non reprobatorum .

16 de priuil. gl. & ibi Doct. in c. constitutis in verb. potentiam de appella. & magis
17 priuilegiati debent præferri secundũ. gloss. in cap. accusatus. §. sanè de hæ-

red. in sexto. §. quæ igitur placuerunt cum gloss. in auth. de defens. ciuit. collat. 3. vbi gl. dicit, quòd in concionādis,
18 & in omnibus præponendi sunt maiores vt l. nobiliores. C. de comm. & mercat. maiorque ac dignior dicitur ratio-
19 ne naturalis originis, & antiquioris secundum. Fely. in rub. de maior. & obed. & ratione honoris qui tamen non de-
20 bet peti sed offerri. l. 1. §. 1. ff. de var. & extraord. cogn. & l. fi. C. de crim. sacr. l. eos in prin. ff. de decur. nam debent probitate dari honores, & non pretio. l. vn. C. de perfectissimatus dign. li. 12. vnde iuuenalis scribit qui nummi vos habent, præstant honorem, & est bonus tex. in l. fi. C. ad l. Iul. repet.

Vnusquisque verò loco suo est ponē dus, & aliorum qui magis digni sunt, lo
21 cum non debent occupare. c. illud in fin. 8. q. 1. & tales vsurpantes locum ma-
22 ioris, eis indebitum, sacrilegi cēsentur secundum. Bal. in consil. 336. vol. 1. per tex. in l. 1. C. vt indig. o. do seruet nemo ergo suprà mensuram sui iuris ideſt, me
23 riti, & virtutis affectet augeri. c. siquis episcopus 7. q. 1. vnde Psalm. non ambulaui in magnis neq; in mirabilibus super me, & contra maiorem nemo præsumat honorem quia potentioribus nobis pares esse non possumus,
24 gl. in l. 3. ff. de alien. iud. mut. cau. fact.

In ordine verò loci attenditur præcipuè honor sedendi quia qui sedet di-
25 citur honorari magis quàm stans: vt not. Bal. in l. quoties. C. vbi sena. vel clarissi. per illum tex. in verb. sedendi quia iste honorantiæ, vt suprà probaui præcedendi sapiunt quoddam priuilegium.

DVBITATIO XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctori Aduocato, vel procuratori, seu Causidico an liceat pacisci cum cliente de quota litis, seu de certa quantitate, vel re.*

2 *Pactum de quota litis est prohibitum, & quale pactum admittatur.*

3 *Aduocatus non potest accipere salarium excedens centum aureos in vna causa. Item quod vel quale pactum possit, vel non possit facere cum cliente ibi.*

4 *Pactum de quota litis quod sit.*

5 *Pactum de quota litis qua pœna puniatur, & quare prohibitum.*

6 *Pactum de quota litis quando non possit tolerari in foro conscientiæ, vel in foro fori.*

7 *Aduocatus vel procurator vbi nō conuenerit de salario poterit officio iudicis illud petere cliēte.*

8 *Officium omne de honestate exigit pecuniam.*

9 *Labor non debet esse sine præmio & fructu & quando procedat in aduocato vel Causidico.*

10 *Iudex potest moderare salarium non conuenti.*

11 *Salarium & honorarium debetur aduocato & Causidico etiamsi cliens ulus se concordaret & componeret lite durante cum suo aduersario.*

12 *Forma libelli, & de tempore petendi salarium remissiuè.*

1 DOctori aduocato, vel procuratori seu causidico, an liceat pacisci cùm cliente de quota litis, seu de certa quātitate, vel re.

Pactum de quota litis prohibitum est aduocato & causidico, prout & pro-
2 hibitum est pacisci de certa quantitate vel re, cum hac conditione, si uincat, sed quando promittitur aliquid certū, siue quantitas, siue res pro mercede, siue veniat siue perdat, & si vltrà hoc promittitur aliquid nomine palmarij, quòd sit modicum quid, non magnum potest aduocatus taliter pacisci ita colligitur ex Iacob. Graff. decis. aur. cas. cōsic. lib. 3. cap. 8. nu. 11. & summ. Angel. in verb. aduocatus. §. 15. vbi etiam habetur quod aduocatus non potest accipere
3 salarium, quòd excedat centum aureos in vna causa l. 1. §. in honorarijs. ff. de var. & extraord. cogn. Item non potest facere aliquem contractum cum cliente sua causa incepta, & nondum finita, causa verò incœpta, vel finita non po-

test

teſt petere niſi moderatum ſalarium attenta qualitate cauſe laboris,& conſuetudine regionis, & idoneitate aduocati,hæc ibi per Angel.in d.verb.aduocatus.§.15.& Graff.loco præcitato.

Pactū verò de quota litis, vt clariùs
4 detur intelligi,eſt quando de re litigioſa aliquid detrahi debet, vt per Plot. in l.ſi quando nu.534.verſ.aduocati,& nu. ſeq.C.vn.vi.& notāt Doct.in l.ſumptus. ff.de pact.Specu. tit.de ſalario aduocat. ſub nu.1.verſ.illud autem certum,Frāc. Marc.deciſ.479.p.2.Natt.conſil.145.nu. 15.vol.1.Rol.à Vall.conſi.38.num. 9. & conſi.36.num.20.& ſeq.vol.3.

Quod vtique pactum de quota litis
5 punitur in perſona prædictorum pœna arbitraria, & talis aduocatus,vel cauſidicus efficit infamis, priuatur officio, & dignitate arbitrioq; iudicis punitur Rol.à Val. conſ.36. num.2. & ſeq.vol.3. & eſt prohibitum huiuſmodi pactum ob nimiam affectionem, quam tunc aduocati,& procuratores haberent,cupiētes obtinere in cauſa per fas, & nefas Guid. Pap. deciſ. 190. Franc. Becius conſ.49.num.2.lib.1.

Quando tamen huiuſmodi pactum
6 fouet iuſtitiam, videtur poſſe tollerari in foro conſcientiæ, licèt non in foro fori, vt affirmat.Bec.d.conſ.49. nu.4. & licit procedere, quando tale pactū eſt [illegible] ante litem motam, ſecùs ſi lite mota, & iudicio inchoato per glo. in l. quiſquis. §.præterea in verb. contractū. C.de p[illegible]ſtu[illegible]an. Afflict.deciſ.223. Arrius Pinel.in l.2.in 2.part. C.de reſcin.vend. cap.2.nu.33.

Valeret talis etiam conuētio, ſi extrà
7 rem litigioſam aduocatus conueniret de honorario, & victoria Bart.in l.ſalarium per illū tex. & gl.ff.manda. Guid. Pap.deciſ.190.Spec.in tit.de ſalario aduocat. nu.2. & 3. vbi ponit modum faciendi hanc conuentionem, & quando aduocatus, vel procurator non cōuenerit de ſalario, poterit officio iudicis illud à clientulo petere.Bar.in l.properandu.§.illo proculdubio poſt prin. vbi etiam ſcrib.C.de iudic.Alex.conſil. 109. num.2. vol.6. Petr. Duenn.reg.63. Iaſ.in §.tripli nu. 50. & 59. inſtit. de act.
8 quia omne officium exigit de honeſtate pecuniam. Bald. in l.2. C. de ope.lib.
9 quia etiam labor ſine præmio,& fructu eſſe non debet,gl.1. in c.fin 8. q. 1.Hyppol.ſing.693.quod etiam procedit, qñ aduocatus, vel cauſidicus pro eccleſia, & alio priuilegiato non paupere aduocaret. Bald. in c. breui extrà de iureiur. Fely.in c.1.de off.iudic. benè iudex poteſt moderare illud ſalarium, quando non eſt conuentum, ſecundum impor
10 tantiam cauſæ loci conſuetudinem,& ſcripturarum productionē. Guid. Pap. deciſ. 102. & deciſ. 190. quod quidē ſalarium, & honorarium debetur aduocato, vel Cauſidico, & iudici, etiamſi
11 clientulus ſe concordaret, & componeret lite durante cum ſuo aduerſario, quia per eos non ſtetit Eman.Soarez. comm.opin. in verb. aduocatus num. 105. Hyppol. ſingul. 693. Dec.conſ.70. conſ.108. num.5. Guid.Pap.deciſ.102. vbi teſtatur de communi.

De forma libelli, & de tempore pe-
12 tendi ſalarium vid.Spec. in tit.de magiſtris nu. 4. & tit. de actio.ſeu pet.§.2. nu. 24. pag.mihi4.

DVBITATIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Doctor aduocatus, vel medicus ſalariatus de publico, an poſſit quicquam petere ab aliquo particulari litigante, vel infirmo.*
Doctoris dicto ſimpliciter, an ſit ſtandum, an verò ſecundum legem, quam allegat.
Doctor, an debeat inſiſtere ſuper regulis generalibus.
Doctori diſtinguenti, an magis ſit credendum.
2 *Salaria ſunt conſtituta aduocatis, vel medicis pro litigantibus, & infirmis.*
3 *Medicus ſalariatus de publico tenetur ſeruire gratis ita paruis ſicut magnis infirmis, ſed à ſanis*

Digitized by Google

ſanis poteſt petere ſalarium.

4 *Doctori non creditur ſine lege aut ratione ſine qua erubeſcimus.*

5 *Doctoris dictum intelligitur ſecundum legem, quam allegat.*

6 *Deciſionem magnum eſt habere non ſolum legis, ſed alicuius doctoris in terminis etiam ſine lege loquentis.*

7 *Deciſiones, quæ ſint in terminis ſunt ſecuriores, & ibi ceſſant omnia argumenta.*

8 *Allegare regulas generales, vbi eſt deciſio in terminis, eſt pauperis Doctoris.*

9 *Laborandum eſt, vt inueniamus deciſionem in terminis, & ſic inuenire eſt doctiſſimi Doctoris.*

10 *Deciſio vbi eſt in ſpecie, et opinio cõmunis in genere, ſtandum eſt iuribus in ſpecie potiùs quã in genere.*

11 *Communis opinio quando eſt in limitatione, & magis communis eſt, in regula, tunc attenden da eſt communis opinio limitationis declara. vt ibid.*

12 *Diſtinguenti magis eſt credendum in dubijs opinionibus.*

13 *Diſtin uens magis appropinquat veritati, & qui neſcit diſtinguere neſcit ſoluere.*

14 *Vna bona declaratio magis debet placere, quam plures, & confuſæ remiſſiones*

15 *Legenti Doctori magis creditur, quam c uſuleti.*

16 *Lucri auiditas plerunque bonorum oculos obcæcat.*

DOctor, ſeu Aduocatus, ſeu medicus ſalariatus de publico, an poſſit quicquam petere ab ali quo particulari litigante, vel infirmo.

1 Item an dicto Doctoris ſimpliciter ſit ſtandum, an vero ſecundum legem, quam allegat, & an Doctor debeat inſiſtere ſuper regulis generalibus, & an diſtinguenti magis ſit credendum.

Breuiter reſoluo ſingula, & dico, in primis, quod aduocatus ſalariatus de publico non poteſt petere, quid ab ali quo particulari litigante, nec medicus ab infirmo, ſed non litigantibus, & tãnis l citè recipiunt, quia ſalaria ſunt cõſtituta talibus pro litigantibus, & infirmis. l. antepenult. C. de profeſſ. & med. lib. 10.

Tenetur ergò etiam medicus ſalariatus de publico ſeruire gratis ita paruis ſicut magnis infirmis, ſed à ſanis benè poteſt petere ſalariũ, vt d. l. Archiatri, quæ eſt antepen. C. de pfeſſ. & med. lib. 10. ſumm. Angel. litera aduocatus. §. 16. & in verb. medicus. §. 6.

Inſuper doctori credendum non eſt niſi lege, aut ratione moueat, ſine qua
4 loquentes erubeſcimus. l. illã. C. de collat. Laurent. Rot. Auenion. deciſ. 2. nu. 5. & dicti doctoris intelligitur ſecundũ
5 legem, quam allegat ſecundum. Barto. in l. non ſolum. §. liberationis verba. ff. de liber. lega. Afflict. deciſ. 73. nu. 4.

Nec debet Doctor inſiſtere regulis generalibus, ſed vt ceſſent regulæ generales, partes erunt doctoris doctiſſimi in actu practico inuenire deciſiones in terminis, quia cũ habemus doctores loquentes in terminis articuli controuerſi, non eſt tunc curandum de argumẽtis, & regulis generalibus ac alijs coniecturis, quia in practica, dum caſus accidit, magnam eſt habere deciſionem non ſolum legis, ſed alicuius doctoris in terminis etiam ſine lege lo
6 quentis, vt dicit. Iaſ. & Paul. de Caſtr. in l. non eſt minus in fin. C. de procura. nã deciſiones, quæ ſunt in terminis ſunt
7 ſecuriores, & ibi ceſſant omnia argumenta, vt dicit. Alber. Brun. de ſtat. exclud. fœm. art. 6. q. 2. vnde allegare regulas generales, vbi eſt deciſio in terminis, eſt pauperis doctoris, & ideo in actu practico laborandum eſt, vt inueniamus deciſionem in terminis, quia talem inuenire eſt doctiſſimi doctoris; ita dicit Felv. in c. cum ordinem de reſcr. refert Borgn. Caualc. deciſ. 43. pag. mihi 172. num. 10. in 1. part. Franc. Bec. conſ. 35. num. 18. lib. 1. Rol. à Vall. cõſ. 69. num. 25. vol. 3. Cæphal. conſ. 363. in fin. vol. 3. Lanell. Galia in conſuetud. Alexan. prohib. mal. relinq. vxor. in præfatio. nu. 11. pag. mihi. 35.

Quando

10 Quãdo pariter deciſio eſt in ſpecie, & opinio cõis in genere, ſtandũ eſt iuribus in ſpecie potiùs, q̃ in genere vt dicit Alex.in l.ſed ſi quis.§. quæſitum nu. 15.in fi.ff.ſiq.cautio.nam dixit Grat.ꝑſi. 105.nu.7.lib.1.ꝙ qñ eſt cõis opinio in li
11 mitatione, & magis cõis eſt in regula ſeu pronunciato generali, tunc attendenda eſt cõis opinio limitationis, dũmodo Doctores limitãtes tot & ij ſint, vt faciant cõem opinionẽ ita Alphon. de Mendoſa in tract.de benefi.cõpatibil.& incompatibil.c.12.nu.27.pag.mihi 144.ſequitur Borgn. Caual.deciſ.15. nu.3.1.par.pag.62.

12 Quòd aũt Doctori diſtinguenti magis ſit credendum in dubijs opinionib. Saly.in l.filiæ.C.fam.ercif.glo.in l.apud antiquas.C.de fur.Laurẽ.Rot. Auenio. deciſ.145.nu.22. Doctor etenim diſtin-
13 guens magis appropinquat veritati, & qui neſcit diſtinguere, neſcit ſoluere, & qui oĩa vult indiſtinctè intelligere, confuſè, vt intelligat neceſſe eſt, cùm per diuiſiones & interpretationes ꝙgruentes oĩum telorum euitetur amaritudo, & magis debet placere vna bona declaratio, q̃ plures & confuſæ remiſſiones,
14 maximè his noſtris tpibus ob tantorũ Doctorum opiniones ita refert Borgn. Caual.deciſ.15.nu.2.par.1.& alibi ſæpè.

15 Doctori etiam legenti magis creditur, q̃ conſulenti, pp lucrum, quod ex vtili conſilio producitur, quia lucri aui
16 ditas plerunq; bonorum oculos obcæcat.c.ſunt in eccleſia.8. q.1. Laurẽ. Rot. Auenio. deciſ.78.nu.7.

DVBITATIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Doctorem percutiens, an & qua pœna ſpeciali puniatur.*
Doctores an puniendi, qui pecunia data acquirunt ſibi ſcholares.
Legentes doctores quando præſentãt examinandum, an & qualiter iurent.
2 *Percutiens doctorem tenetur lege Iulia de vi publica cuius pœna eſt deportatio.*
3 *Pœna corporalis vbi ingeritur non admittitur fideiuſſor.*
4 *Atrox iniuria dicitur ratione perſonæ cui fuit illata.*
5 *Iniuria illata Doctori dicitur grauis & atrox.*
Doctores illuminant mundum.ibid.
Scientifici dicuntur ſplendor firmamenti.ibid.
6 *Inferentes iniuriam Doctori non profitenti iudicis arbitrio puniuntur, quia talem Doctorem non percutiens à lege non reperitur, qua pœna puniendus ſit, deffinitum.*
7 *Doctores, qui pecunia data acquirunt ſibi ſcholares puniendi ſunt extraordinem.*
8 *Doctor mutuans ſcholari vt inuent ſecum committit vſuram & qualiter.*
9 *Doctores præſentantes examinandum ſcholarẽ iurare debent tantum de credulitate ſufficientiæ, quia doctoratus apicem pauciſſimi rectè attingunt.*
10 *Medici iurantes de vulnere an ſit mortale, non tenentur iurare de veritate ſed de credulitate.*

1 DOctorẽ percutiens, an & qua pœna ſpeciali puniatur. Itẽ Doctores, an ſint puniendi qui pecunia data acquirunt ſibi ſcholares.

Doctores legentes, quando præſentant ſcholarem examinandũ an & qualiter iurent.

2 Percutiens, vt primo dubio ſatisfaciam, Doctorem, tenetur lege Iulia de vi publica.l.lege. ff.ad l.Iul. de vi publi. Guid.Pap.quæſt.88.Crau.conſi.168.nu. 10.cuius pœna eſt deportatio.§.item lex Iulia inſti.de publ.iudi. & cõſequenter
3 corporalis, pro qua non datur fideiuſſor, in terminis ſignat Lauren.Rot.Auc
4 nio.deciſ.58. nu.4. vbi etiam atrocẽ ait iniuriam ratione perſonę cui illãta fuit Guid.Pap.q.88.nu.5.per tex.in l.prętor. §.atroce.ff.de iniur.& merito grauis debet dici (addo ego) iniuria illata doctori, quia Doctores illuminant mundum eorumque doctrina totus mundus illuſtratur Auth.habita. C.nę fil. pro pat.c.

cum

cum ex iniuncto de hæret.c.1. de reliq. & ven.ſanct.in 6. vnde dicuntur ſcienti fice iuri fulgere,vt ſplendor firmamenti. c. ſuper ſpecula de magiſt. & cum ſit tales,re,& nomine, grauis omnino iniuria & atrox dici debet illis illata,quia munus etiam iudicandi habent, vel ēt ob ſolam dignitatem conſiderāt atrox
6 iniuria, in doctoribus verò non profitē tibus non reperitur à iure cōi diſſinitū, qua pœna ſint plectēdi illi qui eis iniuriam inferunt, quamobrem iudicis arbitrio puniendos teſtatur D. meus Menoch.de arb.caſu 263.nu.17.lib.2. cent. 3 vbi reperies atrocem dici iniuriā doctori illatam.

7 Doctores verò qui pecunia data ſibi acquiruntur ſcholares, ſunt puniendi extra ordinem gl.in §.ſed ſiquis verſi.remittitur.inſti. de ſuſp.tut. & l.1.§.ſolent. ff.de offi.præfe.vrb.& l.in eos.ff.de tute.
8 imò Doctor mutuās ſcholari, vt intret ſecum,committit vſuram,ſi cōtemplatione mutui,ille ſcholaris ſecum intrat aliàs non intraturus Iaſ.in l. rogaſti. §.ſi tibi dedero in fi.ff.ſi cer.pet.Anto. Corſet.ſing.in verb.doctor nu.1.

9 Doctores autem legentes,qū præſentant ſcholarem examinandum, nō debent iurare de veritate, ſed tm̄ de credulitate ſufficientiæ, quia doctoratus apicem pauciſſimi rectè attingunt, ita dicit doctores debere iurare Bart. in 1. conſtit.principij ff.orum & Iaſ.in repet. l.admonendi nu.198.ff.de iureiu.vbi diſputat, an in arte peritis credatur ſine iuramento, & dicit, ꝙ medici iurantes
10 de vulnere an ſit mortale, non tenentī iurare de vetitate, ſed de credulitate.

DVBITATIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Doctoribus an de iure conſtitutum ſit diurnum honorarium per diebus quibus ſtant in itinere. Doctores an teneantur exprimere aliquam cauſam,& allegare aliqua iura in eorum voto,ſententia, vel conſilio.*

Doctori minori 25. ann. patrem habenti an ſit dandus curator in iudicio, & an læſus reſtituatur in integrum.

Doctor an excuſetur à tutela.

Doctor qui legerit per 20. annos an efficiatur Comes.

2 *Honorarium diurnum conſtitutum eſt doctori in itinere.*

3 *Doctor ſaltē iuuenis tenetur exprimere cauſam allegareque iura ſecùs in doctore eximio.*

4 *Conſultoris boni tria requiruntur.*

5 *Doctori minori 25. ann. etſi habeat ille patrem in iudicio debet curator per iudicem dari.*

6 *Doctor læſus in iure non poteſt in integrum reſtitui.*

7 *Iuris Doctor poteſt eſſe tutor & eius excuſatio non admittitur niſi Romæ.*

8 *Roma communis eſt patria.*

9 *Doctor excuſatur à tutela ſi ſit de conſilio principis.*

10 *Doctor qui legit per 20. ann. publicè nec Illuſtris nec Comes efficitur vix abuſiuè.*

1 DOctoribus an cōſtitutum de iure cōi ſit diurnum honorarium per diebus quibus ſtāte in itinere.

Item Doctores, an teneantur exprimere aliquam cauſam, & allegare aliqua iura in eorum voto, ſeu ſententia, vel conſilio.

Item Doctori, qui ſit minor 25. ann. habeatque patrem, an ſit dandus curator in iudicio, & an læſus reſtituatur in integrum.

Item an Doctor excuſetur à tutela.

Item an Doctor qui legerit per 20. annos efficiatur Comes.

2 Compendiosè, quoad omnia dubitata,& quoad primum reſpondeo Doctoribus de iure cōi conſtitutum eſſe diurnum honorarium, vt illud habere debeant,etiam pro diebus quibus ſtant in itinere eundo & redeūdo, quod probatur in l.quod niſi fiat.§.extra prouincia.ff.de oper.lib.vbi notat Bar. & gl.in l.de ſertorem.§.ſi ad diem.ff. de re milit.

Rip.in l.quominus nu. 21. ff. de flumin.

3 Quoad secundum Doctores saltem iuuenes tenentur exprimere aliquam causam,& allegare aliqua iura,quia iudex non debet sequi consilium nisi sit iustum Bar.in l. 1.§.li plures.ff.de exerci. act.quod potest fallere in doctore eximio,cuius doctrina & integritas est cognita. Consultores etiam possunt assignare rationes tàm persuasiuas, quam concludentes,quia iudices sæpè mouẽtur ex friuola maturatione, & in bono
4 consultore tria requiruntur,sicut in bono medico,peritia, experientia, & diligentia hæc per Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres in fi.ff.de verb.oblig.

5 Quoad tertium dubium, dicendum est,quòd Doctori qui sit minor 25.ann. licet habeat patrem in iudicio, debet curator per iudicem dari Bald. in l. sed etsi milites.§. qui autem. ff.de excus. tut. sed quamuis sit minor 25. ann. doctor tamen læsus in iure non potest in integrum restitui.l.professio.C.de mun.patrim.lib. 10.Guid.Pap.decis.88.nu.4.

7 Quoad quartum respondeo, quòd iuris Doctor potest esse tutor, imò eius excusatio non admittitur. l. sed reprobare.ff.de excus.tut.nisi Romæ,quia Ro
8 ma cõis est patria.l.Roma.ff.ad munic. & nisi sit de consilio principis.l.iurisperitos. ff.de excus.tut.

9 Quoad vltimum caput, Doctor qui legit per 20.annos publicè Comitis dignitatem assequitur l. 1. C. de professo. qui in vrb. lib. 12. & talis doctor legitimare põt vti Comes & Notarios creare, quod intellige de doctore legente ordinariam non autem de legente institutiones, sed post multa reperio, q̃ D.meus Menoch.de arbitr.casu 68.nu. 54.lib.2.cent. 1.concludit Doctores no-
10 stros etsi per vicennium publicè docuerint, nec Illustres, nec Comites effici vix abusiuè.

DVBITATIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctori attestanti de communi opinione, & de consuetudine,an sit credendum.*
Doctor an possit pro vtraque parte consulere,& an liceat variare.
2 *Credendum esse Doctori excellente attestanti de consuetudine,ex veriori sententia probatur,& magis communi declara vt ibi.*
3 *Doctori attestanti de communi opinione de quæ ipse cognitionem habet est credendum, amplia & declara vt ibi.*
4 *Recentiori Doctori quando magis credendum communes opiniones in dies nascuntur, crescunt, & intereunt.*
6 *Iuniori testanti de vltima communi credendum, intellige vt ibi.*
7 *Consuetudo loci cogniti Doctori attestanti præsumptiuè probatur per Doctorem.*
8 *Doctor non potest pro vtraque parte in eadem causa consulere alias est infamis & punitur intelligere vt ibi.*
9 *Doctori quando liceat ex facti mutatione in eadem causa pro vtraque parte consulere etiam in foro conscientiæ.*
10 *Consilium mutare licet Doctori si videat veritatem in oppositum.*
11 *Authoris opinio vt tutius agatur.*
12 *Doctori licet variare in lectura,tractatu,vel similibus,non autẽ in consilijs,& quando in consilijs. nu.14.*
13 *Linguarum malignitas facit,vt variatio in consilijs trahatur potiùs in falsitatem quam ad bonam fidem.*
15 *Malignitas linguarum non est habenda in consideratione.*
16 *Cauendum est à fraude & à fraudis suspicione necnon à consilijs mutatione tanquam ab igne.*
17 *Doctor si variauerit in consulendo, cum de iure potuerit,faciet opinionem.*

1 DOctori attestanti de cõi opinione, & de consuetudine an sit credendum?

Item an possit pro vtraq; parte consulere,& an liceat variare.

Nega-

Negatiuam opinionem, q̃ Doctori atteſtanti de cõi non ſit credendũ, tenuit ſolus Cagno.in l.1.nu.263.ff.ſi cer. pet.ea ratione, quia ſicut non creditur Doctori excellenti atteſtanti de conſuetudine,ita eadem ratione non eſt fides habenda Doctori atteſtanti de cõi.

2 Affirmatiua & ꝟria ſnĩa vigor eſt, q̃ Doctori atteſtanti de cõi opinione credendũ ſit: quia imò retorquetur ratio ſupra deducta per Cagn. nam creditur Doctori excellenti atteſtanti de cõſuetudine,vt voluit Bar.in rep.l.de quibus. nu.21. ff. de legib. cuius opinio eſt cõtèr à Doctorib. approbata, vt teſtantur Alex.in l.poſt dotẽ.nu.29.in prin.ff. ſol. mat.Port.in §.apum nu.10. inſtit.de rer. diu.Dec.in conſi.420.in fi. & conſi.694. ſub nu.3. Rolan.à Vall. conſi.71.nu.21. cum ſeq.& conſi.87.nu.12.lib.1. & hæc opinio Bart. eſt magis cõis vt aſſerunt Dec.in l.2.§.mortui datio nu. 12. & ſeq. ff. ſi cer. pet. & plures cumulans Nicol. feſtas. in tract. de collect. par.2. in ti.an & qñ foren.iudi.nu.33. vſque ad 42.vbi habito reſpectu ad numerũ & authoritatem Doctorũ hanc tenentiũ dicit eã magis cõem cũ relatis per Gabr.in cõcluſ.4.in prin.tit.de probat. Et hæc opinio Bar. eſt verior, vt teſtantẽ ferè oẽs p̃citati,& præcipuè Nicol.feſtas & Io.dilecti in tract.de arte teſtan. in tit.de ſubſtit.cau.35.ſub nu.3.

Hæc tñ opinio intellignda eſt,vt doctori credatur præſumptiuè,hoc eſt, donec ꝟrium probet,non aũt verè, vt intelligat facta plena probatio, ſed ſolũ vt transferat onus probandi ꝟrium in aduerſariũ ita verè voluit Bar.in d.l.de quibus,& in his terminis eſt magis cõis opinio & vera vt per Dec.Crau.feſta.in locis ſuprà adductis cum Gabr. d.cõcl. 4. poſt med. Procedit inſuper d.opitio Bar. vt credat Doctori de cõſuetudine loci in quo ipſe Doctor diù eſt verſatus ita declarat Paris de Put.in tract.de ſyndi.in verb.doctor c.2.verſ. conſuetudo nu.10. Alex.conſ.5.ſub nu.11.lib.3. ſequi. Gabr.d.conclu.4. nu.3.

3 Ea igitur ratione qua creditur Doctori teſtanti de cõſuetudine debet eadem credi Doctori atteſtãti de cõi opinione de qua ipſe cognitionẽ habet,q̃ vtiq; cõcluſio procedit ẽt,licèt Doctor atteſtãs de cõi nullum, aut paucos omnino authores eam tenentes allegaret, ratio eſt, nã ſi aliter diceremus, vtique Doctori nõ crederetur, ſi enim Doctori adducenti tot authoritates, quibus cõis,& magis cõis conficeretur,eſſet ſolum credendum, non diceretur credi Doctori,ſed ipſi veritati crederet, & ſic inanis redderet cõis opinio ſuprà firmata, quæ tñ concluſio habet locum ſolũmodo præſumptiuè, & quoad trãſferendum onus probandi cõtrariũ dicenti,non aũt verò, vt ſuprà probaui.

Quãdo verò eſſent plures atteſtationes hincinde in eadem queſtione tunc Doctori recentiori magis eſt habenda
4 fides,ita Grat.conſ.88.nu.2.li.2.ratio eſt quia cum oẽs communes opiniones in
5 dies naſcantur,creſcant,& intereant, vt tradit.Neuiz.ſylu.nupt.li.5.nu.4. tit.quo modo iudicandum, & experientia docet,debemus credere iuniori,qui de vl-
6 tima cõi,quę ſeruanda eſt,veriſimiliter teſtatur, niſi tamen modernus paucis authoritatibus allegatis ſimpliciter teſtaretur antiquus verò teſtaretur pro allegationem plurium.

Nec omittam, quòd tradit D.meus. Meno.de arb.cal.360.num. 94.vbi dicit Doctoribus de cõſuetudine locorum atteſtantibus non eſſe credendum,eſſe tamen credendum aſſentitur ibi. Men. cum Bart.præc. loco quando agitur de probanda cõſuetudine loci ſibi cogniti in quo morã traxit ipſe Doctor, quæ
7 etiam atteſtatio probationem ſolum efficit præſumptiuam cum Rol. à Vall. conſi.87.num.12.lib. 1.

Tranſeo ad ſubſequens dubium, & reſoluo,quòd Doctor non põt in eadẽ
8 cauſa pro vtraque conſulere,ita tradit. Io.And.in add.ad Spe.in tit. de aduoc.

in §.nunc tractemus ſub nu. 11. per tot. imò talis doctor eſt infamis, & punitur vti præuaricator etiam pœna arbitraria. l.athletas. §. item præuaricator. ff. de ijs qui not.infa.l.4.ff.de præuaric.clar.§. fi. pract.crim.q. 72.& repellitur à munere ſuo, & latè per D. meum Meno. de arbit.caſ.123.per tot.li.2.cent.4. & intellige, quando Doctor defendit vtranque partem,neutra relicta, cum enim proditor ſit,benè infamis dicitur,& id verè vult tex.in d.l athletas.§.pen.ibi,'prodita cauſa ſua,& ibi, ex vtraque parte cõſiſtit,ſecùs verò dicendum, quãdo vnã relinquit,& iuſta cauſa ad aliam ſe conuertit, & hinc alij Doctores in contra-
9 riã iuerunt ſententiam,vt ſcilicèt,liceat Doctori ex facti,vel opinionis mutatione, in eadem cauſa pro vtraque parte conſulere gl.in l.fi.poſt prin.verſ.ex his ergò patet.ff.de poſtul.Spec.d.tit.de adnoc.§.nunc tractemus num.11.& hanc ſententiam approbarunt omnes Bononienſes vt refert.Io.And.in add.ad Spe. loco præcitato. Bal. in l.quos prohibet in fi.nu.1.ff.de poſtu.Corn.conſi. 244.in prin.li. 3.& conſ.7.in prin.li. 4. Dec.in l. precibus nu.4 C.de impub. & hęc abſq; dubio eſt cõis,& recepta ſententia, pro qua fuit iudicatum,vt teſtatur.glo.in d. l.fi.ff. de poſtul.imò & in foro conſciẽtiæ admititur vt per sũm.Ang.in verb. aduocatus §.17.& ſumm.Armil.eo verbo.§.20.per tot. & huic ſententiæ tamq̃ veriori de iure accedit ex pluribus rõnibus Anto.Mar.Coratius in tract.de cõi V.I.Doctorũ. opi.li.1. tit.6.nu.36. & ſeq.

Licitum etiam eſt Doctori qui con-
10 ſuluit pro vna parte variare', & mutare conſilium,ſi videat veritatem in oppoſitum ita.lat.in l.edita nu. 8. C.de eden. & Bald. in l. de rebus. ff. rer. amot Ego
11 tandem minimus ſemper laudaui,& dixi,meliùs & tutiùs eſſe abſtinere ab huiuſmodi ad abundantem cautelam,'& ad euitandum rixas, & prauam hominum opinionẽ, ſed reperio licere Do-
12 ctori variare in lectura,tractatu, vel ſimilibus, non autem in conſilijs licèt imò cauẽdum eſt huiuſmodi variatio in conſilijs,vt ab igne, quia ob maligni
13 tatem etiam linguarum non, trahitur ad bonam fidem,ſed potiùs in falſitatẽ ita.Dec. in l. nemo poteſt mutare ſub num.8.ff.de reg.iur.

Contrariam ſententiam,quòd liceat Doctori etiam in conſilijs variare, &
14 opinionem mutare tenent communiter Doctores ita voluit.Io.Andr. in addit.ad Spec.in tit.de requiſit conſi.verſ. porrò auditis ſub nu.11.Bal.in l.fi. §. ſed cum in ſecundam in fin.ſub nu.6.C.de furt.Jaſ.in Lex toto. §. ſi ita legatum nu. 27.& ſeqq.ff.delega. 1.Chaſſan.in comment.ad conſuet.Burgun.rub.4.§. 23.in verb.delle terme nu.3.& ſeqq. & eſt receptiſſima opinio vt teſtatur.Corat. latè loco præc.nu.23.li.1.tit.5.tract. cõm. opm.qui ant hoc ſtudet hanc difficultatem conciliare ſub num.30.ibid.exemplo ſummi Pontificis,& diſtinguit, aut conſideramus, an doctori in conſilijs liceat variare ſecundum iuris diſpoſitionem,& tunc opinionem communẽ veriſſimam credit, vt liceat variare, & ſententiam mutare per ſupradicta, ſed limitat vt hoc non procedat niſi ſemèl quia variatio permiſſa intelligitur de prima vice.Ia.l.quicquid altringendæ. n.9.ff.de ver. ob. verũ iſta limitatio nec ipſi Coratio placet vt ibi potes videre.

Aut conſideramus, quod deceat, ac honeſtũ ſit,& quòd fieri debeat,& tunc dicit Coratius veram eſſe ſententiam, quod doctor conſulendo non debeat variare,nam non poteſt euitari falſitatis ſuſpicio ob linguarum malignitatẽ quæ etſi tanquam à vulgo emanata in
15 conſideratione non ſit habenda. l. decurionum.C.de pœn.c.2.& ibi gl.1.extra de elect.Cor.conſ.244.in prin.li.3. quoniam id verum eſt quoad impediendũ iuris diſpoſitionem,quæ non debet impediri tumulta populi,ſecùs verò ſi cõſideramus,quod honeſtum eſt, quia nõ
16 ſolum fraude,ſed & fraudis ſuſpicione carere

carere quis debet, & ideò à tali mutatione in consilijs cauendum est tanquã ab igne. Siquis autem Doctor variauerit, subdit ibid. Coratius in consulendo, cùm id iure possit, faciet opinionem, quia apparet de eius voluntate, remitto te igitur ad Coratiũ. d. tract. de cõm. opin. li. 1. tit. 6. sub nu. 3. & seqq.

DVBITATIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus vtrum possit vti deceptione contra eum qui habet causam iniustam.*
Consulens contra communem opinionem, an teneatur ad interesse parti.
Item quo numero, & qua authoritate Doctorũ communis opinio constituatur, & magis communis opinio quo excessu numeri, & authoritatis doctorum constituatur.
2 *Iniustam causam habenti potest fieri deceptio.*
3 *Christus Dominus N. quare noluit interrogationi iudæorum respondere, de baptismo Ioannis illos interrogans.*
4 *Fraudem non facit qui fraudẽ excludit.*
5 *Reis licèt fugere per exceptiones legitimas, & veras non malitiosas.*
6 *Aduersarium licèt decipere per seductionem parando insidias præsupposita lite iusta, & data iustitia belli iusti.*
7 *Aduocatus fouens iustam causam potest aduersarium decipere dummodo non vtatur falsis constitutionibus.*
8 *Dolus potest fieri hosti nec refert, an dolo quis euadat ab hostibus.*
9 *Iustam habens causam non refert quolibet vtatur ad victoriam.*
10 *Aduocatus non debet mendacium dicere, vel fidem promissam frangere.*
11 *Consultor respondens contra communem tenetur parti laesae ad interesse, & tenetur amplecti eandem consilium in causa propria, & facit litem suam, & tenetur vt ibid.*
12 *Communis opinio constituitur septem doctoribus inter quos sit antiquus.*
13 *Septenarius numerus vti ex omni parte perfectissimus celebratur.*
14 *Opinio communis potest habere contra se magis communem.*
15 *Opinio magis communis quo excessu numeri, & authoritatis doctorum constituatur.*

DOctor seu Aduocatus, vtrum possit vti deceptione contra
1 eũ qui habet causam iniustã.
Item, an consulens contra communem opinionem teneatur ad interesse parti.

Item quo numero, & qua authoritate Doctorum communis opinio constituatur, & magis cõmunis opinio quo excessu numeri, & autoritatis doctorũ constituatur.

Aduocatum posse vti deceptioni cõ
2 tra eum qui habet causam iniustam probatur. per gl. in c. capientes in princ. in vers. malignantium de elec. in 6. argumento Domini Nostri Saluatoris qui vt dicit. Nicola. de Lyra super Matt. 21. interrogauit iudæos de baptismo Ioãnis nolens eorũ interrogationi respon
3 dere, retundemus clauũ clauo, vt ostẽderet cauillationes aduersariorũ cautelis posse repelli, non est tamen vijs illicitis malo obuiãdum, sed illicitis, vnde dicitur, fraudem non facit qui frau-
3 dem excludit. l. cum pater. §. Titio in fi. ff. deleg. 2. & sic licèt per exceptiones legitimas, & veras non autem malitiosas
5 reis quorum est fugere vt in c. nullus. 4. q. 4. cum possit reus subterfugere ponẽdo veras exceptiones, quia præsuppositа lite iusta, & data iustitia belli etiam iusti, licitum est, quibuscunque armis
6 vti, & pugnare, aduersariumque decipere per seductionem parãdo insidias c. dominus 24. q. 2. summ. Ang. in verb. arsin prin. & in verb. bellum nu. 19. & in verb. aduocatus num. 18.

Sicq; infertur, quod si aduocatus fouet iustam causam, potest aduersarium
7 decipere arg. c. 1. 3. q. 4. dummodo non vtatur Falsis constitutionibus. l. fin. ff. de Fal. & l. maiorem. C. eo. quia dolus potest

test fieri hosti.l.1. §.2. ff.de dolo. & non refert, an dolo quis euadat ab hostib.l. nihil interest. ff.de capt. vnde nō refert si hēns iustam causam, quolibet vtatur
9 ad victoriā, nec enim vr dolo feciſſe, q excludit cū fraude.l.eleganter.ff.de dolo. & gl.in c.cupientes in prin. in verb. malignantium de elect.in 6.non dēt tñ aduocatus mendaciū dicere,vel fidem
10 promiſſam frangere. c.vtilē ſimulationem.22.q.2. & c.dominus 23. q.2.

Cōſultor verò rīndens contra cōem opinionē tenetur parti læſæ ad intereſ-
11 se, & amplecti tenetur idē conſiliū in cauſa propria, & facit litē ſuam Franc. Marc.deciſ.Delphin.649. nu.2.1.part.& tenetur ad oīa quibus punitur conſultor iniuſtè, & iniquè reſpondens congeſta per Specul.in tit. de requiſit.conſ. nu.5.cum ſeqq.

Communis aūt opinio ſeptē doctо-
12 ribus, inter quos ſit antiquus, cōſtituitur,ita Ant.Maria Corat.in ſuo tract.de cōi Doct.opin.tit.3. nu.19.concludit,& ibi latè celebrat, & cōmendat numerū ſeptēnarium vti ex omni parte perfe-
13 ctiſſimum plurib.rationibus,& exemplis. Sed quia cōis opinio poteſt habe-
14 re contra ſe magis cōem, vt ibid. Corat.tit.4.num.1. ideò magis cōis opinio quo exceſſu numeri,& auctoritatis do-
15 ctorū conſtituatur,repoſitū eſſe iudicis arbitrio firmat idē.Corat.ibi.tit.4. nu.6. vbi dat tñ quendam Theoricam, quā non refero, quia apud eum commodè legere poteris.

5 *Opinio in tractatu retenta alio etiam caſu debet attendi.*
6 *Opinio doctoris varij in tractatu firmata præfertur ſententiæ, additionibus, ſingularibus, vel ſimilibus.*
7 *Conſilij deciſiui opinio prævalet conſilio ad petitionem partis facto.*
8 *Doctor conſilium deciſiuum reddens æquiparat iudici, & ſententiæ, & ꝛñ iudicatæ conſiliē parificatur, & eſt attendenda illius opinio.*
9 *Opinio latiùs firmata, & diſputata pleniùs in vno, quam alio loco eſt obſeruanda.*
10 *Opinio pluribus locis amplexa eſt attendenda.*
11 *Opinio firmata in loco vbi principaliter de ea agitur, eſt ſeruanda.*
12 *Diligentia maiori vtimur in eo, quod principaliter tractamus*
13 *Opinio poſteriùs firmata eſt attendenda.*
14 *Diſtinguens opinio eſt attendenda, & præferenda ſimpliciter concludenti.*
15 *Benè diſtinguens proximus eſt veritati.*
16 *Diſtinguens opinio præſumitur verior, & magis iuridica.*
17 *Diuerſæ opiniones concordandæ.*
18 *Diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas.*
19 *Benignior opinio, & æquior eſt amplectenda, vbi vna opinio eſt æqua, & benigna, altera verò contraria, dura, & rigida.*
20 *Ius eſt ars boni, & æquè.*
21 *Æquitas in oībus p̄ſertim in iure eſt ſpectāda.*
22 *Iacobus Menochius authoris præceptor,& Tractatuum inſignium exorator celebratur.*
23 *Io.Baptiſtæ Coſtæ Papien.laus.*
24 *Polidori Ripæ Mediolanenſ. tractatus, & ſingularium obſeruationum author ornamentum Neotericorum publicè profitentium.*

DVBITATIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Opinio doctoris varij firmat in conſilio, an ſit præferenda,an verò retēta in tractatu, an firmata in conſilio deciſiuo.*
2 *Tractatuum compoſitores laudibus decorantur.*
3 *Opinio retenta in tractatu primo loco amplectēda, intellige, vt ibi.*
4 *Geminatio, & repetitio oſtendit enixa voluntatem agentis.*

1 DOctoris varij in ꝯſilio firmata opinio,an ſit præferenda, an verò retenta in tractatu; an firmata ī ꝯſilio deciſiuo?

Aliqui tenuerunt, opinionem in cōſilio firmatā eſſe attendendam ea rōne, quia Doctor cenſetur maiorem diligētiā adhibuiſſe in conſilio,ex quo maius ineſt periculū, verū hæc conſideratio facillimè ſummouetur, attento, ꝙ doctor cōficiens tractatū eſt anxiè diligēs

in

in colligendis ſimul oĩbus, quæ in materia pertractatu, ab alijs dicta, & ſcripta fuere vñ multa reperit ſingularia pronunciata, quæ nõ ita facilè occurrunt ei, qui rñdet in caſu particulari, & poſteà reperta multò meliùs diſponit, & applicat ad caſus ſingulares, hinc
2 plurimis laudibus decorant cõficiẽtes tractatus præcipuè per Frãc. Balb. in ſuo tract. de præſcriptionib. in procem. ſub num. 2.

Ideò Neuiz. in Silu. nupt. lib. 5. nu. 26. in prin. dũ quærit quæ opinio doctoris varij ſit attẽdẽda, rñdit primo loco am
3 plectendã firmatam in tractatu, qa doctor in tractatu non põt moueri ad hãc vel ilã opinionẽ tenẽdã aliqua affectio
4 ne, pur in ꝓlilijs, niſi tñ Doctor idẽ repetiſſet in pluribus cõſilijs, qa tunc attenderet opinio conſilij, qa ex iſta repetitione arguit mutatio opinionis, cũ geminatio et repetitio oſtendat enixã volũtatẽ agẽtis vulg. l. baliſta. ff. ad Trebel.

Qñ pariter doctor tenuit opinionẽ affirmatiuã legendo, negatiuã verò in tractatu, hoc quoq; caſu concludendũ
5 eſt opinione in tractatu retentã attendi dẽre, ita tradit. Bart. in l. prouinciales nu. 1. in fin. ff. de verb. ſign. Neuiz. d. lib. 5. nu. 26. prout & opinio doctoris varij in tractatu firmata præfertur ĩnĩc, additionib. ſingularib. vel ſimilibus, qñ verò
6 vna opinio firmat in cõſilio deciſiuo, alia in cõſilio ad petitionem partis facto, tũc eſt concludendũ opinionẽ
7 conſilij deciſiuè præualere dẽre ita cõcludit. Barbat. conſ. 6. ſub num. 4. lib. 4. Corn. conſ. 27. ſub nu. 1. lib. 1. hac nẽpè rõne, nam maior cenſetur adhibita diligentia, & enixior voluntas in cõſilio deciſiuo, ex quo de maiori agit præiudicio, cũ doctor conſiliũ deciſiuũ red-
8 dens ęquiparetur iudici, & conſiliũ ſnĩę & rei iudicatæ, vt concludit Abb. in ꝓl. 2. in prin. lib. 2. quẽ ſequitur Corn. conſ. 137. in prin. & conſ. 179. in prin. lib. 1. ergò opinio in eo firmata eſt attendenda l. diui ff. de iur. patr.

Inſuper qñ doctor ĩ vno loco latiùs, & pleniùs diſputauit ꝙ in alio, tunc dicendũ eſt opinionẽ latiùs firmatã ob-
9 ſeruandã eſſe, ita verè voluit. Abb. in c. bonæ il 2. num. 30. extra de poſtul. ꝓlat. Barba. conſ. 64. lib. 1. Rimin. ꝓſ. 64. num. 20. lib. 1. Pariſ. cõſ. 91. col. fin. lib. 3. Grat. conſ. 20. nu. 15. & conſ. 55. num. 35. lib. 1. Neuiz. in ſylu. nup. lib. 5. num. 29. Gabr. cõm. concl. lib. 1. de teſtib. ꝓcl. 4. nu. 86.

Vbi ẽt Doctor varius tenuit vnã opinionẽ plurib. in locis, aliã paucioribus, tũc concludendũ eſt, opinionẽ plurib.
10 in locis amplexandam, ita tradit. Bald. in l. ꝑcib. nu. 42. C. de impub. et al. ſubſt. Iaſ. in ꝓl. 136. ſub n. 2. lib. 4. & in l. re ꝓiuncti ſub nu. 19. ff. de leg. 3. Neuiz. d. l. 5. nu.
32 ante fin. Rol. à Vall. cõſ. 60. nu. 45. & conſ. 67. nu. 33. lib. 1.

Vlteriùs qñ doctor vno in loco principaliter materiã ꝓtractat in alio ĩcidẽter, tũc opinio firmata in loco, vbi prin-
11 cipaliter de ea agit, eſt ſeruanda Ceph. ꝓl. 278. nu. 10. lib. 2. nam ꝙ primũ tracta-
12 mus, in eo maiori vtimur diligentia.

Aduertendũ ẽt eſt, ꝙ qñ doctor tenuit ꝓrias opiniones diuerſis tẽpibus, & conſtat de tẽpe, tunc opinio poſteriùs
13 firmata eſt attẽdenda. ita tradit gl. fin. in l. qui filiũ §. fin. circa med. ff. ad Trebell. Rom. conſ. 327. ſub nu. 8. Neuiz. d. lib. 5. Sylu. nupt. ſub nu. 32.

Prout & qñ doctor ĩ vno loco diſtinguit, in alio ſimpl̃r concludit, hoc caſu
14 opinio diſtinguens eſt attendenda, ita tradit gl. fin. in fin. in c. ſcientes extra de cenſib. Alex. ꝓl. 50. nu. 7. lib. 7. Soc. conſ. 67. nu. 28. lib. 1. Rim. conſ. 50. nu. 2. lib. 1. Rip. in l. ita ſtipulatus num. 6. ff. de verb. obl. Franc. Marc. dec. delphin. q. 817. nu. 10. par. 2. Grat. ꝓl. 64. nu. 36. lib. 2. Maria. Iun. conſ. 39. nu. 78. lib. 2. Oſaſc. deciſ. 21. nu. 16. qui enim benè diſtinguit, proxi-
15 mus eſt veritati Salic. in l. filię cuius pater colu. 3. verſ. expeditis gloſſis. C. fam. erciſc. & opinio diſtinguens pſumitur
16 verior, & magis iuridica, cum dẽamus concordare opiniones diuerſas. l. ita ſtipulatus vbi notat Rip. nu. 6. ff. de verb. obl. l. vn. C. de inoff. dot. c. cũ expediat

de

de elect.in 6.Paul. Caſt.cõſ.6. nu.25.lib. 3.opinioq; diſtinguens concordat opiniones, nã ſolet dicit diſtingue tempo-
18 ra,& concordabis ſcripturas ſm gl.in l. aptid antiquos.C.de furt.

Amplectenda quoq; erit benignior æquiorq́ue opinio vbi vna opinio eſt
19 æqua, & benigna, altera verò ꝓria dura,& rigida,vt tradit.Abb.in c.2.nu.3.de cognat.ſpir. qa ius eſt ars boni,& æqui,
20 & in oĩbus pſertim in iure æquitas eſt
21 ſpectanda.l.in omnibus & ibi Doctor. ff.de reg.iur.

Et ex his extrema ſit addita manus premiſſis noſtris laboribus quibus vtile cẽſui materias in diſtinctis reſponſis,& reſolutionib.iuris ſcripti partiũ inſertas in duo corpora redigere, plenoq́ue vt aiunt,manipolo pertractare,& per modum tractatus cõprehendere exemplo maiorũ, & potiſſimũ Dñorum meorũ
22 præceptorum Iacobi Menochij, qui tã inſignes tractatus de arbitrarijs, & interdictæ perpetuo ſui ipſius ſplendore chartæ publicæq; vtiliter cõmendauit,
23 ac Ioannis Baptiſtæ Coſtæ,qui de iuris & facti ignorãtia ac alios in lucẽ edidit Fauſtiſſimos tractat';his accedit moderni diſertiſſimiq; legũ Coryphei ĩter recentiores celebratiſſimi Polidori Ripę
24 Mediolanenſis tractatus de nocturno tẽpore, qui ſingulariũ ẽt obſeruationũ ſingularis etiã fuit deſcriptor, oĩum ſuperſtitum publicè legentiũ decus,& ornamentum,cuius prẹlo, & iudicio hæc mea ſcripta examinata typis ẽt illius auctoritate demandari lubentiſſimi,accepi,maximaque animi mei iucũditate, q etenim primorũ elementorũ legalium fuit coetaneus mecũ auditor, modò tãquã luminare magnũ in ſcholis ,& in foro meritò habetur primanaque ſede Taurinenſis Gymnaſij ad Piſanã reuocatur mille vt audio, coronatorum honorario,vt de facili honoraria iuriſcõſulti Philippi Decij eius patritij, & fortè maiora ſit aſſecuturus illum ſpero.

Horũ igitur præcipuo exemplo, ꝓ ingenij mei imbecillitate ſtudui laboriosas,& diſperſas materias ſimùl vno faſciculo cumulare,rectoq; calle inſtruere,vt legũ periti tã aduocãdo, quã iudicando cões Doctorũ ſententias diſtinctiones, & declarationes, quas vbique retuli, tuto trãquilloque animo ſequãt, & leuamẽ aliquod noſtro ex labore ſuſcipiant: Ad indiuiduæ ſacratiſſimæq; Trinitatis,Deiparæ sẽper Virginis Mariæ Sancti Ioannis Baptiſtæ, Sancti Alphonſi cuius feſtũ eccleſia celebrat ſub die vigeſima tertia Ianuarij, ac Totius cœleſtis Curiæ Triumphantis gloriam ſempiternam.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google